DE OFFICIIS EORVMQVE REGIMINE OPVS DECISIONIBVS SVPREMORVM MAGISTRATVVM ILLVSTRATVM.

In quo luculenter disseritur

De
Officiorum vacandorum,
Beneficiorumque concessionibus.
Ampliationibus.
Substitutionibus.
Alienationibus, earumue
Reuocationibus.
Præcedentijs inter Magistratus.
Facultatibus Dñi Proregis, eiusq; deuetu.

De
Assensu super feudalibus.
Castellanorum munere, eorumq; coerctione.
Stipendijs Militum, Pensionibusq;
Commissario Contrabannorum, & Campaneæ.
Præfecto Classis, ac Iuribus fiscalibus circà bona naufragata, & prædata.

De
Administratione nostræ Ciuitatis,
Platearumque Prærogatiuis.
Titulatorum Priuilegijs,
Electorum Iurisdictione, ac
Annonæ Præfecti
Syndici
Oratoris.
Facultatibus, Electionibus, earūq;
Nullitatibus.

AVCTORE

FRANCISCO ROCCO


In Sacro Neapolitano Consilio Regio Consiliario, Curiæ Regij Cappellani Maioris Regio Consultore, Tribunalis Reuerendæ Fabricæ S. Petri de Vrbe, in hoc Regno Iudice Primarum Causarum; ac peculiari iussu Excellentissimi Regni Moderatoris in Regijs sessionibus Perceptorum, bonorum vacantium, & extrahentium res absque Regio permissu, Commissario Generali; & vno ex Iudicibus in negotijs Regalis Iurisdictionis, in Supremo à latere Consilio peragendis, ac Regiæ Iunctæ contrà Exules constitutæ, & in negotijs Regij Arrendamenti Serici Commissario Delegato.



NEAPOLI, Ex Regia Typographia Ægidij Longhi MDCLXIX.

Expensis Iacobi Antonij Bagnuli cum Priuilegio.

Digitized by Google



EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. PETRO ANTONIO DE ARAGONIA,

Militi, & Clauiculario Ordinis Alcantarensis, Optimati Cubiculario, atque Belli Consiliario Catholici Monarchæ, Præfecto Cohorti Germanicæ, Principali Militum grauis armaturæ, veterum Castellæ Custodum, Legato apud Summum Pontificem extraordinario ipsiusmet Inuictissimi Hispaniarum Regis, eiusdemq; Vices gerenti, Supremoq; in hoc Regno Militiarum Duci.

FRANCISCVS ROCCVS.

NOTISSIMVM Principis Apostolorum præceptum est, [1] quo suis Principibus subditi obtemperare adstringuntur. Quin & summus ipse Cœlorum Princeps adeo vehementer id fieri iubet, vt libro Regum hæc

[1] Cap. 5. de maior. & obed.

verba edat: [2] *Qui non obedierit Principi, morte moriatur*. Quippe vel ipsius Dei Optimi Maximi legem transgredi quodammodo videtur, qui sui Principis imperium cõtemnit; cum vniuersi Terrarum Principatus progrediantur à Deo, [3] dicente: *Per me Reges regnant*, [4] Hæc alta ego mente reponens, Principis dicto iugiter parere proposui; etsi non modica familiarium rerum pernicies inde mihi contingeret; quam tamen pretiosiori virtutis obediẽtiæ thesauro vberrimè instauratum iri dignoueram. Quapropter, cum in Regijs Tribunalibus lucrosum postulandi munus gessissem annos circiter 25. libentissimè statim abstinui ac Excellentissimus Comes Castrilli, huius Regni tunc Prorex, præcepit, vt onera Iudicatus M. C. V. subirem, tum Ciuilis, tum Criminalis; vtque deinde Regij Patroni munus hic exercerem. Mox inter Senatores S.C. Sãctę Claræ me recẽsuit. Cumq; per cœlestes Rotas Tribunalis tam Sacri motu perenni, tribus hactenus lustris, circumagerer; adhuc Excell. Proreges nouis alijs, varijsq; laboribus mea terga subiecere. Quãdoquidem generalem mihi Iurisdictionem mandauerunt in Collegio, aduersus eos instituto, qui contra Principis edictum extra Regnum bona distrahunt. Itidemque Ius dicendi mihi dedere in Senatu, pro bonis vacantibus, Regijsque Quæstoribus congregato: atque in eo, qui pro Regia Iurisdictione in Supremo Collaterali Consilio existit. Gladij potestatem in Cœtu, aduersus exules grassatores formato, mihi tribuerunt. Sæpiusque ad temporalia Concilia, pro rebus grauissimis indicta, me arcessiuere. In Tribunali Reuerendæ Fabricæ Diui Petri ab Vrbe me Iudicem primarum causarum,

2 *cap. 2. cod.*

3 *Iust. Nouell. quomodo opor. Episcop.*

4 *Epist. inter claras, C. de Sãm. Trin. & fid. Cath.*

Digitized by Google

sarum: Regijque Cappellani Maioris Consultorem elegerunt. Tot labores, tantique, quibus vndique passim afficior, sunt quidem permulti, sunt quidem permagni: sed animo, quo nostro Catholico Monarchæ inseruire conflagro, sunt longè minores. Parum esse mihi duco, tot tantisque Officiorum ponderibus compresso, frontẽ sudore manare pro Rege amatissimo; cuius gratia, & cruorem è venis hilari fronte perfunderem. Quia verò togatæ militiæ, cui sum ego adscriptus, calamos, non gladios tractare fas est; hinc ad publicum bonum, à Catholico nostro Principe (tanquam optimo semper spectatum [5]) literario atramento folia conspersi; si bellico sanguine castra non rigaui. Responsorum Legalium Volumen duplex, diuersorum Tribunalium diffinitionibus refertum, typis iamdudum edidi. Nunc Tractatum vberem prelo mandaui de omnibus conspicuis Regni Officijs, quæ veluti ab Oceano flumina, ab Regia profluunt Maiestate. Quænam sit cuiusque Officij potestas, quonam pacto quodcumque rite geri debeat, quænam & Regi, & Regno beneficia inde progrediantur, quale nam ijsdem inesse debeat politicum moderamen; hic plenè demonstro. Nec alij hoc dicare opus constitui, ac tibi, Princeps Excellentissime, qui quemadmodum cũctis hisce præcellis Officijs; ita & præcunctis, & Regem, & Regnum cumulare studes beneficijs. Tu in verum vtriusq; bonum (ideoque publicum) oculatè intendens, egregia tua patrare opera à Sũmo ipso Bono incepisti, memor Apostoli rescribentis: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* [6] Quod nec ipsum latuit Latinũ Vatem canentem. [7] *Ab Ioue principium Musæ.* Id-

5 *Iust. Nouell. 127. vt fratrum filij.*

6 *Diu. Iacob. in sua Can. 1.*

7 *Maro in Buc.*

que ipsi de Magno Alexandro scribens Quint. Curt. [8], *Nihil*, inquit, *nisi Diuina ope aggredi videbatur*. Hinc, cum pauperes hac in Vrbe penè innumeri cibo carerent, ipsique faucibus rabidæ famis deuorarentur; amplum tu Ptochotrophium extruxisti, vbi copiosis inopum cateruis copiosissima constituisti alimenta. Tartareusq; Draco, qui lapides in deserto panes fieri frustra poposcerat; inuidus tunc infremuit: Quinam fieri potest, vt in Vrbe vna ex Petra tot panes fiant? Quatuor inibi marmoreas statuas curauisti erigendas. Primam D. Petri, indicans, teipsum & nomine, & re Apostolum imitari, cuius vel ipsamet vmbra vitalem lucem tot languentibus instaurabat, Secundam D. Ianuarij, demonstrans, te tot egenos ab ingluuie famis liberantem, vestigijs inhærere Pastoris, qui Neapolim toties à voraci Veseui gutture intactam seruauit, Tertiam Catholici nostri Regis, insinuans hoc inexpugnabili pietatis vallo, longè fortius, quã Troiam Palladio, Parthenopis Ciuitatem suo Monarchę cęlitus custodiri. Quartam tui ipsius, tuã ostendens fidem erga Deum, erga Regem, instar marmoris, & candidam, & solidam: atq; innuens, tuis in visceribus, æquè ac in sinu marmoris, fauillas charitatis exardere. Ideoque de te congruè quis ea verba proferret, quæ Paul. Diac. [9] de Augusta Theodosij vxore pronunciauit. *Summa eius religio pauperum necessitatibus largè succurrit: claudorum, atque debilium maximam habet curam*. Nouum vlterius à fundamentis Monasterium erexisti, vbi Theatinæ Moniales Venerabilis Sororis Vrsulę eremiticam vitam traducerent, sic edocens (non quemadmodum tumens Nembroth incassum tentauit) posse molem humi humiliter cõstrui,

8 *Lib. 3.*

Hospitium Pauperum.

9 *Lib. 13. hist. Miscell. cap. 10.*

Cœnobium Monialium Eremitarum.

qua

qua quis ad Cœlum pertingat. Hoc fortè myſterium clanculum ſignificaſti, cum nouam adeuntibus Eccleſiam, à te quoque inibi ædificatam, Scalæ Sanctæ indulgentias à Summo Pontifice impetraſti: alteramque quodammodo Scalam Iacob animis pijs exhibuiſti, qua ſuper alas Angelicas ad ſidera eueherẽtur. Nec tibi defuit in tanta pietate conſortium: cum & tua ipſa Excellentiſſima Conſors D. Anna de Corduba Dux Feriæ, eodem in Tẽplo aram dicauerit Aſſumptioni Deiparæ: quæ ſuper Cœlos euecta, ſtelliſque coronata, vera eſt, non ficta Ariadna; cuius nõ filum, ſed Filius ab inextricabili Tartari labyrintho, ſæuoque Stygis Minotauro nos eduxit. Decuit, vt quam Diua peperit Anna, pia quoque honoraret Anna. Quapropter cum Apoſtolus 10 coniuges eſſe dixerit duos in carne vna; dicamus hic nos oportet, eſſe duos in ſpiritu quoque vno. Quotidiana Monialibus alimenta ære tuo diſtribuiſti, lege adiecta, vt & pijſſimę Sorores pro noſtro Catholico Monarcha, te ipſo, tuiſq; cognatis Deo preces quotidiè effunderent. Sic mutua charitas effecit, vt corporales cibi ſpirituali eſca in centuplum compenſarentur. Sacrum Tabernaculum, vbi caput & ſanguis D. Ianuarij ſeruatur, duabus ianuis, argento tuo conflatis, obſeraſti. Sanguinea Martyris coralia argenteis valuis recondi optimo Iure voluiſti; cum & rubentia ipſa coralia argenteis ponti vndis concludãtur. Ianuas Ianuario dicaſti, argento emicantes, vt & is tibi ſuarũ precum clauibus Cœlorum portas reſeraret, margharitis enitentes. Statuã D. Michaelis Archangeli, in ſpecu Gargani Montis effulgentem, argenteis ornamentis effeciſti clariorem: tramiteſque aſperos, præ-

Ara ab Excellẽtiſſima D. Anna de Corduba erecta.

10 1. *ad Corinth.* 6.

Ianuæ argenteæ, Diuo Ianuario elaboratæ.

Ornamenta Diu. Michaeli Archãgelo adiecta: arduaque Montis Gargani via explanata.

ruptoſ-

ruptoſque rupium, reddidiſti molles facileique; quò deuoti Peregrini Sacram Baſilicam viſerent expeditiùs. Sic Xerſi præis, qui Montem dirumpens efficis, non quidem vt Maris vndæ, ſed vt piæ fideliũ lacrymæ Mõtis antrum irrigent. Decuitq; præterea abs te, religioſe Princeps, difficilem aditum ad cęleſtis militiæ Principem explicari. Vt pueri 30.; quos dira arcebat paupertas, ad Collegium Nobiliũ admitterentur, literarijs, alijſque diſciplinis optimis imbuendi; annuas mille aureorum penſitationes, Angelico Doctore admonente, [11] dediſti. Facinus profectò tam conſpicuum, vt erga Propertium Celerem vel ipſum molliuiſſet prędurum Tiberium. [12] Sed quid cœleſtis tuæ pietatis opera ſingillatim recenſere conabor? anne innumera Cęlorum ſidera enumerare auſerim? Sit ſatis pauca tetigiſſe, vt ex vngue Leo, ex digito arguatur Alcides. Alia me manent tuæ itidem gloriæ documenta, ad rem militarem pertinentia. In Promontorio Lucullano Caſtrum vaſtiſſimum, quod militum quatuor millia commodiſſimè capiat, extruxiſti: cunctiſq; rebus, ſiue ad bellum inferendum, ſiue ad obſidionem eliminandam neceſſarijs, adeo prudenter præmuniſti; vt neq; Momus ipſe, quamuis mille Argi oculos circumuolueret, defectũ vllum inſpicere, notareque poſſet. Neque Pallas ipſa, tametſi tum literariæ, tum Martialis diſciplinæ Antiſtes, quicquam addere, quicquam detrahere, alterare quicquam ſciret vnquam. Mons, vbi Caſtrum ſitum eſt, Threijcijs Montibus Rhodopes, atque Pangęi nil prorſum inuidet: cum & ipſe ſuum habere Martem videatur. Id certè mirum, quod cum Alpinum illud, rigidumq; Iugum aquis natura haudquaquam do-

30. Nobilium pueroruminopię proſpicitur.

11 *De Regim. Princip. cap. 15.*

12 *Tacit. lib. 1. Ann. prop. fin.*

Caſtrum in Promontorio Lucullo confectum.

Digitized by Google

donauiſſēt; tu (ne viridis militum ſitientium vigor areſceret) arte tua ſurſum traxiſti aquam, plurimiſque fontibus montuoſam ſterilitatem ſęcundaſti. Verumtamen demirari quiſque deſinat: namq; cum è Petra ſcaturiant aquæ; monſtroſum non fuit, vt etiam è Petro erumperent fontes. Concinunt Vates, Pegaſum è ſaxeo Parnaſſi culmine Aonidum eduxiſſe riuum. Quod fabulosè dicitur altiuolans feciſſe Equus, verè hìc videtur ſublimis potuiſſe Eques. Septem quoque fontes, Palepolim rigantes, refeciſti: vt cum Ægyptium flumen, à Terreſtri Paradiſo oriens, ſeptem oſtijs in Oceanum ingrediens, depereat; tua ope intercedente, fontes in delicioſo Parthenopes horto, & naſcerentur, & viuerent ſepteni. Vetuſta Regum Parthenopenſium Regia, quam funditus euerſam, Magnus ille Alphonſus Primus in Caſtrum Nouum redegit, [13] potiſſimam huius Vrbis arcem, in complurimis deficiebat, quæ tu pleniſſimè inſtauraſti. Armamentarijs, ingenti tormentorum aliarumq; Martialium machinarum apparatu, addidiſti armamenta: quorum vel ſolus fulgor foret in hoſtes fulgur. Tot armorum, quæ non quidem Ætnęa parturijt Vulcani fornax, ſed tua compoſuit cœleſtis ſolertia, tot, inquam, armorum ſplendor, quemadmodum hoſtiles territat oculos; ita & Catholicæ militiæ pectora efficit ſolidiora, iuxta ea, quę Caſſiodor. ſcripſit, atque Vegetius. [14] Hos tantùm radios belligeros inter tuas voluiſti phalanges enitere: non auri, non gemmarum, alioſue luxurioſos nitores (quos enixè interdixiſti) emicare. Memor Magni Macedonis fuiſti, qui Tracas, & Illyricos aciem hoſtiũ, auro purpuraq; amictam, intueri iubebat; prædam, non arma geſtantem.

Aquæ Regiæ inſtaurantur.

13 Æneas Piccolom. de Regn. Neap. cap. 60. Kochier in theſ. Aphoriſ. Polit. cap. 16. exempl. 8.

Armamentum Caſtri Noui.

14 Caſſiod. 7. Var. to. 18. Veget. de Re Milit. lib. 2. cap. 14.

Quod

Digitized by Google

15 *Quint. Cur. lib. 3.* 16 *Liuius decad. 3. lib. 9. cap. 299.*

[15] Quod & Papyrius Cursor apud Liuium [16] agnouit, admonens, *Horridum militem esse debere, non celatum auro: sed ferro, & animis fretum.* Ita planè res habet, nam prælijs Mars ferreus præest, non Sol aureus. Deerant & Castro Nouo horrea, quæ tu vastissima struxisti, frumentoque copioso repleuisti prope fontem inibi scaturiẽtem; vt proinde aptè tibi cõgruerent illa Suetonij verba: [17] *Nihil non excogitasti, vt rei frumentariæ copiam faceres.* Frumentum secus aquam in Arce posuisti, ne cohortes ferro ineluctabiles, squalida fame, aridaque siti alioquin expugnarentur. Turrim, solido adiecto pariete, refecisti, quæ prope Templum Sanctissimæ Deiparæ Carmeli existens, proprio debilitata pondere, iam nunc curuabatur, magisq; triumphalis hostium arcus, quàm tutum Ciuium præsidium, videbatur. Aramque inibi composuisti, quæ arx tutissima illius esset arcis; cum ibi Diuinus ille immoletur Agnus, qui Deus exercituum est, bellicosque hostium retundit arietes. Dauidicum illud mente recoluisti effatum: [18] *Nisi Dominus custodierit Ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.* Reliquæ Regni arces, Piscariæ, Aquilæ, Hydrunti, Gallipolis, Tarenti, Brundusij, Ænariæ, Crotonis, Barij, Caietæ: Extera quoque Hetruriæ præsidia prius ferè destituta, te accuratè operante, sunt iam nunc vberrimè restituta. Imo verò nedum Turres in maritimis Regni locis fabrefactas, ruinamque minantes, instauraſti: sed & nouas adieciſti, vt nostris à maribus pyratas (maribus ipsis rapaciores) eminus arceres, præcepta diligenter seruans Vegetij, atque Polybij. [19] Cum Lupi fumanti igne à pastoribus terreantur, ne gregem adeant, dilacerentque: tu, prouide Ciuium Pastor, pyratas

Horreorum in Castro Nouo cõstructio.

Turris prope Templum Carmelitarum refectio.

Totius Regni, & Hetruriæ Arces instauratæ.

Turres in locis maritimis extructæ.

18 *Dauid. psal. 126.*

19 *Veget. lib. 3. cap. 1. Polyb. 10. circ. fin.*

Lupis

Lupis rapaciores, territos vndequaq; propulsari iubes, diurno fumo, nocturnoque igne hiſce Turribus excitato, quo inopinata hoſtilium nauium inuaſio populis litorum accolis ſignificetur, cautiuſque repellatur. Hiſpanam aciem, ab Inuictiſſimo Carolo V. Imperatore hic inſtitutam, mox temporum incuria ad numerum nimis exiguum redactam, nedum peruigil tua induſtria reſtituit; verum & ſummopere adauxit vſque ad milites quatuor mille. Felix defectus, cui tantum contigit obtinere ſupplementum. Militare noſtri Monarchæ Ærarium, ſuperfluis impenſis, inutilibuſque ſtipendijs iam penè exhauſtum, atque ad ſummas ferè anguſtias compreſſum, optima tua moderatione intercedente, adeo numorum copijs excreuit, vt ſuo ipſo priſtino ſtatu videretur maius; cum annua, qua nunc dotatur, præſtatio ad centum vſque ſexaginta millia aureorum peruenerit. Quapropter (quod & Tacitus [20] de Galba dixit) pecuniæ publicæ fuiſti laudabiliter auarus; vt proinde auaritia quæ, Apoſtolo teſte. [21] *Radix omnium malorum eſt*, in te glorioſa metamorphoſi tranſierit in virtutem. Sic, inſtar vigilis Draconis (innocui tamen, & nectare, non veneno ſcatentis: nec vel ipſam Herculeã clauam formidãtis) aureos Heſperij Regis fructus, in hoc fęcundo Syrenum horto renaſcentes, tutiſſimè cuſtodis. Noſti enim, ad bella gerenda non minus aurum expoſci, quàm ferrum: ideoque ferrei Martis, aureique Phębi Orbes cęleſtes inuicem confines circumuerti. Hinc facile tibi fuit in Belgiam à Gallis inuaſam, in Hiſpanias, aliaſq; noſtri Regis Regiones, hoſtiũ vel armis, vel minis vexatas, copioſam militantiũ opem opportunè, celeriterque tranſmittere. Tuliſti Regnis

Hiſpana Cohors adaucta,

Regij Ærarij augumentum.

20 *Tacit. lib. 1. Hiſt.*

21 *Apoſt. ad Timoth. 6.*

Militum ſubſidia in lõginquas regiones trãſmiſſa.

✠ † re-

Trium Triremiũ constructio.

repentè opem, qui Regis diligenter seruasti opes. Nec tua in terris tantum, verum & in mari facinora preclara consulgent. Par non fuerat, vt tãta virtutis tuæ vastitas intra limites vnius dumtaxat elementi coarctaretur. Tres condidisti Triremes, quas ita festinanter (quemadmodum oportebat) perfeciſti, vt cum Cassiod.[22] dixerim: *Penè quanta velocitate nauigari solet, constructio earum tanta velocitate completa est*. Tres fuerunt Triremes: siue quia vel in ipsomet numero ternario perfectum opus, omnibusq; numeris absolutum referebant: siue quia fretum sibi, æquè ac Neptunio Tridenti, subditum fore significabant. Statio male fida carinis in ipsomet litore Parthenopei Maris naufragium sæpenumero inferebat; adeo vt litus ipsũ Sirenis Sirenem suam imitaretur, quãdo sub portu celabat Syrtem. Tu nouã excogitasti stationem (quam Tarsenam appellant) quò & vndæ & venti frustra ruunt. Naues, illuc appellentes, nec spumãtem Amphytritis rabiem, nec tonantem Iunonis iram reformidant. Sic & tumentes Maris fluctus confregisti, & frementes Aeris turbines refrænasti: propriumque ostendisti munus esse Petri, tuta à tempestatibus nauigia seruare. Illic & viam aperuisti spatiosam, quà vel quadrigis vecti spatiarentur Ciues; vt & illic mirum, quodãmodo Xersis opus inspiceretur, quo Persæ vel in mari equitarunt. Te quoq; perficiente, fons inibi nectareus erumpit: stupetque Doris, salsum suum gremium, te duce, dulces aquas peragrasse. Propterea de te itidem, qui magnanimam prætefers Leonis fortitudinem, verum esse videtur Sampsonis ænigma: cum in amaro ipso Tyrrheno æquore de forti egressa sit dulcedo. Supra fontem arcum eleuasti, altareque extru-

[22] Cassiod. 5. Var. epis. 17.

Tarsenæ opus.

Digitized by Google

extruxiſti: vbi remiges Incruentum Domini Sacrificium adorantes, à Deo, cui venti obediunt & mare, arcum ſignum fœderis haberent, ne amplius aquis obruerentur. Noſocomion inſtituiſti, quò ægri nauigantes conuenirent, morbiſque ſanarentur: ideoque duplici medela & ſpiritus, & corporis languoribus proſpexiſti. Ædes, à maritimis Officialibus inhabitãdas, aptiſſimè diſtribuiſti. Aditum ad Regium Palatium, iam penè anguſtum, ſcalis magnificè triplicatis, præſtitiſti latiorem. Eandemq; Regiam delicioſo ambulacro decoraſti: vnde delectabiliter perſpici fas eſt & claſſem in Mari, & nouã militiæ ſedem in Terris, à te conditam: à qua pergitur ad Regiam per viridarium, amœniſſimo Diocletiani horto coæquale. In eo tamen ſuperius, quod Diocletianus Imperij curis omnimodo ſeſe ſubtraxit: plantis, floribuſque colendis perpetuò ſeſe addixit. Tu vero florenti loco interdum oblectaris, vt mens tua fortior ad ſtudiũ regiminis mox redeat. Vt facilis eſſet ad nauale greſſus, callem prius erectum, atque ſcabrum, reddidiſti æquum atque planum. Hoc tuæ quodammodo hyerogliphicum fuit ſolertiæ, cui alta quæq; fiunt plana. Ciuium Regni deſcriptionem (quam focorum numerationem vocant) ab anterioribus Excellentiſſimis Proregibus iamdudum inchoatam, ſed nunquam abſolutam; tu denique perfeciſti, plurium habito prudentiorum congreſſu, te iugiter intercedente, atque inſtar Intelligentiæ, ſublimem eiuſmodi Collegij Spheram Angelicis motibus moderante. Fuerat olim ſanè res iſthæc rapinis, & fraudibus parata, [23] Miniſtris auidè graſſantibus. Focorum numeratio fuerat quidem antea focorum deſertatio: Ciuiumque deſcriptio,

Noſocomium inſtituitur.

Maritimorum Officialiũ habitacula.

Regij Palatij ſcalæ.

Delicioſum ambulacrum.

Via Regij Naualis.

Focorum numeratio.

23 *Garc. de Barion. in paneg.*

fuerat iampridem Ciuium proſcriptio. Cum enim Vrbium ſubſtantiæ adunco vulturum roſtro efferè deuorarentur; frequenter Vrbes rapacibus obnoxiæ feris, in ſyluas degenerabãt deſertas. Quippe Ciues ad turpem redacti egeſtatem, cum cenſum eorum humeris imparem contribuere cogerentur; auitis focis patrijſque laribus abire miſerrimè compellebãtur. [24] Omnique amplius viuendi ſpe deſtituti, facinoroſa crebrò petebant nemora, rapinas atque clades, quas ab alijs ipſi iam paſſi fuerant, alijs quoque innoxijs truculentiùs illaturi. Hinc in Deum, hinc in Regem; hinc in Regnũ crimina patrabantur innumera. Tanti cauſa mali, te medẽte, ſucciſa fuit. Stymphalides truces & Zethes, & Calais, Borea nati, fugauere. Tu autem auidas Harpyas, quæ non Strophades Ionij Maris Inſulas, ſed Vrbem prope Tyrrhenũ habitabant; eminus abire compuliſti. Tu, inquam, non Boreæ Soboles: ſed inde nate, vbi quanquam non perflat Auſter; Carolus tamen imperat ab Auſtria. Ad hæc, peruigiles Dracones, æripedeſque Tauros, qui aurea vellera ouium ad Dauniam appellentium, Inuictiſſimo noſtro Monarchæ (qui & Equitũ Aurei Velleris Magiſter Supremus eſt) optimo Iure debita, diripiebant, magis quàm cuſtodierant; tu non quidem Tartarea Medeæ virga, ſed Ætherea Aſtreæ Libra prudentiſſimè ſopiuiſti, validiſſimè perdomuiſti. Paſcua gregibus æqua lance diſtribui, & cenſus contribui, & rationes reddi, omniaq; penè cõfuſa ad concinnum ordinem redigi nouis tuis Inſtructionibus iuſſiſti; adeo vt informe quodammodo Chaos formoſam in ſpeciem transformaſſe videreris. Cumque Apulia *paſcendis, augendiſque armentis, ac* [25] *gregibus ita glo-*

24 *Celſ. l. in fundo 39. de rei vend.*

Regio Patrimonio in Apulia exiſtenti, optimę adminiſtrãdi regulæ preſcribuntur.

25 *Garc. Barion. in Paneg.*

glorietur ; vt non hyemem, non Cœli rigorem timeat: impræsentiarum gloriari quoque poterit, à se nil prorsum formidatum iri nubilas illas Stygiasque fraudes, quas auidis hominum animis procellarum Spiritus inspirant. Stipendia Magistratibus Magnæ Curiæ Vicariæ (vt Ius dicerent hilariùs) tuo proprio peculio constituisti pleniora. Sacra auri Fames, quę pectora mortalia cogit, vincitque firmiora; tunc obstupuit, medijsque suis palloribus erubuit, quòd sola virtute tua vinceretur. Aurum, quod profundis terrarum eruitur fodinis, non eò vsque attollitur, vt præcordia inuadat etiam cœlestia. Magnum Regiæ Cameræ Archiuum reddidisti maius: nouumque Regiæ Cancellariæ formasti, vt scripturæ tum Regi, tum Regno necessariæ perpetuò vtrobique seruarentur: earumque notio ad posteros transmitteretur perennis. Sed & Fama tuum nomen suis pennis in deaurato gloriæ folio descriptum, nulla vnquam temporis pluma obliterandum, ad Archiuum immortalitatis adamantinum pertraxit. Regno vniuerso consuluisti, Sanctiones nouas promulgando, eò potissimum tendentes, ne lites fierent penè immortales, & vitæ hominum modum excederent. [26] Nosti quidem, à Principe legibus antiquis non esse tam facilè quicquam innouandum; cum ad seruandas leges plurimum valeat inueterata Ciuium consuetudo. [27] Sed & illud quoque nosti, nempe leges non aliud, ac publicum bonum perpetuò respicere. [28] Ideoque, quoties publica siue necessitas, siue vtilitas id exposcat; leges mutari, ijsdemue aut adijci, aut detrahi oportet. [29] Quoniam & Deus ipse immutabilis hanc itidem ob causam nonnulla ex ijs, quę in veteri testamento

Stipendia Iudicibus adaucta.

Noua Archiua, nouaq; loca Secretis Regni statuuntur.

26 *Iustian. l. properandum 10. C. de Iudic.*

27 *Aristt. Polit. lib. 2. c. 6. prope fin. D. Thom. p. 2. q. 97. art. 2. ad primum, Nicol. Pōtifex can. 5. dist. 12. Marcell. l. 8. de Rest. in integr. & l. nihil 144. de Reg. Iur. Iust. §. vt autem, Auth. de non alien.*

Pragmaticæ nouiter conditæ.

28 *Paul. l. penul. de Iust. & Iur. D. Isid. can. 2. dist. 4. Tull. 2. de Legib. cæteriq; penes Turam. ad Rub. Pandectar. de Legib. lib. 2. c. 6. nu. 4. & seqq. Quod & cōstat ex ipsamet legis definitione, præstita à D. Thom. p. 2. q. 90. art. 4. corpore, cui Theologi vniuersi adstipulantur, teste Sayro in Claui Regia lib. 3. cap. 1.*

29 *D. Thom. d. q. 97. art. 2. corpore ad fin. eoque prius*

to

Artaxerſes Perſarũ Rex Eſther cap. vlt. Stephanus Põtif. can. quia Sancta 28. diſt. 63. Bonif. 8. e. alma mater 24. de Sent. Excom. in 6. Marcell. loc. cit. Iuſt. nouella 22. de Nuptijs, §. nos autẽ, & nouella 127. vt fratruum filij.

to ſtatuerat, mutauit in nouo. [30] Quid quod? nedum legibus nouis animorum infirmitatibus mederis, vt recta ratione vitam traducant, quacunque rebelli ſenſus inſania profligata: verum vt & multiplices corporum languentium morbi curentur, accuratiſſimè curas. Quamobrem ſi Latinæ Princeps eloquẽtiæ [31] ſcripſit: *An cum corpora curari poſſint, animorum nulla medicina ſit?* contra ego dixerim: cum tuo ingenio animi curari poſſint: corporum quoque multa medicina eſt. Salubria Puteolorum balnea iamdudum collapſa, mutuòque confuſa, lethifero obliuionis gurgite obruta, deliteſcebant. Tuum fuit opus, vt in priſtinum ſtatum reſtituerentur lymphæ, quæ ad priſtinam ſalutem tot ægrotos reſtituerent: quin & animos, iam iam corporea ſede abituros, ad auras reſpirandas vitales, penè reuocarent. Propterea Puteolana Ciuitas, à Samijs olim condita, Samij Philoſophi deliriũ, in ſeipſa quodammodo ſanum nũc eſſe demonſtrat; cum ſpiritum, corpore iam ferè egreſſum, Stygiaſque per vndas iam quaſi traiectum, ſuis vndis mirificis, tua prudentia inſtauratis, ad vitam iterum degendam reducere videatur. Benigna facilitas, faciliſque benignitas, qua Ciuium te adeuntium preces iugiter audis, & frequentiſſimè exaudis; Cleomenis, hac de re per quàm multum à Plutarco [32] commendati, encomia promeretur. Imo verò & Regni delicias te appellare non dubitauerim; cum & tu, inſtar Titi Cæſaris, amiſſum plerunque fateri videaris diem, quo tua bonitas otietur, nilque beneficij ſubditos inter diffundat. Tandem bibliothecam inſtituiſti, ſcientiarum omnium libris refertam, in hoc maximè Principem te digniſſimum oſtendens. Quippe literarias æquè

30 Innocent. 3. e. 8. de Conſanguin.

31 3. Tuſcul.

Salubria Puteolorum balnea reficiuntur.

32 In Vit. Cleom.

Bibliotheca.

ac

Digitized by Google

ac militares diſciplinas ad Principem ſpectare, ſenſerunt optime Veteres, effingentes, ex mente Iouis Olympi Monarchæ, ortam fuiſſe Mineruam, calamo armatam, & gladio decoratam: itidemque Phæbum (qui Cyclopes, Argiuos, & Pythonem arcu bellico interemit) ſcientiarum Antiſtitem extitiſſe. Hinc Philippus, Rex Macedonum, Dijs meritas agebat gratias, quòd Stagirita viuente, genuiſſet Alexandrum. Mitto Cæſarem, glorioſiùs in Parnaſſo, quàm in Capitolio laureatũ. Mitto Principes reliquos, Cathedris præfulgentes, & Caſtris: Tentorijs inſidentes, & Lycea perambulantes. Solius meminerim Alphonſi tui Aragonenſis, cuius Regiæ purpuræ ſuam togam, ſuumq; paludamentum æqua laude Pallas intexit; vt proinde veriſſimum eſſe demonſtraret, tunc ſumma felicitate Regnum perfrui, cum vel Philoſophus regnaret, vel Rex philoſopharetur. Hiſce veſtigijs tu inhærens, Aulam Regiam vniuerſæ ſapientiæ libris referſiſti. Hos inter & hũc meum, rogo, reponas librum; non quòd ego tanti hunc faciam, vt tanto in loco reponi mereatur (nec enim mea mihi tenuitas ignota eſt) ſed hoc indulgeas, obſecro, vt quoties graui regiminis moli ſubtractus, tot inter codices ſpatiaberis; mei ſaltem voluminis tibi dicati frontem inſpicias, meique animi erga te obſequentiſſimi reminiſcaris: atque in ipſomet libri veſtibulo tuas proprias laudes recenſere lęteris, meo calamo, etſi non plenè, ſaltem officiosè exaratas. In tuas laudes, Excellentiſſime Princeps, *Dixi prope plura, quàm potui: ſed pauciora, quàm debui.* Illud præterea me impulit, vt opus hoc tuo nomine, Petre Excellentiſſime, præmunirem; quod ſi quis fortè Zoilus ore venenato, dente anguineo librum, aggre-

Paneg. Maxi. Aug. dict.

aggredi meditabitur; noſcat, greſſum ſibi haud facilem huc parari: cum & ſapientiſſimo ipſi Salomoni difficilis videatur via colubri ſuper Petram. Vale diu, Petre, luculento virtutum omnium candore confulgens: cunctoſque tuæ vitæ dies traducas ſerenos, Petriſque notandos candidiſſimis.

Digitized by Google



Franciscus Roccus Regius Consiliarius

Pesca F.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNES BAPTISTA ROCCO AVTHORIS FILIVS

In Regijs Sub sellis Causarum Patronus

BENEVOLO LECTORI.

PRodit in lucem sub auspicijs Excellẽtissimi Principis Domini Petri Antonij de Aragonia Regni claues substinentis, hoc mei Opus Parentis, de Officijs, ac eorum Regimine; & meritò sanè diem salutat, ac Solem sub tanti Principis vmbra; qui sui muneris partes ratus, Officialium bonis Regias curas impendere eorum stipendia de suo suppleuit. Habebit itàque Parens Mœcenatem suum, cuius in nomine apricabitur, & quamuis ipse satis luce se prodat sua, in augustam tamen, & Imperijs assuetam adoptatus familiam nomen clarius assequetur, erit etiam cur à salibus, quisque à conuicijs temperet: solita enim & facta nec nisi à doctissimis viris legibusque hausta, & Supremi cuiusque Magistratus decisionibus asserit comprobata; Assertiorum cura magis quam copia studuit, non alia proferens quam qua ad Munerum Administrationem, ac Rei Vniuersim Publicæ vtilitatem facientia, Capitalium, Ciuiliumque causarum cognitor, Fisci Patronus, & in præsentia Consiliarius Sacri Neapolitani Senatus, vsu ipso egregio sanè Magistro didicit. Excepit olim Lector, & quidem (absit verbo inuidia) oculis, & manibus, à quis excepit Aduocationis labores duos nimirum tomos in binas distinctas centurias legalia complectentes responsa decisionibus referta, vna cum opusculo in sex titulos dispertito, in quo Vniuersa Mercatura ratio, & indi gestum Commercij corpus in partes, ac membra digestum est; Erat igitur opera pretium, & hos Magistratus Labores, quos vnos haurit à Magistratu, quem obit, typis tradere; vt qua à Maioribus nostris, qui hoc muneri functi, ac defuncti sunt accepta fuere, ad posteros, etiam transmittantur. Prodibit breui pars altera de Criminibus Officialium, vt si qua per agenda per hanc, mox per illam qua fugienda ostendantur. Vale.

Digitized by Google

IN Congregatione habita sub die 29. Aprilis 1667. coram Reuerēdissimo Dño Generali Vicario Neapolitano, de ordine Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinalis Caraccioli Archiepiscopi Neapolitani fuit dictum, quod V.I.D. Iulius Caponus reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi.

Paulus Garbinati Vic. Gen.

Canonicus D. Matthæus Renzi S.T.D. & Consult. S. Officij.

REVERENDISSIME DOMINE.

VIdi iussu Dominationis Tuæ Reuerendissimæ, Opus satis curiosum, de Officijs, eòrumque Regimine, &c. illius nunquam satis laudati viri Regij Consiliarij Dñi Francisci Rocco, olim in nostris Tribunalibus Aduocati Primarij, postmodū proprio Excellentiss. Comitis Castilli iussu, Iudex in Ciuilibus M.C. & omnium I.C. applausu Regius Consiliarius ab eodem creatus, ac Regij Cappellani Maioris Consultoris, Tribunalis Reuerendæ Fabricæ S. Petri de Vrbe in hoc Regno Iudicis primarū Causarum, & in illa Regali Iuncta Iurisdictionis, quæ Pupilla nostri Inuictissimi Monarchæ dicitur, vnus ex iudicantibus, in alijs Iunctis grauissimorum negotiorum vnus ex Consenatoribus, in quibus, quod vidit, quod egit, atq; notauit, in hoc opus summo cum labore, candidaq; doctrina collegit, & sanè vellem opus appellare vnicum, subsidiarium, ac tutamen Ministrorum in Regalibus negotijs occupatorum, ad illud enim recurrentes Ministri superioris spheræ omnia tanquam in vero speculo, atque tutamine laborata, ac doctè degustata inuenient. Quod si tutamen Pauperum Apicella composuerit; Patrocinium, ac Tutamen debitorum Gaspar Mantius; Asylum refugiatorum alius scripserit, hic optimè tutamen, & subsidiarium Ministrorum in dictis negotijs occupatorum verè composuit, non ergo amplius ad Gasparis Khok in suis pro Ærario consilia, non ad Peregrinum, Olibanum, Alpharum, Garronium, Larream, Calicium, alioſque qui Iura Fisci strenuè defenderunt, sed ad hoc opus recurrendum esse arbitror, non ad Mastrillum, Borrellum, Bouadillam, Villadiego, Solorzanum, Besoldum, Arumeum, Lyneum, Zoesium, Arniseum, Carpzonium, atque Bodinum de Magistratibus agentes, sed nostrum Authorem rogo Ministros omnes perlegendum, tuo ergo iussu Reuerendissime Domine cum perlegissem opus, est mea sententia, magno iudicio, ingenio, & labore digestum, summa rerum Forensium doctrina collectum, varium, ac tanto Authore dignum, non solùm primis Responsis duorum voluminum germanum, sed eruditione excelsius, Solis ad instar, qui in meridie elucet magis, quàm in ortu; Summo ergo cum applausu, & vtilitate à nostris consumatis in Iuris prudentia Ministris recipiendum prēuideo. Author enim est, qui facit noteſcere non esse, ità defectuosam nostram ætatem, vt non subministret futuris seculis de glorioſis viris, vti hic est exempla æternæ memoriæ; & cum nihil in eo inuenerim contrà Ecclesiasticam Iurisdictionem scriptum, nec contrà bonos mores imprimendum censeo ad communem Reipublicæ Literariæ vtilitatem, si Dominationi tuæ Reuerendissime placuerit. Datum Neap. die 25. Iulij 1667.

Dominationis Tuæ Reuerendissime,

Humillimus Seruus
Iulius Caponus.

IN Congregatione habita sub die 20. Augusti 1667. coram Reuerēdissimo Domino Generali Vicario Neapolitano, de ordine Eminentissimi Domini Cardinalis Caraccioli Archiepiscopi Neapolitani, fuit dictum, quod stante supradicta relatione imprimatur.

Paulus Garbinati Vic. Gen.

Canonicus D. Matthæus Renzi S.T.D. & S. Officij Consult.

EC-

Digitized by Google

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Conſigliero Franceſco Rocco eſpone à V.E. come vuol dar alle Stampe vn' Opera legale intitolata de Officijs, eorumque Regimine, ſupplica V.E. commettere la viſione di eſſa, acciò ſe poſſi imprimere, vt Deus.

Magnificus V.I.D. Iudex Thomas de Luca videat, & in ſcriptis referat.

Galeota Reg. *Carrillo Reg.* *Nauarra Reg.*

Prouiſum per S.E. die 5. menſis Decembris 1667.

Conſtantinus.

EXCELLENTISSIME PRINCEPS.

IVſſu Excellentiæ Veſtræ euolui nouum hoc opus celeberrimi Iuriſconſulti Franciſci Rocco Nobilitate præclari olim facundiſſimi, ac Primarij cauſarum Patroni, nùnc verò Regij Conſiliarij digniſſimi; æditum profectò non ſine magnis vigilijs, ob materiæ grauitatem, eruditionis copiam, ac laboris vtilitatem; totum percurri diligentèr, nihilque reperi, quod iuri publico, aut Regiæ Iuriſdictioni noxium fuerit; Author enim præclariſſimus, & æquè Regalis Iuriſdictionis vindex acerrimus, curalitèr diſſerere patiebatur, quando integrum volumen ad Regalis Patrimonij tutelam, iuriumque fiſcalium elaborauerit, igitur Princeps Excellentiſſime Typis tradendum cenſeo; vt tanti viri teſtimonium ergà Regale miniſterium cunctis innoteſcat, pariterque ſit admirationis, quantùm deſudauerit inter grauiſſimas ſuorum munerum curas, quibus ſumma vigilantia præfuit de ordine Catholicæ Maieſtatis, ac Excellentiſſimorum ProRegum, vt nedùm eluceſcerent Iuris prudentiæ radij in laborioſo, ac perdocto opere ſuorum Reſponſorum, verùm paritèr in præſenti, ſed longè clariores, ac nitidiores, veluti, illa ad priuatorum comoda ædita, hoc ad fiſci tutamen deſertiſſimè lucubratum, proindè dignum, vt quamcitiùs in publicum euulgetur ſub auſpicijs Excellentiæ Veſtræ. Neap. die 21. Decembris 1667.

Excellentiæ Veſtræ.

Deditiſſimus Seruus
Thomas de Luca Iudex M.C. in Ciuilibus.

Viſa ſupradicta relatione imprimatur, verùm in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota Reg. *Carrillo Reg.* *Nauarra Reg.*

Prouiſum per S. E. Neap. die 18. menſis Ianuarij 1668.

Conſtantinus.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RVBRICARVM, ET §§.

PRoemium fol.2.
De conceſſione officiorum vacandorum rub.1. fol.4.
De officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis; naturalibus Regni concedendis rub.2. fol.9.
De officiciorum ampliatione rub. 3. fol.16.
De ſubſtitutione in officijs rub. 4. fol.29.
De præcedentia inter Regia Tribunalia, eorumque Senatores rub.5. fol.34.
De præcedentia inter Senatores Supremi à latere Conſilij Regni noſtri §.1. fol.36.
De præcedentia inter S.R.C.& Tribunal Regiæ Cameræ, §.2.fol.40.
De præcedentia inter Præſidem S.C. & Locumtenentem Regię Cameræ, ac Regentes Regalem Cancellariam §.3. fol.45.
De præcedentia inter Regios Conſiliarios, & Præſidentes Regiæ Cameræ §.4. fol.49.
De præcedentia inter Præſidentes Reg.Camerę,eiuſq;Fiſci Aduocatũ,& Iudices M.C.V. §. 5. fol.53.
De ordine præcedendi in M. C. V. §.6. fol.55.
De præcedentia inter Fiſci Patronum R.C. & alterum M. C. §. 7. fol.60.
Præcedentia, an detur Regio Conſiliario,Preſidenti R.C.vel fiſci Patrono eiuſdem, creato,§.8.fol.63.
Præcedentia, an tribuatur Regenti Italiæ Senatus, adſcito ad Regalem Cancellariam Regni, contrà Decanum §.9. fol.68.
De præcedentia inter Officiales eodem tempore, ad eandem dignitatem aſſumptos rub.6. fol.73.
Officialis ſupernumerarius, an & quando præcedat ordinarium ſibi recentiorem rub.7. fol.84.
De officio Proregis Regni Neapolis, & quæ facere poteſt rub. 8. fol. 90.
De Capitaneo, & Vicario Generali §.1. fol.108.
Prorex, an Caſtellanos coerceat,qua Caſtellani fulciantur authoritate, & quibus Caſtrorum erectio permittatur rub.9. fol.111.
De militum ſtipendijs, & penſionibus, ipſorumque fruitionibus, ac coercione fraudantis eorumdem ſtipendia rub.10.fol.119.
Locumtenentem, an Prorex creare poſſit rub.11. fol.137.
Prorex Regni Neapolis, quæ facere nequeat rub.12. fol.140.
Aſſenſum ſuper alienatione feudorum, quando Prorex concedere non valeat. Ad ornatum prag. 4. de feud. rub.13. fol.149. Hic nouem caſus dictæ Sãctionis explantur, ac illuſtrantur, & illorum.
Primus caſus eſt; vbi bona feudalia ad

Digitized by Google

ad Eccleſiam, Monaſteria, vel Vniuerſitates deuenire poſſent, §. 1. fol. 150.

Secundus caſus eſt, vbi is qui de bonis ſuis feudalibus diſponit, aut tractat certo, ac legitimo ſucceſſore careat, qui iuxtà conſtitutionem in feudo ſuccedere deberet, §. 2. fol. 153.

Tertius caſus eſt, vbi feudi alienatio fit in eum, qui, aut ipſe parum fidelis fuerit, aut à non fidelibus originem trahit, §. 3. fol. 172.

Quartus caſus eſt, vbi natura feudi mutatur, ſucceſſorem extrà terminos conſtit. Regn. Inſtituendo, §. 4. fol. 172.

Quintus caſus eſt, vbi feudum, quod ab vno tenetur, in duos, tres, vel plures inſolidum, aut pro parte, vel retento vſufructu, vel dominio tranſfertur, §. 5. fol. 189.

Sextus caſus eſt, vbi in teſtamento, vel contractu adeſt ſubſtitutio, §. 6. fol. 197.

Septimus caſus eſt, vbi maxima pars feudi, vt puta medietas; aut tertia, vel quarta pars alienatur, §. 7. fol. 232.

Octauus caſus eſt, vbi qui feudum poſſidet ad beneplacitum noſtrũ, id ad alium, ſeũ alios transferre vult, vt mutata perſona, beneplacitum ſublatum eſſe videatur, §. 8. fol. 247.

Nonus caſus eſt, vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, aut Baronia, ſeù quoduis aliud magni momenti feudum alienatur, §. 9. fol. 252.

De officio Commiſſarij Contrabannorum, rub. 14. f. 260. hinc agitur.

De priuilegijs criminis extractionis rerum contra deuetum, §. 1. f. 262.

An nauis, & cæteræ res, quæ licent aſportari, incidant in commiſſum, ex rebus illicitis oneratis, §. 2. fol. 270.

Nauis, & animalia aliena, aſportans, vel aſportãtia res vetitas, an incidant in commiſſum, §. 3. fol. 275.

Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, an comprehendantur, ſub prohibitionibus, contrà extrahentes præſcriptis, §. 4. fol. 278.

Pœnæ pecuniariæ, & tranſactiones, quæ ad euadendum crimen extractionis fiunt, fiſci vel Conſignatariorum Arrendamentorum commodis, cedere debeant, §. 5. f. 289.

De Naui onerata frumentis, quæ vi ventorum appulit extrà Regnum, quãdo hic caſus excuſet reum, vel non, à crimine, §. 6. fol. 303.

De tractis, pro extractionibus concedendis, & quãdo reuocari queant, §. 7. fol. 310.

Indultu generali an gaudeant inquiſiti de contrabannis, §. 8. fol. 318.

Pœnæ ſtatutæ contrà extrahentes res vetitas, quando aduerſus hæredes tranſeant, §. 9. fol. 342.

Res extractę à Regno in Contrabannum, & captæ extrà Regnum, an ſint fiſco Regni reſtituendæ, §. 10. fol. 349.

Præfectus Triremium capiens res extractas in Contrabannum à Regno, tenetur illas reſtituere Fiſco Regni, nec reputatur legitima præda, §. 11. fol. 355.

Euellens à poſſe Officialium bona intercepta, vtrum ſubijciatur pœnis contrà extrahentes delatis, §. 12. fol. 359.

De compoſitionibus, & tranſactionibus

Digitized by Google

nibus faciendis in delictis Contrabannorum,& quid in Officiali, §.13.fol.363.
De modo procedendi in cauſis Contrabannorum, §.14. fol.371.
Monetæ quando, & quo in loco intercipi queant; & nùm prætextu vſus itinerantium à cõmiſſo quis excuſetur,§.15.fol.386.
De officio Commiſſarij generalis Campaneæ, rub.15.fol.389.
De officio Præfecti Claſſis, & Generalis Triremium, ad quæ illud ſe extendat; & an delicta commiſſa in terra per claſſicos, & milites Triremium cognoſcat, rub. 16. fol.411. hinc diſcutitur.
De bonis naufragatis, & prædatis ad Regem ſpectantibus, §. 1. fol. 422.
De præda bonorum hoſtium, quando,& quo in loco,illa ſit legitima, & quid in bonis Iudæorum, §. 1. fol. 442.
De officio Platearum Ciuitatis Neapolis, rub.17. fol.461. hinc prætractatur.
De facultatibus Platearum, earumque Nobilium prærogatiuis, ac de Plateæ Popularis honoribus, §.1. fol.463.
Gabellæ quando à Plateis ſuperimponi valeant; & an indictæ cenſeantur ex concurſu maioris partis Platearum,§.2.fol.470.
Plateæ quomodo congregentur; & nunquid talis Congregatio vetari poſſit per Excell. Proregem, quid vigentibus litteris S. C. M. §.3. fol.472.
De electione quinque, vel ſex Nobilium de Sedilibus, eorumque munere, &
De priuilegijs Titulatorum, ac
De officio, & dignitate Syndici, §.4. fol.477.
De donatiuis Regi faciendis, §. 5. fol.486.
De officio, & poteſtate Electorum Ciuitatis,eorumque facultatibus, & iuriſdictione,ac munere Plateæ Popularis, §.6.fol.502.
De Annonæ Præfecti inſtituto,Iuriſdictione, ac facultatibus, & ſuprema poteſtate Excellentiſſimi Proregis circà annonæ regimen, §.7. fol.516.
Legatorum electio, an & quando, quibus in caſibus, & qua præcedente ſolemnitate Ciuitati permittatur, §.8.fol.528.
De nullitatibus excitandis, vel remouendis, aduerſus electiones à Sedilibus peractas, §. 9. fol. 539.
De Alienatione, hypotheca, locatione, & reſignatione officij,eiuſque emolumentorum, rub. 18. fol.544.
Contractus diſtractionis officij, proculaſſenſu; an reuocari queat, ad ornatum Conſt. Regn. Conſtitutionem Diuæ memoriæ, rub. 19. fol.552.
Additio, fol.563.

FINIS.

Digitized by Google

DE OFFICIIS, EORVMQVE REGIMINE. OPVS DECISIONIBVS SVPREMORVM MAGISTRATVVM ILLVSTRATVM.

AVCTORE

FRANCISCO ROCCO

In Sacro Neapolit Consilio Regio Consiliario, Curiæ Regij Cappellani Maioris Regio Consultore, Tribunalis Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, in hoc Regno Iudice Primarum Causarum; ac peculiari iussu Excellentissimi Regni Moderatoris in Regijs sessionibus Perceptorum, bonorum vacantium, & extrahentium res absque Regio permissu, Commissario Generali; & vno ex Iudicibus, in negotijs Regalis Iurisdictionis, in Supremo à latere Consilio peragendis, ac Regiæ Iunctæ, contrà Exules constitutæ, & in negotijs Regij Arrendamenti Serici Commissario Delegato.

Digitized by Google

PROÆMIVM.

SVMMARIVM.

1 *Officiorum rectum, & legale regimen eſt Reipublicæ baſis; & in tali exercitio tota fœlicitas, aut miſeria collocanda, nu.2. & 7.*
3 *Officiorum recta adminiſtratio ſalutem Reip. ſeruat, non autem opes, diuitiæ, vel milites; quid ſi fallat, nu.4.*
5 *Officiorum rectum regimen ſalus Principis appellatur.*
6 *Officiales ſunt neceſſarij Principi ad Reipublicæ tutamen.*
8 *Officiales ſunt Miniſtri Diuinæ Iuſtitiæ, & ſimulacra Dei, & Reipublicæ capita, n.9. & membra corporis Principis, n.10.*
11 *Officialis vtitur authoritate Principis.*
12 *Officialium obligatio refertur, & nu.14.*
13 *Officiales debent habere manus mundas, & ſe abſtinere tenentur à muneribus, nec in hoc Rex poteſt diſpenſare.*
15 *Officialis tenetur inſeruire, & laborare; negligens autem, vel indebita perpetrans, infamis redditur, num.16. & rigoroſè coercendus eſt, nu.17.*
18 *Principes rigoroſam Iuſtitiam exercere tenentur, contrà facinoroſos Officiales.*
19 *Vitia Officialium in Ciuitates infunduntur, & ipſi plus exemplo, quam peccato nocent, num.20.*
21 *Auctor quare agit de Officijs, & eorum regimine, & qua de cauſa eſt indè ſcripturus de Criminibus Officialium.*
22 *Auctoris opera Typis tradenda recenſentur.*

PROÆMIVM.

1 EXploratum, & vndique indubitatum eſt axioma; vt baſis, & Reipublicæ fundamentum ſit officiorum rectum, & legale regimen; in hac enim
2 officiorum conſtitutione, & exercitio tota fœlicitas, & beatitudo, aut pernicies, & miſeria eſt collocanda; vndè eruditi ſapientes inquierunt; proùt *Plato dialog. 6. de legib. in princ. Ariſtot. lib.6. politic. ſeù de Republic. cap.8. Cicer. lib.3. de legib. n.9.* & confirmat ex Iure Conſultis *Pomponius in l.2. §. poſt originem, ff. de orig. Iur.* nimirùm quod non opes, non diuitiæ, non auri argentique copia, non numeroſi exercitus, Terra, marique diffuſi, nõ
3 militum pedeſtrium copioſæ falanges, non cataphractorum equitum turmæ ſalutem Reipublicæ tuentur, ac ſeruant; ſed ſolummodò officiorum recta adminiſtratio; ea inquam, ſi fallit, euertit Ciuitates, & à gente, in gentem tranfert Regna, non autem hoſtes, non arma, non inſidiæ, non facultatum inopia; proùt lepidè ſentit *Conſil. Carleual de Iudic. tom.1. diſp.1.*
5 Meritò nàmque *Marcus Tull. in orat. pro Roſcio*, officiorum rectum regimen ſalutem Principis, mentiſque publicæ
6 appellauit; Officiales enim, apprimè neceſſarij ſunt Principi ad Reipublicæ tutamen, & magno adiumento, ad ſubleuandum Reipublicæ pondus, dùm in officijs ſubiectorum pax, Coronæ ſtabilitas, omneque Reipublicæ bonum exoriatur, vt perbellè ſentit *Reg. Galeot. reſp. fiſc.12. nu.85.* ideò *Saluſtius de Republic.*
7 *ordinand. epiſt.2.* ait: omnia Regna, nationes, Ciuitateſque vſquequo proſperum Imperium habuiſſe; dùm apud eas verum, rectumq; officiorum exercitium valuit; hinc *Ariſtot il. Politic lib.5. cap.6.* impoſſibile eſſe, tradit, vt ſalubriter Principatum diſponat, qui non agit, vt officiorum exercitium legaliter expleatur.
8 Quinimò Officiales ſunt, Miniſtri Diuinæ Iuſtitiæ in Terris, & ſimulacra Dei *cap.nec is 15.quæſt.1. cap.non ſolum, cap. qui malas 23.quæſt.5.* & habetur in diuinis paginis, *prouerb. cap.8.* ibi, *per me Domini dominantur, & regnant omnes Iudices Terræ*; idemque aſſeuerat *Narbon. ad leges Regias lib.4. tit.1. l.20. gl.18. nu.28. Paris de Puteo de ſindicat. §. Iudices puras nu.12.* idcircò ſunt Reipublicæ
9 capita, ſeù patres, vt tradit *gloſ. in auth. vt Iudices ſine quoque ſuffragio, §. ex diuerſo, verſ. amantiſſimis*, ſunt etiam, loco Regis, publicæ adminiſtrationi præpoſiti; ità ex pluribus aſſeuerat *Farinac. in prax. criminal. q.103. nu.126. & 199.* quod etiam confirmat *Narbona loc. cit.*
10 *nu.28.* ſunt vlterius membra corporis Principis, vt autumnatur *in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſt.* idemque tradit *Guillelmus Lerouill. in tract. de Iuſtit. & iniuſtit. lib.3. cap.2. nu.12. Azor. in ſumm. tit. de offic. Præfecti Prætor. Oriental. litt. C.*
11 vndè vtitur Officialis, eadem authoritate, qua Princeps fulgitur; ſic ad litteram loqui-

Digitized by Google

loquitur *text. in proem. inst it.* §. *cumque hoc*; ibi, *vt ipsi nostra authoritate componant*, ad quod etiam conferunt *verba Eccles. cap.* 10. *magnus est Iudex*; *& potens est in honore.*

12 Propterea obligantur Rectores, benè, & fideliter, cum pura conscientia administrare, subiectosque Regi illesos vndique custodire; & nulli partium citrà quã iustum est præstare, vt disponitur in §. 1. *in auth. Ius iurand. quod præstatur ab ijs*, quod expendit *Reg. Galeot. resp. fiscal.* 15. *num.* 128. subnectens, *nu.* 131. Officiales oportere, vt habeant manus mundas; & abstinere à muneribus; tripliciter, manu,
13 lingua, & obsequio, adeò vt nec Rex de potestate ordinaria, valeat super his dispensare; vt ex *Restaur. Montal.* cæterisque latissimè probat, *Auiles in cap.* 1. *prator. verb. dadiuas nu.* 2. *&* 5. *per tot.*

14 Contrahunt nàmque Officiales duplicem obligationem, positiuam, nimirum ad faciendum; & negatiuam ad non faciendum; ità tamen præcipua, & directa officij obligatio est quoque positiua; nàm officium significat obligationem faciendi, quo fit, vt beneficium detur propter officium, *cap. vlt. de rescript. in 6. Trident. sess.* 21. *decreto de reform. cap.* 3. *Flamin. Parisius de resignat. beneficior. lib.* 6. *q.* 1. *num.* 37. *&* 41. non enim officium est res emortua, & inanimis,
15 vt quis possit dormiendo officio satisfacere; sed est viua, & actiua, & Officialis de eo inuestitur, vt inseruiat agendo, & laborando, quod satis apertè demonstrat Euangelica parabula de talentis, seruis à Domino peregrè profecturo cõmissis, & reprehensio serui illius, qui duritiam, & morositatem Domini timens, nihil superlucratus, talentum humi defossum, quod ille cũ vsuris expetebat aduenienti Domino restituit; ità *Matth.* 25.

16 Hinc Officialis suum officij institutum negligens, aut indebita perpatrans infamis, & Periurus redditur, ità ex *Auiles in cap. prætorum verb. dadiuas nu.* 2. *&* 5. *per totum*, *Reg. Galeot. resp. fiscal.* 15. *nu.* 131. ad idem *Consil. Carleual de iudic. to.* 1. *disp.* 2. *nu.* 519. *ex Iansenio Cornelio*
17 *in concordia euangelica, cap.* 107. *&* 126. & rigorosè venit coercendus, omniq; honore destitutus, dùm qui flagitijs se commiscuit, non debet honoris habere munimen; vt annuit *Reg. Galeot. resp. fiscal.* 15. *nu.* 70. proindè animaduertere
18 debent supremi Principes, qui in Terra præsunt, rigorosam in facinorosos Officiales iustitiam exercere, si Deo placare cupiant, ad hoc, vt iudicium pacis, & quietis in subditos faciant; non enim quies aliqua in Ciuitate adesse potest, nec bonis Ciuibus securitas, quando scelesti Officiales tollerantur; & non plectuntur, ad quod conferunt, quæ Rex Psalmista docet: *Diligite iustitiam, qui iudicatis Terram*; & meliùs in *psalm.* 105. *Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore*; ex criminibus quoq; & vitijs Officialis tota Ciuitas in-
19 fici solet; ità quod non solùm vitia ipse concipit, sed ea in Ciuitatem infundit; & non tantùm obest, quod ipse corrumpitur, sed etiam quod corrumpit: cum plus
20 exemplo, quàm peccato noceat; proùt sunt verba patris eloquentiæ, *Cicer. lib.* 3. *de legib.* idem confirmant *Tiraquell. de nobilit. cap.* 20. *nu.* 137. *Reg. Tap. lib.* 2. *Iur. Regn. rub. de Official. in regn. constituend. nu.* 10. *&* 11. *Consil. Carleual lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 1. *nu.* 5. *&* 6.

21 Propterea decreui aliqua de officijs attingere, ac de obligationibus, facultatibus, potestatibusque quorundam Officialium, nedùm in Ciuitate, & Regno nostro; sed alibi vsufrequentium differere. Et cuncta omnia, quæ ad regimen eorumdem attinent perpendere, perscrutatis Iuris communis tramitibus, nostrique municipalis pensatis, DD. placitis relatis, solida postmodùm constituta sententia, rationibus munita, ac decisionibus Supremorum Magistratuum circumuallata; indè in secunda parte, quam citius Deo fauente prælò tradenda crimina, quę contrà ipsos Officiales obijci valent, ostenditur Iudex, qui contrà huiusmodi iudicium reddit, constituitur excusationes, quæ promouere possunt, remouentur, illorumq; flagitium insinuatur, Sanctionibus tàm iuris cõmunis, quàm Regni innixis rationibus fretus, & rerum iudicatarum authoritate fuffultus, quæ non iniucunda arbitror, vt ipsi Officiales ex præfatis pœnis deterriti ab huiusmodi criminibus abstineant, & subditi innoxij reddãtur ex recto officij regimine. Et hæc habes post primos exantlatos la-

Digitized by Google

bores in duobus voluminibus Reſpõſorum legalium dipartitos, dùm ingente negotiorum mole depreſſus exiſto in arduiſſimis negotijs detentus ob mei muneris præſtantiã, cæteriſq; mihi tributis; & inter tantos nunquam peperci laboribus, omnibuſq; ſatisfeci, & ſatisfaciam, mei ſaluti non proſpiciens; quinimò tertiam partem de Officio Regij Cappellani Maioris, & quartam de Tribunali Reuerẽdæ Fabricæ Diui Petri de Vrbe; & alterum tractatum in duobus volumi. nibus diſtributum. De Fiſco Regalis Iuriſdictionis Typis tradere ſuppono, quos ad pennam habeo, Diuina fauente Clementia, Deiparæq; auxilio, Sanctæ Matris Annæ, ac Diui Thomæ Aquinatis Patrocinio.

De conceſſione officiorum vacandorum.

RVBRIGA I.

SVMMARIVM.

1 *PRinceps poteſt concedere feuda vacatura, poſt mortem alterius, etiam non cõſentiente illo, qui feudum tenet, nec ſubiacet dicta conceſſio diſpoſitioni,* l.fin. C. de pact. *quia non conceditur futura ſucceſſio, ſed caducitas ſucceſſionis, nec ſucceſſor poteſt reuocare dictam conceſſionem; niſi ex iuſta cauſa.*

Quod limitatur in officijs, & alijs priuilegijs, ne inducatur votũ capiendæ mortis ex d.l.fin. *niſi poſſeſſor conſentiret.*

2 *Promiſſio de officio vacaturo non valet.*

3 *Conceſſio officij, quod non vacat, facta purè, quando vacabit, omninò eſt nulla.*

4 *Prorex nequit officia prouidere, vacatura, poſt ſuam adminiſtrationem.*

5 *Anteceſſor non poteſt immittere falcem in ſegetem ſucceſſoris.*

6 *Rectores nequeunt eligere cuſtodes carcerum, vltima die ſui regiminis, duraturos poſt finitum regimen.*

7 *Princeps poteſt concedere primum officiũ vacaturum in Senatu; & ſic in genere cum de certa perſona non agatur.*

8 *Princeps de poteſtate abſoluta, etiam ſine conſenſu poſſeſſoris, concedit officia vacatura; ſecùs de poteſtate ordinaria, quod obſeruatur per Regem noſtrum, nn.10. pròut etiam in Curia Romana.*

9 *Sũmus Pontifex, eſt Dominus beneficiorũ.*

11 *Conceſſione facta ad officium vacaturum duobus, vter eorum præferatur.*

12 *Officij poſſeſſionem, obtinens, etiã ſi habeat titulum poſteriorem præfertur, & n.14.*

13 *Clauſula conſtituti, & precarij transfert realem poſſeſſionem; ſecus eſt in officijs, nu.14.*

15 *Beneficium obtinet, qui prior eſt in data, licèt ſit poſterior in poſſeſſione.*

16 *Officium obtinet, qui prior eſt in data.*

17 Tex.in l.quoties, C.de reiuendic. *habet locum in officijs: contrarium, nn.18.*

19 *Principis voluntas transfert dominium, & poſſeſſionem.*

20 *Clauſula in priuilegio,* præſtito prius iuramento de benè, & fideliter adminiſtrando, *non impedit translationem dominij.*

21 *Iuramẽtum de benè, & fideliter adminiſtrãdo requiritur ad actuale exercitiũ.*

22 *Principis contractus, differt à Priuilegio conceſſionis; nàm in contractibus præfertur, cui prius fuit data poſſeſſio, nu. 23. in priuilegijs verò ſecus, nu.24.*

25 *Officij conceſſionarius primus; ſi eſt inhabilis, præfertur 2. conceſſionario; cui fuit tradita poſſeſſio.*

26 *Officij ſi duo obtinuerunt conceſſionem eodem die, quis præferendus ſit; vbi deciſio Regiæ Camera, nu.27.*

28 *Beneficium obtinens à Papa cum data antetori, præfertur ſecundo conceſſionario, qui priùs obtinuit litteras prouiſionales.*

29 *Conceſſio facta per Principem officij vacaturi poſt mortem poſſeſſoris, locum non obtinet, ſi officium vacauerit per renunciationem, priuationem, vel per tranſitum ad maius officium, & nu.30.*

31 *Sed cõtrà iuxta magis veram opinionẽ.*

32 *Feudũ Martini ſi Rex conceſſerit Titio, quẽ credebat eſſe mortuũ, nõ debetur, niſi fuerit dictũ deuolutũ, vel deuoluendũ*

33 *Caſus mortis, deportationis, remotionis, ſuſpenſionis, inhabilitatis, vel priuationis de Iure ad idem ſonant: & idem eſt, aliquem remoueri ab officio, quàm mori, nu.36.*

34 *Mandatum expirat morte Epiſcopi, pròt remotione, vel renunciatione.*

35 *Electio facta per Principem de aliquo offi-*

Digitized by Google

officio vacaturo, per mortem alterius, nihil aliud eſt; niſi ſubſtitutio, quæ licèt ſit expreſſa in caſu mortis, in omni alio caſu extinctionis idem erat.

37 *Verbum vacare comprehendit omnem modum vacationis.*

38 *Officium computatoris cohortis Lanceariorum Domini Proregis, collatum per Proregem, fuit, alteri conceſſum per Suã Maieſtatem, quis eorum præferendus erit, num. 39.*

40 *Deciſio Collateralis Conſilij in dicta cauſa officij computatoris confirmata per Supremum Italiæ Conſilium, nu. 43.*

41 *Officium Computatoris alteri conceſſum per Suam Maieſtatem.*

42 *Auctor vti aduocatus ſcripſit pro primo Conceſſionario; & ſuccumbuit in Collaterali Conſilio, nu. 43. Et introducta cauſa in Supremo Conſilio Italiæ, fuit confirmatum primum decretum Collateralis Conſilij, nu. 43.*

RVBRICA I.

1 PRinceps, an poſſit concedere officia vacantia, poſt mortem alterius, quemadmodùm valet conceſſio feudi, nondùm aperti, nec Regiæ Curiæ deuoluti, & per dictam inueſtituram non fit illi, qui feudum tenet, aliquod præiudicium, cum Rex dat Ius ſuum poſt mortem tenentis, ità eſt *tex. in cap. moribus ſi de feud.fuer. contr. inter dom. & agnat.* vbi *And.* vndè dicitur facta inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, non verò de futura ſucceſſione, *Bal.* ibi, & ità ſeruatũ fuiſſe per Reg. Robertum, Ferdinandum, & Federicum, deciſum teſtatur *Afflict. dec. 292. Petr. de Gregor. de conc. feud. p. 1. q. 3.* vbi ampliat etiam non conſentiente illo, qui feudum poſſidet, ſequitur *Scarder. de feud. p. 3. cap. 5. nu. 17.* nec ſubiacet dicta conceſſio diſpoſitioni, *l. fin. C. de pact.* non enim inducitur votum captandæ mortis, quia vt diximus non conceditur futura ſucceſſio, ſed caducitas ſucceſſionis per delictum, vel per mortem, & Rex non concedit ex nunc, ſed ad tempus habile, quo effectum ſortire poteſt, *Bal. Aluar. & Afflict. in cap. ſi quis inueſtierit de feud. dato in vim leg. comm. Clar. in §. feudum q. 14.* teſtatur de communi, *Gaill. obſer. 15. l. 2. Canalc. de vſufr. nu. 55.* Neque dicta conceſſio reuocari poteſt, niſi adeſſet aliqua iuſta cauſa, *Petr. de Gregor. d. qu. 3. Rol. conſ. 1. nu. 44. vol. 1. Roſental de feud. c. 4. concl. 9. nu. 2.* cum alijs per *Maſtrill. de Magiſtr. l. 1. cap. 25. nu. 1. vſque ad 6.*

Hoc tamen in feudis ſancitum, fallit in officijs, & alijs priuilegijs, cum de Iure communi non poſſint concedi, ne inducatur votum captandæ mortis, *cap. 2. de prabend. in 6. & cap. conſtitutus de conceſſ. prabend. Cagnol. in d. l. fin. C. de pact. And. in c. 1. qui ſucc. ten.* hinc ab his conceſſionibus Princeps ſe abſtinere, & officia concedere non debet, niſi vacata fuerint *Petr. de Greg. de conc. feud. q. 3. nu. 9. & 10. Cagnol. d. l. fin. nu. 58.* cum alijs per *Maſtrill. d. cap. 25. nu. 10. & ſeq. qui nu. 20. & 21.* teſtatur in Regno Siciliæ adeſſe plura capitula Regum anteceſſorum, vt ſcilicèt officia non vacantia non poſſint concedi, niſi cum conſenſu illius, qui officium poſſidet, nè inducatur votum captandæ mortis, quod conſenſu poſſeſſoris ceſſat, *Dec. & Salic. in d. l. fin. Roſent. de feud. cap. 4. concl. 9. num. 3.*

2 Idque ampliatur, vt nec etiam promiſſio de officio vacaturo valeat, *Rebuf. to. 2. Conſt. Franc. tit. de benef. ante vac. gl. 2. verſ. imò, Afflict. d. dec. 192. nu. 4. Petr. de Greg. d. q. 3. nu. 17.*

3 Imò conceſſio officij, quod non vacat, ſi fuerit facta purè, & non ſub conditione quando vacabit, omninò eſt nulla, ex *text. in cap. 1. qui ſucc. tenen.* vbi *Afflict. & de commun. opin.* teſtantur *Aluar.* ibi *Roſent. d. c. 4. concl. 9. hum. 1. Scarder. de feud. cap. 2. n. 19.* cum alijs per *Maſtrill. d. deciſ. 25. nu. 26.*

4 Hinc eſt, quod Proreges non poſſunt prouidere officia vacatura poſt eorum adminiſtrationem, *Bal. in d. cap. 1. qui ſucc. tenen. & in l. emptorem, verſ. quare, ff. loc.* etenim nemo poteſt in ſegetem ſucceſſoris falcem immittere, niſi acceſſerit
5 conſenſus poſſidentis officium, *Andr. & Afflict. in d. c. 1. qui ſucc. tenen. Cagnol. in in d. l. fin. nu. 56.* Et Rectoribus prohibetur, vltima die ſui regiminis eligere
6 cuſtodes carcerum, vt poſt finitum regimen debeant durare in eorum officio, *Præſ. de Franch. deciſ. 393. Maſtrill. d. cap. 25. n. 28. & 29. de Magiſtr. lib. 1.*

7 Ve-

Digitized by Google

7 Verùm limitatur concluſio ſupra firmata, in caſu quo Princeps concedit primum officium vacaturum in Senatu, & ſic in genere, nàm eo caſu, cum non agatur de certa perſona, valet conceſſio *Cagnolin d.l.fin.nu.*58.*&* 150. *Roſental. d.c.*4. *concl.*9.*nu.*4.*Gaill.obſer.*155. *nu.*6. *Maſtrill.nu.*25. plenè *Velaſc.dec.Luſitan.* 72. *par.*1. *ex tex.in cap. ex parte de offic. deleg.* cum alijs relatis per *Reg.Capyc.Latro lib.*2.*conſult.*145.*nu.*146.*&* 148.

8 Inſupèr prædicta concluſio locum vindicat de poteſtate ordinaria Principis, qui non poteſt concedere officia vacatura, ſine conſenſu poſſeſſoris; ſed de poteſtate abſoluta id facere ei non prohibetur, & valet conceſſio, vt fatetur idem *Cagnol.in d.l. fin. nu.*16. *C. de pact.Salic. ibid. nu.*11. *Affl.d.dec.*192.*nu.* 5. proùt in beneficijs probat *tex.in d. c.* 2.*de prabend.in* 6. vbi *Gemin. nu.*3. alle-
9 gat rationem; quia Summus Pontifex eſt Dominus beneficiorum, ad *tex. in cap.propoſuiſti*, §.*licet de conceſſ. prab.* & licèt hac abſoluta poteſtate cum difficultate Principes vtantur: vt inquit *Gomez in tract.de grat.eſpec.nu.*2.& ſequitur *Maſtrill.de magiſtrat.l.*1.*c.*25.*nu.*27.
10 tamen hodiè obſeruamus, quod Rex noſter concedit officia vacatura, illorumque futuras ſucceſſiones poſt mortem poſſeſſoris, vt ex multis comprobat *Reg.Capyc.Latr.d.conſult.*145.*nu.*62. qui *nu.*149. id ampliat in quolibet Principe, non recognoſcente ſuperiorem, ex *Gabed.aec.*24.*in fin.par.*2.*& nu.*150. ſubdit ita ſeruari in Curia Romana.

11 Et quandoque reperitur facta conceſſio duobus, ad idem officium vacaturum, & dubitatur, quis nàm eorum præferatur; in quo articulo eſt videndus, *Alua.Velaſ.dec.Luſit.*27.*par.*1. eund. articulum agit *Reg.Reuert.in dec.*508. & cõcludit, vt potior ſit, qui anteriorem conceſſionem obtinuit, nec præualere inquit in beneficium ſecundi cõceſſionarij cauſam prioris poſſeſſionis, *tex.* enim *in l. quoties, C. de rei vendic.* vbi cauetur,
12 quod ille præferatur inter duos emptores eiuſdem rei, qui prius aſſequitur corporalem poſſeſſionem, etiam ſi habeat titulum poſteriorem, quam diſpoſitionem, etſi procedere autumnent, etiam in feudis; ità *Barboſ.in collect.ad d.l.quoties, Reg.Sanſel. deciſ.*105. *lib.*1.*num.*13. & tàm in venditione, quàm donatione, *Ludouic.deciſ.Peruſina* 29.*nu.*18. *Barbat. ſuper pragm.de aſſiſtent.gloſ.*7.*nu.*43. *Caldas Peiera de Iure emphyt. lib.*4.*cap.* 10. *nu.*33. *Reg.Merlin.lib.*2. *controu.cap.*18. *nu.* 9. etiam in locatione *Reg. de Marin. lib.*2.*reſol.cap.*240. niſi in primo contra-
13 ctu fuerit adita clauſula conſtituti, & præcarij, quæ vim habet realis traditionis, & per illam transfertur vera poſſeſſio; quamuis per actum fictum, *Angel. conſ.*167.*in fin.& conſ.*387.*in princ. Car. Tuſch.litt.V.concluſ.*64.*nu.*8.*add.ad Cardin.Ludouiſ.dec.*567.*litt. C.addit.ad Molinam de Hiſpan. primo genitura, lib.* 4. *cap.*2. *Marcian.conſ.*40.*lib.*1.*Reg.de Marin.ad Reg.Reuert.dec.*107.*nu.*3.

14 Secùs tamen eſt in officijs; in quibus poſſeſſio anterior nemini opitulatur; ſed poſtponitur illi, qui anteriori conceſſione fulcitur; ſic ſeruari teſtantur *Carrocius deciſ.*19. *nu.*26. *Cacheran. deciſ.*172. *nu.*2. *Epiſc.Sperella dec.*115.*nu.*1. *Nouar. ſuper pragm.*13. *collect.*13.*nu.*2.*&* 3. *Reg. Rouit.dec.*82. *Reg.Reuert.d.dec.*508. *Reg. de Marin.in obſeru. ad d.dec.Reg.Reuert.* 508. *Reg.Marcian.diſput.*36.*nu.*1. & ità deciſum per Regiam Cameram teſtatur *Reg.Reuert.* ibidem, & per S.C. *Reg.Marcian.loc.cit.* idemque pronunciatum per *Reg. Rouit.* fatetur ipſemet *Reg.Rouit. d. deciſ.*82.

15 Et ratio eſt, quia idem ſtatuendum eſt in officijs, quod ſtatutum eſt in beneficijs, ſed in beneficijs, prior in data eſt ſemper præferendus poſteriori, quãtumuis poſſeſſori, *cap. ſi tibi abſenti*; *& cap.Sede Apoſtol ca de prabend.in* 6.*cap.ſi duobus,& cap.tibi de reſcriptis in* 6. ideò
16 ità etiam in officijs ſeruandum eſt, vt probant pluribus glomeratis, *Barboſ. in d.l.quoties nu.*17.*C.de rei vendic.Reg.Salern. dec.*11. vbi *Thor. in addit. Reg.de Marin.ad Reg.Reuert.deciſ.*107.

Verùm me non latet, aliquos aſſeue-
17 raſſe, *tex.in d.l.quoties*, locum obtinere etiam in officijs; proùt habetur apud *Mangrell.in addit.ad Bart.in d.l.quoties, & Reg.Rouit.in pragm.*5. *de Baronib. nu.* 5. *&* 21.

Tamen hæc ſententia non adaptatur
18 in caſu conceſſionis officij, factæ à Principe, ex cuius ſolummoda conceſſione tranſ-

transfertur, non ſolum dominium, ſed
19 poſſeſſio *Io: Andr. in cap. olim de ver. ſignif. Bald. in prælud. feudor. nu. 29. Andr. in cap. 1. quid ſit inueſtitura, Gabriel lib. 3. commun. opinion. tit. de empt. & vendit. concluſ. 2. n. 39. &* 40. idemque ſatis perbellè tradit *Reg. Galeot. reſp. fiſcal. 7.* ſubdens, quod huic concluſioni non obſtat
20 clauſula, quę adijcitur in priuilegio, *præſtito tamen prius per te ſolito iuramento de benè, & fideliter adminiſtrando*, hæc enim clauſula non impedit quin dominium, & poſſeſſio ſtatim tranſeant;
21 verùm quoad exercitium facti, ſcilicèt actuale procedat iuramentum; vt ipſe *Reg. Galeot.* inquit, *ex mente Gregorij Lopez par. 5. tit. 4. lib. 7. verſ. poſſeſſio in princ. Molin. de primog. lib. 2. cap. 12. nu. 16.* idemque ſequitur *Reg. de Marin. in obſer. ad d. dec.* 508. vbi præterea diſcri-
22 men obſeruat, inter conttactum à Principe geſtum, & priuilegium ab eodem conceſſum; in contractu, vtpotè, donationis, vel venditionis, potior eſt, qui
23 poſſeſſionem nactus fuit, licèt poſteriorem titulum habeat; in priuilegio verò
24 ſecus eſt, ratio autem huius diſcriminis, idem *Reg. de Marin. ibid.* non obſeruat; ſed illa conſtat ex dictis per *Iaſ. in d. l. quoties, C. de rei vendic.* nàm in contractibus vtitur Princeps iure priuati, quod non eſt in priuilegijs, ad idem faciunt allegata per *Afflict. in cap. 1. quid ſit inueſtitura* per *Reg. de Curte in diuerſ. par. 1. cap. 11. nu. 19. Gabedo dec. 30. nu. 9. par. 2. Burgos de pax conſ. 25. nu. 2. Caldas conſ. 28. nu. 23. Mieres de Maiorat. par. 1. q. 26. nu. 13. &* 16.

25 Pariterque conferunt, quæ in proprio caſu ſcripſit, idem *Reg. Rouit. d. dec.* 28. ad limit. *d. l. quoties*, quando agitur in officijs, & inſuper ſubnectit, quod inhabilitas primi conceſſionarij, tempore electionis, iuſtam cauſam retentionis non præbet, ſecundo conceſſionario, poſſeſſionem anteriorem aucupanti; vt poſſet ſe eadem poſſeſſione tueri, ad quod expendit *tex. in cap. capitulum Sanctæ Crucis, & in cap. nullus de temporib. ordinat. in 6.*

26 Verùm ſi de anteriori data in conceſſione non liqueat, & vtraque conceſſio eodem die fuit emanata, quis autem de huiuſmodi Conceſſionarijs præferatur? hic articulus fuit exitatus in Regia Camera, proùt refert *Reg. Reuert. d. deciſ.* 508. vbi inquit, quod vno eodemque die compertum fuit, Carolum Cęſarem tùnc Regem noſtrum in eius Curia, contuliſſe Petro de Mudara officium Capitanei, quod dicitur *dell'artiglierie*; inſimùl ſcripſiſſe Domino Proregi, quod illud conferret Lucio de Trano; qui litteras cum præſentaſſet officij poſſeſſionem, ſeù quaſi fuit adeptus; ſuperueniente demùm dicto Petro, & prælationem in aſſequendo officium efflagitan-
27 te, Regia Camera pro Petro reſoluit, innixa diſpoſitioni, *textus in cap. duobus de reſcript.* vbi ſi Papa vno eodemque die; beneficium alicui contulerit; idemque vt alteri conferreretur certis exequutoribus iuſſerit, ſuppoſito, quod non appareat, quis primo impetrauerat, licèt hic litteras prouiſionales dictis exequutoribus prius præſentauerit; & benefi-
28 cium aſſequutus fuerit; tamen ille, cui Papa beneficium contulit, præfertur, & hanc diſpoſitionem extollunt *Io: Andr. Archidiac. Dominicus, Philippus Francus, cæteriq; Canoniſtæ in d. cap. duobus*, & rationem aſſignant, quia hic prouiſus à Rege, pinguius Ius habere dicitur.

29 Prætereà ambigitur, etiam ſi conceſſio, facta per Principem alicuius officij, vacaturi poſt mortem poſſeſſoris, trahatur in caſu, quo officium vacauerit per renunciationem, vel priuationem, aut
30 per tranſitum ad maius officium. Pro
31 negatiua opinione facit *textus in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. Guid. Pap. dec.* 547 *Guttierez canon. quæſt. lib. 2. cap. 15. nu.* 60. quia differt vacatio per mortem, vel per translationem.

32 Ad quod etiam facit; vt ſi Rex conceſſerit, Titio, feudum Martini, quem credebat eſſe mortuum; ſi Martinus viuit, & poſt conceſſionem deceſſerit, non debetur feudum; niſi in conceſſione fuerit quoque dictum, deuolutum, vel deuoluendum, *Camer. in cap. Imperialem 156. n. 3. Anna alleg. 62. nu. 15. & ſing 64. & in cap. 1. de vaſſ. decrep. ætat. nu. 264. Reg. de Pont. conſ. 3. nu. 12. Lanar. conſ. 18. nu. 3.* & alijs probat *Maſtrill. de mag. l. 1. cap. 26. nu. 2. cum ſeq.* ſequitur *Mont. de Regal. in tit. de Regal. offic. nu. 79. in fin.*

Sed contrariam opinionem magis ve-

ram

33 ram ſequuntur alij, nàm in Iure caſus mortis,deportationis,remotionis,ſuſpẽſionis,inhabilitatis, priuationis,vel alius idem ſonant ad *text.in cap. in apibus*, §. *ecce 2.q.1.clem.ſin.* vbi *Card.n.13.de procur.gloſ.in cap.ſicut in verbo moriantur de præbend in 6.* vbi ęquiparat mortem Prę-
34 lati renunciationi, & ſicut mandatum expirat per mortem Epiſcopi,ità per remotionem,vel renunciationẽ, *Ann.alleg. 92.* vbi refert deciſum,& *Fabius Anna conſ.14.nu.11.* cum alijs probat *Maſtrill. d.cap.26.nu.16.cum ſeq.* Ratio eſt, quia conceſſio facta per Principem de aliquo
35 officio vacaturo per mortem alicuius, nihil aliud eſt, niſi ſubſtitutio, quæ licet ſit expreſſa in caſu mortis, idem operatur in omni alio caſu extinctionis illius officij, & adminiſtrationis finitę in perſonam primi poſſeſſoris, & ſemper ſubſtitutus admittitur,*l.iam hoc iure de vulg.& pup. l.gallus*, §.*& quid ſi tantum de lib.& poſth.* vbi *Garzia n.72.& Andr. in d.c.1.§.moribus nu.1. ſi de feud. defun. mil.* qui ęquiparat caſum mortis alteri
36 vacationi feudi, cum idem ſit,quem remoueri ab officio, quam mori, *Gloſ. in clem.1.in verb.mori,vt lite pẽdente Ruin. conſ.87.nu.1.vol.2.Viu.dec.2.n 10.& 43. Surd.deciſ.202.nu.1. Reg.Tap. de conſtit. Princ.par.2.cap.11.nu.80.* & verbum va-
37 care cõprehendit omnem modum vacationis in officio,loquitur *Cabed.dec.23. n.10.par.2.Anna d.conſ.14.Couar.in cap. quamuis*,§.*4. n 5 de reſt.* & ità concludit cum *2.opin.Maſtrill.d.lib.1.de mag.c.26. in fin.* & reſpondit ad contraria.

Tandem quæ diximus *num.* 11. confirmantur rei iudicatæ authoritate, habitæ in cauſa Ioſephi Salutij cum Melchione Guttieres.

Mortuo nàmq; Luca Guttieres com-
38 putatore cohortis lancearũ D. Proregis Dominus Admiratus Caſtellę,tùnc temporis huius Regni Prorex contulit officium prædictum Melchioni Guttieres filio dicti Lucæ minori, cum clauſula, (quod adminiſtret per ſubſtitutum)ſub die 16.Ianuarij 1646.

Sed Catholica Maieſtas Inuictiſſimi Regis noſtri conceſſit officium prædictum Ioſepho Salutio per mortem dicti Lucæ ex priuilegio expedito ſub die 12. Nouembris 1646.

Quod priuilegium fuit exequutoriatum ad beneficium Salutij, per Dominum Proregem Neapolitanum ſub die 12. Septembris 1647. Præſtitoque iuramento ſub die 18.eiuſdem, fuit Salutius deſcriptus in libro Regij Scribæ portionis ſub die 22.eiuſdem menſis,& tradita fuit ei poſſeſſio.

Melchior Guttieres porrexit preces Domino Proregi dicens dictum priuilegium expeditum ad beneficium Salutij eſſe ſubreptitium;ex quo dictus Salutius non expreſſit conceſſionem factam per Dominum Proregem ipſi Guttieres, & cauſa prædicta fuit commiſſa Marchioni Sancti Sebaſtiani Regenti Caracciolo ſub die 8.Ianuarij 1648.

Salutius excepit,quod de conceſſione
39 facta per Dominum Admiratum Caſtellæ nulla erat habenda ratio; tamquam nulla, & inualida, ex quo erat contrà Regias Pragmaticas, & litteras Suæ Catholicæ Maieſtatis.

* Per decretum Collateralis Conſilij
40 ſub die 8.Februarij 1648. fuit deciſum, quod pro obſeruantia Priuilegij Suæ Catholicæ Maieſtatis manuteneatur in officio Computatoris Ioſeph Salutius, qui valeat dictum officium exercere, oppoſitis non obſtantibus per Melchionem Guttieres.

Salutius pro maiori confirmatione dicti officij iterùm adiuit Suam Maieſtatem, & exponens omnia prædicta de prouiſione ſcilicèt facta per Dñm Admiratũ Caſtellæ in perſonam dicti Melchionis minoris, & quod prætendebatur officium eſſe ſub prouiſione Proregis, obtinuit à Catholica Maieſtate, nouam confirmationem dicti officij, non obſtantibus prædictis, & ordinatum fuit quod dicta conceſſio,ad ſui beneficium facta, debitæ exequutioni demandetur, vt ex littera ſub die 22.Iunij 1647. præſentata S.E. cum decreto, quod notetur in libris.

Deindè Guttieres produxit aliud pri-
41 uilegiũ Suę Maieſtatis datum ſub die 19. Februarij 1653.per quod annullatur cõceſſio dicti officij facta ad beneficium Salutij de anno 1645. & præcipitur, vt ſolutis eidem Salutio ducat. 1000. reſtituatur officium dicto Guttieres.

Et licèt ſcripſerim,tanquam Aduoca-

tus

Digitized by Google

42 tus dicti Ioseph Salutij, vt in *meo responso* 100. *p.* 2. subsistinens, non esse exequendum dictum vltimum priuilegium, præsentatum per Guttieres, tanquam subreptitium, cum non fuerit facta mentio de alijs concessionibus præcedentibus, factis per suam Maiestatē ad beneficiū Salutij, & ex alijs rationibus exaratis in dicto responso; nihilominus succubui; nam sub die 23. Martij 1654. per Collaterale Consilium fuit prouisum, quod
43 dictæ Litteræ Suæ Maiestatis, vltimo loco obtentæ per Guttieres, debitæ exequutioni demandentur, qua de re Salutius recursum habuit ad pedes Suæ Catholicæ Maiestatis, & representauit concessiones, primo loco ei factas de officio prædicto, & remissa causa supremò
44 Consilio Italiæ, vt de Iustitia prouideret; in quo agitata causa, auditis partibus, fuit latum decretum, quod concessiones, primo loco obtentæ à Salutio, debitæ exquutioni demandarentur, non obstantibus concessionibus, factis ad beneficium Guttieres, & possessione officij, in qua reperiebatur; restitutis tamen per Salutium, quantitatibus, solutis pro seruitio Suę Maiest. per Guttieres. Hæc decisio fuit de anno 1656. & indè Neapoli fuit exequutioni demandata.

De Officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, naturalibus Regni concedendis.

RVBRICA II.

SVMMARIVM.

1 *Officia Magistratus non sunt concedenda Ciuibus loci administrationis, & de ratione, nu. 2. sed contrà, nu. 4. 10. & 66.*

3 *Ciues ex amicitia, vel coniunctione cum Officiali, ansam delinquendi sumunt.*

4 *Ciues originarij in magistratibus eligendi sunt, & Prelati, nu. 5. 7. 66. & 67.*

5 *Prelati eligendi sunt de ciuibus.*

6 *Ciues longè melius administrant, quàm Peregrini.*

9 *Ciues, concurrentes cum exteris, etiam si exteri celebriores sint, ipsi Ciues præferuntur, dummodò mali non sint.*

10 *Ciues præferuntur in magistratuum electione de consuetudine apud Hispanos, nu. 8. apud Venetos, in Regno Nauarræ, in Agusta, & imperiali Camera, in Regno Aragoniæ, & Taurini, & quasi in toto orbe.*

11 *Officia, & magistratus concedendi sunt Ciuibus in Regno Siciliæ, & in Ciuitate Panormi, Messanæ, & Catanæ, exclusis penitus exteris.*

13 *Officia conceduntur naturalibus in Regno Neapolitano, & Priuilegia, ac capitula, Neapolitanis concessa, recensentur.*

14 *Beneficia intrà districtum Neapolis, Neapolitanis tantum sunt concedenda.*

15 *Officia septem Regni, Regnicolis, & naturalibus, sunt concedenda.*

16 *Episcopatus, Arch episcopatus, Abbatiæ, Prelaturę, & Ius Patronatus conferuntur cum Alternatiua, vna vice Regnicolis, alia ad beneplacitum Regis.*

17 *Regnicolæ, reperti habiles, etiam gratificantur in his beneficijs, quæ sunt ad beneplacitum Regis.*

18 *Beneficia conceduntur Regnicolis ortis, vel oriundis, vel Ciuibus allectis, vel feuda tenentibus, vel habitantibus per decennium.*

19 *Vicereges ad beneplacitum Regis sunt.*

20 *Officia septem Regni quatuor conferuntur Regnicolis, & tria ad beneplacitum Regis.*

21 *Regentes Collateralis Consilij si vacauerint, in locum Regnicolæ eligitur alter Regnicola, nu. 22.*

23 *Thesaurarius generalis, Secretarius, & Scriba portionis eliguntur Regnicolæ.*

24 *Præsidens S. R. C. ad beneplacitum Suæ Maiestatis, nu. 52.*

25 *Consiliarij S. R. C. pro duabus partibus Regnicolæ, & pro tertia parte arbitrio S. M. & 52.*

26 *Officiales minores S. C. sunt Regnicolæ.*

27 *Locumtenens Cameræ Summariæ ad beneplacitum Suæ Maiestatis, & 52.*

28 *Præsidentes Regiæ Cameræ pro tertia parte arbitrio Suæ Maiestatis, & pro duabus partibus Regnicolæ sunt, & 52.*

29 *Regens M. C. vno anno Regnicola eligitur, alio ad beneplacitum.*

Digitized by Google

30 *Iudices M. C. pro medietate ſunt* Regnicolæ, *pro alia medietate arbitrio S. M.*
31 *Aduocatus Fiſci, & Procurator ad beneplacitum, & 53.*
32 *Magiſtri actorum, & omnes alij officiales ſunt regnicolæ.*
33 *Capitanij, deputati ad cuſtodiam Ciuitatis cum alternatiua eliguntur.*
35 *Capitanij, & Aſſeſſores terrarum annales pro duabus partibus ſunt regnicolæ, & pro tertia ad beneplacitum, & 64.*
35 *Caſtellani, & Capitanei Armigerorum ad beneplacitum* Regis.
35 *Magiſtri Portulani, & Secreti pro medietate ſunt* Regnicolæ.
37 *Dohanerius Dohanæ menepecudum Apuleæ, ad beneplacitum* Regis, *cæteri autem officiales* Regnicolæ *tantum.*
38 *Perceptores Prouinciales pro duabus partibus* Regnicolæ,
39 *Dohanerij, credenzerij, & omnes alij officiales* Regnicolæ *tantum.*
40 *Magiſtri actorum S. C. &* Regiæ Cameræ, *& Scribæ* Regnicolæ *tantum.*
41 *Beneficia omnia Eccleſiaſtica, & Prælaturæ pro medietate ad beneficium* Regnicolorum, *& pro alia medietate ad beneplacitum, cum alternatiua.*
42 *Ciuium oriundorum appellatione in Priuilegio Neapolitano, qui nam contineantur, ex declaratione* Regis Philippi Secundi.
43 *Præfecti, ſeù generalium triremium officium, quibus ſit prouidendum.*
44 *Cappellani maioris officium naturalibus cum alternatiua competit.*
45 *Prothomedici officium ſemper naturalibus* Regni *datur, & 85. & 87.*
46 *Priuilegia, Neapoli conceſſa pro electione officiorum, & beneficiorum in perſonam* Regnicolarum, *ſunt in obſeruantia.*
47 *Fauda tenentes in* Regno, *vel ciuilitatem adepti, non tractantur, vti naturales* Regni *in practica prouiſionis officiorum.*
48 *Interpretatio communiter recepta, non eſt mutanda.*
49 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
50 *Voluntas contraria, ex facto Principis deſumitur.*
51 *Priuilegium per non vſum decennij, & per actus contrarios amittitur.*
53 *Fiſci Patroni R. C. & M. C. ſemper fuerunt regnicolæ.*
54 *Exteri Iura* Regni *ignorant, & ea ſeruare negligunt.*
55 *Officia omnia, ad* Regiam Curiam *pertinentia, ſunt hodiè ad prouiſionem* Regis, *& quæ ſint, nu. 58.*
56 *Proreges, non poſſunt vendere, nec concedere officia, quæ ſunt ad* Regis *prouiſionem.*
57 *Proregis ſalarium eſt duc. 24. mille monetæ hiſpaniæ.*
58 *Proreges poſſunt cõcedere officia, & beneficia, quæ nõ excedunt reddituſ duc. 100.*
59 *Officialis, ſubrogatus in locum* Regnicolæ, *an debeat eſſe eiuſdem qualitatis.*
60 *Officialis, ſubrogatus ad modicum tempus, non eſt opus, eſſe eiuſdem qualitatis.*
61 *Domicilia duo habens, electo vno, non poteſt ad aliud redire, reſpectu officij.*
62 *Hiſpanorum filij, qui orti ſunt in Ciuitate Neapolis, vtrumq; domicilium retinent, & vno electo, nõ redeunt ad aliud. DD. Didacus de Soria laudatur.*
63 *Officiales minores* Regni *poſſunt eſſe cuiuſque domicilij.*
64 *Capitanij terrarum* Regni, *debent eſſe regnicolæ.*
65 *Penſiones an comprehendantur ſub gratijs, & Priuilegijs, conceſſis* Regnicolis.
66 *Beneficia omnia* Regni *non ſunt alienigenis concedenda, de Iure communi, ciuili, & canonico.*
66 *Beneficia naturalibus conferuntur ex Concil. Tridentino, & illi ſunt præferendi, ex quorum bonis Eccleſiæ ſunt fundatæ, nu. 68.*
69 *Beneficia etiam minima, reſidentiam requirunt.*
70 Regis *intereſt, ne arcana* Regni *exteris reuelentur.*
71 *Eleemoſinarum in diſtributione* Regnicolæ *ſunt exteris præferendi.*
72 Regnicola *eſt magis inſtructus circà vitia* Regni, *& magis idoneus.*
73 *Penſiones poſſunt concedi ad libitum* Regis, *quia penſio eſt ſeparata à beneficio, & deciſio Sup. Conſil. nu. 80.*
74 *Penſio eſt certa portio, ex menſa beneficij ad tempus, & non perpetuò concedenda.*
75 *Penſio nihil ſpiritualitatis habet, ſed commodum temporale.*
76 *Penſio poteſt laico concedi.*
77 *Penſionarius ſi efficiatur miles, vel vxorem ducat, non vacat penſio.*

Pen-

Digitized by Google

79 *Pensiones conceduntur arbitrio Suæ Maiestatis, ità obseruatum de consuetudine.*

80 *Pensiones nõ comprehenduntur sub gratijs, & Priuilegijs, Regnicolis concessis, & Decisio Sup. Cons. Italiæ refertur.*

81 *Prioratus Ecclesiæ S. Nicolai Barensis ad Regiam Collationem spectat, & comprehenditur sub gratijs, & Priuilegijs, Neapolitanis concessis, & Decisio Sup. Cons. Italiæ adducitur.*

82 *Priorãtus S. Nicolai Barensis, an dicatur Vacare, ex quo prouisus defunctus est antè possessionem captam, vel dicatur collationem non habuisse effectum ad finem alternatiuam seruandi.*

83 *Beneficium dicitur vacare per mortem, defuncto beneficiato antè possessionem captam, & Decisio Sup. Consilij Italiæ recensetur.*

84 *Beneficij collatio, facta illegitimo, est nulla, absque dispensatione Pontificis.*

85 *Prothomedici officium Regni Neapolis, quod naturalibus est concedendum, an possit concedi Hispano Medico Proregis, qui legebat cathredam medicinæ in Gymnasio Neapolitano, & allectus erat in Ciuem Baruli, vbi Decisio Supremi Consil.*

86 *Regnicola, siuè naturalis dicitur ortus in* Regno, *& non qui ciuilitatem fuit assecutus.*

87 *Prothomedici officium Ciuitas Neapolis supplicauit S. M. in comitijs de anno* 1617. *vt semper prouideri dignaretur in personam orti in Regno, & non in Ciuem, per Priuilegium declaratum, & obtinuit.*

De Officijs, & beneficijs Ecclesiasticis, naturalibus Regni concedendis.

RVBRICA II.

1 OFficia, & Magistratus de Iure communi, non sunt concedenda ciuibus eiusdem loci, vbi administratio exercenda est, *l.* 51. *eadem, ff. de off. assess. l.* 3. *C. de diuers. offic. lib.* 12. vbi *Luc. de Pen. Marsil. sing.* 553. *cum alijs per Bouad. in pol. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 23. & rationem assignat
2 inter alios *Gugl. de Bened. in c. Rainutius in verb. uxorem* 5. *dec. nu.* 489. quia propter notitiã, & familiaritatem, quam habent, vel habere præsumitur, cum illis de loco, & conciuibus suis, quibus fortè nimis fauerint, aut odio contrà alios ex æquali, vel inæquali conuersatione
3 concepto, illos contra iustitiam læderent, vel Ciues, amicitiæ, siuè coniunctionis occasione cum officiali, causã delinquendi sumerent, *Cassan. in catal. glor. mund. par.* 12. *cons.* 12. *in princ.* & hoc vti sacrilegium fuit existimatum, *per l. partitarum* 11. *tit.* 18. *q.* 1. *Ant. Gomez in Reg. Cancell. tit. de idiomat.*

4 Sed in cõtrarium facit cõmunis conclusio, ex Iure nouissimo authenticorum deprompta, vt scilicet originarij in magistratibus eligendi sint, prout statuerunt *Valentianus, & Martin. Imperatores in l.* 2. *C de offic. prætor. auth. interim de defens. ciuit. glos. in l. in Consiliarijs, C. de*
5 *assess.* & de electione Prælati est *tex. in cap. in nomine ver. eligant* 3. *dist.* etenim
6 longè minus Ciues administrant, quàm Peregrini *Cagnol. in l.* 2. §. *ex actis,*
7 *n.* 28. *de orig. Iur.* & ciuibus magis, quàm alienigenis, deferendum est, *l.* 2. *C. de annon. ciuil. diuid. lib.* 11. *c. fin. de elect. perag.* quam opinionem tenuerunt *Abb. in cap. Abbate de verb. sig. Luc. de Pen. in l. quisquis n.* 2. *& seq. C. de omn. ag. deser. lib.* 10. *Surg. de Neap. illstr. cap.* 17. *n.* 17. *Auil. in cap.* 4. *per tot. nu.* 6. *Afflict. in const. reg. vt vniuersis nu.* 56. *Greg. Lopez in glos.* 10. *lib.* 9. *tit.* 1. *p.* 2. *Burg de Pax in l.* 2. *Taur. nu.* 83. *Capiblanc. de Bar. prag.* 5. *nu.* 93. &
8 *prag.* 10. *nu.* 74. & in hoc extat lex in Hispania, *Imbr. de Iud. reg. p. post. n.* 2. *& seq.*
9 *Mastrill. de mag. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 47. qui illam ampliat, etiam si exteri concurrentes doctrina, & moribus celebriores essent, nam sufficere, ait, vt Ciues, & prouinciales mali non sint, sed boni, a notata per *Glos. in d. cap. in nomine, Luc. de Pen. in d. l. quisquis, & Gugl. de Bened. loco citato.*

10 Et hanc consuetudinem obseruari apud Venetos post *Cassan. loco cit.* aduertit *Rip. in tit. de remed. ad vbert. conser. cap.* 5. *nu.* 155. in Regno Nauarræ *Michel*

Digitized by Google

chel. Vlcur. de regim. mund. par.4.q.2.nu. 11.& quaſi in toto orbe, conſuetudo hęc recepta eſt,& etiam priuilegijs fuit confirmata, *Bologn. in d.l.1.nu.8.de off.aſſeſſ. cum alijs per Maſtrill. de mag.d.lib.2.c.7. nu.68.*& in Aguſta, & Imperiali Camera teſtantur, *Miſing. cent.4. obſer.50.*in Regno Aragoniæ, *Seſſ. de inib.c.1.§.4. nu.11.*de conſuet.Taurinę teſtatur, *Theſ. dec.268.nu.2.*

11 Imò in Regno Siciliæ vltrà farum excepto D. Prorege, eius Conſultore, ac Regij Patrimonij Conſeruatore, cætera officia;non niſi Siculis conferri poſſint, excluſis perſonis exteris, *ex cap. Regis Alfonſi* 386.confirmatum per eundem Regem *in c.416.& per Imperatorem Carolum Quintum in cap.* 18.*&* 189.& nouiſſimè per *Maieſtatem Philippi Terti*, vt teſtatur *Maſtrill.d.l.2.de mag.cap. 7.num.27.*

12 Et in Ciuitate Panormi, Meſſanæ, & Catanę in Magiſtratibus omnibus maioribus, & minoribus debent eligi Giues, eiuſdem Vrbis, *Mar.Muta ſuper conſuet. Panorm.68. Nepit. ſuper conſuet.Catanæ tit.1.nu.1.cum ſeq.*

13 In Regno Neapolis habentur plura capitula, & Priuilegia, vt officia concedantur naturalibus regnicolis, quæ à retro Sereniſſimis Regibus fuerũt elargita, nimirum Rex Ferd. nandus Secundus ſanciuit, vt officia, & beneficia concedantur Regnicolis *in cap.* 4. *fol.* 27. *idem* Rex *Federicus in cap.6.& d.fol.23. Magnus Capitaneus in cap.22.& 25.fol.* 35.*&* Rex *Catholicus in c.25.& 26.f.58.* reſcripſit, vt in S. C. Regia Camera, & M.C.V.eligi debeant Regnicolæ,& be-
14 neficia intrà diſtrictum Neapolis conferri Neapolitanis, dumtaxat, idemque diſponitur in eiſdem *Capitulis Neapolis fol.43.&* 58.

15 Septem officia Regni debent prouideri Regnicolis,& naturalibus vt decreuit Cæſarea Maieſtas Caroli V. de anno 1532.*fol.*87.& idem in omnibus alijs officijs *cap.2.fol.*102.

16 In reliquis Prælaturis, Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, Abbatijs, & Iuriſpatronatibus ſeruatur alternatiua, vt ſcilicet prima Vice concedantur Regnicolis, & pro alia ad beneplacitum,& repertis habilibus Regnicolis erit curæ il-
17 lis gratificări, etiam in ijs, quæ ſunt de Regio beneplacito, *cap.* 28.*&* 29. *anni* 1559.*fol.*156.vbi etiam confirmatur *Capitulum eiuſdem Ceſareæ Maieſtatis,datum Bruſſelles die* 12. *Martij* 1550. reſpectu aliorum officiorum.

18 Quod *cap. Ceſareæ Maieſtatis editum die* 12.*Martij* 1550.quod dicitur confirmatũ,eſt inſertum *in lib.Cap.Neap.f.*148. *cap.4. in prag.1.de off.prouiſ.fac.regnicolis*,que diſponit,quod officia,& beneficia concedantur Regnicolis ortis, & oriundis, vel Ciuibus allectis, vel fæuda tenentibus,vel habitãtibus per decennium cum vxoribus,& poſſidentibus bona ſtabilia hoc modo, vt ſcilicet.

19 Vicereges ad beneplacitum Suæ Maieſtatis.

20 Septem officia Regni, quatuor conferantur Regnicolis, & tria ad beneplacitum Suæ Maieſtatis.

21 In Collaterali Conſilio cum vacauerint loca Baronum, ſeù militum regnicolarum eligantur, & creentur Regnicolæ.

22 Regentes Cancellariam in loco Regnicolæ, creetur regnicola; cæteri verò eligantur ad beneplacitum.

23 Theſaurarius generalis, Secretarius, & Scriba portionis conſtituantur Regnicolæ.

24 Præſidens S. R. C. ad beneplacitum Suæ Maieſtatis.

25 Conſiliarij debent eſſe pro duabus partibus Regnicolæ;pro tertia parte arbitrio Suæ Maieſtatis.

26 Cæteri officiales dicti Conſilij debeant creari Regnicolæ tantum.

27 Cameræ Summariæ Locumtenens
28 ponatur ad beneplacitum Suę Maieſtatis, Pręſidentes verò pro duabus partibus Regnicolæ tantum ſint.

29 Regens M.C. V.debeat prouideri ſingulis annis, vno anno Regnicola,& alio ad beneplacitum.

30 Iudices verò M. C. pro medietate Regnicolæ ſint, & pro alia medietate ad beneplacitum.

31 Aduocatus Fiſci, & Procurator ad beneplacitum.

32 Magiſtri actorum, & omnes cæteri officiales regnicolæ tantum ſint.

33 Capitanij,deputati ad cuſtodiam Ciuitatis, alternis Vicibus, ſcilicet vna vi-
ce

Digitized by Google

ce prouidetur regnicola, alia ad beneplacitum.

34 Capitanei terrarum annales, & aſſeſſores pro duabus partibus, prouideãtur Regnicolæ,pro tertia ad beneplacitum.

35 Caſtellani, Capitanij armigerorum, peditum, & triremium ad beneplacitum Suæ Maieſtatis.

36 Magiſtri Portulani,& ſecreti pro medietate ſint Regnicolæ, & pro alia ad beneplacitum.

37 Dohanerius Dohanæ menępecudum Apuleæ ad beneplacitum, cæteri officiales dictæ Dohanæ Regnicolæ tantùm.

38 Perceptores Prouinciales pro duabus partibus eligantur Regnicolæ,pro tertia ad beneplacitum.

39 Dohanerij, credenzerii, & omnes alii officiales omnium Dohanarum Regnicolæ tantum ſint.

40 Magiſtri actorum S.C.& R.C.& Prouinciales,Scribæ à mandatis omnes Regnicolæ tantum ſint.

41 Beneficia Eccleſiaſtica. v3.Archiepiſcopatus,Epiſcopatus,Abbatiæ, Prioratus, Canonicatus, Præbendæ, & cœtera beneficia,ſpectantia,ad collationem,nominationem, & preſentationem S. M. conferantur pro medietate Regnicolis, pro alia ad beneplacitum, & cum vacauerint,alternatim prouideantur, prout ſeruatur in Regno Sicilię vltra farum.

Et dictum capitulum, & pragm. fuerunt confirmata per Regiam Maieſtatem Philippi Secundi in anno 1557. vt *c.1.fol.*158.& in anno 1561.*c.2.fol.*165.

42 vbi etiam declarauit Rex, quod oriundorum appellatione,hi tantum, & non alii comprehendantur, vtpotè omnes orti in dicto Regno, omnes exteri, qui patrem, in dicto Regno ortum, habuerunt, omnes feudatarii Regni,poſſidentes fęuda, quę habent Iuriſdictionem,& omnes exteri, ſi per decennium continuum in eo habitauerint,cum vxoribus, poſſidentes bona ſtabilia.

43 Amplius Ciuitas noſtra ſupplices preces Suę Maieſtati porrexit, vt officium Prefecti, ſeù generalis triremium Regnicolis concederetur, & S.M.iniunxit D.Proregi, vt benemeritos. & habiles viros inquirat, illoſque S.M.referat, quod capitulum inſerit *Reg.Tap.Ius reg. lib.1.tit.de offic.in reg.conſtit.fol.*115.

44 Officium autem Cappellani maioris prouideri,fuit ſancitum naturalibus Regni,alternatim, vt ex *cap.*35. *Ceſ.Maieſt. anni* 1554.*fol.*156.*Iudex Taſſon.in prag. de Anteſat.verſ.*3.*obſer.*3.*nu.*272.

45 Sed officium Protomedici ſemper prouidetur in perſonam naturalis Regni, vt ex *cap.*34. *Ceſ.Maieſt.anni* 1564. *fol.*136. & confirmatum de anno 1617. vt infrà.

46 Quę capitula, & Regię Pragmaticę ſunt in viridi obſeruantia,tàm in Regno Neapolis, quam Sicilię vltrà farum, vt teſtantur *Afflict. in coſt. Reg. vniuerſis, nu.*56. *Surg.de Neap Ill.cap.*17.*n.*17.*Capiblanc. de Baron. prag.*5. *nu.*93.*& prag.* 10.*nu.*74.*Maſtrill.de magiſtr.lib.*2.*cap.*7. *nu.*27.*&* 69. *Cæſar. imbria.de Iudic.Reg. part.poſter.nu.*10.*Reg.Tap.Ius Reg.lib.*2. *tit. de official.in Regno coſtituend.fol.*109. vbi inſerit omnia capitula, & gratias Neapolitanis conceſſas,*&fol.*111.*nu.*5. *&* 6. *in annotationibus*.

47 Nihilominus huiuſmodi officia, pro Regnicolis prefixa, occupari nequeunt exteri, fęuda in Regno poſſidentes, vel ciuilitatem aſſequentes, etiam vigore declarationis ſupra poſitę à Sereniſſimo Philippo II. habitę; etenim dicta declaratio circa officia, nunquam fuit à Regnicolis recepta, nec à Rege practicata: à regnicolis inquam recepta non fuit, quia poſt annum 1550.quo tempore fuit facta dicta declaratio, nunquam ſucceſſit huiuſmodi prouiſio, & nemo auſus fuit illam petere, neque Rex in prouiſionibus, quas fecit, hanc declarationē ſeruauit. Ex quo deducitur, quod

48 cum dicta declaratio hanc contrariam receperit praxim, non ſit ſeruanda, ad *text. in l. minime*, *ff. de leg.* conſuetudo

49 enim eſt optima legum interpres, *l.ſi de emancip. & l. ſi quis ff.de leg.* & hæc declaratio erat obſeruãda per Principem, qui illam promulgauit;vndè cum idem

50 Princeps tanto tempore illa vſus non fuerit, ſed contrarium fecerit, credendum eſt,contrarium obſeruari voluiſſe, quod nedum verbis, ſed facto demonſtrauit, *l. paulus, ff.rem rat. hab.l.de qui-*

51 *bus in fin.ff.de leg.* Nec dicti Ciues,& Regnicolę hoc prętẽdere poſsũt, quia amiſerunt hanc facultatem, ex non vſu non ſo-

Digitized by Google

ſolum per decenniũ, *l.1.ff.de nundin.* ſed etiam ex lapſu tot annorum vſque hodie 109. & ex actibus contrarijs amictitur priuilegium, ex dictis per *Reg.Tap.de coſtit.princ.l.fin.cap.*2. & aduertit *d.Reg. Tap. ſuper d. Regia Prag.in lib.*2 *Ius reg. fol.*111.*nu.*5.*ad* 9.

52 Præterea quod diſponitur *in cit.prag.* 1.*de offic.prouiſ faciend.regnic.* vt Aduocatus Fiſci ſit ad beneplacitum, hodiernæ praxi etiam inueteratæ contradicit, ſiquidem ſemper vidimus obſeruari, & prouideri huiuſmodi munus, tàm in Re-
53 gia Camera, quàm in M.C.V. in perſonam Regnicolę, qui tanquam magis informatus de Iuribus Regni, poteſt dictũ munus rectè explere, nam dicitur, quod
54 Tuſci, & Peruſini Iura Regni penitùs ignorant, & ea ſeruare negligunt, ita *Sebaſt. Neap. in cap.reg.ad perpetuam rei memoriam nu.* 275.*fol.*185.*& Præſ.de Franch. dec.*479. *nu.*2. *Reg. Tap.dec.*15. *Sup.Conſ.nu.* ...

55 Et hodie omnia officia, ad Regiam Curiam pertinentia, ſunt ad Regis prouiſionem, & per ipſam Regiam Curiam
56 venduntur, neque Proreges poſſunt amplius dicta officia vendere, quæ ad prouiſionem Regis ſpectant, cùm ad hunc finem Dom. Proregibus fuit coſti-
57 tutum ſalarium ducat. viginti quatuor millium ſingulis annis in moneta Hiſpaniæ, & fuit eiis iniunctum, vt non vendant officia; qua de re expeditæ fuerunt Regiæ ordinationes in Villa Bruxelles die 25. Aprilis 1558. vbi declarantur
58 omnia officia ad Regis prouiſionem ſpectantia, vt *in prag.* 2. *de offic. ad Reg. Maieſt.collat.ſpectant.* Sed Dom. Proreges poſſunt, tantum prouidere officia, quæ non excedunt ſalarium ducat. centum, vel emolumenta duc. centum pro quolibet anno, vt *in prag.*1. *eod.tit.* & excipiuntur reliqua officia, declarata *in d.pragm.*2. quæ ſpectant ad Regis collationem, & idem eſt in beneficijs, quæ excedunt redditum ducat. centum, non enim poſſunt per Proreges concedi, ſed ad collationem Suæ Maieſtatis ſpectant, vt *in prag.* 11. §. 12. *de offic. & quæ eis prohibetur.*

59 Vlterius eſt notandum, quod ſi officialis Panormitanus, ſeù Meſſanenſis, vel Regnicola in Regno Neapolis fuerit impeditus adminiſtrare, ex aliqua cauſa, vel obierit, quamobrem eſſet alius in ſuo loco, ſeù officio ſubrogandus, tunc ille debet eſſe eiuſdem qualitatis, ſcilicet de eodem loco, vel Regnicola, vt dixit *Bal. in l. Parabolanos de Epiſc. & Cler. Luc. de Pen. in l.pen.C.de agent.in reb. l.*12 *Auiles in cap.prætorum* 4.*gloſ.*1. *nu.*2. *&* 3. *Marſ. ſing.*553. niſi ſubroga-
60 tio eſſet ad modicum tempus, nàm tùnc poſſet ſubrogari de alio loco, *Guttier:* limitans *Bal.* doctrinã, *pract.qq.ciuil.lib.*1. *q.*3.*de Franch.dec.*98.*nu.*4.*Bouad.* & alij, quos adducit *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 2. *cap.*7.*nu.*77.*&* 78.

61 Sed ſi quis habeat duo domicilia, electo vno, non poteſt ad aliud redire, vndè Ciuis Panormitanus, & Meſſanenſis vna ſemel, quod magiſtratum habuerit vti Panormitanus, cenſetur renunciaſſe priuilegio meſſanenſi, *Boer.dec.*13.& in Regno Siciliæ adeſt *cap.Reg.Ferdinandi II.* & idem practicatur in Regno Nea-
62 polis, nam filij Hiſpanorum, qui orti ſunt in Ciuitate Neapolis, vtroq; gaudent Domicilio, & propterea, ſi tanquam Regnicolæ, & Itali ſint electi in officio ad collationem Regnicolarum, & Italorum, non poſſunt poſteà redire in officijs ad prouiſionem exterorum, & Hiſpanorum, aut è contra, vt tradit *Affl. dec.*134.& ſatis lepidè agit *Reg.Rouit.in prag.*1. *nu.*3. *de offic. prouiſ ſeù diſtribut. Regnic.&c.nu.*3.& vidimus obſeruatum in perſonam Domini D. Didaci de Soria, Marchionis Criſpani, natalium candore, & integritate valdè prædicti, ac doctrinæ conſpicui quando fuit nactus munus Regij Conſiliarij ad prouiſionem Regnicolarum.

63 In officialibus autem minoribus Regni ſeruatur Ius comune, *Afflict.& Foller. in conſt. Reg.iuſtit.per Prouinciam, Put. de ſind. in verb. aſſeſſor, de Franch. dec.*98.refert deciſum in Actuario, *Maſtr. de mag. lib.*2. *cap.*7.*nu.*70.licet in Capi-
64 taneo, qui debet eſſe Regnicola, refert deciſum *de Franch.dec.*479.

Hinc quæritur, an gratiæ, & priuilegia, conceſſa Regnicolis Regni Neapo-
65 lis, & Siciliæ, vt beneficia Eccleſiaſtica illis ſint conferenda, comprehendant etiam penſiones, vt exteris non ſint concedendæ? & pro parte affirmatiua primò

mò facit Iuris communis disposítio, vt
66 scilicet omnia beneficia Regni non sint alienigenis concedenda, *l. in Ecclesiis, C. de Episc.& Cler.* idemque est de Iure canonico *in cap. hortamur* 71. *dist. Gon-*
67 *zal. in Reg. Cancell.* 10. *q.* 1. *nu.* 2. *Ann. al-leg.* 57. *nu.* 7. Imò Patres Sac. Concil. Tridentini decreuerunt, vt beneficia non alijs, quàm naturalibus conferantur, *Couar. pract. cap.* 35. *nu.* 5. Secundò quia illi sunt præferendi in assignatione beneficij Ecclesiastici, ex quorum bonis Ecclesiæ fuerunt fundatę, & quia exteri, & parentes illorum, nihil dederunt, pro fundandis, aut construendis, & dotandis Ecclesijs Regni, quas Regnicolæ fece-
69 runt, ideo excluduntur. Tertio quia beneficia, etiam minima residentiã requirunt. Quarto quia Regi, & Regno inte-
70 rest, nè arcana eiusdem Regni reue-
71 lentur exteris. Quintò quia in distributione elemosinarum Regnicolę sunt ęteris prę ferẽdi, cum bona Ecclesiastica Pauperum appellentur. Sextò quia Regnicola est magis instructus circa vitia Regni, & magis idoneus, quam exterus, & docet Populum verbo, & exemplo, & distinguit lepram, & leprem.

73 Contrariam verò partem amplectimur, vt pensiones possint ad libitum Suę Maiestatis exteris concedi, licet beneficia sint conferenda Regnicolis, quia pensio est separata à beneficio, & est
74 certa portio, ex mensa, vel beneficio ex causa ad tempus, & non perpetua concedenda, *Paul. Rom. de pens. Eccles. cap.* 1.
75 & nihil spiritualitatis habet, sed merè commodum temporale est, sicut vsusfru-
76 ctus, & potest etiam laico concedi, *Ro-dyan. de simo. par.* 2. *cap.* 14. *nu.* 7. *Gigas de*
77 *pens. q.* 30. & si pensionarius efficiatur miles, vel vxorem ducat, non vacat pen-
78 sio, *Gigas. q.* 55. *nu.* 4. cum nullum acquirat titulum pensionarius, nec ad residentiam tenetur, *Rom. d. tract. de pens.*
79 *cap.* 7. *nu.* 24. & ita de consuetudine seruatur, tàm in Romana Curia, quàm in Regali Suę Maiestatis, vt pensiones concedantur arbitrio S. M. & sic discusso
80 articulo in Supremo Italię Consilio, fuit resolutum, vt concessio pensionum non comprehendatur sub capitulis, & gratijs, concessis dictis Regnis, & responsum fuit Ciuitati per rescriptum S.M. habiturum fuisse rationem desideriorum Regnicolarum suo tempore, refert Regens *Tap. dec.* 15. *Sup. Cons.*

81 Rursum dubitatur, an Prioratus Ecclesię S. Nicolai Barensis, quod est ad Regiam Collationem, num comprehendatur, sub dictis capitulis? & Supremus Italiæ Senatus censuit, comprehendi sub nomine beneficij, & seruari debeat alternatiua vigore *cap. Regis Cattolici fol.* 58. vbi disponitur, quod beneficia, Prælaturæ, & commendæ huius Regni, cuiuscunque ordinis Regnicolis concedantur, quod confirmatum fuit per Cæsaream Maiestatem in anno 1554. *cap.* 29 *fol.* 156. vbi loquitur de Archiepiscopis, Episcopis, Iurispatronatibus, & Prælaturis, quæ spectant ad Regiam Collationem, & in illis seruari debeat alternatiua, & sic etiam confirmatum per Regem Philippum Secundum sub die 25. Iunij 1557. fol. 158. vt refert *Reg. Tap. dec.* 18. *Sup. Cons.*

82 Hinc etiam se offert altera quæstio, quæ agitata fuit in Supremo Consilio Italiæ, nàm prouiso in eodem Prioratu Don Ferdinando de Aragonia, Regio Consiliario S.C. accidit ipsum mori ante possessionem captam, fuit dubitatum, nunquid teneatur S. M. dictum munus conferre Regnicolæ, dum defunctus Prior erat exterus, vel collatio sortiri debeat in personam exteri, dum prima concessio non habuit effectum.

83 Ratio dubitãdi est, quia vacare etiam dicitur beneficium, mortuo prouiso, ante possessionem captam, & vacatio dicitur per mortem, vt ex *Rebuf. Nauar. & alijs*, tenet *Put. dec.* 160. *l.* 2. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. §. 1 *nu.* 24. *Garzia de benef. par.* 2. *cap.* 14. *nu.* 12. & 14. Tamen per S. Maiestatem fuit facta prouisio in perso-
84 nã D. Francisci Salutij Regnicolæ, vt refert *Reg. Tap. d. dec.* 18. & licet idem Regens aduertat, quod collatio facta in personam D. Ferdinandi de Aragonia erat nulla, quia non erat legitimus, & non costabat de dispensatione Summi Pontificis, vnde rescriptum fuit per S.M. Duci Albæ Regni Proregi, vt proponeret S.M. in dicto Prioratu, etiam exteros ex causa prædicta; nihilominus fuit posteà facta prouisio in personam dicti Salutij Regnicolæ.

Amplius fuit disceptatum in Supremo Italiæ Senatu in officio Protomedici Regni Neapolis, quod ex *cap.* 34. *Cæsareæ Maiestatis concesso de anno* 1564.

fol.

Digitized by Google

85 *fol.*136. concedendum est semper naturali huius Regni, an possit prouideri in persona, Hispani Medici Prorẽgis, qui allegabat, fuisse allectum in Ciuem in Ciuitate Baruli, & actu exponebat cathredam medicinę in Vniuersitate Neapolitana. Sed contrà electionem opponebatur, quod verba dicti capituli di-
86 cunt, concedatur naturalibus, & naturalis, siuè Regnicola dicitur ortus in Regno, siuè oriundus, & non ille, qui ciuilitatem fuerat assecutus, vt in *pragm. vnic. de offic. prouis. faciend. reg.* & ex alijs supradictis, & in hanc sententiam inclinauit Supremum Italię Consilium, refert Reg. *Tap. dec.* 14. licet non fuit amotus dictus Medicus Hispanus, quia Ciuitas Neapolitana non conquerebat. Sed po-
87 steà Ciuitas in comitijs Regni de anno 1617. iterum supplicauit S.M. vt officium prædictum prouidere dignaretur in personam orti in Regno, & non in Ciuem per Priuilegium declaratum, & per Suam Maiestatem fuit concessum Regno secundum eius petitionem, vt refert Reg. *Tap. d. dec.* 14.

De officiorum ampliatione.

RVBRICA III.

SVMMARIVM.

1 *Officia sunt personalia, & morte extinguuntur; etiam si in concessione fuit addita clausula (in perpetuum) nu.* 2. *limitatur, quando concessio fuit facta hæredibus, nu.* 3.

4 *Officia possunt per Principem ampliari in hæredem.*

5 *Filij Officialis mortui si sint habiles præferuntur alijs; & pro eodem met prætio, ab alijs oblato, nu.* 6.

7 *Ampliatione officij facta pro vno hærede, sufficit esse hæredem in re certa, aut singulari.*

8 *Hæres particularis non est proprius hæres, nec legatarius.*

9 *Clausula (quibuscunque) in officijs quid importat.*

10 *Officij cõcessio pro se, & hæredibus de primo hærede, & cæteris vlterioribus sumitur.*

11 *Frater succedit in officio fratris, decedentis sine hærede.*

12 *Legatum annuum pro se, & hæredibus peruenit ad hæredes in infinitum.*

13 *Hæredum appellatione veniunt omnes in infinitum; limitatur, nu.* 14.

15 *Ampliato officio in casu mortis, ab intestato non succedit nominatus, si officialis fuerit foriudicatus.*

16 *Ampliatione officij, facta post mortem directa in hæredem expressè nominatum per mortem ciuilem officialis consequitur officium.*

17 *Nominatio officij facta ab exule, vel deportato, vel bannito valida est.*

18 *Ampliatione officij facta pro filio, vel genero, aut hærede admittitur nominatus; si sit habilis, licet careat cæteris qualitatibus.*

19 *Ampliato officio pro persona nominanda, fieri potest nominatio per contractum, per vltimam voluntatem, & per scripturam priuatam, vel etiam coram duobus testibus, absque subscriptione.*

20 *Officium ampliatum spectat ad hæredem nominatione non facta; contrarium n.* 21. *sed primam opinionem amplectitur auctor. nu.* 23.

22 *Nominatio non potest per procuratorem fieri.*

24 *Nominatione non facta, succedit hæres, etiamsi officialis fecerit testamentum, & mentionem non fecerit de officio.*

25 *Officialis habens potestatem nominandi, si decedat pluribus relictis filijs, quis eorum in officio succedat.*

26 *Iurisdictio ad omnes filios spectat, tamen tenentur nominare vnum Vicarium, qui illam exerceat; vel diuidere inter eos administrationẽ per tẽpora diuersa; nu.* 27. *limita nisi fuerit fœmina, vel persona inhabilis; sed fructus diuidũtur inter omnes, nu.* 28. *& ampliatur etiam si inter filios concurrat hæres extraneus, nu.* 29.

30 *Filius primogenitus succedit in officio, pecunia acquisito pro vno hærede nominando, & affertur decisio, nu.* 33.

31 *Officium est indiuisibile, & ad vnum tantum spectat.*

32 *Officia magis simbolum habent cum fœudo, quam cum allodio.*

34 *Filius succedens in officio, tenetur fructus*

Digitized by Google

ctus cum alijs fratribus conferre.

35 Feudum si sit nouum, in quo succedit solum primogenitus; tenetur tamen ad partem prętij secundogenitis.

36 Officium si sit relictum à fratre, an teneatur frater primogenitus, cum alijs conferre pretium.

37 Officium, ampliatum pro hęrede, an hereditate non aditæ, deuoluatur ad Regem, vbi decisio Regiæ Camerę, cum distinctione adducitur, nu. 38.

39 Officio ampliato, cum potestate nominandi, an possit officialis nominare fęminam.

40 Fęmina non admittitur in officijs, tanquam inhabilis; contrarium, num. 41. præcipuè data potestate substituendi, num. 42.

43 Nominatio in officijs, non potest vendi; sed contrarium est verius, nu. 44.

45 Officium possidens, cum facultate nominandi; an possit grauare nominatum, sed distingue, si facultas nominandi est de vno hærede, vel vno ex filijs, vel de successore, nu. 46.

47 Officij successor quando non possit à Creditoribus defuncti molestari.

48 Nominatio facta de persona inhabili, vel quæ non habuit effectum; an possit iterum fieri.

49 Delictum patris possidentis officium non nocet filio expręssè nominato, quando concessio est facta pro se, & filijs, seù liberis; & de ratione, nu. 50. & 53. dummodò nominatio non sit facta post condemnationem, n. 51. secus si concessio officij sit facta pro hærede, vel cum facultate nominandi hæredem, nu. 52.

54 Officium ampliatum, an sit idem officium.

55 Officium ampliatum mediante nominatione, est obnoxium creditoribus nominantis.

56 Officium, peruentum ad filium ex nominatione patris, an imputandum sit in legitimam.

57 Creditores nominantis in officio in actione personali, vel legatarij quando possint conuenire nominatum in officio ad soluendum eius credita; & an compellere ad vendendum officium, prout in feudo, nu. 58.

59 Nominatione facta in officio, creditores nominantis possunt sequestrare emolumenta; & compellere ad vendendum officium, nu. 60. contrarium, nu. 61.

62 Assensus super obligatione, & hypotheca officij, denegatur ex stylo Regiæ Cancellariæ.

63 Officia facilius ad Regem (à quo fluunt) deuoluuntur, quàm feuda.

64 Officia dicuntur concessa in administrationem.

65 Officia dicuntur hęrere ossibus Principis, & in eis nullum transit dominium in concessionarium, sed tantùm quidam titulus vtendi, & administrandi, & omne dominium est penès Regem; secus in feudis, vbi transit vtile dominium ad hæredes, & sunt longioris vitæ, num. 66. quàm officia, quæ sunt personalissima, nu. 67.

68 Officia non possunt vendi, nec pignorari absque Regis assensu.

69 Officia si sint concessa in allodium, adhùc in eorum obligatione, & commutatione requiritur assensus Regis.

70 Regalia, in allodium concessa, non desinunt esse regalia, & alienari non possunt.

71 Regalia semper sub concedentis iurisdictione censenda sunt, siuè magna, siuè parua, & si priuatis personis concessa sint, semper regalia sunt, & non possunt transferri sine assensu, etiam ex titulo locationis, nu. 72.

73 Decisiones, quod creditores sinè assensu possint vendi facere officia refelluntur.

74 Mulier pro credito dotali, potest officium retinere, & excludere creditores sine assensu.

75 Creditores officialis sine assensu fuerunt excluſi ad instant iam mulieris, quæ retinebat officium pro sua dote.

76 Mulier pro credito dotali potest retinere bona feudalia mariti.

77 Mulier Neapolitana habet assensum Capituli super feudalibus, & potest sibi satisfieri super officio, quia assensus capituli est assensus Regis, & non Proregis, nu. 78. & parit omnes effectus assensus Regij, etiam super bonis titulatis, num. 79.

78 Assensus capituli Neapolitani ad beneficium mulierum reputatur assensus Regis, & non Proregis.

80 Nominatio in officio, facienda à minore, debet fieri cum authoritate tutoris,

ris , & decreto Iudicis .

81 *Nominatio in officio facta in teſtamento, poteſt reuocari, ſecus ſi facta ſit in contractu .*

82 *Nominatio in officio poteſt fieri ſub conditione .*

83 *Nominatio in officio, ſi non habuit effectum, poteſt iterum fieri .*

84 *Nominans in officio, an poſſit ſubſtituere nominatum, & multiplicare gratiam .*

85 *Nominandi facultas in officio eſt ſtrictè interpretanda .*

86 *Officij conceſſio cum poteſtate nominandi vnum filium, vel hæredem, pro ſecunda vita dicitur conceſſa tantùm .*

87 *Subſtitutio in officio habet locum, ſi fiat antè quam inſtitutus obtineat officij poſſeſſionem .*

98 *Nominatus in officio poteſt inquiri, & puniri pœna pecuniaria, vel priuationis officij pro delictis nominantis .*

89 *Hæres officialis tenetur pœnis pecuniarijs, & priuationis officij pro culpis officialis defuncti .*

90 *Officium, à patre acquiſitum, poteſt ipſe illud reſignare in manu Regis, vt conferat ſuo filio, & tùnc dicitur nouum officium in perſonam filij, & non obligatum creditoribus patris .*

91 *Reſignationem officij in manu* Regis, *in fraudem creditorum quando poſſit* Rex *acceptare , & quid contradicentibus creditoribus .*

92 Reſignans *officium in manu* Regis, *quando poſſit ſe penitere ante acceptationem, vel poſt, & quid ſi reſignatio fiat conditionata, vel cum aliqua reſeruatione, nu.* 93.

94 Reſignatio *facta à patre de officio, quod ſibi, & filio erat conceſſum, quando filio noceat poſt mortem patris , vbi refertur deciſio, nu.* 96. *contrarium, n.* 97.

95 *Pater poteſt alienare donata filio, contemplatione ipſius patris .*

98 *Cancellaria* Regia *non expedit ſcripturas, niſi illis viſis, & bene formatis.*

99 *Memorialia, porrecta Principi, in quibus aliquid petitur, non probant ſupplicantem porrexiſſe .*

100 Reſignatione *officij facta, ſi ante acceptationem deceſſerit reſignans, officium deuoluitur* Regi .

101 *Officio ſi priuatus fuerit officialis , ob culpas , priuatio nocet creditoribus ſine aſſenſu .*

102 *Fiſcus pro pœnis in officio præfertur creditoribus officialis ſine aſſenſu, & de ratione , nu.* 103.

104 *Fiſcus ob culpas in officio commiſſas auocat, quod ſuum eſt .*

105 *Officia non poſſunt vendi, nec hypotecari abſque* Regis *aſſenſu, neque reſeruari dominium, neque ſpecialem hypothecam, etiam in emolumentis officij, abſq; aſſenſu* Regis, *n.* 106.

107 *Venditio officij abſque aſſenſu* Regis *corruit , & officium ſemper remanet primo conceſſionario .*

108 *Aſſenſus in venditione officij poteſt impetrari à venditore , et ab emptore .*

De officiorum ampliatione .

RVBRICA III.

1 OFficia ſunt perſonalia , & de ſui natura morte extinguuntur, neq; ad filios hæredes ſanguinis tranſeunt; prout cauetur *in l.* 1. vbi *Bart. ff. de fideiuſſor. tutor. et in l. cui bonis, C. de curat. furioſi, Imol. et Aret. in l. marito, ff. ſol.* 2 *matr.* etiam ſi in conceſſione fuerit addita clauſula *in perpetuum, gloſ. in cap. fundamenta, §. vt autem de elect. in* 6. nàm per hanc dictionem *in perpetuum*, officij natura non dicetur alterata; & illa interpretatur , donec conceſſionarius viuet, ità *Barboſ. in l. tale pactum n.* 10. *ff. ſol. matr. Franciſcus Marcus dec.* 617. *in fin. et* 626. *n.* 6. Reg. *Reuert. dec.* 230. *Reg. de Marin. in obſ. ad d. dec.* 230. *nu.* 1. niſi 3 conceſſio fuerit facta hæredibus: & eatenus hæredes extranei admictuntur ea ratione ; quia tùnc videtur diſceſſum à natura officij ; vndè poſtquam ſemel eſt diſceſſum, intelligitur nomen hæredis, prout Ius intelligit ; nimirum quod veniant omnes in infinitum ; vt ait Reg. *Reuert. dec.* 230. & hanc rem latè pertractat *Montan. de regalib. offic. n.* 7. *et* 8. declarans , de quo hærede intelligatur, num ſanguineo , vel extraneo .

4. Praxis autem inoleuit, officia huiuſmodi , quæ perſonalia eſſe diximus, à Principe ampliari in hæredem illius officia.

Digitized by Google

ficialis pro vna vita, ſoluto certo pretio, quod etiam de Iure communi ſancitur, vt *in l.2.§.nouiſſimè, ff.de orig.Iur.& cap. venerabilis de elect. Io: Andr. in cap. fin. col.pen.extr.de Iud.* Et vt plurimum in filios ampliatio dirigitur, ex *l.iubemus, §. pro ſportulis, verſ. & filias, C. de aduoc. diuerſ.Iud.* Filij namque officialis mortui
5 ſi ſint habiles, ipſi præferuntur omnibus alijs concurrentibus, & Rex ſolet potius concedere illis, quàm alijs, *Petr.Gregor. de conceſſ.fæud. par.1. q.4. nu.18. Velaſc. dec.Luſitan.129. nu.53.* & ità ſeruari per Catholicum Regem noſtrum; teſtantur *R.de Pont.dec.27. Maſtr.de magiſtr.lib.1. cap.28.nu.5.* Imò vidimus pluries practicatum per Dominos Proreges, ac Tribunalia Regiæ Cameræ Neapolis, & Regij Patrimonij Siciliæ, quod in officij
6 venditione, præferantur filij, & conſanguinei officialis mortui pro eodem met pretio, ab alijs oblato; & quandoq; minori, quod etiam teſtatur *Maſtrill. ibi nu.7. Bellug. in Specul.Prin.rub.26.verſ. Princeps nu.9.*

7 Hinc quoque plura notabilia oriuntur. Et primò quod facta ampliatione pro vno hærede, ſufficit illum eſſe hæredem in re certa, aut ſingularem ſucceſſorem; nàm in officio intelligitur nomen hæredis, prout de Iure Romanorum intelligitur, ſic tenent *Petr. de Gregor. de conceſſ.fæud.par.4.q.15.nu.8. Maſtrill.d.l. 1.cap.28.nu.69.*

Hoc tamen eatenus vigere, inquit *Reg. Reuert.dec.390.* quatenus in conceſſione concepta fuerit clauſula, *quibuſcunq:* tùnc enim hæres particularis, in re certa inſtitutus, admittitur, *Imol. in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. Alex. Soecin.& Aretin.in l.gallus, §. etiamſi à parente, ff.de liber.& poſthum.* alioquin dubitari poterat; an veniret hæres particularis, cum Iure Codicis cautum ſit; vt
8 inſtitutus particularis non ſit neque proprius hæres, neque proprius legatarius, *l.quoties, C.de hæred.inſtituend.* vbi *Bart.* hęc enim clauſula *quibuſcunque* in-
9 dicat, vocatos fuiſſe hæredes quoſcunq; idcircò venit hæres in re certa, ſiuè ſingularis ſucceſſor, *Bald.in cap.Imperialem col.penult. de prohib.fæud.alienat.per Federicum, & in cap. 1. §. donare qualiter olim pot.fæudum alienari, Roman. in l. id tempus, ff.de vſucap. Alex.in l.quædam §.nihil intereſt, ff.de edend. Curt.Iunior. conſ.61. Alciat.in l.hæredis appellat. ff.de verb.ſignif. Peregrin.de fideicomm.art.32. Anton.Gabriel comm.concluſ.tit.de verb. ſignif.concl.4. nu.3. Fuſar.de ſubſtitut.q. 331. nu.7. Auguſt.Barboſ.tract.varij de appellat. verſ.vtriuſque Iuris appel.113. nu.29.* Idemque obſeruat in noſtra ſpecie, *Reg.de Marin.in obſer.ad dictam dec. 390 Reg.Reuert.nu.2.* & hoc pariter fuit deciſum per Regiam Cameram, teſte *Reg.Reuert.d.dec.390.*

10 Hinc etiam deſumitur, quod conceſſio officij pro ſe, & hæredibus, non ſolùm intelligitur de primo hærede, ſed de cæteris vlterioribus, vt probat *Reg. Reuert. dec.364.* ſubdens, pronunciaſſe Regiam Cameram, vt frater deſcendens à primo acquirente, ſuccedat
11 fratri; ſine prole decedenti, in officio conceſſo pro ſe, & hęredibus; idemque autumnat *Montan.de regalib.col.2. ante numerum 10.* & probat aſſumptum *text.*
12 *in l. in annalibus, C. de legat.* vbi ſi quid annuum pro ſe, & hæredibus eſt alicui legatum, omnes hæredes veniunt in infinitum, confert etiam *text. in l.ſciendum in l.alienãtis appell. & in l.hæredis appellat. ff.de verb.ſignific.* vbi regula conſti-
13 tuitur, quod quãdo de hæredibus eſt facta mentio, hæredum appellatione omnes veniunt in infinitum, nec contradicit *text. in l. antiquitas, C. de vſufr.* per quod diſponitur, vt in his, quæ de ſui
14 natura ad hæredes non tranſeunt, hæredis appellatione, ſolùm de primo hærede, & non vlterioribus intelligatur, illa namque diſpoſitio de vſufructu loquens, de vſufructu eſt intelligenda, ne alias proprietas perpetuò inutilis remaneret in beneficium hæredis proprietarii, cui relicta fuit, vt aduertit *Gl. in d.l.in annalib.C.de legat.*

15 Secundò nota, quod ampliatio conceſſa in caſu mortis alicuius ab inteſtato, non porrigitur in caſu, quo ille fuerit foriudicatus, quia foriudicatus nõ decedit ab inteſtato, *Ann.alleg.135. Maſtr. ibi n.65.* ſecus ſi ampliatio facta in caſu mortis, dirigitur in beneficium filij, vel hæredis expreſsè nominati, nàm tùnc per condemnationem ad mortem ciuilem patris, filius, vel hæres nominatus

Digitized by Google

ſtatim officium acquirit, *And. in cap.* 1. §. *moribus ſi de fæud.defunct.mil.Bal.in cap.*1. *per illum text. ſi vaſſall.fæud.priu.* etenim appellatione mortis venit mors naturalis,& ciuilis,*Bar.in l.ex ea parte*,§. *in inſulam,ff.de verb.obl.*cum aliis adductis per *Cef. conſ.*395.*n.*32.*Menoch.conſ.* 575.*nu.*3.*vol.*6. *Ceuall.com.contra com.q.* 63.*Maſtrill.ibi nu.*44.

17 Tertiò nota, quod nominatio,facta ab exule, vel deportato,valet, *l. cum pater* § *hæreditatem, l. ex facto*, §.*ſed quia rogatus, ff. ad trebell.* quia pœna exilij, vel deportationis neminem priuat poteſtate nominandi, & eligendi ſibi ſucceſſorem in officio ex conceſſione Principis ſibi tributa,nam in hac nominatio, ne quis non habet, niſi nudum miniſterium facti, & propterea contumax, vel bannitus poteſt durante eius contumacia, vel banno nominare, *Reg.de Ponte*, qui refert ita iudicatum *de pot. Pror. tit. de prouiſ. fier. ſolit.* §. 1. *num.*7. *&* *num.* 8. *Maſtrill. d. cap.* 28. *lib.* 1. *de magiſtr. num.* 46. *Conſil. Staib. reſol.* 89. *num.* 1. *Mont.de regal.offic.nu.*26.*Reg.*R*uuit.conſ.* 104.*&* 105.*vol.*2.

18 Quartò nota, quod conceſſa ampliatione pro vno filio, vel genero, ant hærede,ſi fuerit nominata aliqua perſona; qualitatem filiationis, vel alteram expreſſam non habens, nominatio adhuc ſubſtinetur, nàm ſufficit, quod perſona ſit habilis, licet non habeat illam qualitatem, ità ex *Text. in l. quæſit.* §.*fin.ff. de fund.inſtru.*refert deciſum per Collaterale Conſ.*Anna alleg.*32.quam ſequitur *Maſtrill.ibi nu.*50.*Dom.Conſil.Staib. reſol.* 59. *nu.*31.idemque confirmat *Reg. Reuèrt. dec.* 390. dummodo tamen conceſſio contineret clauſulam, ſiuè verba *quemlibet hæredem*; nàm tùnc compræhenditur etiam hæres extraneus, *cap.* 1. *de fæud. non habente propriam naturam fæudi*, *Buld. in l.*2. *in* 50. *q.ff. de rer. diuiſ. Abb. conſ.*3.*lib.*1.*Io:Vinc.de ann. alleg.*32.*Montan.de regalib.fol.*215. *Reg. de Marin.in obſer.ad d.dec.*390.*Reg. Reuert.* idemque deciſum per Regiam Cameram, tradit idem *Reg. Reuert. ibidem*.

19 Quintò nota, quod nominatio poteſt fieri tàm per cõtractũ inter viuos, quam per Teſtamentum, imò facta coram duobus teſtibus, valet,*vt ex Caſt.Ant.de Padil. Molin. & alijs*, concludit *Maſtril. de mag. lib.*1.*cap.*28.*nu.*51. & etiam poteſt fieri in codicillo, & confecta in apoca, duobus Teſtibus roborata, licet non ſit ad formam, *l.ſcripturas, C. qui pot.in pig.hab.* adhuc valet, quia *tex. in d. l. ſcripturas*, loquitur ad effectum, vt quis præferatur creditoribus, *Montan. de regal.offic.nu.*48.*in fin.*

20 Sed quæritur quis nàm in officio ſuccedat, mortuo officiali, nominatione non peracta? Reſp. quod hæres ab inteſtato officium nanciſcitur, *l. ſecundum reſp.C.de contr.& commict.ſtipul.Præſ.de Franc.dec.*45.*Iacob.Maur.alleg.*43.*Frecc. de ſubfeud. q.*43. *lib.*2. *cum alijs per* Maſtrill.d.l.1.*cap.*28.*nu.*53.

21 Verùm contrarium affirmat M*arin. Frecc. de ſubfeud. q.*44. vbi tradit, quod facultas nominandi,cõceſſa alicui, perſonalis dicitur, propterea non tranſmittitur ad hæredes, & extinguitur nominatione non ſecuta, *l.illud, aut illud, ff.de opt.leg.l.huiuſmodi*, §.*fin.de leg.*1.& ratio eſt, quia videtur electa induſtria perſonæ in eligendo ſucceſſorem in officio, vt idoneum eligat, *cap. is cui* §. *ſed ſi de off.deleg* & ſequitur M*ont.de Re-*
22*gal.tit.de regal.offic.nu.*44.vndè per Procuratorem nec poteſt nominationem fieri.

23 Sed ego primam opinionem amplector; quia quando officium eſt conceſſum cum poteſtate nominandi hęredem per aliam vitam,illa conceſſio nunquam amittitur, & licet primus conceſſionarius perſonã expreſsè non declarauerit, nec nominauerit, videtur enim nominaſſe hæredem ab inteſtato, *ex l.conficiuntur de Iur.Codicillor.de Franch.dec.* 600.& hanc opinionem ſectantur *Ann. ſing.*391.& ſeq.*idem* M*ontan.d.tit.de re-*
24*gal.offic. nu.* 11. quod procedit etiam condito teſtamento, hæredeque Vniuerſali inſtituto, nullaque de officio facta nominatione; nàm adhùc in officio illemet hæres ſuccedit, *Freccia d. lib.*2 *de ſubfæud. q.* 45. & ſequitur M*ontan. d. tit. nu.*50.ideò prima opinio eſt vera; idemque confirmatur ex deciſis in propria ſpecie per R. C. prout teſtatur R*eg.* R*euert.dec.*155.

25 Succedit inſuper aliam diſpũgi quæſtio-

ſtionem; nimirum ſi officialis facultatem nominandi hæredem habens, plures filios hæredes inſtituerit; numquid omnes ad officium admittantur?

26 Ratio hæſitandi eſt; quia iuriſdictio mortuo patre eſt penès quemlibet filium hæredem inſolidum, qui tamen debent conſtituere vnum Vicarium, vt illam exerceat, *ad text. in cap. omnes filij ſi de fœudo defuncti fuerit controuerſia*, vbi *Bald. Menoch. conſ. 229. nu. 9. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 13. nu. 303. Peregrin. dec. 10. Fontanell. de pact. nuptial.*

27 *clauſ. 4. gloſ. 9. par. 2. nu* 20. poſſunt etiam diuidere exercitium iuriſdictionis inter ipſos hæredes per regiones, aut tempora diuerſa, *Bald. in cap. Imperialem*, §. *prætereà ducatus col. 1. & 2. de prohib. fœud. alienat. per Federic. Iacob. Maur. alleg. 19. Maſtrill. loc. cit. nu. 15.* niſi inter ipſos hæ-

28 redes fuerit perſona inhabilis, putà fœmina; nam tunc poteſt per alios hæredes adminiſtrari, fructus autem inter omnes diuidi debent, *ad tex. in l. in comm. diuid. ff. de comm. diuid. Padilla in l. cum quidam nu. 14. de legat. 2. Surd. conſ. 369. Maſtrill. loc. cit. nu. 59.*

29 Quod ampliatur procedere, etiam ſi inter ipſos filios concurreret cohæres extraneus, *Soccin. conſ. 83. n. 7. lib. 4. Natta conſ. 226. nu. 9. Menoch. conſ. 210. n. 50. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 27. Montan. de regalib. offic. nu. 73. in fin.*

30 Verum tamen in cõtrarium exploratũ Ius eſt; nimirum vt filius tantùm primogenitus, & n õomnes filij ſuccedant patri in officio, per illũ pecunia acquiſito pro ſe, & vno hærede nominando; ità *Roder. Suarez in l. quoniam in priorib. in* 10. *ampliat. nu. 25. C. de inoff. teſtam.* inquiens, hoc eſſe perpetuò menti tenendum, ſequitur *Franciſcus de Amicis in repetit. tit. de his qui fœud. dare poſſ. in vſu fœudor. fol. 61. col. 2. Reg. Capyc. Latr. dec. 26. nu. 4. & 5. Conſil. Arias de Meſa variar. reſolut.*

31 *lib. 3. cap. 49. nu. 26.* eſt enim officium de ſui natura indiuiſibile; ſicque ad vnum tantùm illud ſpectare poteſt, & ad inſtar fœudi indiuiſibilis intelligendum eſt;

32 cum officia maius ſimbolum habeant cum fœudis, quam cum allodijs, ſequitur *Reg. de Ponte dec. 28. nu. 5. Montan. de*

33 *regalib. fol. 175. nu. 11.* & hoc pariter decreuit Regia Camera contrà Andreanam Muſcettola in officio à Secretis Regiæ Audientiæ Terræ Hidrunti, quem ſpectare reſcripſit ad Beatricem primogenitam; quamquã pro Andreana ſcripſerunt *Reg. Lanar. conſ. 59. & Io: Vinc. de Ann. alleg. 139.* ſed ſententiam contrà clientem reportarunt, idemque obſeruat *Reg. de Marin. in obſer. ad d. dec.*

34 Tamen tenetur primogenitus, qui in officio ſuccedit illius æſtimationem cum fratribus ſuis ſecundogenitis conferre, ità *Bart. Bald. Salicet. Paul. de Caſtr. & cæteri omnes in l. omnimodo*; §. *imputari*, *C. de inoff. teſtam. & in l. 1. §. nec caſtrenſe*, *ff. de collat. bonor. Rip. in l. in quartã n. 163. ff. ad l. falcid. Vaſquez*, poſt multos, quos refert *de Jucceſſ. creat. lib. 3. §. 30. par. 2. limit. 34. nu. 218. Guttierez pract. quæſt. lib. 1. q. 64. nu. 7. Vitalis in tract. de collat. q. 18. nu. 35. Gama dec. Luſitan. 29.* quidquid contrà eius votum deciſum fuiſſet; & malè, vt per addentes ibi, *Aluar. Valaſc.* ſatis benè *in prax. partitionum*, *& collat. cap. 13. nu. 72. verſ. ſed ſi verum amamus, Dom. Reg. Coſtant. in l. 1. nu. 61. cum ſeq. C. de filijs official. lib. 12. Mangil. de imputat. q. 33. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 23. Reg. Rouit. conſ. 106. nu. 6. lib. 3.*

35 *Conſil. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 49. num. 26. Conſil. Staib. reſolut. forenſ. cent. 1. reſol. 59. num. 68. & ſequentibus*, & quemadmodum in fœudo nouo, à patre pecunia acquiſito, licet filius primogenitus ſolus ſuccedat, tenetur tamen illius æſtimationem, cum fratribus ſecundogenitis conferre, idque ex conſuetudine ſic iudicandi, quæ ſumpſit originem ex vulgatiſſima theorica, *Andreæ in cap. Imperialem*, §. *prætereà ducatus in 2. addit. nu. 39. de prohib. fœud. alien. per Federic. Reg. de Marin. reſol. Iur. cap. 12. & lib. 2. cap. 45. nu. 18. Ego in reſponſ. 100. par. 1.*

Et id quod conſtitutum eſt in linea deſcendenti; in linea verò Collaterali,

36 quia in ea ceſſat collatio, vt per *DD. in l. ſi emancipati*, *C. de collationibus* ſecus dicendum eſt; nimirum vt non poſſit cogi æſtimationem officij, quod frater defunctus reliquit, cum cæteris fratribus conferre, ità *Reg. Rouit. dec. 38. Reg. de Marin. reſol. Iuris lib. 1. cap. 126. nu. 57. & ſeq. & idem in obſer. ad dec. 551. Reg. Reuert. Ego in d. reſp. 100. p. 1.*

Hinc

Digitized by Google

Hine emergit altera elegans dubita-
37 tio, ſi filius deceſſerit, patris hæreditate adhuc nõ agnita, an officium ad Regiam Curiam deuoluatur, aut alteri hæredi ab inteſtato officialis defuncti acquiratur? hanc dubitationem excitat *Reg. de Marin. in obſer. ad d. dec. 551. Reg. Reuert.* illamque ſatis perbelle agit, hinc, & indè rationes diſcutiens; poſtmodum diſtinctione reſoluit; aut ſ. officium tenens à Rege pro ſe, & vno hærede acquiſitum, deceſſerit, filio ſuperſtite ſub poteſtate conſtituto, qui demum patris hæreditate non agnita, obijt, & officium dicitur ad Regiam Curiam reuerſum; prout decreuiſſe teſtatur Regiam Cameram in anno 1657. in officio Campionis Regiæ Siclæ ab Antonio Battimello acquiſito pro ſe, & vno hærede nominando, quod reuerſum eſſe ad Regiam Curiam pronunciauit, ſtante morte dicti Antonij, ſuperſtite filio, qui intrà paucos dies mortis Patris deceſſerat, non aliter illius hæreditate agnita, reiecta prorſus prætentione ſororis, quæ Antonio fratri ſuo in officio, vti eiuſdem hæres ſuccedere intẽdebat, ex eo q; filius hæreditate nõ adita obierat; q; ſecus eſſe affirmat, idem R. *de Mar.* ſi emancipatus extitiſſet hic filius, qui dùm nõ adijt, hæres nunquam extitit; proindè officium ad alterum hæredem officialis defuncti pertinet; ratio huius diſcriminis depromitur, ex diſpoſitione *tex in l. 3. in 2. reſponſ. C. de Iure delib.* in quo cum dubitatum eſſet, an frater potuiſſet ſuccedere fratri, qui deceſſerat ſuperſtite filio, defuncto demum intrà paucos dies mortis patris, paterna non agnita hæreditate, nullatenus poſſe eum ſuccedere, reſpondit Imperator, ſi filius, qui poſtremò deceſſit, ſub patria poteſtate conſtitutus erat; ſecus verò ſi fuiſſet emancipatus, *& gloſ. in verb. quod ſi cum*, cauſam diſparitatis inſinuat; quia ſ. filius, ſub patria poteſtate poſitus, ſiuè ſe immiſcuerat hæreditati paternæ, ſiuè non, cum primum deceſſerat, hæreditatem illam paternam ad ſuos hæredes tranſmiſit; ſicque patruus vti hæres patris, nihil conſequi poteſt, licet poſſit adire vti hæres nepotis; ſi autem filius erat emancipatus, quia habetur, ac ſi filius ille poſt mortem patris defunctus, nunquam in mundo extitiſſet; ideò frater fratri ſuo ab inteſtato defuncti ſuccedere poteſt; proindè quia acquiſitio illa officij pro vno hærede, ſuum ſortita non fuit effectum; idcircò alter hæres venit.

39 Quæritur etiam an officialis, facultatem nominandi retinens, poſſit nominare fæminam? dic quod illa non admittitur *Frecc. de ſubfe. q. 53. lib. 2.* Sed con-
40 trarium obſeruant *Velaſc. dec. Luſit. 129. de Ponte de poteſt. Proreg. rub. de prohib. ſuſtit. nu. 4. Tapia de Coſtit. Princ. p. 1. t. 3. nu. 54. Maſtrill. ibi nu. 50.* idem ſequitur *Reg. de Marin. obſer. ad dec. 364. Reg. Reuert.* ſubdens, hoc iure vti in Regno noſtro; etenim fæmina eſt habilitata ad ſuccedendum, & venit appellatione hæredis in defectum maſculorum, vt in *Conſt. Regn. vt de ſucceſſ. Minad. in conſt. in aliquibus nu. 52. Loffred. conſ. 29. nu. 9.* & ità fuit deciſum per R. C. in cauſa illorum de Morella, & per S. C. in cauſa D. Iuliæ Muſcettulæ, quæ ad preſens poſſidet officium à Secretis in Regia Audientia Bari, contrà Alfonſum Piſcicellum, non obſtantibus quæ contrà ipſam allegat, *Franc. de Amic. de faud. fol. 60.* & idem in officio Catapaniæ Ciuitatis Auerſæ, refert *Conſ. Georg. alleg. 40. in fin.* & fundat *Lanar. conſ. 9. Taſſon. de anteph at. verſ. 4. obſer. 2. nu. 93. Montan. de regalib. offic. nu. 17.* idemque deciſum per R. C. affert *Reg. Reuert. dec. 551. tom. 2.*

42 Quod etiam procul omni ſcrupulo viget, quando fuit data poteſtas ſubſtituendi, cum poſſit ſeruire per ſubſtitutum, & tùnc ſubſtituens tenetur de culpis, & defectibus ſubſtituti, *Reg. Moles dec. 86. n. 10. Taſſon. ibi*, qui refert, ità deciſum in cauſa illarum de Bernaudo, quę (licet fęminę) fuerunt admiſſę in poſſeſſionem officiorum die 13. Maij 1597. & reſpondit *ad Frecc.*

43 Queritur inſuper, an nominatio poſſit fieri mediante pretio, & ſic vendere nominationem? negatiuè reſpondit, *Ma-*
44 *ſtrill. lib. 1. de mag. c. 28. n. 6. & c. 20. verſ. quinto intellige*, ſed practica eſt in contrarium, nam conceſſa ampliatione cum facultate nominandi, poteſt quis nominationem dirigere in beneficium cuiuſlibet perſonę, que ipſi placuerit, & voluerit, & etiam poteſt nominare illum, qui pecuniam exoluit, dummodo ſit perſona

Digitized by Google

sona habilis, & ità obseruatur in Regia Camera.

45 Hinc etiam quæritur, quid si quis possideat officium cum potestate nominandi vnum filium, vel hæredem, numquid possit grauare nominatum? *Frecc. lib. 2. de subfe. q. 53. n. 4.* tenet, quod nō, quia ille vocatur ex prouidentia Regis, sed dicta opinio est vera, quando in priuilegio concessionis est contemplata certa persona; sed quando est data potestas nominandi, in arbitrium concessionarij, tùnc illum grauare potest, dum succedit cum qualitate hæreditaria, quod tradit *Reg Reuert. dec. 390.* firmans, sic decreuisse Regiam Cameram; quoniam Iuris certi est, vt non modo hæres vniuersalis possit legatis, & fideicommissis grauari, sed etiam legatarius, *l. ab eo grauari, C. de fideicomm. l. planè la 2. §. fin. cum l. seq. ff. de legat. 1. l. quibus diebus, §. terminus*, vbi *Bart. ff. de cond. & demonstr. Salic. ad Aret. in l. omnia, ff. si cert. petat.* idemque admittit *Montan. de regal. off. n. 38. 41. 42. & 43.* dicens quod concessio officij si sit facta, cum potestate nominandi vnum

46 hæredem, potest nominans illum grauare, sed si est facta cum potestate nominandi vnum ex filijs, vel successorem, quia verbum successor intelligitur non de hærede, sed de successore in officio,

47 tùnc non potest illum grauare, nec creditores Patris possunt molestare filium, quia administratio tantum erat Patris, cuius morte est extincta, *Reg. de Pont. dec. 28. Franc. de Amic. in cap. 1. fol. 62. de his qui faud. dar. poss. Montan. ibi n. 43.*

48 Rursum nota, quod facta nominatione per habentem potestatem, alicuius personæ, quæ esset inhabilis, vel illa reperitur mortua, vel post nominationem decessit, antequam obtinuisset possessionem officij, aut ex alia simili causa nominatio non habuit effectum, potest iterum nominare, donec dicta nominatio habuerit effectum, *cap. si electio*, vbi *Glos. de elect. in 6. Alber.* in specie *in l. 2. per illum Tex. ff. de option leg. Tiraq. in l. Boues, §. hoc sermone de verb. sig. lim. 1. n. 1. Surd. cons. 264. nu. 7.* Ratio est, quia hæc potestas nominandi non expirat, facta nominatione, nisi sequuto effectu, *Innoc. in c. cum causa de elect. Ann. alleg. 139. nu. 26.* & idem procedit in feudis, *And. in cap. 1. vol. 1 si vassall. feud. priu. Capyc. dec. 111. nu. 31. Maur. alleg. 75. num. 5.* & latè *Fontan. de pact. nupt. cl. 4. Glos. 10. par. 1. nu. 42. Mastrill. d. cap. 28. nu. 41.*

Imò si nominatus præmoriatur nominanti, potest iterum fieri nominatio, cum illa non habuerit effectum, *Molin. de Iust. & Iure disp. 483. Montan. de regal. offic. nu. 46.* ad idem conferunt, quæ tradit *Berous in cons. 105. nu. 20. in fin. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 58. nu. 5. & 7.* & ibi insuper sic decreuisse Rotam Romanam testatur, sequitur *Dom. Consil. Staib. in obser. ad resol. 59. nu. 7.*

49 Sexto nota, quod si habens officiū cum potestate nominandi filium, vel hæredem, si per delictum fuerit officio priuatus, solet dubitari, nunquid delictum huiusmodi noceat filio; vel hæredi, vt non possit nominare, hoc dubium resoluitur pro affirmatiua opinione, quando concessio est facta pro sè, & filio nomanato, vt dixit *Alex. in l. fil. fam. §. diui. de legat. 2.* prout si feudum quis amittat propter delictem, illud perdunt etiam filij, *Capyc. dec. 121. cum alijs per Mastrill. loc. cit. n. 13.* Sed contrarium vt delictum patris non noceat filio expressè nominato, tenet *Couar. lib. 2. var. cap. 8. Farin. de delict. & pen. q. 24. nu. 25.* cum alijs per *Mastr. ibi n. 16.* quia ex illa expræssa nominatione de filio, facta in cōcessione, dicitur contemplata persona filij, *Menoch. cons. 261. nu. 6. vol. 2. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 28.* & latè confirmat hanc secundam opinionem, & respondit ad contraria, *Mastrill. ibi nu. 16. cum seq. Reg. Rou. cons. 104. nu. 9. vol. 2. Cons. Staib. resol. 59. nu. 6.* idemque est, si concessio fuerit facta pro vno filio, vel hærede nominando, tùnc delictum patris non

50 nocet filio, vel alteri nominato, quia pater eligens, seù nominans, non habet electionem Iure proprio, sed alieno Iure; concessio enim videtur respicere nominatum, vt electum à Rege, & electio fit authoritate superioris concedentis, & non ipsius delinquentis, ità distinguit *Bar. in l. 1. §. 2. de opt. leg Rom. cons. 116.* cum alijs per *Mastrill. ibi nu. 35. Reg. Rouit. cons. 104. nu. 3. vol. 2. Reg. de Pont. de pot. Proreg. tit. 7. §. 2. nu. 50. Montan. de regal tit. de regal. offic. nu. 53.*

51 Quod intellige, dummodo nomi-

na-

natio non ſit facta poſt condemnationem, & priuationem officij, quia tùnc per priuationem, officium reuertitur ad concedentem, & ita intelliguntur reuerſæ omnes appẽdices, poteſtates, arbitria, & facultas eligẽdi, remanet extincta *Bal. & Affl. inc.* 1. §. *rurſus de contr. inueſt.* & reuocato officio principali, dicitur reuocata cõceſſio, *l.* 1. *&* 2. *ff. de pen. leg.* & propterea tùnc recurrẽdum erit ad Principẽ pro nominatione, ita *Maſtr. d. c.* 28. *n.* 38.

Ad idem confert diſtinctio, quam agit *Mont. de regal. in tit. de regal. offic. nu.* 53. aut ſcilicet conceſſio eſt facta ſibi, &
52 & hæredi, vel cum facultate nominandi hæredem, & tùnc culpa patris nocet, quia cum officium iuxtà dictam conceſſionem, non poſſit obtineri, niſi ſit hæres, ideò ſicut defunctus alienãdo poteſt nocere, cũ hęres nõ inueniret, in quo ſuccederet, ità pariter nocere poteſt delinquẽdo, *l.* 3. *ff. de int. & releg. Alex. conſ.* 1. *vol.* 1. *Peregr. de fid. art.* 32. & ità deciſum fuit in cauſa Iulij Guadagni, qui habebat facultatem nominandi hęredem in officio Tabellionis Regiæ Curiæ, vt refert *Regens Rouit. conſ. vlt. vol.* 2. Quando autem officium eſt conceſſum ſibi, & liberis, vel cum facultate nominandi vnum ex filijs, cum hiç deficiat qualitas hæreditaria,
53 delictum prædeceſſoris non nocet filijs, nam illud capiunt ex propria perſona, *Gloſ. in l. Diui fratres in verbo fuiſſe, de Iur. Patron. l.* 4. *eod. tit.* & dicitur in primo caſu tacitè mandatum reuocatum per Regem ob culpam in eodem officio, *Reg. de Pont. dec.* 1. in ſecundo caſu non.

54 Septimo nota aliud dubiũ, an ſcilicet officiũ ampliatũ ſit idem officiũ? in quo dubio diſtinguit, *Bar. in l. dies caut. de dan. infec.* & ſequitur *Bal. in l. Titius de ſubſt.* inter electionẽ, & prorogationem, vndè quando eſt conceſſa à Rege ampliatio, habetur, ac ſi tempus ampliationis fuiſſet prorogatum, *Beninten. conſ.* 156. *par.* 3. *Caſtr. in d. l. dies cautionis*, *Maur. alleg.* 10. *Maſtrill. ibi nu.* 67. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 10. *de diuerſ. prou. de ſubſtit. in officijs, nu.* 61.

55 Hinc quæritur an officium ampliatũ in alterius perſonam mediante nominatione, ſit obnoxium creditoribus nominantis? *Reg. Rouit. dec.* 72. *in fin.* refert deciſum in officio actuarij Prouinciæ Calabriæ, illorum de Bernaudo, quod poteſt vendi pro ſolutione æris alieni nominantis, idemque refert deciſum *Reg. Reuert. dec.* 56. & idem tradit *Reg. Rouit. conſ.* 106. *vol.* 2. *&* 104. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 26. vbi teſtatur ſic deciſum per S. C. iunctis aulis, hoc pariter deciſum eſſe aſſeuerat, *Dom. Conſil. Staib. reſol.* 59. ratio eſt, quia officium non poteſt haberi à nominato, niſi cum qualitate hæreditaria, ideò hæres tenetur habere ratum factum defuncti, proinde tenetur ad onera, *Frecc. de ſubfaud. l.* 2. *auth.* 1. *q.* 53. *n.* 4. *Reg. Tapia in conſtit. Reg. offic. quæ perſonis, n.* 10. *par.* 1. *Iur. Reg. tit.* 2. *Mont. in cap. Imperialem*, §. *præterea ducatus num.* 31. *Regens Reuert. d. dec.* 56. *par.* 4. *Reg. Rouit. d. conſ.* 106. *Staib. ibi nu.* 10. *&* 26. & latè *Conſ. Arias de Meſa lib.* 3. *var. cap.* 49. & procedit etiam ſi tantummodo ſit hæres in officio, *Frecc. lib.* 2. *in diff.* 16. *inter fæud. ex pact. & hæred. Rouit. d. conſ.* 196. *nu.* 4. *vol.* 2. *Ann. alleg.* 32. *Conſ. Staib. loco citato*.

56 Quod officium ad filium peruentum, ex nominatione patris, imputandum eſt in legitimã, attento tempore mortis patris, ex *l. omnimodo* §. *imputari C. de inoff. teſtam. l. illud C. de collat. Merlin. de leg. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 23. latè *Reg. Coſtant. in l.* 1. *&* 2. *nu.* 61. *C. de fil. off. l.* 12. *Reg. Rou. d. conſ.* 106. *nu.* 6. *Staib. ibi nu.* 34.

57 Hinc etiam ſequitur, quod creditores nominantis in actione perſonali, vel legatarij, poſſunt conuenire nominatum ad ſoluendum eorum credita; quia ex acceptatione nominationis, factæ in officio, vbi qualitas hęreditaria eſt expreſſa, videtur quaſi contrahere cum creditoribus, & legatarijs, §. *fin. inſt. de obligat. quæ ex quaſ. contr. naſcunt.* & per conſequens conueniri poteſt, *l. vnic. C. vt action. ab hære. Mont. de regal. in tit. de regalib. offic. nu.* 43. qui ſubdit, quod dicti
58 creditores in actione perſonali, poſſunt etiam compellere dictum nominatum ad vendendum officium pro eorum ſatisfactione, vt in feudo hereditario practicatur, *Præſ. de Franch. dec.* 704. in ſubſidium tamen, deficientibus alijs bonis allodialibus, *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſ. Reg. ſup. dot. rub. nu.* 17.
69 *Montan. ibid.* & poſſunt etiam ſequeſtra-

re

Digitized by Google

ri emolumenta dicti officij, non in subsidium, sed principaliter, nam prout hæres in allodio est obligatus ad debita; ità est nominatus in officio hæreditario; vt probatur ex dictis per *Præs. de Franch.* ibi, & tenet *Montan. d. nu. 43. circa fin.*

60 Hanc quoque opinionem, vt possint creditores nominantis, etiam assensu carentes compellere nominatum, vt vendat officium, & indè expretio sibi satisfaciant, *Præs. de Franch. dec. 704.* sectantur *Reg. Rouit. cons. 104. to. 2. Consil. Staib. resol. 59. per totam*, *Reg. Capyc. Latr. dec. 6. nu. 1. & dec. 26.* qui testantur, pluries ità decisum, & *Reg. Capyc. Galeot. respons. fiscal. 13.*

61 Verum alij affirmant contrarium, cum non valeat argumentum de fœudis ad officium; quando illud non in fœudum, sed vt officium fuit concessum; sic in specie notant *Reg. Rouit. d. dec. 72. nu. 35. & 36. eg. Capyc. Latr. d. dec. 26. nu. 5. Montan. in d. cap. Imper. §. prætereà ducatus nu. 28.* strictius enim in Regno proceditur in offi-
62 cijs, quàm in fœudis, & ex stilo Regiæ Cancellariæ non conceduntur, sed denegantur assensus hypothecæ in officijs, testibus *Reg. de Pont. dec. 28. nu. 62. & 63. Reg. Capyc. Latr. d. dec. 26. nu. 6. Reg. Rouit. d. dec. 72. nu. 37. & Montan. vbi sup.*

63 Officia namque facilius ad Regem, à quo ipsa fluunt, deuoluuntur, quàm fœuda, *Capyc. dec. 77. n. 12.* & latè fundat *Reg. Galeot. respons. fisc. 12. nu. 88. &* 89. vbi of-
64 ficia dicuntur concessa in administrationem, ex *Reg. de Curt. de feud. p. 1. c. 10. n. 6.*
65 *&* 8. & videntur hærere ossibus Principis, & in hijs nullum transit dominium in concessionarium, sed tantùm quidam
66 titulus ad finem vtendi, exercendi, & administrandi, sed dominium omne penès Regem remanet; secus est in fœudis, in quibus transfertur vtile dominium, illaq; transeunt ad hæredes, & sunt longioris
67 vitæ, quàm officia, quæ dicuntur personalissima, vt ex *Iser. in cap. 1. nu. 2. & 4. quis dicatur Dux, de Pont. d. dec. 28.* fundat *Reg. Galeot. d. respons. 12. nu. 91. & seq. Reg. Rouit. d. dec. 72. à n. 38. Cons. Theod. alleg. 41. nu. 14. & Iosuè de regal. offic. q. 9.*

68 Proindè non potest officium vendi, nec pignorari absque Regis assensu, vt inferius dicam, quibus adde *Reg. Capyc. Latr. d. dec. 6. n. 17.* vbi loquitur in officio actuariatus, quod est de regalib. & allegat alios *DD.* Regnicolas, nempè *Reg. de Ponte, cons. 137. vol. 2. Præs. Amat. cons. 49. Medic. cons. 169. &* *Reg. Galeot. d. resp. fisc. 12. cap. 5. nu. 84. & ex pragm. 2. de offic. ad Reg. Maiest. collat. spec. nu. 85.* mandatur, vt officium Actuarij, & Credenzerij sit de regalibus.

69 Imò notatur à fortiori, quod si officium expræsè concedatur in allodium, adhuc in ipsius alienatione, & com-
70 mutatione Regis assensus requiritur; nàm regalia in allodium concessa, non desinunt esse regalia, quia nō minus fœudalia, quàm regalia alienari prohibentur de Iur. com. & Reg. vt ex *Bar. Berthacch. Capyc. Frecc. Afflict. Franc. de Amic. &* R. *Costant.* fundat R. *Galeot. d. resp. fisc. 12. n. 131.*

71 Regalia enim semper sub concedentis iurisdictione censenda sunt, & absque eius assensu alienari non valent, siuè parua, siuè magna, siuè priuatis personis siuè in allodium, siuè in fœudum concessa sint semper regalia sunt, & ex quocnnq;
72 contractu transferri non possunt, etiam locationis, absq; Regis assensu, ità fundat *Cam. de Med. cons. 147. n. 13. Cons. de Georg. in repet. feud. cap. 54. nu. 37. Staib. Senior cons. 19. nu. 7. Reg. de Pont. dec. 28. nu. 30. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. cap. 13. nu. 16. Consil. Theod. d. alleg. 41. n. 1. Mart. vot. 40. Iosuè de regal. off. q. 6.*

73 Nec in contrarium opitulantur decisiones supra adductæ, vtpotè *Præs. de Franch. dec. 704. Reg. Capyc. Latr. dec. 6. nu. 17. & 18. & Dom. Consil. Staib. resol. 59.* affirmantes, creditores sine assensu posse compellere nominatum in officio ad illud vendendum; nam respondetur, non solum ex ante dictis, quod non possint habere obligatum officium sine assensu, sed vlterius contra dictam sententiam aliæ decisiones successerunt, quarum alteram in beneficium Fisci refert *Reg. de Ponte dec. 28. Reg. Costant. in tit. C. pœnis fiscal. cred. præfer. nu. 108. Pater* Merolla *de Priuil. disp. 6. cap. 8. diffic. 17. nu. 501.*

74 Confert etiam altera decisio, relata per *Reg. Capyc. Latr. d. dec. 6. nu. 18.* in causa Costantiæ Crispæ cum creditoribus Io: Baptistæ Crispi sui patris, cuius erat hæres cum beneficio legis, & inuentarij, & creditrix ex causa dotium, in qua sub die 21. Februarij 1633. fuit iudicatum, quod absoluatur dicta Costantia ab impetitis

Digitized by Google

per creditores patris, inſtantes, procedi ad venditionem officij, & hanc deciſionẽ, aduertit idem *R. Capyc. Lat. n. 36.* nõ aduerſari dictis p ipsũmet *in dec. 26.* quia termi.
75 ni ſunt diuerſi; erat enim Coſtantia creditrix patris pro ſuis dotibus, & virtute crediti prædicti poſſidebat officium, illudq; retinere petijt, & propterea non poteſt moleſtari à creditoribus ſine aſſenſu, & alias deciſiones ſimiles contra creditores ſine aſſenſu refert, *Gizz. in addit. ad dictam dec. Capyc. Latr. 26.*

76 Prætereà ex alijs comprobatur dicta deciſio, nam mulier pro credito dotali poteſt retinere bona fœudalia mariti, ex doctrina *Andr. in cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. poter. alien. Ann. allegat. 186. num. 6. Reg. Merlin. controu. tom. 2. cap. 60.* Ego *reſp. 45. nu. 25. tom. 1.* & ità me patrocinante fuit deciſum per S. C. Quod procedit in muliere neapolitana, quę habet
77 aſſenſum tacitum ſuper obligatione fœudalium pro ſuis dotibus, & antephato, ex capitulis, & priuilegijs conceſſis per Reges, Neapolitanis, vt in *prag. 2. 3. & 8. de feud.*

78 Et hic aſſenſus ad fauorem mulierum Neapolitanarum dicitur aſſenſus Regis, & non Proregis, & operat ſuos effectus, tanquam aſſenſus Regis, in puncto *Reg.*
79 *Rouit. in d. prag. 2. nu. 4. de feud.* & procedit etiam dictus aſſenſus capituli contrà bona fœudalia titulata, vbi aſſenſus Regis requiritur, vt dicunt verba *cap.* & declarat *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſu Regio, ſuper dote nu. 76.*

80 Octauò nota, quod quando nominatio eſt facienda à pupillo, & minore, fieri debet cum authoritate tutoris, ac Iudicis decreto, *Caldas de nomin. emphyt. q. 4. nu. 5. Molin. de Iuſt. & Iur. to. 2. diſp. 480. n. 10.* ſed *Montan. d. tit. de regal. off. n. 45.* dicit, non requiri decretum Iudicis, quia pupillus non diſponit de re ſua, ſed domini.

81 Nonò nota dubium, an facta nominatione in officio, poſſit illa reuocari, & alius nominari? & videtur dicendum, quod ſic ex *text. in l. vnum ex familia,* vbi *Bar. & Caſt. de leg. 2.* ſed in contrarium facit, quia per nominationem factam cõſummatur actus miniſterij, & acquiſitum dicitur Ius nominato, ex *l. ſtat. liberum, § ſtichum, aut Panphilum, ff. de leg. 2.* & huius opinionis eſt *Molin. de iuſt. & Iur. to. 2. diſp 483. n. 2.* Tamen veritas eſt, vt ſi nominatio ſit facta in teſtamento, quod naturã habet variabilem, ſemper poteſt nominatio mutari, vt ex mente *Molin.* ſequitur *Montan. d. tit. de regal. offic. nu. 46.* ſi autem facta ſit per contractum nullum, poteſt iterum nominare per actum validum, *Montan. ibi nu. 48. verſ. quod ſi nominatio.*

82 Decimò nota aliam quęſtionem, quę excitatur, an poſſit nominans facere nominationem ſub conditione, & reſpondeas, quod ſic ex *Molin. de Iuſt. & Iur. d. diſp. 483.* vndè ſi conditio deficeret ante mortem nominantis, poſſet iterum nominare; Huic opinioni non arridet *Montan. in d. tit. de regal. offic. nu. 47.* ea ratione, quia exceſſit nominans fines mandati, nam mandatum, datum à Rege erat ſimplex, ipſe nominauit ſub conditione, vndè actus nominationis extinſit mandatum, nec poteſt duplicari, vel reuiuiſci abſque domini voluntate. Sed ego non recedo à placitis *Molinæ*, quia ſi vera ſunt quę ſupra fundauimus, quod nomi-
83 natio facta ſi non habuit effectum, poteſt iterum nominare, & nominatio ſemper ante mortem eſt reuocabilis, re integra, ideò in caſu propoſito, poteſt etiam iterum nominare.

84 Vndecimò nota alterum dubium, an nominans poſſit ſubſtituere nominato? *Molin. d. diſp. 483.* reſpondit, quod poſſit, ſed hoc impugnat *Mont. in d. tit. de regal. offic. nu. 48.* ea ratione, quia eſſet multiplicare gratiam nominandi, dum ſubſtitutio eſt ſecundus actus, *glo. in rub. inſt. de vulg.*
85 *ſubſtit. Alciat. lib. 4. pare. cap. 6.* & facultas nominandi ſtrictè eſt interpretanda, quia eſt exorbitans à recta natura officij, & per nominationem ſucceſſoris in officio dicitur alterata natura ipſius, & propterea intelligitur de primo actu nominationis, *l. Boues §. hoc ſermone de verb. ſignif.* quam opinionem *Mont.* ſequor, & in practica vidimus obſeruatum, nempè ſi Rex
86 noſter concedat officium cum poteſtate nominãdi per vnum filium, vel hęredem, illa ſecunda vita dicitur conceſſa; vndè ſi admicteretur ſubſtitutio nominati, daretur alia prorogatio vitę, quæ eſſet tertia, contra formam conceſſionis; ſi verò
87 fieret ſubſtitutio, antequam inſtitutus, ſeù primo nominatus obtinuerit officij poſ-

ſeſ-

sessionem rectè procederet, quia secunda tantùm vita admicteretur, seruata forma concessionis.

88 Duodecimo nota, quod nominatus in officio potest inquiri, & puniri pena pecuniaria, vel priuationis officij, pro delictis commissis à defuncto officiali in eodem officio, ex *l.2.ff.ad l.Iul.reput.* in quo casu limitatur doctrina, *Bar. in l. 1. nu 5. ad l.Iul.repet.* nempè dari actionem cõtrà hæredem intrà annum, si fuerit lis contestata cum defuncto, quam opinionẽ multi sequuntur; tamen communis opinio est,

89 vt in pœnis pecuniarijs, & priuationis officij, ipso Iure inflictis à lege, procedatur cõtrà hęredem, *R.Rou.dec.64.n.9.cum seq.* cum hęc actio priuat. officij sit merè ciuilis rei persecutoriæ contrà possessorẽ, & Rex reuocat possessionem rei suę, vt concludit *Montan. de Reg. in tit. de reg.offic.num.54.* quæ autem sint culpæ priuationis officij, declarat *Mont. ibi n.70.& sup.in verb.potestas constit.mag.ad iust.nu.40.*

90 Decimotertio nota, quod pater potest resignare officium in manu Regis, vt illud conferatur suo filio, & si Rex hanc resignationem acceptat, & conferat filio, dicitur nouum officium, & non remanet obligatum creditoribus paternis, licet ipse hoc faciat in fraudem, quia attenditur primus actus licitus resignationis, à lege permissus in manu domini, quo casu non dicitur dolo facere, cum Iure suo vtatur, *ex l. nullus de reg.iur.* probat *Reg.de Ponte dec.28.nu.7.& 17.* quod multis comprobat *Montan.de regal.offic.nu.55.* Sed onera, & obligationes, contractæ cum assensu domini, non resoluuntur; cum hypotheca illa dicatur affixa officio mediante assensu domini, & transit cũ illo; respectu vero creditorum, qui contraxerunt sine assensu, & sic in actione personali, procedunt dicta per *R. de Pont.d.dec.28.n.18.Mont.ibi.*

Hoc tamen non potest facere officialis inuito Rege, prout in fœudis admissa est communis doctrina, vt possit fęudatarius inuito Rege renunciare fœudum, & illud resignare in manu Regis, vt liberetur à seruitio, *Ann. de vassal. decrep. etat.num. 147.Rẹg.de Ponte dec.19.nu.7.Montan. ibi*

91 *n.55.* debet autem dominus ante resignationis ipsius acceptationem inspicere causam, & quando illã fraude suspectã videt, non debet eam acceptare, ad *tex.in l.pen. ff. de hared inst. l. res, §.litis de Iur.fis.* Et licet *de Pont.d.dec.28.in fin.* dicat fuisse admissam resignationem officij cõtradicentibus creditoribus, tamen *Reg. Lanar.in repet. §.sed etiam rei nu.58.& 59.per quos fiat inuest.* tenet, quod creditores possunt contradicere, & ex æquitate dominus hoc facere potest; sed de rigore iustitiæ poterit dominus resignationem acceptare, & creditores non possunt contrà dicere, *Montan.ibi nu.60.in fin.*

92 Hinc se offert quæstio, an resignans officium in manu Regis, possit se pœnitere, antequam Rex acceptet resignationem? & respondetur, resignationẽ valere in prę-iudicium ipsius resignantis, sed non in præiudicium superioris, de cuius interesse agitur, *Paris.de resig.benef.lib.7.q.1.nu.12. & 25. Consil. de Georg. in repet.fæud.c.24. nu.71.* Contrarium tamen existimat *Garzia de benef. to.2. par.11.cap.3.de renunc. not.4.nu.223.* etenim renunciatio ante superioris acceptationem non nocet domino, nec renuncianti, & officialis potest concedere suum officium, tanquam non vacans, pendente acceptatione, *Mastrill. lib.1.de mag.c.24.n.21.22.& 27.* Nihilominus *Georg.d.c.24.n.62.& Ceuall.com.contr. comm.cap.283.* tenent, resignantem non habere amplius regressum; sed *Montan.* distinguit, aut resignatio est pura, & simplex facta in manu superioris, & tùnc resoluitur titulus concessionis, & abdicatur

93 ius à resignante, sequuta tamen acceptatione superioris; si autem fuerit conditionata ad beneficium alterius, vel ex causa permutationis alterius officij, saluo, & reseruato Regis assensu, licet hæc verba non habeant vim conditionis, tamen si non sequatur collatio, eo modo, vt facta fuit resignatio, nihil videtur actum, & officium non vacat, & hæc opinio est absque scrupolo in profanis, vt sunt officia Regia, *Soccin. cons.168. nu.1.ibi quicquid sit in rebus vol.2.R.Lanar. in cap.1.n. 53. de vassall. decrep. et at. Rebuf. de pacif. poss.nu.146.Montan d.tit.de reg.off.nu.65.*

94 Vlterius ambigi nõ potest, q resignatio facta à patre officij, ipsi, eiusq; filio insolidum concessi, vt vno mortuo penès superuiuentem illud remaneret, noceat inquam dicta resignatio huiusmodi filio; itàut sequuta vigore dictæ resignationis collatione, non possit filius post patris

Digitized by Google

mortem officium aſſequi; quoniam officium, patri, & filio elargitum, patris intuitu, & contemplatione conceſſum fuiſſe videtur, licet perſona filij proprio nomine in priuilegio expreſſa fuerit; prout probat *text. in l. annua* §. *à Titio, ff. de ann. legat. l. ciuibus ff. de reb. dubijs, l. ſed etſi plures* §. *in arrogato*, vbi *Bart. ff. de vulgar. & pupillar. l. dedit dotem ff. de collat. dotis, Bart. in l. cum oportet C. de bonis quæ liberis, Alex. conſ.* 179. *lib.* 5. dicitur enim officium prædictum reſpectu filij peculium profectitium, & ſucceſſiuè poteſt pater in filij perniciem, & citrà illius conſenſum alteri renunciare, *Andr. in cap.* 1. §. *ſi libellus, vbi Aſflict. de alienat. feud. patern. Aretin. in l. Africanus*, §. *ſi quis alicui, ff. de legat.* 1. idemque comprobant *Soccin. conſ.* 127. *nu.* 9. *verſ.* 4. *lib.* 3. *Cancer. lib.* 1. *tit.* 7. *nu.* 137. *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 4 *tit.* 9. *nu.* 23. 24. *&* 25. quibus
95 in locis concludunt, quod datum filio patris contemplatione, patri quæritur, & totũ poteſt alienari, ſiuè emancipatus, ſiuè in poteſtate ſit filius; imò quando filij patris contemplatione inſtituti ſunt, præſumuntur onerati, vt totum patri quæratur nec temporis momento penès filios reſideat, ità *Cardin. Mantic. loc. cit.* idemque ſequitur, & deciſum tradit per S.C. in anno 1653. ipſo patrocinante, *Reg. de Marin. in obſer. ad dec.* 295. *Reg.* Reuert.

96 Et hanc concluſionem aliqui cenſent, roborari deciſione Regiæ Cameræ in facti contingentia ſequuta, in officio Perceptoris Prouinciæ Baſilicatæ, Paulo Toloſa, eiuſque filio inſolidum conceſſo, qui Paulus idem officium in manibus Regiæ Curiæ renunciauit ad fauorem Pauli Reſtiliani, in cuius perſonam fuit expeditum priuilegium, & indè in contradictorio cum filio dicti Pauli, qui ſtante obitu eius patris nanciſci efflagitabat poſſeſſionem, ſeù quaſi dicti officij; Regia Camera reſpondit in fauorem dicti Pauli reſignatarij, vt teſtatur *Reg.* Reuert. *dec.* 295.

Sed exiſtimo, dictam deciſionem aſſeueratæ concluſioni non adactari; imò ex
97 illa contrarium oriri; ſi quidẽ in priuilegio conceſſionis dicti officij vigore huiuſmodi reſignationis narratum fuit, officium vacaſſe per renunciationem factam, tàm per Paulum patrem, quàm per eius filium; deindè negabat filius renunciationem à ſe factam, qua de re petebat officij adeptionem; tamen Regia Camera perpendidit atteſtationem factam à Principe in dicto priuilegio, cui omninò eſt credendum; cum non præſumatur, Principem, ciuſque ſupremos Conſiliarios in præfatũ priuilegiũ manus appoſuiſſe, in quo dicebatur, quod officium vacabat per renunciationem factam per Paulum Toloſa, eiuſque filium; niſi renunciationem proprijs oculis vidiſſent, nuſquam
98 enim à Regia Cancellaria ſcripturæ expediuntur; niſi ſint iuſtæ, & benè formatæ, *Ioannes de Platea in l.* 2. *col.* 2. *C. de petit. bonor. ſublat. lib.* 11. *Andr. in cap.* 1. *nu.* 15. *qui ſucceſſores teneantur, & in cap.* 1. §. *ſed nec iuſtior nu.* 42. *quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, & in cap.* 1. *in fin. de controu. feud. patern. Frecc. lib* 2. *de ſubfeud, q.* 24. *Federic. de Senis conſ.* 117. *Conſ. Theodor. alleg.* 60. vbi ſcripſit, quod licet memoriale, porrectum Principi, in quo ali-
99 quid petitur, non probat ſupplicantem porrexiſſe; niſi aliundè conſtet; tamen ſi Princeps aliquid in priuilegio affirmat, hoc fidem facit adeò indubitatam, vt probationem in contrarium non admittat, quod etiam habetur in *text. in cap. ſi Papa de reſcript. in* 6.

Decimoquartò nota, quod pendente acceptatione reſignationis, iam producte
100 in Curia Regia, ſi moriatur reſignans officium, deuolutum dicitur in beneficium Curiæ; & ratio eſt, quia reſignatio perficitur ex conſenſu vtriuſque, ſcilicet reſignantis, & Regis acceptantis, & ſicut reſignans cogi non poteſt ad reſignandum; ità quoque Rex erit in libertate acceptandi; actus enim dependens ex conſenſu duorum, dato conſenſu vnius, expletus non dicitur, ex *text. in puncto in l. fin. ff. comm. prædior.* & Rex re integrà poteſt exprimere conſenſum, vt tenet *Mont. d. tit. de Reg. offic. nu.* 68. *&* Reg. *Moles in dec. manuſcript. tit. de deuolut. q.* 12.

Decimoquinto nota, quod culpa officialis, qua priuatur officio, nocet credi-
101 toribus, & Fiſcus prefertur creditoribus pro pena, ità *Reg. de Ponte dec.* 28. qui re-
102 fert, Fiſcum fuiſſe prælatum creditoribus pro pena duc. 10. mille, ad quos fuit condemnatus officialis pro mala adminiſtratione ex culpis in officio commiſſis,

ea

Digitized by Google

ea ratione, quia creditores illi carebant aſſenſu domini, qua de re aliter ſentit in creditoribus cum aſſenſu, *Reg. Coſtant. in l.1. nu.108. circa med.C.pen.fiſc.cred.praf.* per illum *tex.* & idem *R.Conſt.* dubitat de hoc dicto *R.de Pont.* & pro Fiſco tenet *Pater Merol.de Priuil.diſp.6.c.8.diff.17.n.501.*

103 Sed aduerſus creditores cũ aſſẽſu ſic argui poteſt: in qualibet cõceſſione officij apponitur clauſula, *donec conceſſionarius benè, & fideliter ſe geſſerit in adminiſtrat.officij, de Franch.dec.457.in fin.* ex qua clauſula reuocatur priuilegium, ſi officialis malè ſe geſſerit, & dictam clauſulam intelligi, etiam ſi non apponatur, inquiunt *Reg. Coſtant.& R.de Pont.dec.16.in fin.* vnde ex dicta clauſula reſolutiua conceſſionis officij etiam creditores cum aſſenſu excluduntur, quia eſt appoſita in erectione officij, & ex ea officium redit ad concedentem, nec in hoc caſu tractatur de pęna,

104 vbi fiſcus eſt poſterior, quia ex culpis, commiſſis in officio, Fiſcus auocat, quod ſuum eſt, non pęnã, quia adminiſtratio eſt conceſſa in officijs tantùm, & dominium ſemper remanſit penès Regem, *Reg. de Ponte d. dec.28. nu.7.* & ità pro fiſco concludit *Montan.* & ad contraria reſpondit *d.tit.de reg.offic.nu.69.*

Decimoſexto nota, officia non poſſe hypothecari, nec vendi abſque Regis aſ-

105 ſenſu, *l. officia, C. de off. quæſt.& ex conſtit.reg.ſcire volumus,* vbi *gloſ. in verb.locare*, & hic aſſenſus circà hypothecam difficillimè conceditur, & quaſi ſemper à Rege denegatur, *de Ponte dec. 28. nu.62.* licet alij tenuerunt contrarium, qui loquuntur de Iure communi, non de obſeruantia Regni noſtri, *Reg.Rouit.dec.4.nu.6. Reg. de Pont. dec.16.nu.26.& 32.* & conferunt etiam in propria ſpecie ſcripta, per idem *Reg. Rouit. in dec.72. Reg.Marcian. diſp.28. lib.1. Dom.Conſil.Staib.reſol.100. nu.42.* & in illis habet locum reuocatio vigore Conſtit.Regni *Conſtitutionem Diuæ memoriæ Reg. de Curte in 2. par.diuerſ. feud. fol.242.nu.151. Montan.de regal.in princ. nu.46.fol.42. Amicangel.de regal.offic.cap.9. Biloctus conſ.23.* nec valent venditores reſeruare dominium, neque ſpe-

106 cialem hypothecam in officio, eiuſque emolumentis, pendente ſolutione prętij, abſque Regio aſſenſu, imò ſi aſſenſus Regis fuerit præſtitus ſuper venditione, omiſſa expreſſione dictæ clauſulæ ſpecialis hypothecæ, corruit aſſenſus, & etiam ſecunda venditio facta per dictum emptorem officij in beneficium alterius, & non obſtantibus dictis contractibus, competit actio primo cõceſſionario ad relaxandum dictum officium contrà vltimum emptorem, & reuocandi dictas alienationes illegitimè factas, vt latè fundat *Montan. in d.tit.de regal.offic.nu.79.* vbi etiam tradit,

108 quod aſſenſus ſuper venditione officij poteſt impetrari tàm à venditore, quàm ab emptore.

De ſubſtitutione in Officijs.

RVBRICA IV.

SVMMARIVM.

1 *SVbſtitutio in officio permittitur de Iure canonico, ſecus de iure ciuili, & regni, nu.3.*

2 *Seruire quis non poteſt per ſubſtitutum, niſi habeat priuilegium.*

4 *Subſtituens, & ſubſtitutus olim per ſubſtitutionem factam in officio puniebantur pęna capitis.*

5 *Officium habet annexam induſtriam perſonæ.*

6 *Officialis non poteſt per ſubſtitutum ſeruire ex ordine Suæ Maieſtatis, niſi in caſu abſentiæ per duos menſes in anno, nu.7. ſed pro maiori dilatione eſt recurrendum ad Suam Maieſtatem, nu.8.*

9 *Officium venditur, quando officialis impeditus non poteſt illud exercere, vel tali caſu deputatur perſona ad illud exercendum, certa mercede ſoluta, & reliquum officiali ſoluitur, nu.10.*

11 *Infirmitas excuſat officialem ab exercitio officij, & ſtatur aſſertioni officialis, nu. 12. verùm ex literis Suæ Maieſtatis admittitur ſubſtitutio per ſex menſes tantùm, n.13. ſed maior dilatio à Sua Maieſtate eſt concedenda, n.14.& alia noua nõ elargitur ſi iterum aduerſa valetudine vexetur, nu.15.*

16 *Minor nominatus in officio ab habente poteſtatem nominandi, poteſt per ſubſtitutum deſeruire, concurrente aſſenſu Regio, nu.17.*

Offi-

Digitized by Google

18 *Officij venditio pro perſona nominanda fieri non debet, niſi prius perſona nominata ſit habilis.*

19 *Subſtituendi facultatem in officijs nemo habet, niſi ex Regis beneplacito, quod debet eſſe expreſſum in priuilegio, nu.20.*

21 *Subſtituendi facultas in officio non datur à Prorege, niſi ſucceſſor in officio eſſet fœmina, vel Mutus, & Surdus, num. 22. & poteſt etiam ad tempus concedi per Collaterale Conſilium, nu.23.*

24 *Officialis, diſceſſurus pro ſeruitio regio, poteſt ſeruire per ſubſtitutum.*

25 *Subſtitutus in officio in caſibus permiſſis dicitur officialis ordinarius, & gaudet eiſdem immunitatibus, nu.26.*

27 *Officialis exulatus poteſt ſubſtituere in officio, dummodo delictum non ſit in officio commiſſum, quia tùnc ſubſtitutio fit per* R.C.

28 *Subſtitutus in officio debet eſſe habilis, peritus, & regnicola, prout principalis, & debet approbari per R.C. nu.29.*

30 *Subſtituens in officio tenetur de culpis, & defectibus ſubſtituti, nu.44.*

31 *Officialis ſubſtituens neſcientem legere, nec ſcribere, fuit inquiſitus in Regia Iuncta, & tranſactus, nu.33.*

32 *Subſcribens acta* con la ſtampiglia *non poteſt officium exercere, vbi deciſio Regiæ Cameræ.*

34 *Subſtitutus in officio, mortuo ſubſtituente, vel bannito, an poſſit continuare.*

35 *Officium locari non poteſt abſque Regis licentia: limitatur quando fuit conceſſum* pro ſe, & hæredibus, *nu.36.*

37 *Officij vſusfructus non poteſt per teſtatorem legari, & prohibetur diſpoſitio illi, qui non eſt comprehenſus in inueſtitura, num.38.*

39 *Officiũ, conceſſum cum poteſtate alienandi, vel pro hæredibus, poteſt alienari abſque aſſenſu.*

40 *Facultate conceſſa ſeruiendi per ſubſtitutum, non requiritur nouus aſſenſus in ſubſtitutione.*

41 *Officium poſſidens cum facultate ſubſtituendi, eligit ſubſtitutum abſque licentia.*

42 *Monaſterium, poſſidens officium cum poteſtate ſubſtituendi, illud locat perſonæ habili.*

43 *Subſtituti in officio ſunt approbandi per Collaterale Conſilium, & per Præſidem illius Tribunalis, vbi adeſt officium.*

44 *Subſtituens, & nominans in officio tenetur de culpis, & defectibus ſubſtituti.*

45 *Hæredes plures, poſſidentes emolumenta officij, ſi vnus adminiſtrat, & deliquerit, omnes conueniri poſſunt; verùm ipſi habent regreſſum contrà culpatum, num.46.*

47 *Expenſæ, factæ pro expeditione Priuilegij officij, vel in literis Regijs, aut in ingreſſu, ſpectant ad omnes hæredes, licet pater vnum nominauerit.*

48 *Officium conceſſum pro certo, & determinato tempore, ſi conceſſionarius moriatur infra tempus, non tranſmittitur ad hæredes pro tempore, quod ſupererat.*

49 *Legatum factum per certum tempus, mortuo legatario infra illud tempus, tranſmittitur ad hæredes, ſecus ſi ſit factum pro alimentis: idemque procedit in donatione.*

De ſubſtitutione in Officijs.

RVBRICA IV.

1 QVod Iure Canonico permittitur, vt quilibet ordinarius poteſt ſibi conſtituere Vicarium, vt *in tit. decretal. de offic. Vicar.* & notat *Capyc. in dec. 151. nu.1.* Iure Ciuili tamen vetitur, ſubſtituere aliquem in officio, *l.1. ff. de offic. eius, auth. vt nulli iudicum in princ. & in auth. de collat. §. ad hæc prohibemus, l. nullus, qui nexu, C. de decur.* vbi hoc dicitur

2 in ſumma, *non poteſt quis ſeruire per ſubſtitutum, niſi habeat de hoc priuilegium, aut verò illuſtris perſona ſit*; quam legis ſanctionem latè exornat, & extollit *Reg. Conſtant. in comment. ſuper libris Cod.*

Et idem Ius noſtrum municipale ſectatur, vt conſtat ex *ritu M.C.7. & 399.*

3 *& in cap. Reginæ Ioannæ ſecundum ordinem Ioannis Antonij de Nigris 276. & ex prag.1. ſub tit. de actuar. & ſcribis, & 1. & 2. ſub tit. de adminiſtr. &c. & 2. §.12. de offic. Iudic.*

Imò antequam dicta Iura eſſent emanata, extabat Guglielmi conſtitutio incipiens, *officia quæ perſonis*, qua conſt. pœna

4 capitis erat impoſita, nedùm ſubſtituenti ali-

Digitized by Google

aliquem in officijs; sed etiam substituto quæ posteà ad pœnam bonorum publicationis per constitutionem Friderici *dura, & diram* fuit mitigata; vndè dixerunt Patres, omni Iure interdictam esse substitutionem in officijs; sic *Andr. in c.1. de fœud.* Marchia, *Capyc. dec.151. Reg. de Pont. dec. 28. nu.45. Reg. Constant. in d.l. nullus, qui nexu nu.6.* sequitur *Reg. de Marin. in obser. ad dec.390. Reg. Reuert.*

5 Et meritò, quia in officijs est electa industria personæ, *l. inter artifices ff. de solut. cap. fin. de offic. deleg.* vndè tenentur officiales in loco administrationis residere, vt disponitur in *prag.2. §.8. de offic. Indic.* & non possunt à loco prædicto discedere, *Bald. in l. illud ff. de offic. Prætor. Puteus de Sindic. verb. licentiam, Mastrill, de magistr. lib.1. cap.29. nu.6. Reg. Tap. Ius Regn. tit. de administr. offic. Montan. de regal. offic. nu.3.*

Quinimò Serenissimus Dominus Rex noster suis Regijs litteris sub datum Madrid die 18. Iulij 1622. ex-
6 pressis verbis mandauit, non licere officiali per substitutum deseruire, nisi in-
7 casu absentiæ per vnum, vel duos menses cuiuslibet anni, vel in casu infirmitatis per menses sex; & vbi maior desideraretur dilatio, quod ad suam Cattholicam-
8 Maiestatem sit recurrendum; ità vt si infrà menses sex in Tribunali Regiæ Cameræ, Regia hæc facultas non præsentaretur, eiusdem Tribunalis sit onus, vsum, & exercitium officij officialis
9 impediti, vita durante, personæ habili, & idoneæ vendere, illiusque pretium eidem officiali solui, & vbi emptor non-inueniretur, quod eligatur persona habi-
10 lis ad officium illud exercendum; cui ex emolumentis officij certa mercede soluta, reliquum eidem officiali soluatur, prout patet ex dictis litteris, quas recenset R. *de Marin. in obs. ad dec.390. R. Reuert.*

11 Hinc primò deducitur, vt quamuis impedimentum infirmitatis sit adeo præcisum, vt quis per substitutum deseruire debeat; prout scripserunt *Bald. in cap.1. §. si quis decesserit nu.2. tit. si de fœudo defuncti controu. fuerit, &c. & in l. fin. ff. de excusat. tutor. Felin. in cap.1. nu.5. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Caran. rit.2. nu.20. vers. limita,* Montan. *in repet. cap. Imperia-*
12 *lem, §. prætereà ducatus nu.43.* & statur assertioni ipsius officialis, *Glos. in cap. Pastoralis de offic. deleg. Bal. in cap. de causis, eod. tit. Menoch. de arbitr. lib.1. q.76. nu.2. Mastrill. de magistr. lib.1. cap.29. nu.16.* nihilominus vigore huiusmodi Regiarum-
13 litterarum, facultas substituendi, stante præfato impedimento infirmitatis, intrà spatium semestris solummodo restringi-
14 tur, adeò quod si optaretur alia dilatio, Catholica Maiestas est adeunda; imò potestas substituendi in casu prædicto
15 infirmitatis elargita, non porrigitur si iterum aduersa valitudine vexaretur, *Marius Muta in cap.19. Regis Alfonsi nu.16.*

16 Secundò, quia minor nominatus in officio ab habente facultatem nominandi, alioquin valeat per substitutum deseruire, cum ipse durante minori ætate sit inhabilis, sic est *Glos. in cap. pastoralis verb. exonerare de offic. deleg. Felin. in cap.1. nu. 5. de Summa Trinit. & fide Cattholica,* Montan. *in repet. cap. Imperialem §. prætea-*
17 *rea Ducatus nu.43.* tamen vigore dictarum Regiarum litterarum, non licet minori absque Regis permissu per substitutum deseruire, vt annuit *Reg. de Marin. in d. obser. ad d. dec.390.*

Et amplius subnectit, quod attento tenore aliarum Regiarum litterarum, in-
18 quibus Rex noster egrè ferens, quod multoties contingit officia vendi, emptoresque declarare emere velle pro persona nominanda, & posteà nominatur minor, cuius facultas tribuitur per substitutum deseruire, quod ipsi solùm est reseruatum, mandat verbis expressis; vt quando quis vellet officium emere pro persona nominanda, declaretur prius persona, pro qua emitur, & vbi existimaretur conueniens, declarationem non esse prius faciendam, ad minus si persona, quæ posteà nominatur ad officium exercendum, non est habilis, quod absque expressa Regis dispensatione non admittatur, vt constat ex dictis literis recensitis per *Reg. de Marin. ibid.*

Tertiò deducitur, quod facultas seruiendi per substitutum, regiam exposcit
19 indulgentiam, *Andr. in §. firmiter nu.39. de prohib. fœud. alienat. per Federic. ex l.1. C. de proposit. agend. in rebus lib.12. Mastrill. de magistr. cap.29. nu.25. lib.1. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis.* proindè nemo potest illa vti; nisi fuerit specialiter tributa, vel expressè in priui-
20 legio fuerit concessa, ex *text. in d. l. nullus,*

*lus, C. de decur. lib.*12. Reg. *de Ponte loc. cit.num.*1.

21 Idcircò vetitum eſt Domino Proregi, huiuſmodi facultatem dare, cum Sua Maieſtas illam ipſi reſeruauerit, vt liquet ex relatis litteris per dictum *Reg. de Marin in obſer.ad d.dec.*230.*in fin.* idemque notat Reg.*de* Ponte *loc.cit.*niſi collatio of-
22 ficij ſucceſſerit in perſonam fęminę, muti, Surdi, vel aliter notoriè impediti, qui non poſſunt de perſona ſeruire, *Andr. in cap. qui Clerici ſi de fæud. defunct.milit.Capyc. dec.*31.*Maſtrill.de magiſtr.lib.*1.*cap.*24.*nu.* 30. quemadmodum etiam poteſt prædictam facultatem impartire cum Collaterali Conſilio ad tempus certum, cauſa
23 etiam concurrente; prout etiam ſeruatur in Regno Siciliæ, vt ex *cap.* 29. *Regis Alphonſi*, & eſt quoque de Iure prouiſum, ex *l.*1.*C.de propoſit.agend.in reb.lib.*11.*Andr. in* §.*firmiter nu.*33.*de prohib.fæud.alienat. per Federic.Auiles in cap.prætorum* 4.*verb. iuſtitia, nu.*1.

Et hoc pariter eſt, ſi pro ſeruitio Regis
24 ſit officialis diſceſſurus, *Carauit.rit.*3.*nu.* 20.*Maſtrill.de magiſtr.lib.*1.*cap.*29.*nu.*18.
25 ſubdens *nu.*33. quod ſubſtitutus in caſibus permiſſis dicitur ordinarius officialis;
26 & occupat eundem locum ſubſtituentis, eiſdemque immunitatibus gaudet, *Bart. in l. comperimus, C. de proxim.ſacr.ſcrinior. lib.*12. *Alex.conſ.*178. *lib.*2.*Nattaconſ*638.*nu.*8.

Rurſum condemnatus in exilium poteſt in officio ſubſtitutum conſtituere,
27 accedente ſolummodo Regiæ Cameræ permiſſu; vt conſtat ex decreto eiuſdem Regiæ Cameræ 319.ſecundum ordinem, *Reg. de* Marin.*collect. poſt* 2. *tom. dec.Reg. Reuert.* quod procedit, ſi delictum non fuerit commiſſum in officio, ſi autem deliquerit in officio, & ſuſpenſus fuit officialis, pendente inquiſitione, tunc perſona ſubſtituitur per R. C.vel per D.Proregem: cui ſubſtituto datur medietas ſalarij,& emolumentorum, prouenientium ex officio, vt iudicauit Regia Iuncta fraudum Arrendamenti vini, me referente de anno 1667. in cauſa Iacobi Spiriti penès Viuum Act.

Subſtitutus autem debet eſſe perſona habilis, & idonea; prout ſubſti-
28 tuens, ac eiuſdem peritię, & doctrinę, & etiam debet eſſe regnicola, vt principalis, *Bart. in l.*2. per illum *text.C.de propoſ.Sacror. Scrinior.lib.*12.*Bouad.lib.*1.*polit.cap.* 2. *nu.*12. *Maſtrill.d cap.*29.*nu.*43.*& lib.*2.
29 *cap.*7.*Reg.Reuert.dec.*182. imò ſubſtitutus debet approbari per Tribunal Regiæ Cameræ, vt liquet ex decreto eiuſdem Tribunalis 77.ex collectis per *Reg.de* Marin.

Sed ſubſtituens tenetur de omnibus culpis, & defectibus ſubſtituti, *Guttierez*
30 *q. ciuil.* 34.*Contrad. in templo Iudic.lib.*1. *cap.*1.*de Imper.*§.3.*verſ.*25.*nu.*1.*Maſtrill. d.cap.*29.*nu.*42.*Reg.de Ponte de poteſt.ſubſtituendi in offic.nu,*1.& de hijs interius diffusè agemus.

Quibus adde, nam in Regia Iuncta ad cohercendum fraudes in arren-
31 damento vini fuit quidam delatus poſſidens officium ſcribæ interceptorum eiuſdem arrendamenti, illud exercebatur per Antonium Ametrano, qui legere, & ſcribere neſciens ſcripturas, ſubſcribebat *con laſtampiglia*; qua de re contrà dictum Officialem iudicium criminale fuit excitatum, eum non poſſit officialis etiam morbo Chiragrico laborans, ſcrip-
32 turas ſubſcribere *con laſtampiglia* ſine Regia diſpenſatione; prout Regia Camera decreuit contrà Regentẽ Fornarium, Locumtenentem ipſius, vt conſtat ex decreto dictæ Regiæ Cameræ 534. ex dictis collectis per *Reg. de* Marin. tamen dicta inquiſitio tranſactione duc. nouemmille
33 fuit ſopita contrà dictum Officialem, & Anellum Aſcione, non dumtaxat pro dictis, ſed etiam pro cæteris capitibus inquiſitionum.

Prætereà ex ſupradictis quoque infraſcripta notabilia deſumuntur, & primo, quod facta ſubſtitutione in officio, ſi ſubſtituens moriatur, vel per delictum ſit
34 bannitus, poteſt ſubſtitutus continuare adminiſtrationem officij, vſque ad nouam creationem, & præſentationem litterarum noui officialis, vt in caſu mortis loquitur *Alber.in l.quæſitum per illumtex. ff.de tutel.Boer.dec.*149.*nu.*14.15.*Maran. in Specul.*1. *diſcept.princ.nu.*18.*Rom.ſing.* 390.cum alijs per *Maſtrill.d.cap.*29.*n.*31. & in bannito *Bart. in l. more maiorum nu.*15.*ff. de Iur. omn.Iud.Soccin.ibi nu.*61. *& in cap.ſacrum, nu.*281.*de ſent.excomm. Maſtrill.num.*38.

Secundò nota, quod officia locari non poſſunt abſque Regis licentia, tùm ex

na-

Digitized by Google

35 natura rei, tùm etiam quia in officijs electa est industria personæ, vt diximus, & notant *Capyc.dec.*151. *R.de Pont.dec.*28.*n.*45.*tex.est singularis in l.officia*, iuncta *gl.ff.*
36 *de off.quæst.* quod tamen limitatur, quando alterata est natura officij; puta si sit dictum, *pro se, & hæredibus*; quia cum futuros hæredes non cognoscat Rex, non dicitur electa industria personæ, *Cyn. & Bald.in l. quisquis, C. de Episc. & Cleric. Felin. in cap. præsentia extrà de probat. col.*24. *Montan.de regal.offic.nu.*25. qui tamen aduertit *nu.*66. vt contrahentes super officijs, non trahunt officium, antequam Rex assensum præstet, quia incidere nt in penam, *l. officia*, C. *de offic.quæst.* & contractus est etiam nullus.

Nec etiam vsusfructus officij potest
37 per testatorem legari absque Regis assensu; nàm prohibita alienatione, prohibetur etiam constitutio vsusfructus; cum vsusfructus sit pars dominij, *l.*4.*ff.de vsufruct. Andr. in c.Imperialem in princ.* & in Regno hoc prohibetur per Constit. Re-
38 gni *scire volumus*; & ibi *Andr. dicit quod prohibetur dispositio in non comprehensum in inuestitura absq; Regis voluntate, Montan. de regal.offic.nu.*25.*vers.& infertur.*

Verùm si officium concessum fuerit cum potestate alienandi, vel pro hæredi-
39 bus, non requiritur assensus Regis in alienatione, vel substitutione, vt affirmat *Montan. de regal. offic. num.* 7. *in fin. fol.* 171. & refert decisum per Regiam Cameram in Collaterali Consilio de mense Iulij 1627. in causa D. Martę Arcatizaga cum Saluatore de Maio, & in dicto casu successio in dicto officio regulatur secundum Ius Romanorum, non fæudorum, *Montan.ibid.nu.*9.*&* 61.

Vndè data hac potestate seruiendi per substitutum, non tenetur quis certiorare
40 Principem pro eligendo substitutum, nec requiritur nouus assensus, nec licentia in substitutione facienda, dùm generalem licentiam Princeps dedit, & ità practicatur in Regno Neapolitano, dùm concesso officio magistri Actorum Regię Audientiæ Aprutij Monasterio S. Catharinæ ad
41 Formellum cum potestate seruiendi per substitutum, Monasterium locat officium,
42 nulla data notitia Proregi, nec Præsidi Regiæ Audientiæ de personis substituendis. Est verum, quod si reperti fuerunt minus habiles, Præses, & Auditores interdicunt illi exercitium, & denunciant
43 Ecclesiæ; vt substituat habiles infra certum tempus, testatur *Montan.ibid.nu.*18. Tamen in nostris Tribunalibus expeditur littera Regia per Collaterale Consilium pro admissione substituti, & postèà si persona est habilis, Præsidens S.C. in suo Tribunali concedit executionem, & in M. C. Regens, & Iudices interponunt decretum, quod exerceat, & soluuntur propinæ Regenti duc. sex, & Iudicibus duc. trium in officio magistri actorum.

Quartò nota, quod nominans, & substituens non solùm tenetur de culpis substituti, vt diximus; sed etiam ex delictis,
44 commissis per nominatum, priuatur officio, quia ex sola nominatione confertur officium nominato absque alia electione, & approbatione Regis, *l. exactores. C. de suscept.lib.*10. *Reg.de Pont.de potest. Proreg.tit.de abund.Ciuit.nu.*10. & in subsidium ipse nominans obligatur, fundat *Montan. de regal. in tit. de regal. offic. nu.* 73. & latiùs de hoc dicemus in *rub.de off.& delict.Percept.*

Quinimo si plures sint hęredes in emo-
45 lumentis officij participantes, si vnus administrans deliquerit omnes hæredes tenentur. Verùm isti habent regressum contra culpatum, pro indemnitate eius, quod passi sunt, *l. quoties, ff.ad municip.* quem-
46 admodum ex delicto nominati à patre defuncto omnes hæredes conueniri poterunt, *Mont.ibid.n.*73. & insuper omnes filij tenętur ad expęsas erogatas in Priui-
47 legio, & litteris Regijs, & pro ingressu officij, vnde si pater nominauerit vnum filiũ in administratione, tamen omnes filij hęredes cõtribuunt in expensis, ex *reg.l.*2.*ff. de Iur.omn.iud.* tenet *Montan.de reg.in tit. de reg.off.nu.*73.*in fin.*

Præterea nota, quod officium, concessum pro certo, & determinato tempore,
48 puta per decem annos, si moriatur concessionarius intrà tempus prędictum, non transit officium ad hæredes pro tempore, quod supererat, quia in re, non transmissibile ad hæredes, expræssio temporis nihil operatur *l. vxori vsumfructum, ff.de vsufr. Bar. in l.quia tale, nu.*78.*fol.matr. Montan.loco cit.nu.*5. idemque confirmat
49 *Reg. de Marin. in obseru.ad dec.*230.*Reg. Reuert.* subdens, contrarium cautum esse in legato annuo, alicui relicto per decen-

Digitized by Google

nium, ex *l. si cum præfinitione* 20. *ff. quando dies legat. cedat*, & conferunt dicta per eundem *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 242. *nu.* 6. nisi causa alimentorum factum diceretur legatum, vt concludit idem *Reg. de Marin. in d. obser.* prout idem militare in annua donatione, absque præfinitione temporis facta, vt morte donatarij extinguatur, inquit *Thes. qq. for. lib.* 1. *quæst.* 25. *Ancl. Amat. cons.* 81.

De Præcedentia inter Regia Tribunalia, eorumque Senatores.

RVBRICA V.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentiarum quæstiones sunt inutiles, & improbatæ, nu.* 6. *proinde prætermittendæ nu.* 8.
2 *Locus viro cohonestatur, non loco vir.*
3 *Curandum non est, quo loco collocemur, sed vt quibus adsidemus.*
4 *Locus non sanctificat hominem, sed homo locum.*
5 *Locus, vel ordines Creatori nostro nos proximiores non faciunt, sed merita.*
7 *Diuus Matthæus Phariseos reprehendidit, quia amabant primos recubitos in cœnis, & primas cathedras in synagogis.*
9 *Ordo in omnibus rebus spectandus est.*
10 *Bonum omne in ordine consistit.*
11 *Ordo vbi negligitur, confusio oritur.*
12 *Ordo est seruandus in deferendis honoribus, in disponendis cœtibus publicis, & priuatis, n.* 13. *in dicenda sententia, n.* 14.
15 *Præcedentiæ certamen ad ordinem seruandum necessarium.*
16 *Præcedentiæ sunt Iuris publici, quemadmodum sunt Magistratus.*
17 *Præcedere dum minor maiorem non tentat, humana societas in pace conseruatur.*
18 *Dignitas magistratus ex præcedentijs refulget, & in sedendo demonstratur, num.* 19.
20 *Dignitatem maiorem habet, prope Principem incedens.*
21 *Statutum Principis, præcedentiam prohibens, non valet.*
22 *Iure naturali omnibus concessum est amplificare suas prærogatiuas.*
23 *Princeps naturalia immutare nequit.*
24 *Præcedentiam renunciare partes non valent, etiam cum iuramento.*
25 *Præcedentiam defendere vnusquisque tenetur, etiam manu armata.*
26 *Quæ discutienda proponuntur in hac obseruatione, nu.* 30.
27 *Dignitatum ordo duplex est maioritatis, & temporis.*
28 *Ordo qualitatis potior est ordine temporis.*
29 *Dignitatem maiorem habens, alios tempore anteriores præcedit.*

De Precedentia inter Regia Tribunalia, eorumque Senatores.

RVBRICA V.

1 PRæcedentiarum quæstiones inutiles esse conspicimus, ex traditis à *Plutarcho tom.* 1. *moral. in apothesm. laconic.* 2 dicente: non loco vir, sed viro locus cohonestatur, dignitasque loci ex viro, non è contrà conciliatur, idque confirmat in *lib. de conuiu. septem sapient.* & ait: non 3 enim curandum est, quo loco, aut post quos collocemur, sed vt quibus adsidemus, cum ijs nobis bene conueniat, cuius dicta comprobat *Tiraq. de nobil. cap.* 7. *nu.* 3. *q.* 10. *Auezed. in rub. tit.* 2. *l.* 6. *noue recomp. nu.* 105. *Aluar. Pelag. l.* 1. *de planctu Eccl. cap.* 3. illisque etiam confert *Diui Ioannis Chrisostomi sententia ad Mattheum* 4 *homil.* 43. *cap.* 23. non locus sanctificat hominem, sed homo locum, & *Diuus Gregorius ad Anastasium præsbyterum, lib.* 6. 5 *epist.* 29. in propositum subdere videtur, non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximiores faciunt, sed nos, aut merita bona coniungunt, aut mala disiungunt.
6 Imò improbatas illas esse dignoscimus per ea, quæ Diuus Mattheus, Phariseos

Digitized by Google

seos reprehendendo, inquit in *cap.* 23.
7 amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in choro, ac proindè prætermittendas fore, omnes affirmant, quos *Natta* congerit *in cons.* 637. *nu.* 49.
9 Veruntamen legale dictum ignotum
10 non est, quod in omnibus rebus ordo spectandus est, cum omne bonum in ordine consistat, vt ex *Diuo Augustin.* tradit *Lucas de Penna l.* 2. *circa princ. C. de*
11 *proxim. sacr. scrin. lib.* 22. & vbi negligitur, confusio oritur, *auth. de hæred. & falid.* §. *inordinatum*.
12 Vndè illum seruari summopere leges exoptauere in deferendis honoribus, *l. vt gradatim, ff. de muner. & honor.* in dispo-
13 nendis cœtibus publicis, *Io: de Platea in l.* 1. *C. vt dignit. ordo seruet*, imò, & priua-
14 tis, in dicenda sententia, *cap. à subdiacono* 95. *distin. cap. cleros* 91. *distin.*
15 Hinc non puto abre esse, ad ordinem seruandum, de præcedentia certare, imò necessarium est de ea contendere, vt bi-
16 fariam demonstratur. Primò, quia prælationes, & ea quæ pertinent ad dignitates, sunt Iuris publici, quemadmodum ipsi sunt Magistratus, dum minor maiori
17 præferri non tentat, humana societas in pace, & concordia conseruatur, *cap. vlt.* 89. *dist. auth. quomodo oportet Episcopi, l. honor*, §. *gerendorum, ff. de muner. & ho-*
18 *nor. Decian. cons.* 19. *vol.* 3. *nu.* 40. Secundò quia magistratus dignitas ex præcedentijs refulget, *cap. cum olim de consuet. l. quoties, ibi Bald. nu.* 2. *ff. vbi Senator, vel clarissimus, l. obseruare*, §. *antequam, nu.* 3. *ff. de offic. procons.* & in sedendo demonstra-
19 tur, iuxta *Text. in cap. cum olim de consuet. Cassan. in consuet. Burgun. tit. de s. infans, rub.* 6. §. 4. *Glos. ennegens, nu.* 5. *Azeued. in addit. ad Cur. Pisan. l.* 2. *cap.* 2. *nu.* 20.
20 etenim prope Principem incedere, & honorificentiorem apud eum habere locum maiorem affert gloriam, & dignitatem, *Surg. de Neap. Ill. cap.* 27. *nu.* 1. *Reg. Capyc. Latr. consult.* 44. *nu.* 2. *tom.* 1.
21 Inde est, nō valere Principis statutū, ex quo huiusmodi præcedentiæ certamen prohibentur, si quidem suas prerogatiuas amplificare, iure naturali omnibus
22 concessum est, *l. obseruare, vers. magni enim, ff. de offic. procons. Mut. Surg. de Neap. Illus. cap.* 27 *nu.* 1. *Reg. Capyc. Latr. cit. con-*
23 *sul.* 44. *nu.* 3. Princeps autem ea, quæ de iure naturali sunt, immutare nequit, vulgatum est axioma, ergo quidquid contrarium huic prærogatiuæ statuerit, non tenet.
24 Neque possunt partes huic præcedentiæ prærogatiuæ renunciare, nec expressè cum iuramento, nec conuentione, nec pacto ea induci, queit vt probat *Decian. consil.* 21. *n.* 69. 70. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 902. *nu.* 29. & 81. *l.* 10. *Gratian. discept. forent. c.* 298. *nu.* 99. sed Ius suum, suamq; prærogatiuam vnusquisque defendere tenetur,
25 etiam manu armata, *Cassan. in cons. Burgun. rub.* 6. §. 4. *glos.* 1 *num.* 1. *vsque ad* 20. *Azeued. in rub. tit.* 2. *l.* 6. *recomp. nu.* 102. *Reg. Valenz. cons.* 34. *nu.* 28. *to.* 1. & plures conglomerant.
26 Quamobrem cum res tanti ponderis sit, & quotidie de ea dubitetur, vt in posterum hæsitationi non sit locus, duo inuestigare opere pretium esse duxi. Primò quis nam ordo præcedendi seruetur inter Regia Tribunalia, eiusque Regios Ministros. Secundò quis nam ordo actendatur inter illos, ad idem officium eodem tempore promotos.
27 Quapropter scire debes, quod duplex est ordo dignitatum, & prioritatis, nempè qualitatis, siuè maioritatis, & temporis, *l.* 1. *C. de consul. l.* 12. *Io: de Platea in l.* 2. *nu.* 1. *C. vt dignit. ordo seruet. Rebuff. in l.* 1. *nu.* 1. *C. de consul. l.* 12. *Cassan. in catalog. Glor. par.* 1. *consid.* 78. *Mastrill. de magistr. tom.* 2. *l.* 5. *cap.* 4.
28 Ordo namque qualitatis potior est ordine temporis, *l.* 1. *C. de consul. l.* 12. *l.* 1. *in fin. C. qui accus. non poss. Luc. de Penna in rub. C. vt dignit. ordo seruet. l.* 12. idem asseuerant *Frecc. l.* 1. *de subfeud. de differ. int. feud. titul. & feud. nobil. nu.* 24. *Reg. Costan. in tit. C. de consul. l.* 12. *nu.* 11. *Mastrill. loco quo sup. nu.* 5.
29 Hinc est, quod qui maiori dignitate refulget, cæteros tempore anteriores præcedit, *Præs. de Franch. dec.* 144. & 365. *Cons. Anna cons.* 44. *nu.* 33. & *cons.* 46. *nu.* 137. *Mastrill. dec.* 130. *nu.* 19.
30 Hoc iacto fundamento, vt primo satisfaciamus, plura veniunt perscrutanda. Primò qui nam præcedant in Supremo à latere Consilio. Secundò S. R. C. quos præcedat. Tertiò an Tribunal R. C. S. illud M. C. præcedat, & quid seruetur in-

Digitized by Google

ter Iudices M. C. V. & Fisci Aduocatum, R. C. S. Quartò quis nam ordo præcedendi in M. C. V. seruetur. Quinto ex Fisci Aduocatis, quis nam præcedat, an ille, R. C. aut M. C. Sextò an illi, qui à maiori ad minorem dignitatem conuolant, collegas præcedant,

De Præcedentia inter Senatores Supremi à latere Consilij Regni nostri.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *SEptem Regni officia in Collaterali Consilio præcedunt cæteros Consiliarios à latere, tempore antiquiores, & titulis, aut alijs dignitatibus decoratos, quod pluries fuit obseruatum, nu.2.*

3 *Officium magis dignum habens, præcedit inter septem Regni Proceres, non qui prius fuit creatus, vt fuit practicatum, num.4.*

5 *Regentes Regiam Cancellariam præcedunt Consiliarios Status antiquiores, & ita fuit decisum, nu.11.12.& 13.*

6 *Regentes ordinariam habent in Regno administrationem, votumque decisum in concernentibus iustitiam.*

7 *Consiliarij Status, sunt Consiliarij bellici, assistunt dùm res belli tractantur, deinde recedunt, nullamque habent iurisdictionem, nisi à Domino Prorege delegatam.*

8 *Dignitatem habens cum administratione, præfertur alij illam habenti sine administratione.*

9 *Regentes sunt Doctores Consiliarij à latere, & Reg. Cancel. præsunt.*

10 *Dignitates plures habens, præfertur alteri vnam æqualem habenti.*

14 *Consiliarij Status præcedunt Regentes, congregato toto Collaterali Consilio pro tractandis rebus bellicis.*

15 *Milites præcedunt togatos in negotijs belli.*

16 *Consiliarij Status titulati semper præcedunt Regentes, aliosque Consiliarios, titulo carentes in omnibus functionibus, & sic decisum, nu.17.*

18 *Vincula duo fortius ligant.*

19 *Dignitas maior prioritatem temporis non attendit.*

20 *Cardinalis Episcopus præfertur Cardinali non Episcopo, sic Cardinalis præsbiter Diacono.*

21 *Episcopus Doctor non Doctori, etiam prius promoto ad Episcopatum.*

22 *Regens titulatus præcedit Consiliarios Status titulatos iuxta sui tituli antiquitatem.*

23 *Consiliarius Status titulatus extrà Regnum, vt titulatus sedet, sed non præcedit alios Regnicolas, etiam recentiores, nu.24. quod fuit decisum, n.27.& 28.*

25 *Forensis titulatus non potest iustitiam in Regno administrare inter homines suos sine licentia.*

26 *Dignitatem habens cum administratione præfertur habenti sine illa.*

29 *Titulati ministri præcedentiam ex titulo non habent, quod in omnibus Tribunalibus obseruatur, nu.30.*

31 *Titulati si in Tribunali assistunt, dum eius causa discutitur, in vltimo loco sedent, nisi in Collegio, & parlamento generali, & ad salutandum Regem, nu.32.*

De Præcedentia inter Senatores Supremi à latere Consilij Regni nostri.

§. I.

1 QVO ad primum dico, quod septem Regni officia in Collaterali Consilio omnes Consiliarios, etiam tempore antiquiores, & titulis, aut quibusuis dignitatibus decoratos præcedunt, quemadmodum de Iure firmat latissimè, *Frecc. de subfeud. l.1.& Tasson. de antef. vers.3. obser.3.nu.38.*& fuit pluries
2 obseruatum, prout in Duce Amalfiæ, qui tanquam huius Regni magnus Iustitiarius

Digitized by Google

rius, Principem Bisiniani, maiori titulo decoratum, & tempore priorem in Collaterali Consilio præcessit, teste *Reg.Consil. de Georg. alleg.*35. *nu.*5. *& Reg. Rouit. cons.* 84. *nu.*13. In Comite Castri, qui vti magnus Cancellarius, Principi Salerni fuit prælatus, vt ait *Frecc.lib.*1.*de subfeu. in quæst. inter Comitem Castri, & Principem Salerni.* In Principe Gonchę, nam tanquam magnus Admiratus, & si nouissimus de Collaterali Consilio, Marchionem Gruptularum eiusdem Consilij Decanum præcessit, vt fatetur *Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.de ass.Reg.*§.1.*nu.*1.

3 Ibique etiam adnotat, & præcipuè *nu.* 5. ordinem præcedendi inter ipsos septem Regni proceres, nam is eminentiorem, & priorem habet locum, qui officium magis dignum retinet, non autem qui fuit prius creatus, & de iure fundat *Cons. Anna cons.*122. *Cons. de Georgio alleg.*35. *præcit. Reg. de Ponte in dec.*8. *Collat.Cons.* subdens, ità decisum inter Principem Conchę, & D. Cæsarem de Aualos, nam Conchę, vt magnus Admiratus, D. Cæsarem magnum Camerarium, & tempore anteriorem præcessit, idemque refert *Reg. Capyc. Latr. consult.* 43. *n.*20.*vol.*1. & Hodierna praxis docet.

5 Præcedunt quoque Regentes Regiam Cancellariam, & si recentiores, omnes Consiliarios Status antiquiores, quod de promitur ex *l.*1.*C.de offic.Vicar.* & firmant *Mut. Surg.de Neap.Illus.cap.*23.*n.*37.*Reg. de Ponte cons.*14. *vol.*1.*nu.*41.*& de potest. Proreg.tit. de assen.Reg.*§.5.*nu.*4.*fol.*326. *Reg.Costant.in l.*1.*C.de consul.l.*12.*nu.*33. *Reg.Tap dec.Ital.Senat.*21.*nu.*26.*Reg.Rouit. cons.*84. *num.*2. *Cons. Anna cons.*122. *Cons. de Georg. alleg.*35. *Tasson.de antef. vers.*3. *obser.*3.*nu.*37.*Reg.Capyc.Latr.consult.*43.*tom.*1.

6 Ratio est, quia Regentes ordinariam habent Iurisdictionem in Regno, imò votum decisum in concernentibus iustitiam ex ordinatione Caroli V. de qua meminit *Reg.de Pont.de potest.Proreg.tit. de assen.* Reg.§.5.*nu.*7.*vers.nec omittam aliud, & latius in tit.de deleg.caus.nu.*11. *Reg.Sanfel.dec.*223.*nu.*12.*Tasson.de antef. vers.*7.*obser.*3. vbi complura notat quoad eorum potestatem, & præheminentias.

7 Consiliarij verò Status dicuntur Consiliarij bellici, & assistunt, dum res belli tractantur, quibus finitis, à Collaterali Consilio recedunt, nec vllam aliam habent authoritatem, & iurisdictionem, nisi eam, quam illis Dominus Prorex delegat, aut committit, vt dixit *Frecc.in trac. de subfeud.l.*3.*in* 1.*diff.inter feud.Reg.titul. & alia feud.nobil.nu.*20.*vers.penes ipsos sedent Dom. Consil. bellici*, & firmant *Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.de assens. Reg.* §.5.*vers.refert vsum, Reg.Sanfel.dec.* 223.*nu.*11.*lib.*2.

8 Cum ergo habentes dignitatem cum administratione, præferantur illis, eandem habentibus sine administratione, *l.*2.*C.vt dign.ordo seru.l.*12.*Cassan.in Catalog.glor. mund. par.*10. *Camill. de Curte in diuers. feud. cap.*5. *nu.*6. *cum seqq. Reg. Sanfel.d. dec.*223.*nu.*13.*tom.*2.*Reg.Capyc.Latr.tom.* 1.*consult.*43.*n.*30.*vers.& qui habent*, ideò Regentes Cons. Status præcedunt.

9 Altera ratio est, quia Regentes habent in se dignitatem doctoralem, quæ dignitas est, habent etiam munus Consiliarij Status à latere Domini Proregis, & insuper Regentes Regiam Cancellariam sunt, vt notant *Reg. de Ponte*, *Reg. Sanfel. &* Reg.*Capyc.Latr.loco cit.* Et quando

10 in vna persona concurrunt plures dignitates, tunc ipsa prefertur alteri, vnã tantũ æqualem dignitatem habenti, *Bald. in l. sed, & milites in princ. ff.de excusat.tut. nu.*43. *Goffred.in paraphor.super tit.si de feud. fuer.controu.cap.omnes col.*2.*in fine, vers.confirmantur prædicta, Cons. Anna cons.*122.*n.*32.*Cons.de Georg.alleg.*35.*n.*6. quibus adde *Reg.Rouit.cons.*84.*nu.*3.*tom.* 1. *Reg.Capyc. Latro consult.* 43. *tom.* 1. *num.*127.

11 Accedat prædictis decisio relata per *Reg. Sanfel. dec.*223.*tom.*2. in causa Reg. Scipionis Rouiti, cũ D. Alonzo de Cardenas Consiliario Status, nam cum erecta fuerit quædam Iuncta, in illa interuenire iussit, Dominus tunc Prorex dictum Reg. Rouitum, & præfatum D. Alonsum, qui præcedere efflagitauit *Reg. Rouit.* qua controuersia per eundem Dominum Proregem delegata Regijs Consiliarijs Ioanni Francisco Sanfelicio, D. Gregorio Angulo, & Scipioni Theodoro, hi deindè decreuerunt, quod *Reg.* Rouit. precedat D. Alonsum de Cardenas Consiliarium Collateralis Consilij in Regia Iuncta, per Dominum Proregem erecta,

tam

Digitized by Google

tam in ſedendo,quàm in votando,& prędicta deciſio refertur ab ipſomet,*Reg.Rouit.dec.77.*

12 Alia ſimilis diſceptatio orta fuit inter Regentem Carolum Tapia,Marchionem Belmontis, & Marchionem Manzeræ, Regentem M. C. V. & Ducem Thomam Caracciolum,nam antecellere prędſuppoſuere prædicti Manzeræ,& Caracciolus prędfatum Reg. Tapiam,duobus innixi argumentis, quia ſcilicet Reg. Tapia carebat priuilegio officij Coll. Conſ.ſed tantum retinebat Regentis Regiam Cancellariam, & inſuper quia idem Tapia erat in poſſeſſione adepta poſterior:& introducta cauſa coram quibuſdam Dom. Iudicibus, ad id ſpecialiter deputatis per Dominum Ducem Albentium, tùnc in hoc Regno vices Regis gerentem, quibus prędcerat Don Franciſcus Antonius de Alarcon de Supremo Regali Hiſpaniarum Conſilio, & tunc in hoc Regno Viſitator Generalis, non fuit articulus iudicialiter terminatus, ſiquidem obijt Caracciolus, & diſceſſit in Hiſpaniam Marchio Manzerę, vt refert Reg. *Capyc. Latr. conſult.43.to.1.* vbi iura Marchionis Belmontis Reg. Tapię fuſo calamo indicat, &in fine teſtatur,ſemper,adhuc pendente lite ſupradicta,Reg.Tapiam in ſua poſſeſſione prædecedendi permanſiſſe.

13 Et modo omnis ambiguitas remouetur; ſi quidem ſecundum ſupra poſita, ità communiter obſeruatur, prout fatentur quinterniones Ianitorum Reg.Palatij; vbi id exaratum inſpicitur,.ſ.prædcellere Regentes Regiam Cancellariam Conſiliarios Status, etiam antiquiores; & inquit Reg.*Sanſel.cit.dec.223.tom.2.in fin.*

14 Verum fallit hæc concluſio;quando totum Collaterale Conſiliũ, quod erigitur ex Regentibus Regiam Cancellariam,& Conſiliarijs Status, vnitur, & congregatur in conſeſſu Collateralis Conſilij coram Excellentiſſimo Domino Prorege, pro tractandis negotijs Status, & belli; Conſiliarij enim Status prædcedunt Regentes Regiam Cancellariam, tàm in ſedendo, quàm in votando, cum ſedeant omnes ad dexteram, & ſunt in votando primi, ſiuè priuati, ſiuè titulati ſint; Regentes verò ad ſiniſtram, & poſteriores ſunt in ſuffragijs ferendis,exceptis illis titulo decoratis,qui occupant etiam locum ad dexteram, *l.1.C.de offic.Vicar.* vbi hoc Imper.verbis apertis indicat, & ità ſententierunt *Mut.Surg. de Neap.Illuſ.c.23. nu.37.Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de aſſenſ.* Reg. §.5. *nu.4.& in conſ.14.nu.41. nu.11. & in dec.8.nu.5.Reg.Conſtant.in l. 1.C.de conſul.lib.11.Reg.Tap.dec.21.n.26.* Reg.*Rouit.dec.77.n.8.Reg.Sanſel.dec.223. nu.9.tom.2.Taſſon.ſup.prag.de anteſ.verſ. 3.obſer.3.cum ſeqq.*

Et meritò, quia in illo conſeſſu totius Conſilij Collateralis, vtriuſque ordinis, togati, ſcilicet, & militaris,tractatur ſolum de negotijs, & rebus bellicis,& conſeruationem ſtatus totius Regni concernentibus, in quibus admittunt *DD.* quod
15 milites præcedant togatos, vt poſt *Alex. in l.cent.nu.14.vol 1.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit. & Io: de Platea in §. penult.nu.18. inſtit. de teſtam.milit.Aret.in §.fin.inſtit. cit. tit.* tradiderunt *Bocr.de author.magiſ. nu.55. Afflict. in cap.1.n.14.tit.quis dicatur Dux Gratian. diſcept. for.cap.111.in fin.* Reg. *Rouit.dec.77.nu.8.& 9.*ſed extrà illum conſeſſum, & illum cætum in omnibus alijs actibus, omnibuſque locis, negotijſuè non poteſt controuerti, quin Regentes præcedant omnes alios Conſilios Collaterales, etiam antiquiores, prout dixerunt ſupracitati *DD.* & nos ſuperius fundauimus.

16 Quod rurſum modificatur; quando ille, qui muneri Conſiliarij Status vacet, titulo aliquo refulgeat,nam prędcedit Regẽtes Reg.Cancell.cęteroſq;Conſiliarios Status, dignitate titulari deſtitutos, nedum in conſeſſu Collateralis Conſilij, verumtamen in omnibus actibus, functionibus, negotijſuè, ità dixerunt *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſ. cap. 23. nu.37.* Reg.*Tap.dec.Ital.21.nu.26.Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. tit.de aſſenſ.*Reg.§.5.*nu. 4.& conſ.14.nn.41.vol.2.& in dec.8.nu.5.*
17 aſſerens; ſic deciſum in cauſa Marchionis Orioli, Reg. *Conſtant.in l.1.C. de conſul. lib.11. n. 33. Conſ.Anna conſ.122.nu.31. Conſ.Georg. alleg.35.nn.6.*Reg.*Sanſel.dec. 223. nu.9. tom.2. Reg. Capyc. Latr. tom.1. conſult. 43. nu.19.Reg.Rouit.dec.77.nu.6.*

18 Nec immeritò, ſiquidem duo vincula fortius, quã vnum,ligant, §.*ſed hodie inſt. de act. Bal.in l.ſed,& milius in princ.ff.de excuſ.tut.*& dupplicatio gradus maiorem
19 inducit dignitatem, & vbi maior eſt di-

gni-

Digitized by Google

gnitas, prioritatem temporis non attendi, dicit, *Glos. in cap. placuit vers. Isidorus, 16. dist.* & notatur in *c. statuimus de maiorit. & obedien.* vndè Cardinalis Episcopus, Cardinali non Episcopo præfertur, sicut etiam Cardinalis præsbyter Cardinali Diacono, *clem. 2. §. irritum de elect. cap. cleros 21. distin.* sic etiam Episcopus Doctor Episcopum non Doctorē, licet prius ad Episcopatum promotum, antecellit *Alex. in l. cent. ff. de vulg. & pupill. substit. Din. in l. cum quid, ff. si cert. pet.* ità quoque esse debet, vt Consiliarius Status titulatus, duabus dignitatibus decoratus, Regentem Regiam Cancellariam præcedat; prout depromitur *ex. tex. in l. 1. C. de offic. Prætor. l. 11. & in l. 1. C. de offic. Vicar.* & præter relatos firmat *Freccia de subfeu. regal. & tit. diff. 1. nu. 18.* quemadmodum obseruatur, si Regens Reg. Cancellariam titulatus sit; nam sedet quoque ad dexteram: & inter eos præcedendi ordo attenditur, iuxtà vnius cuiusque antiquitatem, ità *Mut. Surg. de Neap. Illus. cap 23. nu. 32. Reg. Sanfel. dec. 223. nu. 9. tom. 2. Reg. Tap. dec. Ital. 21. nu. 26. Reg. Rouit. dec. 77. nu. 18. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de ass. Reg. §. 5. nu. 4. Reg. Capyc. Latr. consult. 43. tom. 1.*

Quid autem respondendum, si hic titulatus extrà Regnum sit, num vt titulatus sederet.

Et certè affirmatiuè, si quidem per litteras nostri Monarchæ de anno 1568. Alcalanorum Duci directas, tunc in hoc Regno Proregi, sancitum est, vt titulatus extrà Regnum, vt titulatus Regnicola sedeat, verum in loco, prout videbitur eidem Domino Proregi; ità *Reg. Capyc. Latr. tom. 1. consult. 43. nu. 30.*

Hinc habes, titulatos exteros præcedere Cons. à latere titulo carentes; verum si idem ordo præcedendi spectandus sit ergà alios Consiliarios, titulo decoratos ipsis forensibus recentiores, litterę prædictę nō decernunt; sed Domino Proregi decernendum remittit, prout sibi videbitur.

Vndè si rationabilem quæras terminationem titulati huius Regni, titulatos extrà Regnum præcedere debeant in Consilio Collaterali, & si illi istis sint recentiores, ità de communi sententia, *Camill. de Curte in diuers. cap. 5. num. 6. Reg. de Pont. dec. 8. nu. 9. in fin. & Surg. de Neap. Illus. cap. 27. nu. 10. & seqq. & cap. 23. nu. 29. Reg. Constant. l. 1. C. de consul. l. 12. nu. 34. Lanar. cons. 72.* & optimè *Ruin. cons. 19. 1. vol. nu. 17.*

Nec id ratione caret; nàm indubitati iuris est, forensi deesse administrationem sui tituli; si quidem si vellet iustitiam distribuere in Regno inter homines suos, non posset sine permissu Rgis, vt probat *Text. in cap. vt litigantes, ibi glos. in verb. expensis de offic. ordin. in 6.* ibique *Io: Andr. in nouell. Bal. in l. si qui ex consensu nu. 9. & 10. C. de Episc. audien. Alex. in l. fin. nu. 7. ff. de iuris omn. iudic.*

Cum ergo habens dignitatem cum administratione, præferatur illi habenti sine administratione, *l. 1. C. vt dignit. ordo seru. l. 12. Io: de Platea in 1. notab.* ibique *Bar. & Luc. de Penna, Iaf. cons. 192. 3. col. vol. 2. Natta cons. 638. num. 6. vol. 3.* ideò præfertur Regnicola alienigenæ.

Quod fuit bis decisum, scilicet in causa D. Ascanij de la Cognia, Marchionatus titulo à Summo Pontifice decorati, qui præcedere supposuit in Collaterali Consilio alios Cons. Collaterales, sibi moderniores, sed decreto eiusdem supremi à latere Senatus causa succumbuit, vt refert *Lanar. cons. 72.* vbi satis optimè fundat vanam D. Ascanij prætensionem, varijsque rationibus exornat, quas recensere non puto.

Idemque petijt Marchio Marcellus Pignone, & fuit oppositum, administrationem sui tituli non habere; proindè præcellere haud posse, sed fuit decisum, vt in Collaterali non præcederet Marchio, extrà verò etiam in ingrediēdo, & exeundo à Tribunali, ac etiam in omnibus actibus publicis, processionibus, & in præstandis votis in rebus bellicis, & militaribus negotijs potior esset, vt testatur *Surg. de Neap. Illus. cap. 27. nu. 18. vsque ad 23. nu. 29.* & ponit *Reg. Constant. in l. 1. C. de consul. l. 12. nu. 34.*

Ex his ergò habes, Regentes Regiam Cancellariam præcedere Consiliarios Status, illique titulo decorati Regentes præcellere. Verum aduerte, quod id tantummodo viget in consessu Collateralis Consilij vtriusque ordinis, nàm in subsellijs, vbi iustitia regitur, distribuiturque, titulati præcedentiæ dignitate carent, &

is

is antecellit, qui possessionem, vel quasi sui muneris prius nactus fuit, *l.1.C.de ost. Vicar. l.1.C.de consul. lib.12.* ibi, *quod si quis prior consul posteriori consuli, eidemque Patrocinio post habitus*, Marc. *Anton. Surg. de Neap. Illust.cap.23.nu.39.fol.227. Tasson. in pragm. de antef. vers.3. obser.3. nu.83.*vbi praxim docent, dicunt enim, quod si inter Regentes aliquis titulo decoratur, non præcedit cæteros, titulo carentes,ipsique antiquiores,sed secundum electionẽ in Collat.Cons.sedet, eamque praxim in viridi esse obseruãtia cerminus, nedum in Collat. Consilio, vbi complures Regentes titulo collustrantur, & tamen præcedentiam non habent,nisi prius electus, sed etiam in S.R.C.vbi residet quamplures titulati, & nihilominus prælationem ex titulo non consequuntur, sed ab antiquitate muneris. In R. C. S. nonnulli ex Præsidentibus titulo refulgent, & præcedentia carent,quia moderniores; In M.C.V.aliqui ex Iudicibus titulo decorabantur, sed non præcedunt collegas,in iudicatu anteriores.

31 Quemadmodum etiam non præcederent titulati; si Tribunal petierint, vt valeant assistere, dum eorum causa discutitur,vel pro eorum consanguineis interuenire; vsu enim receptum est, vt in vltimo loco sine ense sedeant, dum causa disputatur, *Præs.de Franch.dec.128.in fin. & in dec.138.in fin.*facitque *tex.cum glos. in l.1.C.de consul.lib.12.*& conferunt dicta per *Marin. Frecc. lib.3. de subfeud.tit. differ. diff.48.fol.437. & fol.433.diff.10.* subdens etiam titulatos, & si inquisitos sedere coram Iudice, & confirmat *Io: Domin. Tasson.de antef.vers.7.obser.3.*

32 Verum si in alijs actibus indifferentibus interuenirent, putà in collegio, aut in parlamento generali, vel in fæstiuitatibus, siuè ad salutandum Regem, tunc enim titulati omnes ministros præcederent, *Lanar. cons.88. nu.18. Frecc.de subfeud. lib.1.fol.23.nu.27.Reg.de Ponte dec. 15. per tot.*imò inter ministros non consideratur antiquitas muneris ergà illos titulo collustratos, sed Regens titulatus præcedit Regentem simplicem antiquiorem, *Frecc. de subfeud.l.3.tit.de differ.inter fæuda regal.nu.18.fol.329.*& asseuerat *præcit.Tasson.d.vers.7.obser.3.nu.80.*

De Præcedentia inter S. R. C. eiusue Senatores, & Tribunal Regię Camerę, eiusque Præsidentes.

§. II.

SVMMARIVM.

1 S. *R.C.precedit Tribunal* R.C.
2 *S.R.C. Principis est, & in eo Princeps præest, nu.3. & Princeps adoratur; num.5.*
4 *Alphonsus Primus Aragonensium* Rex *S. R.C.erexit, illiusqae caput fuit.*
6 *Præces porriguntur S. R. C. addito titulo S.R.M.*
7 *S.R.C.nemini obuiam vadit, nisi Regi, & Proregi, & exempla recensentur, num. 8. & 9.*
10 *S.*R.*C. maximam habet authoritatem in* Regno, *& extrà, & Decium S. C. deterruit.*
11 *S. R. C. iudicat reiectis subtilitatibus, veritate, non scriptura prospecta.*
12 *S.R.C.se mouet non ex plena probatione, sed considerata persona agentis, conuentiq; Rei.*
13 *S.*R.*C.æquitati innititur, maturè, & benignè partes audit, litesque dirimit.*
14 *S.R.C. causas ciuiles, & criminales inter quascumque personas vertentes cognoscit.*
15 *S. R. C.coercionem suorum officialium, quomodocumque delinquentium habet priuatiuè ad alios.*
16 *S.R.C.ipsum iniuriantem cognoscit.*
17 *Sententiæ S. R. C. paratam exequtionem habent, manuque armata exequuntur.*
18 *Appellatio non datur à sententijs S.C.sed reclamatio, qua exequutionem illius non impedit.*
19 *Prorex non valet impedire exequutionem sententiarum S. C. pendente reclamatione.*

Digitized by Google

20 *Deciſiones S.C.legem in Regno faciunt.*
21 *Iudices Regni iudicare tenentur, prout S. C.iudicauit.*
22 *Decreta bina S.C.ius in Regno faciunt.*
23 *Tribunalia omnia Regni S.C.ſubſunt.*
24 *S.R.C.relationes cauſarum M.C.qualibet die Iouis audit.*
25 *S.R.C.Reg.Conſ.ſine hærede decedentibus ſuccedit,excluſo fiſco.*
26 *Pragmaticas valet S. R. C. interpetrare, & ita bis deciſum refertur.*
27 *S. R. C. arbitrio vtitur,quemadmodum Rex facit.*
28 *S.R.C. cogit partes ad compromittendum in eius arbitrium.*
29 *S. R. C. condemnare valet conuentum, etiam ad non petita.*
30 *S.R.C.cauſas fiſcales cognoſcere poterat.*
31 *Princeps abſolutus Iudex eſt in cauſa inter ipſum, & ſubditum, ſed tutius illam delegare, nu.32.*
33 *R.C.Tribunal quare fuit conſtitutum, à quo coſtructum, nu.34.vbi regebatur,& vbi modo regitur, & qui nam ibi præſt, nu.35.qui nam ibidem conueniunt.*
36 *Magnus Camerarius in R. C. non aſſiſtit, ſed locumtenens creatur.*
37 *Illuſtris perſona poteſt per ſubſtitutum ſeruire.*
38 *Eerarij Regij cura quibus demandata fuit, ac Præſ.officium Procur.Cæſ.vendicauere.*
39 *Tribunal R.C.de cauſis fiſcalibus tantummodo cognoſcit, & extra illas iuriſdictione caret, nu.40.*
41 *Tribunal R. C. de illis cognoſcit cauſis, vbi fiſcus eſt actor, reus, vel author laudatus;alias autem S. R. C.cognoſcit,vbi fiſcus aſſiſtit.*
42 *R. C. agere non poteſt cauſas alias,præter enunciatas, etiam ex conſenſu partium.*
43 *R.C.cauſas ſuorum ſubditorum,ſiuè ciuiles, ſiuè criminales non tractat, niſi deliquerint intuitu officij, quod fuit deciſum, nu.44.*
45 *R. C. non cognoſcit, qui eius aures offenderunt.*
46 *Significatoria R.C.exequutionem habent ſicut ſententiæ S.C.*
47 *R.C.qualibet die Veneris cauſas refert in Collaterali Conſilio, vbi merita diſcutiuntur, & de illius deciſionibus factis agitur.*
48 *Appellatio à decretis R. C. dabatur ad M.C.V.*
49 *S.R.C.præcedit Tribunal R.C.& ità ſeruatur, nu.50.*

De Præcedentia inter S. R. C. eiuſue Senatores, & Tribunal Regię Camerę, eiuſque Præſidentes. §. II.

1 HIS poſitis conuenit, vt ad ſecundum deſcendemus, vbi quæritur, quos nam S. R. C.præcedat, vndè dic S. R.C. præcedere Tribunal R. C. S.quemadmodum reſponderunt,*Marc.Ant.Surg. de Neap.Illuſ.cap.37.nu.22.Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.3.de elect.offic.§.8.nu. 33.Thor.in compend. dec.par.1.verb.Tribunal fol. mihi* 558. *Taſſon.in prag.de antef.verſ.3.obſer.3.n,144.*
2 Nec immeritò, nàm Sacrum Conſilium Principis eſt; *Lancell. Corrad. lib.2. cap.1. de Pontifice Maximo,.verſ. conciſtorium fol.*138.*Thor.tom.1.compend.in præ-*
3 *fat.Taſſon.in prag.de antef.verſ.3.obſer.3. nu.72.in fin.*& in eo Princeps præeſt, *l.ius Senat. C.de dignit.lib.*12.vbi *Luc.de Penna, Vinc. de Franch.dec.5.Reg.Tap.de off.*
4 *S. C. nu.*8.*Taſſon.ibid.nu.*63. tradens, Alphonſum I. Aragonenſium Regem huius Senatus primordium,primum fuiſſe, qui
5 in illo præfuit, & in illo Senatu Princeps adoratur, porrigunturque præces, titulo
6 addito S. R.M *l.*1.iuncta *gloſ.C.de ſilent. lib.*12. *Thor.tom.1.comp.in præfat.Præſ.de Franch. dec.* 5. quamobrem nemini obuiam vadit,niſi Regi,& Proregi,*Taſſon.in d. pragm. de antef.verſ.3.obſer.2.num.72.*
7 quemadmodum fuit obſeruatum, quando Sereniſſima Infans Maria de Auſtria,
8 Soror Regis noſtri nuper defuncti, & Hungariæ Regina per Neapolim tranſiuit, ad eius virum Regem Hungariæ, filium Diui Imperatoris Ferdinandi de Auſtria eunda S. C. vnite ſalutauit, ſed dùm in anno 1627. Romam petierit Na-

Digitized by Google

uarrę Comestabulus, filius Ill. Dom. Ducis
9 Aluæ, tùnc Regni Proregis, vti orator extraordinarius Regis nostri ad Summ. Pontificem Vrbanum VIII. & indè Neapolim venit, fuit hæsitatum, num S. C. Comestabulum adire deberet, eumque vnitim salutare, dum ad salutandum accesserunt Tribunalia R. C. & M. C. V. & fuit concluſum negatiuè, sed quod singuli Consiliarij ad salutandum prædictum Comestabulum diuisim accederent, & ità exequutum, teste *Iudic. Tasson, in prag. de antef. vers. 3. obser. 3. nu. 72.*

10 Habet quoque maximam authoritãtem, nedum in Regno, sed extrà Regnũ, vt asseuerant *Thor. in comp. par. 1. in præf. & Tasson. in supracit. nu. 72.* taliter quod eius authoritas Decium deterruit, vt ipsemet indicat in *cons. 179. in princ.* iudicat
11 etenim reiectis subtilitatibus, veritate potius, quam scriptura prospecta, *l. 2. C. de emancip. liber.* & sancitur in *Reg. prag. 1.*
12 *de ordine iudic.* Se mouet non ex plena probatione, sed considerata honestate agentis, & eius, qui conuenitur, & quantitate rei petitæ, *And. in c. 1. §. cum autem nu. 5. circà finem de contr. inuest.* Nimium
13 æquitati innititur, *Reg. de Ponte cons. 83. nu. 4. vol. 2.* nimiumque maturè, benignè, ac plenè partes audit, litesque determinat, iuxtà illud bona concilia mora valescunt, sicuti scelera impetu, *Tacit. lib. 1. histor. fol. mihi 161.* Ordinariam exercet Iurisdictionem, *Ant. Corsetus in tract. de potest. Reg. par. vlt. nu. 56. in tract. tom. 16. fol. 133. Andr. Gail. pract. obser. lib. 1. obser. 31. & 32. Tasson. in cit. vers. 3. obser. 3. nu. 73* mærum, mistumque Imperium habet *Præs. de Franch. dec. 601. nu. 5. Thor. tom. 1.*
14 *comp. in præfat. Tasson. loc. cit. nu. 72.* cognitionẽq; omnium causarũ, siuè ciuilium inter quascunque personas vertentium; siuè criminalium in gradu appellationis retinet, *prag. 44. de off. S. C. Præs. de Franc.*
15 *d. dec. 601. nu. 5. Thor. & Tasson. loc. cit.* cohertionem suorum officialium, quomodocumque delinquentium consequitur priuatiuè ad alios, *Reg. de Ponte dec. 36.*
16 *Collat. Cons. Reg. Rouit. in prag. 1. de offic. S. C.* ipsumq; iniuriantem cognoscit, *Andr. Gail. pract. obser. l. 1. obser. 39. Tasson. ibid. nu. 37.* facit optimè *text. in l. nullum, C. de testibus,* & accumulata per *Præs. de Franc.*
17 *dec. 702.* eius sententiæ paratam exequutionem habent; manuque armata exequutioni demãdãtur, *prag. 5. de off. S. C.* & appellari ab illis nequit, sed tantummo-
18 do reclamari permictitur ad idem S. C. talisque reclamatio exequutionem non impedit, *auth. quæ supplicatio, C. de præcib. Imper. offer. Præs. de Franch. dec. 290. Tasson. ibid. n. 76. vers. sententia,* imò
19 nec Prorex ordinare valet, quod superpersedeatur in exequendo sententias S. C. donec cognitum fuerit de meritis causæ reclamationis, *l. rescripta, & auth. quæ supplicatio, C. de præc. Imper. offer. Giurba dec. 7. Iudex Tasson. in d. prag. de antef. ver. 2. obser. 2. nu. 128. & ver. 3. obser. 3. nu. 76.*
20 *in fin.* illius decisiones legem in Regno nostro faciunt, *l. 2. C. de off. Præfec. Prætor. orien.* & notat *Præs. de Franch. dec. 90. n. 5.*
21 *Afflict. dec. 169. & 190. in fin. & 383. circà finem,* Iudicesque Regni iudicare tenentur, vt iste Senatus iudicauit, *Aluar. Velasc. in consult. 68. nu. 3. ver. verum, Tasson. ibidem nu. 71.* & confert *tex. in l. 1. circa fin. C. de veter. iure enucleando,* ibi, debere omnes Ciuitates consuetudines Romæ sequi, & leges, quæ caput est orbis terrarum, non ipsam alias Ciuitates; Roma autem nõ solum veterẽ, sed etiam
22 Regiam nostram, Imò bina decreta huius Senatus, ius in Regno cõstituunt, *prag. 47. de off. S. C.* illi subsunt omnia Tribu-
23 nalia Regni, nec ipsũ maiorem recognoscit, ac Tribunal M. C. V. quod luminare maius dicitur, iustitię speculum nuncupatur, & fons, ex quo cæteræ Iurisdictiones defluunt, & refluunt, immedìatè
24 subijcitur iurisdictioni S. C. nam in die Iouis vniuscuiusque hebdomodæ istud Tribunal, prout cæteri Iudices, & consultores aliorum Tribunalium, S. R. C. petit, causas, siuè ciuiles, siuè criminales, iuxtà ordinem datum per Præsidem eiusdem Senatus, refert, ibique decreta reformantur, reuocantur, aliter decernendum præcipitur, quandòque causæ auocantur, & quandoque eidem Tribunali remictuntur, data ei norma, quid erit agendum in causis relatis, ita ex *Reg. prag. 41. de off. S. C.* quam extollunt *Præs. de Franch. dec. 88. Andr. Gail. pract. obser. l. 1. obser. 132. Tasson. in prag. de antef. vers. 3. obser. 3. nu. 190.*
25 Præterea prærogatiua potitur, quam procul nomine absolutæ potestatis habe-

re

re nequit; ſuccedit etenim Regijs Conſiliarijs, ſine hærede decedentibus excluſo fiſco, *l.1.C.de hær.decur.lib.*10.vbi *Bart. Mar. Laudenſ. in tract. de Conſil. Princ. quæſt.*5. *& in tract. de principe quæſt.*505. conferunt expoſita per *Præſ. de Franch. dec.*198. *nu.*3. & optimè allegata per ſupracit. *Taſſon.loc.dicto nu.*75.

26 Inſuper pragmaticas interprætare valet, quod tantummodo Principi videtur permiſſum, ità *Taſſon. prag. de anteſ. verſ.* 12. *obſer.*2. *nu.*21. quod etiam nedum firmat, *Gizzar. dec.*23. ſed exemplis corroborat; dicit enim S.C. decreuiſſe, pragm. interpretãdo, exulatum à propria patria, exulatum cenſeri ab eius territorio, & altera *dec.*25, refert S. C. interprætaſſe, penam mortis non eſſe infligendam percutienti aliquem cum ictu ſcopictæ, morte non ſequuta.

27 Vtitur etiam S. C. arbitrio, quemadmodum Rex facit *Præſ. de Franch. dec.*5. *& dec.*220. *nu.*6. *Affl. dec.*244. *Gayll. præct. obſer. l.*1. *obſer.*1. *in princ.* poteſt enim par-
29 tes cogere ad compromictendum in arbitrium eiuſdem S. C. ſi cauſa in iure, & in facto ſit inuoluta, *Afflict. dec.*13. *nu.*29. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. fol.*4. *nu.*10. prout ſeruatum fuit in cauſa Fabij Cicinelli cum Antonio de la Quadra, teſte
29 *Taſſon. ibi. verſ.*12. *obſer.*2. *nu.*22. poteſt quoque ad non petita per actorem, reum condemnare, *l. ex diuerſo* 36. §.1. *ff. de rei vendic. Afflict. dec.*83. *nu.*8. *in fin. & dec.* 45. *in fine, Reg. de Ponte conſ.*137. *nu.*12. contrà regulam à iure deſumptam, quod ſcilicet ſententia conformis eſſe debeat libello, *Gramat. dec.*19. *poſt cit. Afflict. in dec.*95.

Et hoc Supremum Conſilium tot authoritatibus inſignitum, tot inſignijs decoratum, tot præheminentijs colluſtratũ,
30 & ſi poterat cauſas fiſcales dirimere, cum valeat Princeps, ſuperiorem non recognoſcens, Iudicem eſſe in lite propria,
31 quam habet cum ſuo ſubdito, ſecus cum alio, *Soccin. conſ.*120. *col.*63. *in princ. vol.* 1. *Andr. Alfar. in conſ.*63. *in fine*, attamen conſiderans pijſſimus, ac clementiſſimus Rex Alphonſus, tutius eſſe illas alijs de-
32 legare, vt teſtatur *Andr. in c. Imperialem* §. *prætereà ſi inter col.*7. *&* 8. *de prohib.*
33 *feud. alien. per Freder.* meritò Tribunal R.C. fuit conſtitutum, teſte *Iudice Taſſon. prag. de anteſ. verſ.* 3. *obſer.*3. *nu.*237. & ſuadetur ex *tex. in l.*4. *ff. de orig. iur.*

34 Hoc namque Tribunal in ampliorem formam ab Alphonſo conſtructum, vt idemmet *Taſſon. ibid. nu.*142. refert, in caſtro, ſcilicet Saluatoris ad mare, nùnc Ca-
35 ſtrum oui denominato, regebatur, vt in regiſtro Caroli Primi legitur, ſed deindè fuit vnitum in Caſtro Capuano cum S. R. C. & M. C. V. Ibidem præeſt magnus Camerarius, quartus ex ſeptẽ Regni pro-
36 ceribus, qui hodiè perſonaliter nõ aſſiſtit, ſed eius Locumtenens creatur, *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illuſ. lib.*1. *cap.*26. *n.*24. *fol.* 289. prout fuit introductum ab anno 1441. quo tempore fuit magnus Camerarius creatus D. Franciſcus de Aquino Comes Laureti, qui nullatenus voluit in Regia Camera aſſiſtere, innixus illo lega-
37 li adagio, quod perſona Illuſ. poteſt per ſubſtitutum ſeruire, *l. nullus* 60. *& l. neminem* 64. *C. de decur. lib.*10.

Cum Locumtenente, inquam magni Camerarij alii officiales conueniunt, modò Præſidentes nuncupati, & fiſci Patronus, *Mar. Anton. Surg. de Neap. Illuſ. l.*1. *cap.*26. *nu.*23. *fol.* 288. & his Regij
38 erarij cura demãdata fuit, ac ipſi officium procuratoris Cæſaris vendicauere, *l.*3. *ff. de offic. Proc. Caſ. l. vlt. C. de aduoc. fiſci, l. curator, C. de modo mulct.* Marc. *Anton. Surg. loc. ſupracit. Iudex Taſſon. d. prag. de anteſ. verſ.*3. *obſer.*3. *nu.*150. & adde *Afflict. in Conſt. Reg. Præſes Prouinciæ n.*18. *Loffred.*
39 *conſ.*36. *nu.*10. limitatam habent cauſarum cognitionem, etenim Tribunal non cognoſcit, niſi de cauſis fiſcalibus, vt habetur *ex toto titulo, C. vbi cauſæ fiſcales*, & notat *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illuſ. lib.*1. *cap.*26. *nu.*23. *Iudex Taſſon. loc. prox.*
40 *cit. nu.*152. *Reg Galeota reſp. fiſc. reſp.*1. *nu.* 13. *Ego tom.*1. *reſp.*55. & extrà illas iuriſdictione carent, *l.*1. *C. de iuriſd. omn. Iudic. l. nullum, C. vbi cauſæ fiſcal. l. vlt. C. de aduoc. fiſc.* de quo ratiocinamur in tractatu de fiſco Regalis Iuriſdictionis, typis non dum excuſſo, quibus addimus *Marc. Ant. Surg. d. lib. cap.*26. *nu.*23. *in princ.* imò in illis fiſcalibus contentionibus reſtrictam
41 retinet cognitionem, ſi quidem non agit, niſi de ijs; vbi fiſcus eſt actor, vel reus, vel author laudatus, cæteras autem Sacrum Conſilium decernit, ibique fiſcus pro ſuo intereſſe aſſiſtit, ſic de iure com-

Digitized by Google

muni cauetur, vt in *l. fin. C. si aduerſ. fiſcum*, & notant *Marcheſ. in prax. commiſſ. par. 2. cap. 14. nu. 126. cum ſeqq. Cancer. lib. 2. var. cap. 16. nu. 40. Peregr. de iure fiſci lib. 7. tit. 1. per tot. Reg. Rouit. ſup. pragm. 61. de offic. Procur. Cæſ. nu. 2. & 3.* & à iure Regni ſancitur, vt in *prag. 14. 51. & 62. de offic. Proc. Cæſ.* & ibi additur alter caſus, declarandus per Proregem, concurrente preciſo, & apparente fiſci intereſſe, ac maximę conſiderationis, vt firmant, & dictam pragmaticam exornant, *Reg. Rouit. in prag. 62. cit. tit. de off. Proc. Cæſ. nu. 1. Reg. Conſil. Carleual de Iudic. lib. 1. nu. 706. D. Franc. Alfaro. de offic. fiſc. gloſ. 16. nu. 148.* & nos latè *in tract. ſup. relato*, & etiam ſcripſimus in *reſp. tom. 1. reſp. 55.*

42 Nec valent partes conſentire, vt R.C. de aliqua cauſa præter expreſſas cognoſcat, ità *prag. 37. de off. S.C.* quod extendit etiam ſi Regia delegatio adeſſet, & notat *Reg. Rouit. in d. prag. 61. de off. Procur. Cæſ. num. 4.*

43 Neque habet animaduerſionem ergà ſuos ſubditos, vt ex *text. in l. nullum, C. vbi cauſæ fiſcales*, vbi apertis verbis cauetur, officiales Procuratoris Cæſaris in cauſa criminali coram Præſide accuſari, & idem in *l. cum aliquid, C. cit. tit.* colonum Principis, in cauſa criminali coram Præſide conueniri præſente Cęſaris Procuratore, quod etiam liquet ex *prag. 14. de offic. Procur. Cæſ.* vbi ſancitur, quod Regia Camera vacet ſolummodo in cauſis Patrimonij, onus aliarum cauſarum ſuppleant Iudices aliorum Tribunalium, idemque ſatis expreſsè habetur in *prag. 61. §. 20. cit. tit. de off. Procur. Cæſ.* nam ordinatur, quod M. C. V. cognoſcat de delictis, commiſſis ab officialibus R. C. niſi deliquerint intuitu eorum officij, & ſequuntur *Carau. rit. 132. in fin. Frecc. de ſubfeud. tit. de magiſtr. camer. nu. 13. Reg. Reuert. dec. 6. par. 2. Reg. Tap. ius Reg. l. 2. ſup. prag. 14. de offic. Procur. Cæſar. fol. 203. verſ. officialis*, qui inſuper tradit, cauſas
44 quorumdam Rationalium, & ſcribarum R.C. delinquentium in numeratione ſibi commiſſa, extorquendo pecunias ab Vniuerſitatibus fuiſſe M. C. V. remiſſas, & ab ea deindè appellatum ad S.R.C. & *R. Sanfel. dec. 291.* copiosè de re tractat, & plura exẽpla recolligit, & ego obtinui in cauſa Andreę Egiptij Porterii Tribunalis R.C. inquiſiti in M.C. de alapis, & aſportatione armorum prohibitorum, remiſſionem in ſuo Tribunali efflagitantis, tempore quo iura fiſcalia ibidem agebam; qua in cauſa latè ſcripſi, pluraque exempla recollexi, vt eſt videre *in tract. de fiſco Regiæ Iuriſdictionis*.

45 Caret etiam dictum Tribunal iuriſdictione aduerſus illos, ipſum Tribunal lędentes, etenim qui falſificauit prouiſiones R. C. fuit condemnatus ad mortem per S.R.C. teſte *Reg. Salernit. dec. 28.* & refert *Iudex Taſſon. in prag. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 138.*

46 Eius ſententiæ, & ſignificatoriæ, & ſi exequutioni demandentur, ſicut illę S.C. prout ordinat *prag. 38. de offic. procur. Cæſ.* tamen videmus, decreta, aliæque ordinationes promptuariam exequutionem
47 non habere, nam in die Veneris cuiuſlibet hebdomadæ R. C. Collaterale Conſilium petit, ibi ratiocinia reddit; cauſas, ſuaſque ordinationes refert, iuxtà ordinem per eumdem Collaterale Conſilium datum, ibique quandoque reformantur R.C. decreta, quandoque confirmantur, & quandoque aliter decernitur, iuxtà facti qualitatem, quemadmodum autiquitus ſeruabatur, nam à decretis R. C. S.
48 appellabatur ad M.C.V, vt expreſsè notatur in *Conſt. Reg. incip. de offic. periculoſa*, & in *pragm. 37. §. volumus etiam de offic. procur. Cæſar.* quod etiam aduertit *Iudex Taſſon. in d. prag. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. num. 138.*

Hinc ſatis optimè proſpicitur Tribunal R.C.S. ſuam iuriſdictionem deſumpſiſſe à S. R. C. eamque limitatam, & in certum genus cauſarum retinere, ac in illa alteri ſupponi, proindè ſatis meri-
49 rò conſtituimus S. R. C. præcedere Tribunal R.C.

Quod ſic indifferenter, & indiſtinctè ſeruatur in omnibus negotijs, & functionibus, ſiuè publicis, ſiuè priuatis, nam in obſequijs Dom. Proregis præſtandis
50 in die Natiuitatis Domini, vel Paſchatis Reſurrectionis Domini, S.C. prius ingreditur, & prius Proregem ſalutat, & poſteà R.C. ſic in Regia Capella, nam in eodem ſcamno primum locum occupat S. C. & poſt omnes Conſiliarios. Præſidentes ſedent, ſic in Regio Collaterali Conſilio, nam ad dexteram ſedet S. C. eiuſque

Con-

Digitized by Google

Conſiliarij ſunt primi in ſuffragijs ferendis,at R.C.leuem manum occupat, prout fatetur indiuidualiter *Marc. Anton.Surg. cap.* 27. *num.* 22. Sic etiam in omnibus alijs occaſionibus, vbi S.C.& R.C.cõueniunt, ſic quoque quando noſter Monarcha, eiuſque Prorex in ſuis litteris, aut ſanctionibus iſta Tribunalia nominat; nàm prius ponit S.R.C.& deindè Regiã Cameram Summarię, & poſteà M.C.V. quemadmodum Iuſtinianus condidit, nàm prius poſuit titulum de officio Præſidis, & deindè illum de officio Procur. Cæſar.

Et ex his quoque ſatis apertè deſumitur, miniſtros, qui in S. C. præſunt,antecellere illos, qui R.C.vacant.

De Præcedentia inter Pręſidem S.C.& Locumtenentem Regię Cameræ, ac Regentes Regalem Cancellariam.

§. III.

SVMMARIVM.

1 PRæſes *S.C.præcedit Locumtenentem* R.C.
2 *Præſes S.C. Principis locum tenet, tit. S.* R. *M.habet,Regis nomine libella decretat.*
3 *Locumtenens* R.C.*Mag.Cam.vices gerit, officiumque regit.*
4 *Præſ.S.C.quibus ſupereſt, & quam cognitionem habet.*
5 *Præſ. S. C. interuenire poteſt in qualibet aula S.C.*
6 *Præſ. S. C. interuenire debet in decretis interponendis, vbi acceſſus ſuper faciem loci expoſcitur.*
7 *Præſ.S.C.arbitrare valet, ſi cauſa iunctis aulis erit decidenda, & aulas vnire quando poſſit.*
8 *Præſ.S.C. transferre Conſil.de vna ad alteram aulam quando poſſit.*
9 *Præſ.S.C.in paritate votorum, vbi ipſe non interuenit,adiunctos dat, & quando poſſit illos aſſignare, ſi in paritate interfuerit, nu.*10.
11 *Præſ. S.C.adiunctos ponit in paritate votorum, in Tribunali* Reg. *Siclæ habita.*
12 *Præſ.S.C.concedit minoribus reſcriptum, an reſtitutio in integrum ſit deferenda.*
13 *Præſ. S. C. quas cognoſcit cauſas, & quarum perſonarum, & num ipſe ſolus, num.*16.
14 *Magiſtri actorum S. C. priuilegium habent, vt cauſæ ipſorum à Præſ. S. C. ſint agitandæ.*
15 *Cõtumaciæ incurſum à decreto citationis M.C.euitant Magiſtri actorum, Scribæ,* Porterij, *alijque S.C. ſeruientes, ſi coram S.C.Præſ.comparuerint.*
17 *Præſ.S.C. crudeles vindictas à* Prorege *demandatas per* 30. *dies differre valet.*
18 *Præſ. S. C.appellationem concedere valet à decretis M.C.ſi timor cõminatæ torturæ ineſſet.*
19 *Appellatio datur à grauamine cominato.*
20 *Præſ.S.C.poteſt reſtaurare inſtantias,lapſu triennali peremptas.*
21 *Pręſ.S.C.carcerare valet Regentem M.C. ſuis ordinibus inobedientem, & ita ſeruatum traditur, nu.*22.
23 *Præſ.S.C.officium* Protonotarij *exercet,& quare.*
24 *Vice* Protonotarius *à* Rege *creatur, & quilibet officialis eſſe poteſt, ſed modo* Præſ.S.C.*eligitur.*
25 Protonotarij *officium magnæ eſt prærogatiuæ, quomodo in Iure vocetur.*
26 Protonotarius *omnimodam habet poteſtatem, Notarios, & Iudices ad contractus creat.*
27 *Priuilegium legitimationis ſubſcribere tenetur* Præſ.S.C.
28 Præſ. *S. C.expedit commiſſarios per* Prouincias, *vt viſitent Notarios,ſi in prothocollo fuerint inſtrumenta deſcripta.*
29 Præſ. *S. C.cognoſcit Commiſſarios prædictos deputatos ſi delicta in expeditione commiſſionis patrauerint.*
30 *Officialis loci cognoſcit delicta in ſuo territorio commiſſa.*
31 *Locumtenens* R. *C. qua authoritate fungitur.*
32 Præſ.S.C. *in Conſilio ſtatus præcedit* Regentes *Regiam Cancellariam,& Locumtenen-*

Digitized by Google

tenentem R. C. *etſi antiquiores ſint*.

33 *Dignitatem maiorem habens præferri alteri dignitatem minorem habenti, & ſi antiquiorem.*

34 *Præſ. S. C. ſi* Regens Cancellariæ *ſit, non præcederet Locumtenentem* Regentem Regiæ Cancellariæ, *antiquiorem, ſi vti* Regentes *conuenirent.*

35 *Præſ. S. C. non præfertur Viſitatori generali accedenti ad S. C. & ità bis ſeruatum refertur.*

36 *Præſ. vel* Propræſ. *S. C. præcedit Regentem* Regiam Cancellariam, *S. C. accedentem, vti Conſil. & ita etiam procedit, quoad* Præſ. *R. C. nu.* 37.

38 *Epiſcopus quando ſedet, vt Canonicus ſedet immediatè poſt Decanum.*

39 *Præſ. S. C. ſi vti* Præſ. *interueniret in Collaterali Conſilio,* Regentibus *poſtponitur, niſi Regens fuerit, & antiquior alijs, quia tùnc poſt Decanum ſederet, & ità obſeruatum recenſetur.*

De Præcedentia inter Præſidem S. C. & Locumtenentem Regiæ Cameræ, ac Regentes Regalem Cancellariam.

§. III.

1 PRæſidem S. C. Locumtenentem R. C. præcellere noſtrates firmauere, *Fab. de Anna conſ. 22. nu. 43. Io. Andr. de Georg. alleg. 25. nu. 11. Reg. de Ponte dec. 8. nu. 11. Iudex Taſſon. ſup. pragm. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 125. verb.* Præſidens.

2 Et meritò nàm Præſidens reſidet in ſenatu, qui Principis eſt, tot prærogatiuis, & autoritatibus dotatus, quot ſupra retulimus, ibique Principis locum tenet, cum ipſe non valeat ſemper intereſſe, ac titulum S. R. M. in deprecatiuis libellis habet, illoſquæ vti Regis perſona, Regiſque nomine decretat, ità *Frecc. l. 1. de ſubfeud. tit. de antiquo ſtatu* Reg. *num.* 18. *fol.* 67. *Præſ. de Franch. dec.* 5. *Reg. de Tap. Ius Reg. prag.* 2. *de offic. S. C. nu.* 10. *Reg. Rouit. in prag.* 70. *de offic. S. C. cit. tit. n.* 15. *Nouar. ſup. prag. collect. d. tit. de offic. S. C. nu.* 7. *Iudex Taſſon. ſup. prag. de anteſ. ver.* 3. *ob. ſer.* 3. *n.* 111. *verſ. eſt tamen verum,* ad idem *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſ. cap.* 26. *nu.* 22. *fol.* 288. nec prætereas *Lancel. conrad. lib.* 2. *cap.* 1. *de Ponte Max. verſ. conciſtorium,* cuius dicta ſatis ad propoſitum faciunt.

3 Quod in R. C. Locumtenẽte fallit, nàm ipſe ſubſtitutus eſt Magni Camerarij, quia ille noluit aſſiſtere, ideò eius Vices gerit, eius officium regit, eius nomine, ac titulo ordinationes exeunt, eiuſque nomine illas ſubſcribit, *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de off. Mag. Camer. Loffred. conſ.* 36. *nu.* 10. *Thor. compend. dec. tom.* 1. *in præf. verſ. Tribunal R.* C. proindè rectè dixi, vt hic ab illo præcedatur.

4 Idq; rurſum ſuadetur ex poteſtate, & authoritate, quam Præſidentes conſequuntur, nàm ſupereſt omnibus Conſiliarijs, & Tribunalibus M. C. V. M. C. admiratiæ, cæteriſque alijs, & cognoſcit de grauaminibus omnium decretorum, latorum Domi, per *DD.* Conſiliarios, ac etiam per S. C. & per ſupradicta Tribunalia, ſoletque prouidere, quod fiat verbum, ideſt relatio in S. C. vt expediens ei videbitur pro reparandis grauaminibus prædictis, vt de praxi teſtatur *Taſſon.*
5 *loc. ſuper alleg. nu.* 111. *verſ. huius Domini;* Poteſt interuenire in qualibet aula S. C. & in quibuſcunque diebus, & horis, & cauſis, prout ſibi melius videbitur, & neceſſum fore cognouerit, *prag.* 41. *de off. S. C.* Interuenit Præſidens in decretis in-
6 terponendis per S. C. quando agitur de acceſſu, faciendo ſuper faciem loci, & ſine eius interuentu decreta prædicta eſſent nulla, ſecundum pragm. Dom. Comitis Mirandæ de anno 1557. collata, *ſub tit. de off. procur. Caſ. prag.* 46. §. 7.

7 Arbitrabitur, ſi cauſa erit decidenda iunctis aulis, *prag.* 41. *& 66. de offic. S. C.* Poteſt vnire aulas in diebus Mercurij, vel Sabati, prout ſibi expediens videbitur, *prag.* 41. *de off. S. C.* & ſi aliqua ex
8 aulis numero Conſiliariorum diminuta foret, poteſt de alia aula, in qua maior eſt numerus Conſil. transferre aliquos ad diminutam aulam, argumento *tex. in auth.*

vt

Digitized by Google

vt clerici ex vna eccleſia ad aliam tranſferantur ad ſupplendum deficientium ſtatutum numerum; poterit dare adiunctos, quando adeſt paritas votorum, ſi ipſe non interuenit in votando, verum ſi ipſe votauerit, ad Dominum Proregem re-
9 currendum eſt pro adiunctis habendis,& ſi paritas inciderit in votandis incidentibus, vbi ipſe Præſidens votauerit, vnum adiunctum dare poteſt, *prag.1.de cauſis decidendis*, vbi *Reg. Rouit.Præſ.de*
10 *Franch. dec.* 252. & ſi paritas inter duos
11 Magiſtros Rationales Regię Siclæ fuerit, Præſidens S.C.dat adiunctum, etiam dicto Tribunali Regiæ Siclæ, vt aduertit *Mut. Surg.in addit.ad Marc.Anton.Surg. eius germanum de Neap. Illuſ. fol.* 144. & notat *Io. Dom.Taſſon.prag.de anteſ.ver.3.*
12 *obſer.3.* Poteſt concedere Regias decretationes de verbo faciendo, an ſit deferendum in integrum reſtitutioni petitæ à minoribus, alijſue perſonis priuilegiatis,
13 *prag.3.de offic.S.C.& l.1.ff.de offic.præfec. prætor.* cognoſcit cauſas magiſtrorum actorum S.C.Scribarum, Porteriorum, vel hoſtiariorum,aliorumque officialium dicti S.C.ſiuè cauſę ſint ciuiles,ſiuè criminales, ſiuè ſuper præſentatione inſtrumẽtorum via ritus M. C. ſint conuenti, quod Iure communi ſumpſit exordium, vt *in l. comperimus* 12. *C. de proxim.Sacr. Scrin. lib.*12. *l.3.C.de cornicolarijs l.*12.& Iure municipali cauetur, vt in *cap.* 54. *Reg.Cathol.fol.46.& in cap.*41.*Magni Capitanij pag.* 36. ſicque noſtrates firmauere, *Præſ.de Franch.dec.*88.*Reg.de Ponte*
14 *dec.*36.*R.Rouit.in prag.*28.*nu.*6.*de offic.S. C. &* 7. conſtat etiam ex priuilegio, quod tempore collati muneris magiſtri actorum conſequuntur, vt notat *Taſſon. prag.de anteſ.verſ.*3.*obſer.*3.*in* 18.*author.* & in viridi obſeruantia eſt;nam ità ſeruatum vidi, & ſeruaui nedum quando fiſcales cauſas agebam in M.C.V.ſed modo dum reſideo in S. C. vbi fui Commiſſarius nonnullarum inquiſitionũ dictorum ſcribarum, ac aliorum;quinimo ſi prædi-
15 cti,ſupra enarrati,per M. C. V. ad informandum fuiſſent citati, poſſunt comparere coram Præſidente, & contumaciam impedient, non obſtante *Ritu M. C. V.* 269. quæ nullam exceptionem admittit, præter captiuitatis,abſentiæ,& infirmitatis,quoniam in hoc caſu ritus nõ procedit ità ex *l. magiſteria*, *C. de iuriſdict. omn. Iudic. Præſ. de Franch. dec.* 88. *&* Conſil. *Patinnus, in comment. prag.Reg.*Rouit.*in pragm.* 15. *de milit. Iudex Taſſon. loc.cit.*
16 *verſ. quinimo*. Verum non poſſet Præſidens has cauſas per ſe ſolum cognoſcere,ſed committere debet Regiis Cõſiliariis,& vna inſimul examinare,iuxtà *Tex. in auth.ad hęc de iudic.*& aduertit *Taſſon. ibid.nu.*117.*in fin.*poteſt etiam Preſidens
17 videns, quod D. Prorex, iracundia motus,ſine cauſæ cognitione crudeles vindictas mandauerit exequutioni, infrà 50. dies differre, *Andr. in* §. *ſi aliquis num.*1. *apud quod, vel quem controuerſia faud. definiri debet*, ad hoc vt interim Principis iracundia ceſſet, *text.eſt aureus in l.ſi vindicari* 20.*C.de pœn.*& ratio eſt,vt interim corrigatur, quod furore promulgatum eſt, *cap. cum apud* 11. *queſt.*3.*Cepoll. in caut.*2. *nu.*5. *Carau. ritu* 259.*nu.*4.po-
18 teſt inſuper appellationem concedere, nedum à decretis latis per M. C. V. ſed etiam ſi timor comminatæ torturæ, vel grauaminis inferendi ineſſet, nam prouidet, vt fiat relatio in S. C. quoniam idem eſt timor tormentorum, vt ipſum tormentum, *cap.*1. *in verſ. timentes ſe à Iudicibus grauari de dilat. Anchar. conſ.* 87. *poſt Senecam,dicentem, quod peior eſt*
19 *belli timor, ipſo bello*, quia etiam à grauamine comminato datur appellatio, *l.ſi quis prouoc.* C. *de appell.* poteſt quoque
20 reſtaurare inſtantiam, lapſu triennali peremptã,per inſuflationem ſpiritus vitę, quæ gratia vocatur, ſolique Principi immediatè, vel S. C. ſiuè ipſius Præſidi, vti illius perſonam repræſentanti,concedere competit,*prag.*1.*in princ.de offic.S.*C.*Reg. Rouit. ſup. prag.in rub.de inſtan.cauſę non*
21 *reſtit.ſine expen.nu.*18.*&* 19. poteſt carcerare Regentem M. C. V. obtemperare nolentem Regijs decretationibus, vel cæteris ordinibus S. C. vt ponit *Taſſon. ſuper pragm. verſ.*3. *obſer.*3.*in* 16.*author.* & exemplo confirmat, dicit enim de menſe Maij 1621.eueniſſe,Regentem M. C.V.Io.Thomam Scurriolum Hiſpanum
22 Regiæ decretationi,expeditæ per Dom. Præſidentem S. C. Marcum Antonium de Ponte, non paruiſſe; vndè fuit ordine eiuſdem Præſidis, accedente voto quatuor aularum antiquiorum, carceribus mancipatus, & ab officio ſuſpenſus; verum

Digitized by Google

tum poſt quinquè dies ab eodem Præſide fuit liberatus, & ad officium reintegratus.

23 Prætereà Præſ.Sac.Conſ. Prothonotarij munus exercet, cum ipſe Prothonotarius vnus ex ſeptem Regni officijs aſſiſtere non poſſit, *Frecc. de ſubfeud. l.1.tit. de offic.locothetę, & prothonotarij*, vndè
24 vice Protonotarius à S.C.M.creatur, qui & ſi quilibet officialis poſſit eligi, prout aliquando Miniſtri fuerunt, vt notat *Afflict. in dec.120.Reg.Tap.Ius Reg.de offic.S. C.* verum ad Præſidem S. C. tale munus pertinet, vt de iure fundat *Reg.Salern.in ſuis dec.* firmans, ſua tempeſtate ſemper obſeruaſſe S. C. Præſidem vice Prothonotarium fuiſſe creatum, eiuſque officium expleuiſſe, & teſtatur *Taſſon. in prag. de antef.verſ.3.obſer.3.nu.135.verſ. Preſidenſque*, & nos iſtud etiam obſeruatum, & obſeruare videmus.

24 Et hoc officium magnæ eſt præheminentiæ, vt *Frecc.* inquit *lib.1. de ſubfeud. tit.de offic.Mag.Prothonot fol.24.* primicerius in Iure vocatur, cuſtodiens Arcam, & inſtrumenta, & acta Principis, ac ſcrinium Curiæ, & ſollicitat, ac regulat alios, vt per *Io.de Platea in rub.de primicerio, & ſecundicerio lib.12. ſic in l.fin.col. 2.C. de decurio lib.10.* & ponit *Lancell. Conrrad. in tit. de imper. lib.1.§.4.fol.92. col.1.* omnimo dam habet poteſtatem; ità
26 *Taſſon.loc.cit.nu.286.verſ. ſed hodiè, vice prothonotarius*. Notarios, ac Iudices ad cõtractus creat, & legitimãdi poteſtatem filios naturales retinet, *Afflict. in Conſt. Reg.loc. deman.nu.17.& 21.Frecc.d.lib.1.*
27 *de ſubfeud.tit.de offic.Mag.Proton.nu.9.&* 10. ſubſcribitur etenim Priuilegium legitimationis à Domino Prorege, vno Regente, & Vice Prothonotario. Viſitare
28 facit Vice Prothonotarius omnes Notarios in Regno; ſi in protocollo fuerint inſtrumenta deſcripta ſecundum Regias Sanctiones æditas, habetque in eos iuriſdictionem, vt per *Maſtrill.dec.51.* ſed
29 ſi Commiſſarij iſti aliquod delictum, vel exceſſum commiſerint, nil refragante regula, quod ſcilicet officialis loci poſſit
30 delictum, vbi fuit commiſſum cognoſcere, *Alber.in l.ſi quos C.de offic.Prefect.Prętor.orien.* debet tamen officialis loci Vicę Prothonotario delictum denunciare, & illum delinquentem capere, & ad eum remittere cum informatione, vt puniat *l.2.C.de exact.tribut.l.11.gloſ.in l. officiales*, C. *de offic.rector.Prouin.l.ſenatus, ff.de off.Preſid.Auend.de exenq.mand. Reg.par.1.cap.11.in fin.& cap.2.nu.12.*

31 Quamobrem, procul omni dubio firmandum venit, Præſidentem S. C. præcellere debere Locumtenentem Regiæ Camerę, qui huiuſmodi auctoritate non potitur, imò limitatam, & reſtrictam habet, certumque genus cauſarum non excedit, Magni Camerarij Locumcumtenens eſt, eius muneri incumbit, eius nomine ordinationes vadunt, eius nomine decretat, eiuſque nomine ſubſcribit, nec promptam executionem habent, ſed eius Tribunalis decreta à Collaterali Conſilio iuxtà ordines, ob id emiſſos, reuidentur, ità *Frecc.* præter alios ſupra congeſtos *de ſubfeud. lib.1. tit. de off. Mag. Cam. Loffr.conſ.36.nu.10.Thor.in comp.dec.to.1.in prefat.ver.Tribunal* R. *C.*

32 Idem aſſeuerandum veniret, ſi ambo munere Conſiliarij Status fungerentur, præcelleret namque Præſidens S. C. Locumtenentem R. C. quemadmodum ipſe Præſidens in Concilio Status Regentes Regiam Cancellariam antecellit, & ſi antiquiores ſint, *Conſ. Anna conſ.122.nu. 43. lib.2. Conſ. de Georg.alleg.35.num.11. Reg. de Ponte dec.8. nu.15.Reg.Rouit.conſ. 84.nu.15.& 16.tom.1.* vbi ter ſic deciſum affirmat, *Thor. in comp.p.1.verſ. Præſid. fol.410.Iudex Taſſon.in prag.de antef.ver. 3. obſer.3. nu.115.* qui ità teſtantur fuiſſe obſeruatum in Dom. Præſ. S. C. Santillano, qui cum poſt D. Andream Ponz.de Leone R. C. Locumtenentem Conſiliarius Status creatus eſſet in eodem Status Conſ.dicto Locumtenenti prælatus fuit.

33 Et ratio eſt, quia habens præheminentiorem dignitatem, etiam ſi ſit poſterior in tempore, præfertur alteri habenti dignitatem minorem, *Reg.Rouit.conſ.84. nu.15.tom.1.*

Quod fallit, ſi in Conſilio Collaterali, tàm Præſid. quàm Locumtenens conuenirent, vti ambo Regentes Regiam Can-
34 cellariam, nàm tùnc præcederet antiquior, in munere Regentis allectus, quod ſecùs erit, ſi Locumtenens in Collaterali Conſilio conueniret, vti Locumtenens, nàm tùnc præcedit Præſes S. C. & ſi poſterior ſit in munere Regentis, ità *Reg.de*

Pon-

Digitized by Google

Ponte de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 8. nu. 33. Thor. in comp. par. 1. vers. Tribunal nu. 558. Tasson. in prag. de antef. vers. 3. obser. 3. nu. 125. in fin. Marc. *Ant. Surg. de Neap. Illustr. cap. 27. nu. 24. fol. 302.* Reg. *Rouit. conf. 84. nu. 16. tom. 1.*

35 Præceditur etiam Præsid. S. C. à Visitatore generali, si ad S. C. accederet, vt inquit *Tasson. loc. cit. vers. 3. obser. 3. nu. 136. vers. aduerte tamen*, & insuper testatur, sic obseruatum fore in anno 1630. & nos ità quoque seruatum vidimus in anno 1645. quando Dom. D. Franciscus Ciaccon. de Supremo Castellę Consilio, & Visitator generalis huius Regni S. C. postulauit, vbi eminentiorem locum occupauit, & Præsid. tùnc temporis S. C. Dom. Andreas Marchesius inferiorem locum petijt.

36 Verùm prȩcedit Prȩsidens, vel Propræsidens S. C. Regentem Regiam Cancellariam in eodem S. C. accedentem, vti Consiliarium, vt notant *Cons. Anna cons. 49. nu. 39. Præs. Camill. de Curte in diuers. Iur feud. fol. 13. & seqq.* & experientia docuit, nàm Reg. Cons. Carolus Tapia, post adeptum munus Regentis Regiam Cancellariam, continuauit venire ad S. C. tùnc temporis pro expediendis causis, & sedebat immediatè post Propræsidem S. C. illius temporis D. Ioannem Sanchez de Luna Reg. Consiliarium, vt testatur *Tas-*

37 *son. d. vers. 3. obser. 3. num. 25.* subdens, idemque obseruatum respectu Regentis Regiam Cancellariam D. Ferdinandi de Montaluo per priùs Præsidentis R. C. S. dum pro expediendis causis veniebat, vt Præsidens in R. C.

38 Et hoc ratione nititur, nàm Episcopus interueniens, vt Canonicus sedet vti Canonicus, verùm ratione dignitatis immediatè post Decanum, *Abbas in cap. postulasti de conces. præben. Boer. in tract. de auctor. Magn. Cons. n. 79. & 80.*

Quod fallit in Collat. Consilio, nàm

39 ibi Præsidens, si tali nomine interuenit, præcedentia caret, & ipsi, Regentes præferuntur, nisi Regentis munere fuerit decoratus; tùnc etenim cæteros, in munere Regentis posteriores, præcellit, sed Decano eiusdem Collateralis Consilij postponitur, & si antiquior non sit, *Reg. Constant. in l. 1. C. de consul. lib. 12. n. 35. Iudex Tasson. in prag. de antef. vers. 3. obser. 3. nu. 126. & 144. in fine*, firmans, sic pluries obseruatum fuisse. Idemque affirmat *Consil. Marcian. cons. 28. per tot. lib. 2.* & in fine testatur, articulum decisum inter Regentem Marcum Antonium de Ponte, & alios Regentes Collateralis Consilij, qui cum præferri eidem Reg. de Ponte autumarent, dum S. C. Præsidens fuit creatus, quem regulariter Reg. præcedunt, tamen fuit decisio emanata pro ipso Regente de Ponte, vt præcedat omnes alios, ipsi moderniores; verum quoad Decanum nos nuper vidimus, ità seruatum, quandò Dominus Didacus Bernardus Zufia, Marchio Matontis Reg. Cancell. Regens, & Prȩs. S. C. Collaterale Consilium petijt, tanquàm S. C. Præsidens, nam sellam habuit apud tunc Regen. Decanum D. Ioannem Burgos, quamuis ipse dicto Regẽti Decano in huiusmodi munere essit antiquior. Verum, quandò vti Regens Regiam Cancellariam interueniebat, Excellentissimi Proregis iussu, prædictum Regentem Decanum præcedebat, & campanulam pulsabat, & hoc peculiari ordine nostri Catholici Monarchæ.

De Præcedentia inter Regios Consiliarios, & Præsidentes Regiæ Cameræ.

§. IV.

SVMMARIVM.

1 *Reg. Consil. præcedunt Præsidentes Regiæ Cameræ.*
2 *Reg. Consil. Principis Consil. sunt.*
3 *Princeps est de numero Consiliariorum.*
4 *Reg. Consil. assessores Principis dicuntur.*
5 *Reg. Consil. patres Principis sunt, & loco patris à Principe coluntur, nu. 6.*
7 *Reg. Consil. olim conueniebant cum Regent. Reg. Cancellariam, nedum in negotijs status, sed iustitiæ.*
8 *Regentes dabantur adiuncti S. C. ad quod veniebant ad votandum.*
9 *S. C. accedit ad votandum in Collaterali Consilio.*

Digitized by Google

10 *Consiliarij præcedunt Comites, alioſque titulo decoratos, ſed non Proceres Hiſpaniæ.*
11 *Reg. Conſil. qua authoritate, & præheminentia fungantur, nu.* 13. *&* 14.
12 *Præſ. S. C. cauſas committendo, non videtur illas delegare, ſed diſtribuere.*
15 *Conſiliarij in omnibus functionibus præcedunt* Præſidentes *Regiæ Cameræ.*
16 *Reg. Conſil. ſi in Collaterali Conſilio conueniant cum Tribunali R. C. quo ordine ſedeant.*
17 *Reg. Conſil. ſi interueniant vti adiuncti in lite vertente in R. C. decidenda in Collat. Conſil. præcedunt quoque Tribunal R. C. & ità ſeruatum refertur, nu.* 23. 24. *&* 25.
18 *Eſſentia, & proprietas ſemper accidenti præferuntur.*
19 *Quilibet ſuis prærogatiuis, & honoribus vti debet.*
20 *Honor ſuperueniens auget ſtatum.*
21 *Senator, adoptatus à plebeio, non perdit ſenatoriam dignitatem, nec nobilis amictit nobilitatem item.*
22 *Nobilis non præiudicat ſuæ nobilitati, ſi inter* Plebeios *aggregetur, vt potiatur beneficio,* Plebeis *tributo.*
26 *Conſil. ſi vti fiſci* Patronus *in aliqua cauſa interueniret, quæ vertebatur in R. C. & erat decidenda in Collaterali Conſilio, præcederet Tribunal* R. C. *& ità obſeruatum recenſetur, nu.* 27.
28 *Conſ. ſi in R. C. conuenirent decidendi cauſa litem, in eadem vertentem, quo ordine ſederent.*
29 *Quilibet in domo propria maior eſt quolibet extraneo.*
30 *Epiſcopus eſt maior Archiepiſcopo in ſua Diœceſi, dummodo non ſit eius ſuffraganeus.*
31 *Archiepiſcopus ſi in Diœceſi Epiſcopi deliquerit, ab eodem Epiſcopo cognoſcitur.*
32 *Præſid. ſi vti adiuncti conuenirent cum Reg. Conſil. in S. R. C. aut in Camerino S. C. ſeù alibi, quo ordine ſederent.*

De Præcedentia inter Regios Conſiliarios, & Præſidentes Regiæ Cameræ.

§. IV.

1 SAtis diximus, quoad precedentiam Preſidis S. C. reſtat, ea, quę ad precedentiam Regiorum Conſiliariorum ſunt conſtituta, congerere. Regula eſt, Regios Conſiliarios precedere R. C. Preſidentes.

Quę regula non ſolum à *DD.* eſt approbata, cum ita ſentierunt *Frecc. de ſubfeud. tit. de differen. int. fęud. Reg. & tit. diff.* 6. *n.* 23. *Reg. Conſtant. in l.* 1. C. *de conſul. l.* 12. *nu.* 37. *in fine, Taſſon. in prag. de anteſ. verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 144. *verſ. Tribunal, Thor. in comp. par.* 1. *verſ. Tribunal, fol.* 558. *Reg. Rouit. conſ.* 102. *tom.* 2. *nu.* 2.

2 Sed ratione munitur, nàm ipſi Cõſiliarij
3 Principis ſunt, imò idem Princeps de numero dictor. Conſiliarior. eſt, & caput
4 Senatus, *l. ius Senatorum*, C. *de dignit.*
5 *l.* 11. vbi *Luc. de Pen.* & quamuis aſſeſſores Principis dicantur, ex *tex. in l.* 3. *cum gl. C.*
6 *de aſſeſſor.* Patres tamen Principis ſunt, §. *filius famil. inſtit. quibus modis ius patr. poteſ. ſolu.* & in *auth. conſtitutio, quæ de dignit. in princ.* & loco Patris à Principe coluntur, *Eſther.* 16. *nu.* 11. *l. fin.* C. *de conſul. l.* 12. & olim cum Dominis Regẽtibus Regiam Cancellariam conueniebant, nedùm in negotijs Status, ſed etiam in
7 illis iuſtitiæ, vt eſt videre in *capit. & priuil. Neap. f.* 161. *cap.* 8. Quinimò Regi Philippo Secundo fuit ſupplicatum, vt ſolitum prædictum obſeruaretur, & reſponſum extitit, quod conſiderabitur, teſte *Iudice Taſſon. in prag. de anteſ. verſ.* 3. *ob-*
8 *ſer.* 3. *nu.* 109. *verſ. olim.* Et ſimiliter Regentes dabantur adiuncti S. C. ad quod veniebant ad votandum, vt in *prag.* 41.
9 *cap.* 1. *de offic. S. C.* edita Bononiæ per Carolum V. de anno 1533. ſed indè ſeruatum fuit, vt S. C. accedat ad votandum in Collaterali Cõſilio. Siquidem Regen-

tis

Digitized by Google

tis officium præcedit, *Fontanel. de pact. nupt. p. 1. claus. 3. glos. 2. n. 9. in fin.* Sed præcedere debent Regij Consiliarij cunctos titulatos Regni, quemadmodùm in Re-
10 gno Aragonensi seruatur, vbi Regentes, & Consiliarij præcedunt Comites, aliosque titulo decoratos, non tamen Proceres Hispaniæ, vt testatur *Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. par. 1. claus. 3. glos. 1. nu. 8.*
11 & in *addit. nu. 2. in fine*, & asseuerat *Tasson. prag. de antef. vers. 3. obser. 3. nu. 4.* & magnam retinent auctoritatem, & præeminentiam; cognoscunt etenim de omni genere causarum, siuè ciuiles, siuè criminales, siuè iurisdictionales sint: ordinariam in illis potestatem consequuntur, *Bal. in l. præcipimus, C. de appell. Cons. Marcian. cap. 25. nu. 9.* & ante eum *Cons. Carle-*
12 *ual. de iudic. l. 1. tit. 1. disp. 2. q. 8. sect. 4. nu.* 1151. cum Præsidens, dùm causas committit Reg. Consil. non videtur illas delegare, sed potiùs inter eos distribuere, excitando exercitium iurisdictionis, quã Reg. Consil. sanè habent aptitudine, vt de Rotæ Romanæ Auditoribus habetur in *decis. Rot. 60. & 61. tit. de appellat. in nou. & in tit. de offic. delegat. decis. 13. Felin. in rub. de rescript. in 3. col. vers. hos quinque, & in rub. de offic. & potest. Iud. deleg. 3. col. nu. 4. vers. quæro vtrum Auditores*, optimè *Bald. in l. fin. C. vbi Senat. vel claris, nu. 4.* & ad rem nostram satis benè præcit. *Cons. Marcian. cons. 25. nu. 9. tom. 1.*
13 Prætereà Regij Cõsiliarij omnia cõcludunt, omnia disponunt, ac sub eorum tantũmodò nomine ordinationes exequuntur, exequutionemq; promptuariam consequuntur, quolibet impedimento remoto, vt notum est, & quotidiè experitur, sicque allegationes non curo.
14 Insuper vnusquisque ex Reg. Consil. omnimodam iurisdictionem de per se habet, nàm M. C. mandat, vt in causa aliqua non procedat, vndè ipse solus iurisdictionem M. C. Tribunali competentem, aufert, & M. C. ligat manus, adeò vt amplius in illa procedere nequeat, sed eiusdem ordinantis iussu.
15 Hinc satis meritò succedit, Reg. Consil. præferri debere Præsidentibus R. C. huiusmodi dignitatibus, & præheminentijs destitutis, & ità hodiè communiter obseruatur in omnibus functionibus, negotijsue, prout in obsequijs Dom. Prore-
gi prębendis prius ingrediuntur, & prędunt Reg. Consil. in Reg. Cappella, ac primum locum occupãt Reg. Consil. in Col-
16 lat. Consil. si contingat interesse, nam dexteram manum habent Reg. Cons. læuam manum retinet Tribunal R. C. eiusque Præsidentes, quemadmodum per litteras Suæ Cathol. Maiest. fuit declaratum sub die 26. Ianuarij 1593. & testantur *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illus. cap. 27. nu. 24. Reg. Rouit. cons. 102. lib. 2. nu. 3. Iudex Tasson. in prag. de antef. vers. 3. obser. 3. n. 144. vers. Tribunal.*

Idquè locum vindicat, non solum
17 quandò Reg. Consil. & Præs. Collaterali Consilio adiunguntur pro terminanda causa, ibidem pendente, sed etiam in casu quo aliqui Regij Consiliarij dantur adiuncti Tribunali *R.* C. super lite in dicto Tribunali vertente, & decidenda in Collaterali Consilio, nàm adhùc Reg. Cons. Tribunal *R.* C. præcedunt, ità sentierunt *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illus. cap. 23. Reg. Constant. in l. 1. C. de consul. l. 12. nu. 37. Reg. Rouit. cons. 102. tom. 1. Thor. in comp. tom. 1. vers. Tribunalia tom. 2. vers. præcedere, fol. 478.*
18 Et ratio est, quia essentia, & proprietas semper præferuntur accidenti, *l. qui habent. ff. de tutel.* & sic essentia, quæ inest Consiliario ex propria persona, præferenda semper est illi accidenti, quod ex adiunctione euenit. Quia etiam ex huiusmodi adiunctione, cum sit principaliter, & de per se, non resultat incorporatio in
19 vnum corpus; proindè quilibet suis prærogatiuis, & honoribus vti debet *Bart. in l. si conuenerit, §. si nuda ff. de pignor. act. Ang. cons. 247. Curt. sen. cons. 56. nu. 8. vers. quarto*, benè facit *Gregor. Lopez l. 2. tit. 15. par. 2. vers. sino el hyo maior, Io: de Platea in l. vnic. nu. 4. C. de Metropol. Biritro, l. 11. Ripa cons. 3. nu. 6. lib. 1. cum alijs per Reg. Rou. cons. 102. l. 2. n. 16. in fin.*
20 Nec per hunc actum, vllum infertur præiudicium prærogatiuæ, & priuilegio Consiliarij, neque mutatur prioris conditio, imò tanquam honor superueniens auget statum, *ad text. in l. maior dignitas, C. de dignitatibus lib. 12. l. eos, C. de excus. muner. lib. 10. l. decurionibus, C. de silent. lib. 12. l. falsa, §. sed sicut, ff. de condit. & demonstrat.* prout Senator adoptatus à
21 Plebeio non perdit senatoriam dignita-

Digitized by Google

tem, nec nobilis nobilitatem amictit,
22 *Cuiac. conſul.* 56. imò nobilitati non præiudicat ſi inter Plebeios agregetur, vt aliquo beneficio, ſolis Plebeis tributo, ipſe nobilis potiatur, *Bal. in l. per adoptionem, ff. de adopt. Peguer. dec. 96. in fine.*

Vndè ſatis optimè conſtituimus, Reg.
23 Conſ. præcedere Tribunal R. C. & ſi eidem Tribunali adiungantur, terminandi cauſa litem, in eod. pendentem, & in Collaterali Conſilio decidendam.

24 Quod etiam rerum iudicatarum auctoritate roboratur, nàm in cauſa deuolutionis Baronię Caſepeſellæ ad Regiam Curiam, in Tribunali R. C. vertente, & in Collaterali Conſilio terminanda, cum adiuncti fuerint duo ex Reg. Conſiliar. nimirum Io. Baptiſta Melior, & Scipio Rouit. Præſidentes R. C. præcedere petierunt, eò quod in hoc caſu, Conſiliarij adiuncti, iudicantur, vt acceſſorij ad Tribunal R. C. cui adiunguntur, nihilominus articulum, & cauſam ſuccubuerunt; ſiquidem fuit per Collaterale Conſil. ordinatum, quod præcedant Reg. Conſil. adiuncti, vt fatentur *Reg. Conſtant. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. nu. 33. Reg. Rouit. conſ. 102. lib. 2.* ſubdens, ſic communiter obſeruari.

25 Et idem cum fuerit hęſitatum in anno 1655. inter idem Tribunal R. C. & Regios Conſiliarios Thomam de Aquino, Aloyſium Gamboa, & Antonium Miroballum, qui in lite vertente in dicta R. C. inter Regium Fiſcum, & Ill. Principem Biſiniani, & in Collaterali Conſilio votanda, interueniebant, fuit deciſum, vt Regij Conſiliarij præcederent.

25 Qua in cauſa vidi etiam terminatũ alterum præcedentiæ articulum, nàm Reg. Conſ. Aloyſius Gamboa, qui iura fiſcalia in hac cauſa tuebatur, fuit prælatus Tribunali R. C. vbi lis erat, & partes fiſci ſubſtinebat, quemadmodum alias fuit iudicatum, nimirum in perſonam Petri Antonij Garauita Reg. Conſ. qui fiſci Patroni munere fungebatur in cauſa, quæ per R. C. in Collaterali Conſilio terminanda erat inter Dominos de Sabellijs, & Ill. Marchionem Antredoci, ſuper articulo, an in Regno in dubio viuebatur iure feudor. vel iure francor. vt refert *Regen. Conſtan. in l. 1. C. de conſul. l. 12. nu. 38.* & etiam in perſonam Reg. Conſ. Fabij Capicij Galeota inde Reg. qui in nonnullis cauſis in R. C. pendentibus Fiſci Patronus erat, vt teſtatur *Iudex Taſſon. in prag. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 145.*

27 Et nuper vidi idem obſeruatum in cauſa, quæ in Regio Collaterali Conſilio erat inter Reg. Fiſcum, Io. Vandainde, & Gaſparem Romer, vbi iuſſu Excellentiſſimi Proregis, interueniebant *D.* tùnc Reg. Conſ. D. Franciſcus Ortiz Cortes, modo meritiſſimus Regens Regiam Cancellariam. Ego, & *DD.* Præſidentes R. C. D. Didacus Moles, & Donatus Antonius de Marinis, & Reg. Conſil. Aloyſius Gamboa, vt partes fiſci ageret; præceſſit enim præfatus Conſ. Gamboa, tanquam miniſter antiquior, cæteros collegas, & ſi iura fiſcalia tuebatur.

28 Verùm ſi aliqui ex Reg. Conſ. interuenirent in R. C. decidendi cauſa litem, ibidem pendentem, Regii Conſiliarii lęuam manum occupant, at dexteram Præſ. eiuſd. R. C. *Reg. Rouit. conſ. 102. nu. 14. Iudex Taſſon. in prag. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 145.*

Quod non fundatur in prærogatiua
29 cauſarum, nec perſonarum, ſed tantummodò in mera prærogatiua loci, quilibet enim in domo propria maior eſt quolibet extraneo, *gloſ. 2. in l. apud eum, ff. de manumiſ.* etiam in maiori dignitate conſtituto. Exemplum eſt in Epiſcopo, qui licet dignitate ſit inferior Archie-
30 piſcopo, tamen in propria Diœceſi eſt maior Archiepiſcopo, dummodo non ſit eius ſuffraganeus, vndè ſi delinquat
31 Archiepiſcopus in Diœceſi Epiſcopi non ſui ſuffraganei, poterit Epiſcopus illum punire, vt ex communi reſoluit *Felin. in cap. cum inferior num. 2. ext. de maior. & obed.*

32 Et hoc adeò eſt verùm, nàm ſi Præſidentes, vti adiuncti, conuenirent cum Regijs Conſ. in S. R. C. aut in Camerino, ſeu alibi vbicunque, ſiuè cauſa ſit ordinaria S. C. ſiuè commiſſa particulariter aliquibus Reg. Conſiliariis, etiam vti delegatis, ſemper Regii Conſiliarii præcedunt Prę. R. C. nam occupant Conſ. prius vtrumq; latus dexterum, & ſiniſtrum, & in poſtremo loco poſt omnes Conſil. ſedent

Præ-

Digitized by Google

Præſidentes R. C.ità *Reg.Rouit.conſ.*102. *nu.*22. *lib.*2. dicens,ſic deciſum fuiſſe per Collaterale Conſilium,quod vt in poſterum obſeruetur, Regni à ſecretis certiorem reddidit Reg.Conſ.D.Didacum Lopez,tùnc S.C.Propræſidem,& Dom.Proregis nomine mandauit, vt ità exequutioni demandaret.

De Præcedentia inter Præſidentes Regiæ Cameræ, eiuſque Fiſcalem,& Iudices M. C.V.

§. V.

SVMMARIVM.

1 *TRibunal R.C.præcedit illud M.C.V. & quarè, nu.*2.
3 *Præcedere debet, qui à maiori, & digniori habet officium.*
4 *Ordinatus à Papa, vti à maiore, cæteros præcedit.*
5 *Officialis perpetuus temporali præfertur.*
6 *Præcedere debet, qui maiora ſtipendia obtinet.*
7 *Fiſci Patronus R.C.Iudices M.C.non antecellit, niſi iunctim cum ſuo Tribunali ineederet, & ratio diuerſitatis adducitur, nu.*8.*& deciſio affertur, nu.*19.
9 *Iudices M.C.olim cognoſcebant grauamina, illata per Magnum Camerarium.*
10 *Iudices M.C.qua poteſtate, & authoritate fruantur,& eis ſubſunt ſeptem Regni officia.*
11 *Fiſci Patronus R.C. quàm iuriſdictionem habeat.*
12 *Fiſci Patronus R.C.ſub nomine officialis non continetur.*
13 *Antonius Orificius Fiſci Patroni munere in R.C.& M.C.V.ſungebatur, & Iudices non præcedebat.*
14 *Quaſi poſſeſſio in materia præcedentiæ vnico actu acquiritur.*
15 *Fiſci Patroni munus M. C.&* R.C.*diſtinctum fuit ob commodiorem cauſarum expeditionem.*
16 *Fiſci Patronus præcedere valet Iudices M.C. & quæ ſint rationes, ſed reÿciuntur, nu.*17.
18 *Honor, & dignitas non in ſalario, ſed in honore conſiſtunt.*

De Præcedentia inter Præſidentes Regiæ Cameræ, eiuſque Fiſcalem,& Iudices M. C.V.

§. V.

1 HIS dictis, quæ attinent ad explanationem ſecundi propoſiti articuli, ad tertium ergo deuenimus, pro quo notandum Tribunal R. C. eiuſque Præſ. præcedere illud M.C.V.*Caſſan.in Cathalog. glor. mund.* 8.*par.conſid.*8.*Taſſon.de antef. verſ.*3.*obſer.*3.*nu.*148.*Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*3.§.8.*nu.*36.*Frecc.de ſubfeud.lib.*1.*tit.de offic.*Mag.*Iuſt.nu.*18.& optimè confert *prag.* Reg. 5. *de offic.Proc.*
2 *Cæſar.in nouiſſ.*Ratio eſt, quia Præſidentes R.C.S. Patrimonio noſtri Monarchæ continuam operam præbent. Hinc illis prior ſedes, locus conſpectior loquendi, decernendique facultas tribui debet, argumento *tex. in l.*2.*C.de offic.Præf.Prætor. Io: de Platea in l. fin. C. de decur.lib.*10.*& in l.*1. *C. de præpoſ. Sacr. Cubic.* & arguit *Marin. Frecc. de ſubfæud.d.lib.*1.*tit.de off. Mag.Iuſt.nu.*18.

Præterea,quia Preſidentes immediatè ab ipſo Rege eligũtur,illiſq;ab eodem eis priuilegiũ tribuitur; Iudices autem M.C.
3 eliguntur à Prorege,at ille præcedere debet, qui à maiori, & digniori habet officium, vel dignitatem, *cap. per tuas de maior. & obed.* vbi *Card.Butr.& Anchar. Fel.in rubr. nu.*4, *eod.tit.Abbas nu.*9.*& in cap. poſtulaſti de conceſſ. præben. Iaſ.in l.ſi quis maior nu.*31. *C. de tranſact. Gratian. diſcept.foren.lib.*5.*cap.*845.*nu.*54.*Reg.Valenz.conſ.*1.*nu.*16.vndè ordinatus à Papa
4 vti à maiori, cæteros præcedit,ex notatis *in d.cap. per tuas, & per Hyppolit. Riminald.*

Digitized by Google

nald.in rub.nu.17.ff.de offic.eius Signorell. in d.rubr.nu.33.Dec.conſ.19.nu.214.lib.3. Natta conſ.637. nu.14.& 41.Burſat.conſ. 443.n.10.lib.4.Caſſ..in Cathal.glor.mund. par.7.nu.39.

5 Inſuper, quia Præſidentes R. C. ſunt miniſtri, vita durante, at Iudices M. C. ſunt biennales: & officialis perpetuus eſt temporali præferendus, *Boerius de ordine graduum vtriuſque fori, nu.21. Menoch. conſ.50. nu.7. lib.1.& conſ.302.nu.35.lib. 4.Martin.Lauden.de dignit.q.32.*

Rurſum,quia Præſidentes maiora habent ſtipendia, nempè ann. duc. ſexcen-
6 tum, vltrà alia ipſis conceſſa, quæ aſcendunt ad alios ducatos quadrigentum;Iudices M. C. ſinguli tantùm annuos ducatos quadrigentum pro ſtipendio accipiunt; at debet præcedere, qui maiora ſtipendia obtinet, *l.2.C.de off.magiſtr.off. l.1.C.de agen.in rebus l.12.DD.in l.cum quid, ff.ſi certum petatur*, vbi *Alex. nu.8. Iaſ. nu.15.in 1.lectura nu.19.& in c.Clerici nu.10. de indic. Boer.de auctor.magni conſilij nu.9. Natta conſ.638. nu.12. Menoch.conſ.784 nu.2.lib.8.*proindè conſentaneum eſt, vt Præſidentes R. C. Iudicibus M.C. præferantur, quemadmodum obſeruatur in omnibus functionibus, actibus publicis, ſiuè priuatis, Iunctis, præcipuè in obſequijs Dom. Proreg.& in Regia Cappella.

7 Verum Fiſci Patronus eiuſdem Tribunalis Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ nõ antecellit, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.3.de elect.offic.§.8.nu.36.Thor.in comp. dec.par.1.verſ.Aduocat.Fiſcalis,fol.22.*niſi iunctim collegialiter Fiſci Patronus R. C.incederet cum ſuo Tribunali, nàm tùnc ipſi Iudices præcederet, prout fuit deciſum in funeralibus noſtri Sereniſſimi Regis Philippi Secundi,teſte *Reg.de Pont. d.loc.*

8 Et ratio differentiæ eſt, quia in ſecũdo caſu cõſideratur vnicũ corpus indiuiſibile. Hinc cũ Tribunal antecellit,ipſe quoque, cum in illo ſit deputatus, & in illo vacet,præcedit. At ſegregato à Tribunali, iuri conſonum non eſt, vt præcedat Iudices, dùm Iudices digniores ſunt fiſci patrono, tùm ex ipſorum exercitio,nàm ipſi iudicant, ille petit, tùm ex ipſorum præheminentia, nàm olim Iudices Ma-
9 gnæ Curiæ Magno Camerario præerant, illiuſque grauamina cognoſcebant, vt in *conſtit.Reg.offic.pericula*, tùm etiam ex ip-
10 ſorum poteſtate, nàm amplam habent poteſtatem, iuriſdictionemque ordinariam in toto Regno retinent, ita,vt eis maiora Regni ſeptem officia ſubſint, vt tradit *Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.7. §. tantummodo per tot. Reg.Tappia dec. Ital.Senat.3. nu.37. Reg.Rouit.in prag.1. cum ſeqq. de titulor.abuſu, Reg.Merlin. controu.64.per tot.lib.2.*

11 At Fiſcalis Regiæ Cameræ iura tantummodo fiſcalia proponit, defenditque, nullam iuriſdictionem habet, nec exercere valet, *l.ſi quis, C.de poſtul.Auiles in c. 3.Prat.ver.Abogados nu.1.& 3.fol.85.*nec
12 ſub nomine officialis complectitur, *Carau.ritu M.C.11.Marcell.de Maur.*Regiæ Cameræ Fiſci Aduocatus *alleg.77.nu.4.* hinc non comprehendi *ſub prag.1.de muner.offic.*firmat *præcit.Marcell.de Mauro loc.cit.* vndè ſatis optimè diximus, vt Iudices fiſci Patronum præcedant.

Quod rurſum probatur,nàm tempore, quo vnus erat fiſci Patronus, qui & cauſis criminalibus in M.C.V.& Regalis Pa-
13 trimonij in R.C.S. vacabat,Iudices Fiſci Patronum præcedebant taliter, quod Antonius Orificius, qui vtroque munere fungebatur, poſtremum locum poſt Iudices occupabat, teſte *Frecc. de ſubfaud. lib.2. tit.2.de differ.inter fauda Regis nu.* 23.& *Marc. Anton. Surg. de Neap.Illuſtr.*
14 *fol.*289. vndè in hac materia præcedentiæ, quaſi poſſeſſio vnico actu acquiritur *Menoch. conſ.126.nu.6.lib.2.Conſ.Anna conſ.*135. *nu.*10. *Auend. de exequend. mandat. cap.19. nu.* 16. & in poſſeſſione præcedendi Iudices fuerunt, quarè modò fiſci patronum Iudices præcedere nõ debeant? dùm prius præceſſerunt, & huiſmodi diuiſio cauſarum, & criminal.&
15 Regalis patrimonij, quæ in præſenti inter duos proſpicitur,ex alio non euenit, niſi ob commodiorem expeditionem cauſarum, vt teſtatur *Taſſon. prag. de anteſ.verſ.3.obſer.3.nu.*33.

Nec valet dicere, quod Fiſci patronus
16 à Rege eligitur, & Conſiliarius vocatur, at Iudices à Prorege creantur: quod ille miniſter eſt, vita durante, & iſti annales, quod ille maiora ſtipendia habet,nempè ducatos ſexcentum,vltrà alia ſibi conceſſa, quæ aſcendunt ad ducatos quadri-

gen-

Digitized by Google

gentum, & iſti ducator. 400. dumtaxat pro ſtipendio accipiunt, & proindè præcedendi cauſas adeſſe, conſtat ex *tex. in cap. per tuas de maior. & obed. l.2.C.de offic. magiſtri off. l.1.C.de agen.in reb. l.12.Gratian. diſceſt. foren. tom.5. cap.845.nu.54. Menoch.conſ.50.nu.17.l.1.& conſ.302.nu. 35. lib.4.Caſſan.in catal.glor.mund.par.7. cap. 37. Martin. Lauden. de dignit. q. 32. Boer. de auct. Magn.Conſ.n.9.Reg.Valenz. conſ.1.nu.16.*

17 Ratio tamen promptuariâ eſt, quia hę circumſtantiæ effectum non pariunt, vt Iudices ſuas prærogatiuas, & præheminentias, maioritati dignitatis innixas, amictant, prout videre eſt in Fiſci Patrono M.C.V. iſte enim à Rege quoque deputatur, & Conſiliarius denominatur, miniſter eſt, vita durãte, & maiora habet ſtipendia, nihilominus Iudices non præcedit, ſed à Iudicibus præceditur, quemadmodum oculo cernimus, & infra diſſeritur; ideò vanum eſt, ſuprapoſita in contrarium cumulare, tanto fortius, quia quandò cum ſalario, & perpetuitate officij non concurrit dignitas præheminen-
18 tiæ maioris officij, non eſt in illis aliquod conſtituendum ius, cum honor, & dignitas non in ſalario; ſed in honore conſiſtant, vt adnotant *Reg.Rouit.conſ.84.vol. 1.Reg.Capyc.Latr.conſul.34.vol.1.*

Accedat prædictis deciſionis auctoritas, nam præcedere efflagitauit Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ D. Didacus Moles tempore, quo Fiſci Patroni munus in R.C. gerebat, in Reg. Iuncta per Dom. Comitem Onnatte, tùnc Regni moderatorem erecta, vbi interuenire mandauit duos Iudices M.C. & dictũ D. Didacum, vt partes fiſci ageret, vndè introducta lite, Regium Collaterale Conſilium decreuit, vt Iudices præcederent Fiſci patronum R.C. & ita exequutum penès Lombardum Scribam à Mandatis ad relationem ſpectabilis Regentis D. Hieronymi Garſia.

De ordine Præcedendi in M. C. V.

§. VI.

SVMMARIVM.

1 *Magiſter Iuſtitiarius præeſt in M. C.V. qui hodiè non aſſiſtit, ſed alter à Prorege creatur, & Regens vocatur.*

2 *Iudices ciuiles Iudicibus criminalibus præferuntur, & quare, nu.3.4.5.& 6.*

7 *Nobilior eſt, qui pluribus præeſt.*

8 *Iuriſdictionem ciuilem habens, Dominus territorij, eique omnia pertinent, quæ Domino competerent.*

9 *Officialis Baronis, iuriſdictionem ciuilem habens, interuenit in Concilio Vniuerſitatis.*

10 *Iuriſdictionem criminalem habens, Iudex delegatus dicitur ad illam exercendam.*

11 *Iudices ciuiles qua authoritate, & præheminentia fruantur.*

12 *Iudices criminales quam authoritatem conſequantur, nu.15.*

13 *Iudices criminales obſeruantia docet præcedere Iudices ciuiles, & ratione nititur, nu.10.*

14 *Conſuetudo in honoribus attenditur.*

16 *Merum Imperium dignius eſt, quàm iuriſdictio, & ad vtilitatem publicam pertinet.*

17 *Miſtum Imperium concernit, quæ priuatorum vtilitatem reſpiciunt.*

18 *Curia, vbi inſtrumenta vigore ritus liquidantur, & alia conficiuntur, à Iudicibus criminalibus regitur, ſed modo à Iudicibus ciuilibus, & quare.*

19 *Authoris ſententia oſtenditur circa præcedentiam inter Iudices ciuiles, & criminales, rationeque munitur, & deciſ. roboratur, nu.20.& 21.*

22 *Iudices ciuiles tempore, quo curia regitur, criminalibus Iudicibus anteferuntur.*

23 *Iudices M.C. Fiſci Patronum M.C.V. præcedunt, & quare n.24.& 45 ſicque ſeruari refertur, nu.46.*

25 *Auctor fuit electus Iudex M.C. ab Excellentiſſimo Caſtrilli Comite.*

26 Bea-

Digitized by Google

26 *Beatus Ioannes à Capistrano fuit Iudex M.C.V.*

27 *M.C.V.est aliorum Tribunalium caput,& fons, ex quo alia Iurisdictiones, tanquam riuuli fluxerunt.*

28 *Iudices M.C. vbi adsunt, cessare faciunt Iurisdictionem aliorum officialium Regni.*

29 *M. C. V. ordinariam retinet Iurisdictionem in Ciuitate, & Regno, nu.34.*

30 *M. C. V. duplici nomine fuit decorata, & explicantur, & quid producant, num.* 31.*&* 32.

33 *Regis primogenitus, vti Vicarius* Regis *in M.C V. residebat.*

35 *M. C. V. cognoscit de causis illorum, qui sunt de sanguine* Regio.

36 *M. C. V. cognoscit, & castigat* Regentes, *& septem* Regni officia.

37 *Principe inconsulto regulariter non potest procedi contra personas Illustres, sed hac regula in desuetudinem abyit, n.*38.

39 *M. C. V. habet Praefecti vigilum authoritatem.*

40 Regens M. *C. V. dicitur Praefectus vigilum.*

41 *Praefecti vigilum munus, cui incumbere debet, recensetur.*

42 *Fisci Patronus* M.C. *qua praheminentia, & potestate fruatur.*

43 *Fisci Patronus an ordines carcerandi, vel exequendi expedire valeat.*

44 *Fisci Patronus secundum Petrarcham quomodo denominetur, & num praecedat Iudicem Curiae Admiratiae.*

47 *Fisci Patronus* M.C. *si fuerit electus, qui Iudex* M. C. *antiquior erat, praecedentiam amictit, & vltimum locum tenebit; sed contrarium fuit obseruatum, & qua ratione praecessit, nu.*48.*&* 49.

50 *Octauius* Pitolella *Fisci* Patronus M.C.V. *ordine tunc Domini Proregis Iudices M. C. praecessit, & idem in personam Thomae Brandolini, nu.*51.

52 *Fisci patronus in subscribendis mandatis pecuniarum fiscalium praecedit Iudices.*

53 *Author dum Iudex M.C. erat, Fisci patronus fuit electus.*

54 *Author post adeptum munus Reg. Consil. continuauit exercere officium Fisci patroni, & Iudices praecessit.*

De ordine Praecedendi in M. C. V.

§. VI.

1 COngruum est annuere, quis nam ordo praecedendi seruetur in M.C. V. vbi praest Magister Iustitiarius, qui hodiè minimè assistit, sed Regens M.C. V. à Domino Prorege creatur, & illius locum habet. Diuiditur iurisdictio M.C.V. in ciuilem, & criminalem, regiturque vnaquaeque ex ipsis iurisdictionibus à Iudicibus distinctis, vt in *const.* Reg. *Magister*
2 *Iustitiarius.* Hinc qui nam ex istis Iudicibus praecedant, num ciuiles, aut criminales, erit discutiendum in praesenti, dùm nostrum non est de origine, & praheminentia Tribunalis ratiocinari, sed ea, quae ad praecedentiam officialium pertinent, constituere.

Iudices ciuiles ex sequentibus patet,
3 praecedere debere Iudices criminales. Primò, quia id sancitum constat, ex *text.* nimis expraesso *in l.*1. *C. de offic Vicar.* ibi, *Vicarius, qui ciuiles controuersias dirimit, si cum Comite militum, qui facinora coercet, conuenerit, priorem ipse locum occupat.*

4 Secundò, quia ratione fulcitur, nàm, & si ciuilium officium petentibus impartiatur, ex illo quoque Respublica substinetur, dùm ipsi finem imponunt litibus, & controuersijs, ex quibus iurgia continuò oriuntur, *arg. l. si quis ingenuam* §. *in ciuilibus, ff. de captiu.* & diffiniendo lites per sententiam, exercent ea, quae publicam sapiunt vtilitatem, *l. properandum,* C. *de iudic.*

5 Tertiò additur altera ratio, nàm prolixior est ciuilium labor, quàm criminalium; cum causarum ciuilium plenior, & amplior sit numerus, & penè infinitus, quibus mox illicò, & confestim oportet, vt plurimum dare responsum, audire pauperes, mulierculas, artistas, pupillos, aduenas, carceratos, & peregrinos, ità *Frecc. de subfaud. tit. de offic. magistr. iustit. num.*27.

6 Hinc etiam resultat, digniores esse ciuiles, quàm criminales, dùm ciuiles pluribus

Digitized by Google

ribus præsunt, quod habetur ex *text. in auth constitutio, quæ de dignitatibus*, §. *generaliter*, vbi *gl.* inquit, *nota nobiliorem propter subiectos*,
7 est enim præmium dignitatis habere plures subiectos, *Cassan. in catal. glor. mund. par. 4. consid. 52. vers.* 8.

8 Quartò, quia habens iurisdictionem ciuilem, Dominus territorij dicitur, & vassallor. eique præstatur à vassallis fidelitatis iuramentum, & subuentio datur,
9 eiusque minister interuenire debet in consil. vniuersitatis, *Capyc. dec. 27. nu. 21. Anna sing.* 368. *Capiblanc. in prag. 1. nu. 51. de baron. Thor. in comp. par. 1. vers. officialis, fol.* 370. quod fallit in habente iu-
10 risdictionem criminalem, quoniam ille est solummodò Iudex delegatus Regis ad exercendam iurisdictionem criminalem in personas vassallor. *Frecc. lib. 1. de subfæud. tit. de offic. Magistr. Iustit. nu. 26. fol. 39. & lib. 1. auctor. 2. baron. nu. 21. fol.* 268. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. rubr. de don. vniuer. fol.* 323. *nu.* 14. *Capyc. in inuest. vers. fæudor. assecurat. rub. 2. col. 2. vers. quid autem erit, Vinc. de Franch. dec.* 131. *nu.* 3. vbi sic obseruatum prodijt *Iudex Tasson. in prag. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 131. notans ità iudicatum.

11 Quintò, quia Indices ciuiles vices Præfecti gerunt, *l.* 1, §. *hi quibus, ff. deleg.* 3. & spectabiles vocantur, Comitibus æquiparantur, magistratus dignitatem consequuntur, & ordinariam iurisdictionem habent, *l. à Proconsulibus, & l. præcipimus*, C. *de appel. Cæsar. à Costa in lib. 2. variar. ambiguit. cap. 7. Tasson. prag. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 178.

12 At Iudices criminales delegati nuncupãtur, titulo magistratus, eiusque insignijs carent, eorumque potestas ad certum genus causar. tantummodò restringitur, *l. solemus*, §. *latrunculator de Iudic. Frecc. de subfæud. tit. de offic. Magistr. Iustit. nu.* 24. Vndè rationi consonum est, vt Iudices ciuiles Iudicibus criminalibus præferantur.

Verùm contrarium obseruatur, vt testantur, *Frecc. de subfæud. lib.* 1. *tit. de offic.*
13 *Magistr. Iustit. nu.* 28. *Iudex Tasson. in prag. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 181. *vers. sed contraria*, & adde *Montan. de administr. vniuer. nu.* 281. *seq. Ricc. Collect. dec.* 147. *Mastrill. in tract. de magistr. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 65. *Thor. in comp. dec. par.* 1. *vers. offic. fol.* 367. & nos ità oculo cernimus, nàm Iudices criminales ciuiles precedunt, siuè in obsequijs Domino Proregi præstandis, siuè in Regia Cappella, siuè in cæteris actibus, functionibusque, vbi cuncti conuenire debent.

14 Nec id ratione caret, prout *Tass. in loc. cit.* firmat, nàm in honoribus attenditur consuetudo, *Vincen. de Fran. dec.* 388. *n.* 4. quin etiam Regens M. C. V. semper residet cum Iudicibus criminalibus, & rarò transit ad aulas ciuiles, & insuper ibi residunt duo Regij Consiliarij, & M.C.V. crimin. sic vnita in qualibet die Mercurij ad Collaterale Consil. accedit, pro faciendis relationibus causarum, iuxtà ordinem datum, idcircò talis præcedentia ratione maioris præheminentiæ fuit introducta, vt idem *Tasson.* loquitur.

15 Prætereà addimus, quia Iudex criminalis de his cognitionem indifferenter habet, quæ sunt de mero Imperio, vt est animaduertere in facinorosos homines, *l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. Iud.* *Cassan. in consuet. Burgun. rub. de sf. Iudices.* Et
16 merum Imperium dignius est, quam iurisdictio, & excellentius alijs, quia officio Iudicis nobili expeditur, & ad vtilitatem publicam; interest enim Reipubl. nè delicta impunita remaneant, *l. ità vulneratus ad fin. ff. ad l. Aquil. cap. vt famę* §. 1. *extra de sent. excommunicationis*. Mix-
17 tum verò Imperium, & iurisdictio concernunt ea, quæ respiciunt priuatam vtilitatem, & commoda priuator. *l. vnic.* §. *pen.* C. *de caduc. toll. d. l. Imperium.* Ideò criminales Iudicibus ciuilibus præferri debent, quemadmodum firmat *Cassan. in cathal. glor. mund. par. 6. consid. 26. vers. ex quo*, dicens, sic communiter obseruari in Statu Mediolanensi, & Gallia.

18 Accedat prædictis, quod M.C. vbi instrumenta publica, via ritus, producuntur, sententiæ foriudicationis promulgantur, contumaciæ incusantur, inquisiti vocantur, regitur à Iudicibus criminalib. verum quia ipsi maioribus incumbunt, & vt celeri expeditioni facinorum vacent, ciuiles Iudices deindè fuerunt subrogati, vt sancitur in *prag.* 1. *de offic. Magistr. Iustit.* meritò præcedere debent.

19 Verum magis rationabile esset, si inter huiusmodi Iudices is præcederet, qui prius possessionem muneris nactus fuit;

Digitized by Google

siquidem vnicà est Magna Curia Vicariæ, & vtrumque Imperium habet; verum
20 exercitium Iurisdictionis, & ciuilis, & criminalis per Iudices eiusd. Mag. Curiæ distinguitur, vt celeriter causæ expediantur, & nè vna per aliam impediatur, tamen omnes, siuè ciuiles, siuè criminales ead. dignitate decorantur, eodem tempore perdurant, eodem salario fruuntur, eisdem prærogatiuis potiuntur, eisdem oneribus subijciuntur; nàm omnes excubijs incumbunt, sub eisdem ordinibus, & sanctionibus complectuntur, eidem Regenti subsunt; quamobrem ex sola distinctione exercitij, quæ ob commodiorem causarum expeditionē fuit emanata, precedentia adaptari non debet inter ciuiles, & criminales ius dicentes, sed prior in exercitio potior esse debet in præcedentia, quemadmodùm Illustrissimus, & Excellentissimus Castrilli Comes Regni
21 Neapolis Vicerex, omni æuo memorandus suo diplomate, declarauit de anno 1655. & mandauit Præs. R. C. Donato Antonio de Marinis, dum Iudex M. C. V. erat, & ciuiles causas peragebat, vt criminalibus causis incumberet, & quod præcederet collegas, qui post ipsum possessionem eiusdem muneris adepti fuere. Ac insuper rationem huiusmodi ordinationis patefecit, nàm is præcedere debet inter Iudices, qui prius iuramentum tempore collati muneris apud Regent. eiusdem M. C. præstitit, & hæc est sententia certa, & iuridica.

22 Nec contrarius stilus semper obseruatur, nàm vidimus Iudices criminales præcedere illos, in ciuilibus causis constitutos, & è conuerso ciuiles criminales; siquidem quando Curia regitur, vbi ciuiles conueniunt, & succedit sententiam foriudicationis promulgari, Iudex criminalis, cui lectura illius sententiæ incumbit, post ciuiles sedet, ideò talis stilus non est fixus, tutus, aut incontrouertibilis, proindè non recedas à postrema sententia.

23 Vndè ex his vidimus, quæ ad præcedentiam Iudicum M. C. V. concernunt, superest, vt pro complemento huius quæsiti fateamur eosdem Iudices præcedere Fisci patronum eiusdem M. C. V. tùm ex eorum qualitate, nàm semper fuerunt viri eminentis ingenij, & nunquam satis
24 laudati, ac nostra tempestate floruit M. C. V. hominibus rari, & excellentis ingenij, vltrà morum probitatē, nàm à primario aduocatorum cętu Excellentissimus
25 Prorex Comes Castrilli excerpsit illos, inter quos me enumerauit, ac etiam indicta M. C. Beatus Ioannes à Capistrano in Iudicē fuit electus, secundum *Parid. de*
26 *syndic. cap. vlt. vers. sequitur in fin.* Tum ex eorum præheminentia Iudices præce-
27 dentiam habent, nàm præsunt cæteris Tribunalibus Regni, aliæque iurisdictiones ab ipsis emanarunt, tanquam à fonte riuuli, vt in *const. honorem debitum*, vbi *Andr. & Affl. in constit. statuimus, & in*
28 *constit. M. C. V. nostræ*, & quando Iudices M. C. V. adsunt in aliqua Ciuitate, Terra, vel loco Regni, ipsi cognoscunt de omnibus causis, quæ ad ordinarium spectarent; cessat namque ordinarij iurisdictio per aduentum, & præsentiam superioris, vt expræsse ordinatur *per cit. const. honorem debitum, & per* Rit. *M. C.* 48. *ex Regul. tex. in c. denique* 21. *distin. c. volentes de offic. legat.* cum concordant. de quibus per *Andr. & Afflict. in d. constit. honorem, & constit. statuimus, q.* 11. *Carau. d. rit.* 48. *nu.* 5. *& seq.* & cumulat *Mastrill. dec.* 261. *n.* 11. *cum seqq. & in tract. de magist. lib.* 5. *cap.* 8. *nu.* 6.

29 Tùm ex eorum potestate, nàm M. C. V. Tribunal (vbi ipsi Iudices præsident) fuit primitus institutum, & ordinariam retinet iurisdictionem in Ciuitate, & toto Regno, sub titulo magni iustitiarij, ac
30 duplici nomine fuit decoratum, nempè de magna Curia, & de Vicaria. Magna namque dicitur, quia illi cætera inferiora Tribunalia supponuntur, & plenissimā
31 habet iurisdictionem, & omnimodā omnia officia complectens, supra quam nullum, Tribunal adest, nisi Collateralis, &
32 S. C. ex eo quia illa Tribunalia Regi assistunt, & vnum faciunt corpus alterum cum Rege, alterum cum Prorege *prag. 9. de suspect. offic. & in prag.* 1. *de offic. S. C.* vbi latè *Reg. Tap. in Iure Regni*.

33 Vicaria etiam nuncupatur, quia Principis, & Regis Vicem gerit cum mero, & mixto imperio, ac gladij potestate, qua cætera Tribunalia Neapolitana carent, & in ea residebat Vicarius Regis, scil. primogenitus ipsius, vndè omnimoda iurisdictio, cæteraq; officia, quæ Iure Romano

Digitized by Google

mano in Vrbem erant distributa, in solam M.C.V. fuerunt communicata, vt in
34 ea residerent cum potestate ordinaria, nõ delegata Iure Magistratus, & cognoscere, prout cognoscit de causis illorum,
35 qui sunt de sanguine Regis, vt *in cap. Regis Roberti in ord.* 258. *Affl. in const. Reg. statuimus, nu.* 2. *&* 3. & latissimè tractant *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *de offic. Magistr. Iustit. Reg. Tapia in Iure* Reg. *eod. tit. Iudex Tasson. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *n.* 157. *Reg. Sanfel. dec.* 290. *in alleg. n.* 13. *Reg.* Rouit. *in prag.* 1. *nu.* 6. *de titul. abusu inscriben.*
36 Regentes etiam, & septem Regni officia cognoscuntur, & castigantur à M. C. V. & quamuis omnes hi sint Personæ Illustres, & contra eos non possit procedi,
37 Principe inconsulto, vulgata *l. grauius, C. de dignit. lib.* 12. cum concordant de quibus per *Frecc. in tit. quis dicatur Mar-*
38 *chio, nu.* 9. Id tamen in desuetudinẽ abijt sublata disputatione de iure communi, ex *text. in l. fin. C. vbi Senatus, vel clariss. cum concordant.* sicq; seruari in praxi, testatur *R. de* Pont. *de pot. Proreg. tit.* 7. §. 1. *per tot.* sequitur *R. Tap. in dec. Suprem. Ital. Senat.* 3. *nu.* 34. & sic communiter receptum, & iudicatum in Magno Admirato, testatur *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de titulor. abusu, num.* 1. *vsque ad num.* 23.
39 Habet quoq; M.C. Prefecti vigilum auctoritatem, alijs non communicatam, proindè retinet Capitaneos plures in Ciuitate, diuisos per quarteria, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. *de diuers. prouis. rubr. de Capitan. destin. ad custodiam Ciuitat. nu.* 1. *&* 4. *Tasson. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 205. *nu.* 14. & Regens M. C. V. dici-
40 tur Præfectus vigilum, cuius Præfecti vigilum munus, vt docuit *Paul. iureconsult. in l.* 3. *de offic. Præfect. vigil.* est custodire
41 Ciuitatem, & suis cohortibus, & militibus, opportunis locis constitutis, delicta vitare, malefactores capere, & vt quilibet tàm de die, quàm de nocte à delictis, & legum cõtrauentionibus se abstineat, vt aduertit *Vessembec. in Paratr. tit. de off. Præfect. vigil.* Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. *de diuers. prouis rubr. de Capit. dist in. ad custodiam Ciuit. nu.* 4.
42 Fiscalis verò eiusdem M C. V. huiusmodi præheminentia, & potestate non potitur, imò talibus caret, iurisdictionemque non habet, carcerandi, vel exe-
43 quendi, ordines expedire nec valet absq; Iudicis mandato, vt *in priuil. & capit. Neap. de anno* 1541. *pag.* 145. *at. in fine, & Tasson. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 213. sed tantum. modo assistit in M.C.V. vbi causæ delinquentium tractantur, & vindictam pu-
44 blicam efflagitat, vndè secundum *Petrarch. de remed. vtriusq; fortun. dial.* 47. *lib.* 1. denominatur hostis publicus, & Reipublicæ inimicus.
45 Hinc rationabile est, vt Iudices Fisci Aduocatum M. C. V. præcedant, quemadmodum scripserunt *Cassan. in catal. glor. mund. par.* 7. *consid.* 33. *Mut. Surg. in addit. ad Marc. Anton. Surg. de Neap. Illust. pag.* 288. & idem *Marc. Ant. Surg. cap. fin. nu.* 46. *in fin. fol.* 314. *Iude. Tasson. in prag. de antef. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 209 *Reg. Const. in l.* 1. *nu.* 36. *C. de consul. lib.* 12. Quinimò Iudex Admiratiæ etiam ipsum præcedit *Frecc. de subfeud. lib.* 3. *tit. de differ. inter feud. regal. & alia num.* 23. *fol.* 432. *& Tasson. loco allegato.*
46 Quibus accedit communis obseruantia, nàm in Tribunali, Fisci Patronus vltimum locum habet, quemadmodum in ingrediendo, & exeundo: sic si ad Palatium Principis accederet, sic si Collaterale Consilium, vel S. C. peteret, sic si ad salutandum Principem conueniret, sic in Regia Cappella, sic in cæteris functionibus, siue publicis, siue priuatis, semper enim Iudices Fisci Patrono præferuntur.

Quod rursum confirmatur, nàm si Iu-
47 dex M.C. in Fisci Patronum eiusdem M. C. eligatur, non in loco, vbi reperitur, sed locum, pro Fisci Patrono deputatum, occupare tenetur, vt fundat *Reg. Const. in l* 1. *nu.* 36. *C. de consul. lib.* 12. sequitur *Regens Donat. Anton. de* Marin. *resol. quotid. p.* 1. *cap.* 202. *nu.* 4. & decisum prodijt in personã Fisci Patroni M.C. Iulij Mastrilli deindè Reg. Cons. *Io. Baptista Thor. in compend. par.* 2. *vers. præcedere, fol.* 480.
48 Verum contrarium fuit obseruatum in personã Octauij de Piccolellis, qui cum esset de antiquioribus Iudicibus M. C. in Fiscalẽ eiusdem Tribunalis assumptus, non aliter è loco, in quo vti Iudex sedebat, discessit, vt refert *præcit. Reg. de Marin. loco dic. & Tasson. ibid.*

Et nil mirum, quia id euenit ex Domini Proregis mandato; eo enim

Digitized by Google

tempore Regnum hoc pro Domino Rege noſtro Oſſonenſium Dux moderabat, qui iuſſit, vt Fiſci Patronus Piccolella Iudices præcederet, attentis meritis eius ſeruitiorum, nam per plures annos exercuit munus Regij Commiſſarij Campaneæ: poſtmodum tàm in ciuilibus, quàm criminalibus audientijs Iudicatui præfuit, ac etiam quia ætate longe erat maior cæteris miniſtris.

49 Vndè peculiaris hæc determinatio perſonam potius, quam officium reſpicit, prout etiam expræſsè ſonant verba diplomatis Proregis, cuius verba infra inſeruntur, proindè tale exemplum nihil ponit in eſſe, ita *Thor. in comp. p.2. verbo præcedere, fol.*480. *Taſſ. in prag. de antef. verſ. 3. obſer.3. num.*210. *Reg. de Marin. reſol.quotid.lib.1.cap.*202. *nu.*5. Imò Iudices tali reſcripto non aſſentierunt, ſed grauatos ſe ſentientes, Proregẽ adierunt, reuocationem petentes, & fuit ordinatum, vt Collaterale Conſil. de Iuſtitia prouideret, vbi introducta lite iura iudicum M.C.V. fuerunt deducta, & fuſo calamo demoſtrata per Ferdinandum Rouitum Iudicem eiuſdem M. C. V. cuius allegationes *Reg. de Marin. in cit. cap.*202. inſerit: è conuerſo Octauius de Piccolellis ſuam prærogatiuam conſeruare intendens, allegationes edidit, quas *Taſſon. in loco cit.* inſerit. Verum cauſa deciſione non fuit ſopita, prout ſcire poſſum.

Verba reſcripti S. E. ſupra denominati hæc ſunt. Et habentur à *Taſſon. loco cit.*

50 Su Excellencia tiene por bien, que Otauio de Picolelis Fiſcal de eſſe Tribubunal tenga el miſmo lugar, que tenia antes de eſte oficio, en conſideracion, que es vno de los mas antiguos miniſtros de eſte Reyno, y ha ſido quatro veçes iuez de eſſa Gran Corte, aduertiendo, que eſta merced la haze S. E. à ſu perſona, por las dichas, y otras cauſas, y por ſu edad, y no al dicho oficio de Fiſcal, que tiene, de que me ha mandado le auiſe à V. S. que aſſi lo haga executar de oy en adelante, y haga conſtar à lor iuezes de eſſa Gran Corte, que aſſi conuiene al ſeruicio de Su Mageſtad, y es la voluntad de S.E.

Vlterius audio idem practicatum fuiſ-
51 ſe in perſonam qu. Dom. Thomæ Brandolino, poſtmodum Regentis Supremi Italiæ Senatus in Regnis Hiſpaniarum, ſiquidem cum M.C.V. iudicatus per plures aſſiduos annos exercuiſſet, Fiſci Patroni munus fuit ei collatum, & tamen priſtinum locum non dereliquit, ſed Domini Proregis iuſſu primæuam præcedentiam conſeruauit.

52 Ad hoc eſt adnotandum, quod Fiſci Aduocatus R. C. in ſubſcribendis mandatis pecuniarum fiſcalium, præcedit omnes Iudices M. C. V. etiam ſi ex illis duo ſint Conſiliarij', vt ait *Marc. Anton. Surg.' de Neap. Illuſtr. cap. fin fol.*314. *n.*47. & ego practicaui, dùm Fiſci Patroni mu-
53 nus in M. C. V. per annum expleui, ſed ego indifferenter præceſſi omnes Iudices M.C. V. ea ratione, quia dum Iudex M. C. V. in ciuilibus cauſis eſſem, voluit Ill. & Excellentiſſimus Dominus Caſtrilli Comes, tunc Regni moderator, vt ego Fiſci Patroni M. C. V. munus exercerem, durante impedimento infirmitatis Honofrij de Palma Fiſci Patroni dictæ M.C. & dum tali munere vacabam, à munificiſſimo noſtro Monarcha Philippo IV.
54 in Regium Cõſiliarium fui aſſumptus, & poſt adeptam poſſeſſionem huiuſmodi muneris, mandauit idem Excellentiſſimus Dominus vt ad M. C. V. redirem, & ſupradictum munus Fiſci Patroni explerem, vſque quo alter à potentiſſimo noſtro Rege crearetur, exiſtimando ſic conuenire regali ſeruitio, vnde obtemperaui, & per vnicum fere annum permanſi, præcedendo Iudices ſic in ingrediendo ſedendo, egrediendo, alijſque functionibus.

De Præcedentia inter Fiſci Patronum R. C. & alterum M.C:

§. VII.

SVMMARIVM.

1 *PRæcedere is debet ex duobus Fiſci Patronis* R. *C. & M.C.V. qui prius fuit creatus, & quare, nu.*3. *ſed limitatur, num* 2.

4 Fi-

Digitized by Google

4 *Fiſci Patronus M.C. præcedere debet Fiſci Patronum* R.C. *& quare, nu.* 5.

6 *Antonius Orificius, qui vtrumque munus gerebat, data ipſi optione, elegit illum M.C. vti digniorem.*

7 *Aduocati computorum non præcedunt Aduocatos Fiſcales Præſidatum, extra locum præfecturæ quæſtioriana.*

8 *Fiſci* Patronus M. C. *eſt de corpore Sacri Conſilij.*

9 *Fiſci* Patronus *M C. idem habet ſalarium, quo Regij Conſil. potiuntur.*

10 *Fiſci* Patronus M.C. *gaudet eodem augumento ſalarij, quod in beneficium Conſiliariorum proceſſit.*

11 *Fiſci* Patrono *M. C. aſtante cum duobus Conſiliarijs in Capella S. C. Sacrum celebrari poteſt.*

12 *Fiſci* Patronus M. C. *in* Regno Sicilia *illum R.C præcedit; ſed de veriori ſententia, num.* 20. *& ità pluries deciſum, num.* 25. *& 26.*

14 *Fiſci* Patronus R.C. *quam habeat poteſtatem, & qua præheminentia decoretur, num.* 15.

16 *Fiſci* Patronus R. C. *Conſiliarius* Principis *dicitur, & tali nomine decoratur, num.* 17.

18 *Fiſci* Patronum R.C. *offendens, crimen læſæ* Maieſtatis *incurrit.*

19 *Fiſci* Patronus *pars* Principis *eſt.*

21 *Fiſci* Patroni *officium in cauſis criminalibus* Romanis *legiſlatoribus incognitum erat.*

22 *Fiſcus non ſe ingerit, vbi de crimine agitur.*

23 *Fiſci nomen verſatur circa* Patrimonium Principis, *& ad pecuniariam vtilitatem refertur.*

24 *Fiſcales cauſæ non vocantur, vbi de crimine agitur.*

De Præcedentia inter Fiſci Patronum R.C. & alterum M. C.

§. VII.

1 ANceps quæſtio inter noſtrates eſt, quis nam ex Fiſci Patronis R. C. vel M.C. præcedat? diuerſimodè reſoluitur, & tres diſſentientes ſententię à Doctoribus traduntur. Prima eſt, vt præcedat is, qui in munere antiquior eſt. Secuuda, vt præcedat ille, qui cauſis criminalibus incumbit. Tertia, vt ille R.C. illi M.C.V. præferatur.

Primam ſententiam tenet, *Taſſon. in prag. de anteſ. verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 214. *verſ. hodie*, & eam limitat, quando Fiſci Patronus R. C. cum ſuo Tribunali accederet, quia tunc præcederet Fiſci Patronum M.C. vt inquit *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 3. *de elect. offic.* §. *fin. n.* 36.

Cui *Taſſon.* ſententiæ rationem addo,
3 quia ſua Catholica Maieſtas duos Aduocatos conſtituit, alter, vt cauſis criminalibus vacet, alter cauſis patrimonialibus, hinc inter illos nemo eorum maiori prærogatiua potitur, ſed ambo eodem nomine denominantur, ab eodem fonte procedunt, eamdem perſonam repræſentant, & pro eodem aſſiſtunt, tamen in ſeparatis cauſis, nempe vnus in criminibus; alter in patrimonialibus, quod proceſſit ex cauſarum magno numero, nam olim vnus erat Fiſci Patronus, & quia cauſarum tam criminalium, quam patrimonialium erat adeo longus numerus, quod vnus, qui vtrumq; munus gerebat, non ſufficiebat, ne cauſarum expeditio retardaretur, fuerunt illę diuiſæ in duos aduocatos, ſed eſſentia, & qualitas vnius non fuit meliorata, nec alterius deteriorata, aut diminuta; proinde, dum pares ſunt ad *Text. in l.* 1. *& 2. ff. de alb. ſcrib. l.* 1. *C. de conſul. lib.* 12. *l. binos, C. de aduoc. diuerſ. Iudic. Præſ. de Franch. dec.* 144. *n.* 2. is præcedit, qui eſt antiquior.

4 Secundã ſententiam, quod ſcilicet præcedat Fiſci Patronus M. C. tenet *Mut. Surg. in addit. ad Marc. Ant. germanum de Neap. Illuſtr. pag.* 446. & loquens de ordine ſolemnis equitatus tempore, quo poſſeſſionem nanciſcitur Dominus Prorex, dicit, quod præcedit Fiſci Patronus M. Curię.

Quod etiam ratione nititur, nam munus Fiſci patroni M.C.V. dignius eſt illo
5 R.C. vt conſiderat *Iudex Taſſon. prag. de anteſ. verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 214. eo quia ibi de perſonis tractatur, in Tribunali verò R. C. de rebus agitur, & antiquitus à decretis Magni Camerarij ad M. C. V. appellabatur, vt conſtat ex *conſtit. Reg. officiorum periculoſa.*

Vn-

Digitized by Google

6 Vnde D. Antonius Orificius tempore, quo fuit diuiſum exercitium, data ipſi optione, miniſterium in M.C. ſibi elegit tanquam dignius, vt teſtatur *Taſſon. loco cit. & Mut. Surg. in addit. ad cit. Marc. Anton. pag. 446. in fine*.

7 Et de iure quoque cauetur, vt Aduocati in Camera computorum ſint, vt alij Aduocati Fiſcales, priuilegiati, ſed extrà locum ſuę Præfecturę quæſtionianę non debent præcedere Aduocatos Fiſcales Præſidatuum, vt probat *Caſſan. in catal. glor. mund. par. 7. conſid. 43*.

His accedit, quod Fiſci Patronus M.
8 C. de corpore S.C. eſt, prout cauetur in poſtrema Regia ſanctione, *vulg. d. riforma de Tribunali 28. in ordine, nu. 4.* ex his verbis, *ya ſi ſe podra encargar al Abogado Fiſcal, come de corpore S. C. el acudir*, & firmant *Carauit. rit. 2. nu. 15.* dicens, duo ſunt Aduocati fiſci, vnus, qui cauſis criminalibus S. C. & M.C.V. vacat Alter, qui cauſas patrimoniales defendit, *Mut. Surg. in addit. ad Marc. Ant. Surg. de Neap. Ill. pag. 446 Larrea allegat. fiſc. 1. num. 12.*

9 Quod adeo eſt verum, nam reſpectu ſalarij tractatur vti vnus ex Regijs Conſil. *Reg. Rouit. in prag. 6. de commiſſ. num. 6.* etiam quoad augumentum ſalarii, datũ per Regem ann. duc. 400. in beneficium
10 Conſiliariorum; nam etiam auctum fuit Fiſci patrono M.C.V. *Thor. in 2. par. compend. dec. verb. ſalarium fol. 621.* & inſuper Fiſcalis M. C. habet Conſil. prærogati-
11 uam reſpectu Miſſæ, quæ celebratur in S.C. vt ſcilicet ipſo aſtante cum alijs duobus Conſiliarijs in Cappella S.C. Sacrum celebrari poteſt, quemadmodum permictitur tribus aſtantibus Regijs Conſiliarijs, adeout ipſe in hoc reputatur, vti vnus ex Conſil. *Reg. Rouit. prag. de commiſſ. n 6.*
12 Præterea in Regno Siciliæ patronus M. R. C. præcedit Fiſci Aduocatum patrimonialem, *Maſtrill. de Magiſtr. to. 2. l. 2. cap. 8. nu. 69.*

13 Poſtremam verò ſententiam, quod ſcilicet Fiſci patronus R. C. Aduocato fiſci M.C. præferatur multis optimis medijs ſatis lepidè demonſtrat, *Reg. Cacacius in eius alleg. inter recollectas per Reg. de Marin. 86. tom. 3. reſol.* & vltra ibi exarata, ego puto veriorem hanc ſententiam eſſe, ex eius muneris poteſtate,
14 nam ad tutelam Regij Ærarij eſt deputatus, conſeruationi, ac tuitioni regalium incumbit, cauſas Iuriſdictionales, & Status defendit, ac delictorum animaduerſioni in R. C. vacat, vt ratiocinatur *Lar-*
15 *rea alleg. fiſcal. 2.* Idemque conſtat ex eius præheminentia, quæ ſatis benè depromitur, ex *text. in l. prox. ff. de his, qua in teſt. delen.* vbi Aduocatus Fiſcalis iudicium proferre poteſt, nam ibi in *tex.* habetur, quod Calfurnius Longinus Aduocatus Fiſci Iudicium proferendo dixit, non poteſt illud teſtamentum valere, quod hæredem non habet, & facit *auth. de Iudic. collat. 5. nouel. 2. cap. 2. ad finem*. Dici-
16 tur etiam à Conſilijs Principis, quia ſi Conſiliarius ille eſt, qui Regi ſalubria conſulit, & dirigit *Ariſtol. lib. 3. Politic. cap. 12. Philon. lib. de creato Princ. Simancas de Repub. lib. 6. cap. 3. cum ſeqq. & lib. 9. cap. 22. Barthol. de Philip. in tract. de conſil. & conſil. diſcurſ. 6. cum ſeqq.* nulli magis tale nomen conuenit, quam Aduocato Fiſcali, ille enim conſulit neceſſaria Principi, & non ſolum dirigit, ſed ſuis ſtudijs & magno labore ad bonum exitum perducit, proindè Conſiliarius Principis Fiſci Patronus dicendus eſt, vt notarunt *Anton. Rub. conſ. 43. nu. 1. Maſtrill. dec. 214. nu. 6. Taſſon. in prag. de antef. obſer. 3. nu. 7. & obſer. 21. nu. 3. Petr. Greg. lib. 49. Syntag. Iur. cap. 7. nu. 6. Amaya in l. fin. C. de decur. cap. 3. nu. 34.*

17 Et ità Sacra Maieſtate iuſſit, Fiſcales honorifico nomine Conſiliarij decorari, teſte *Io: Baptiſta Larrea alleg. fiſc. 1. num. 11.*

18 Hinc qui Patronum Fiſci Regalis Patrimonij necauerit, pena Læſæ Maieſtatis tenetur, ac ſi Conſiliarium occideret, quia talis Fiſci Patronus pars Principis
19 eſt, *l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſ. l. 1. verſ. cuiuſque opera, ff. eodem, Platea in l. nemo, C. de immunit, l. 12. Andreas de Iſern. in tit. quæ ſint Reg. verb. bona comictentium crimen. Capyc dec. 130. nu. 1. Bart. Philipp. in tract. de conſil. priuil. 8. Boſſ. tit. de crim. Læſæ Maieſt. nu. 9. & 14. Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. Læſæ Maieſt. crim. nu. 12. & 13.* optimè *D. Franc. Alfar. de offic. fiſcal. gl. 31. nu. 10. Io. Baptiſta Larrea alleg. fiſcal. 2. num. 12. & 13.*

20 Quamobrem valet aſſeuerare Fiſci patronum R. C. illum M.C.V. præcedere, qui tali præheminentia non potitur, teſte

Io.

Digitized by Google

Io. Baptiſta Larrea loco cit. Imò Romanis
21 legiſlatoribus Fiſci patronus in criminum quæſtionibus incognitus erat, Fi-
22 ſcus enim ſe non ingerit, cum de crimine quæritur, *l. 1. & 2. C. vbi cauſ. fiſci*, ſed dumtaxat quando tractatur de iure fiſci,
23 *ff. & C. de iure fiſc.* quod ſanè Ius, circa patrimonium Principis verſatur, ex quo Fiſci nomen ſumpſit, *Peregr. de Iure fiſci lib. 1. tit. 1.* & ſemper quod de fiſco in iure mentio habetur, ſemper ad pecuniariam vtilitatem refertur *Briſon. de verb.*
24 *quæ ad eius pertin. ſignif. lib. 6.* Nec cauſæ fiſcales denominantur, vbi criminis quæſtio ventilatur, vt dicunt *Iaſon. conſ. 100. vol. 1. Peregr. de Iure fiſc. lib. 7. tit. 1.*

25 Vndè quo ad hanc præcedentiam inter Fiſci patronum R. C. & illum M. C. ſemper fuit obſeruatum, præcedere Fiſci patronum R. C. & nuper dum ſuppoſuit Conſiliar. Honophrius de Palma annis retro elapſis, dum ipſe huiuſmodi Fiſci Patroni M. C. munus occupabat, præcedere Dominum Hieronymum de Philippo Fiſci aduocatum R. C. tam quando ambo conuenirent, tam quando Tribunalia vnirentur, & accedere ſupoſuit ipſe Fiſci patrous M. C. poſt S. R. C. vndè quæſtione introducta in Regio Coll. Conſilio, fuit tamen decreto eiuſdem ordinatum, vt præcedat Fiſci patronus R. C. & ille M. C. incedat poſt Iudices M. C. V.

26 Et antea fuit idem diſceptatum inter Conſiliar. Iulium Maſtrillum, tunc Fiſci patronum M. C. & Regen. Io. Camillum Cacacium, tunc Fiſci patronum R. C. qui pro præſtantia ſui muneris ſatis docte, & accuratè de more ſcripſit, vt videre eſt ex eius allegatione inter recollectas per *Reg. de Marin. allegat. 86. tom. 3. reſol.* & tandem deciſio prodijt in ſui ipſius perſonę beneficium.

Præcedentia an detur Regio Conſiliario, Præſidenti R. C. vel Fiſci Patrono eiuſdem creato.

§. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia an potiatur, qui à maiori ad minorem tranſit dignitatem.*
2 *Præcedentiam primæ dignitatis non retinet, qui ad minorem dignitatem tranſit.*
3 *Præcedit is, qui prior in poteſtate officij eſt.*
4 *Officiale, tranſeunte de maiore ad minus officium, non conſideratur priſtina dignitas.*
5 *Vicarius incedens vti Canonicus, locum Canonici, non Vicarij conſequitur, & ità deciſum per Rotam, nu. 6.*
7 *Conſiliarius, creatus Fiſci Patronus R. C. locum Fiſci patroni habet, & ita obſeruatum, nu. 8. ſed declaratur, nu. 9.*
9 *Conſiliarius electus Fiſci Patronus R. C. præcedit Præſidentes, creatos poſtquam ipſe in Conſiliarium fuit electus, & ità obſeruatum, nu. 10.*
11 *Conſiliarius, creatus Fiſci patronus R. C. extra Tribunal R. C. an præcedat Præſidentes, ipſi antiquiores, & quid obſeruatum, nu. 12.*
13 *Conſiliarius, creatus Præſidens R. C. quos nam præcedat, nu. 14. & quid reſpectu Præſ. Decani, nu. 15:*
16 *Decanus in dignitate conſtitutus eſſe dicitur.*
17 *Decanus, Prælatus vocatur.*
18 *Decanus Archidiacono eſt æqualis.*
19 *Decanus in Eccleſia cathedrali maiorem dignitatem habet poſt pontificalem, & dicitur capituli caput, nu. 20.*
21 *Decanus habet adminiſtrationem rerum capituli, poteſtque agere ſine capitulo, niſi*

Digitized by Google

niſi ſint res arduæ.

22 *Decanus quem locum occupat.*

23 *Antiquiores nobilioribus præferuntur.*

24 *Conſiliarius, electas Præſidens* R.*C. Decanum non præcedit, etiamſi ipſe Conſil; antecelleret reſpectu temporis adepti muneris Conſiliarij, & ità deciſum, & obſeruatum, nu.*25.

26 Rex *in Conciſtorio Cardinalium antiquiorem Cardinalem præsbyterum precedit, quemadmodum Imperator ante coronationem.*

27 *Decanus Conſiliarius, munus Præſidis S. C. exercet Vacante dicti Præſ. officia, ſiuè per infirmitatem, ſiuè per abſentiam, ſiuè per mortem, & exempla referuntur.*

28 *Marchio Latertiæ laudatur.*

Præcedentia an detur Regio Conſiliario, Præſidenti R. C. vel Fiſci Patrono eiuſdem creato.

§. VIII.

1 HIS exaratis poſtremum ſuccedit quæſitum, vbi proponitur, ſi ille, qui à maiori ad minorem conuolauit dignitatem, collegas præcedat.

2 Regula eſt negatiua, nam qui primam dignitatem dimiſit, & aliam impetrauit, locum vltimæ dignitatis obtentæ habere debet, nec poteſt retinere locum primæ dimiſſæ, *Moneta de optione canon. c.* 5. *q.* 1. *nu.* 12. *Gratian. diſcept. foren. tom.* 5. *c.* 845. *nu.* 10. *per text. in cap. ex inſinuatione* 26. vbi *Gloſ. in verb. primæ de Simon. & verb. accepit in cap. Nabuchodonoſor* 23. *quæſt.* 4. *Zerol. in prax. Epiſcopali par.* 1. *verſ. canonica,* §. 8. *& cenſuit Sac. Rit. Congreg. in vna callien.* 21. *Martij* 1609. vt teſtatur *Aguſ. Barboſ. de canon. dignit. q.* 18. *nu.* 16.

3 Et ratio eſt, quia præcedentia illi competit, qui prior in poſſeſſione officij reperitur, *Cabed. dec.* 3. *p.* 1. *Gratian. dec.* 16. *in addit. nu.* 6. *&* 7. *Gonzalez ad reg.* 8. *cancell.* §. 3. *Proem. num.* 23. *Reg. Valenz. conſ.* 34. *nu.* 36. *tom.* 1. *Surg. de Neap. Illuſtr. cap.* 27. *nu.* 59. *in fine, per text. in l.* 1. *C. de conſul. l.* 12. *Reg. Sanſel. dec.* 333. *nu.* 6. proinde præcedere nequit alios collegas, actu exiſtente.

4 Tum etiam quia hic non accedit, tanquam occupatus maiori dignitate, quia illam iam depoſuit, ſed vti acquiſitor huiuſmodi inferioris, ſicque non venit conſideranda priſtina dignitas, *Andr. de Barul. in l. iubemus, C. de prox. Sacr. Scrin. lib.* 11. *Rebuff. in l.* 1. *C. de præpoſ. Cubic. lib.* 12. vnde in loco recentiori ſedere debet,

5 vti homo nouus, prout in ſimili de Vicario Generali Canonico, *DD.* dixerunt, qui etſi tanquam Vicarius cæteris Canonicis antiquioribus præferatur; ſed tamen ſi canonicali habitu indutus concurriſſet, locum primæum non tenebit, ſed illum iuxtà ſui canonicatus antiquitatem occupabit, *Epiſc. Ricc. in prax. par.* 4. *reſol.* 389. *Seraph. dec.* 437. *nu.* 5. *Theodoſ. de Rubeis ſing. Rotæ tom.* 2. *par.* 4. *nu.* 52. *pag.* 490. *Lotter. de re benef. lib.* 1. *q* 16. *nu.* 63. *Michael. Ferret. de præced. Eccleſ. cap.* 52.

6 *num.* 16. Et ita quoque cenſuit Sacra Rituum congregatio in *Calaguritana* 2. *Auguſ.* 1603. *in Caſalen.* 5. *Iulij* 1614. *& in Ampurien.* 7. *Decembris* 1630. *& in Acernen.* 21. *Iulij* 1632. teſte *Auguſt. Barb. de canon. dignit. q.* 18. *nu.* 32.

Idemque vt ſcilicet prouocatus à maiori ad minorem dignitatem, collegas non præcedat optimè tuetur, *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 3. *de elect. offic.* §. 8. *n.* 7. hinc ſuccedit, quod ſi Iudex M. C. Fiſci patronus crearetur dimiſſo priori loco alium inferiorem occupabit, vt ſupra annuimus multis authoritatibus innixi.

7 Hoc idem eſſe deſumitur ſi Reg. Conſ. eligeretur in Fiſci Patronum R. C. nam nulla precedentiæ prærogatiua tanquam Conſiliarius potiretur, ſed locum Fiſci patroni tenebit, vt in propoſito firmarunt *Reg. Conſtan. in l.* 1. *C. de Conſul. l.* 12. *nu.* 3. *Iudex Taſſon. prag. de anteſ. verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 175. *Reg. de Marin. quot. reſol. cap.* 202. *nu.* 2. qui *DD.* teſtantur, ita obſeruatum fuiſſe in perſonam Antonij Baraptutij, qui fuit Regius Conſiliarius, & poſtea electus in Fiſci aduocatum, & ſedit poſt omnes: in perſonã Ioannis Thomæ

8 Maſtrilli, qui fuit Reg. Conſ. & Præſ. R. C. & de-

Digitized by Google

& demùm creatus Fiſci patronus, fuit etiam poſtpoſitus Præſidentibus: in perſonam Vincentij Corcioni, qui cum eſſet Regius Conſiliarius, fuit creatus Fiſci Patronus R. C. & ibidem cunctis Præſidentibus poſtpoſitus: in perſonã Fabij Capicij Galeota, qui cum eſſet Regius Conſiliarius S.C. in fiſci Patronum fuit electus, & Præſidentibus poſtpoſitus.

Quod intelligitur, vt ſolumodo poſtponatur illis Præſidentibus creatis, antequam ipſe in Cõſiliarium fuit electus, vt teſtatur *Taſſon. prag. de anteſ. verſ. 3. obſ. 3. nu.* 145. & practicatum refert, idemque firmat *Reg. Rouit. conſ.* 102. *nu.* 21. inquiens aberraſſe *Reg. Conſtant. ſup. alleg.* qui aliter ſentijt.

Verùm poteſt hęſitari ſi extrà locum, vbi Tribunal R.C. conuenit, & præcipuè in Regijs Iunctis, fiſci Patronus, antea Conſiliarius præcedat Præſidentes R. C.
12 & hic Articulus diſceptari euenit inter Dominum Hieronymum de Philippo Fiſci Patronum Regiæ Cam. antea Regium Conſiliarium, & quondam D. Ioſephum Filiù Præſ. R. C. antiquiorem, qui ambo cum conuenire deberent in Regia Iuncta contrabannorum, vbi ego quoq; reſideo, ſuppoſuit dictus Dominus Hieronymus præcedere dictum Don Ioſephum ſtante munere Regij Conſiliarij in ſui perſona concurrente, vnde pro vtraque parte fuit ſatis ſcriptum, & Dominus Hieronymus ſatis lepide, ac erudite, imò docte allegationem compoſuit, & magiſtraliter reſpondidit, prout de more, & ſemper ſolet ex ſumma eius doctrina, & eloquentiæ facundia, qui maximis eius meritis inter Præſidentes fuit coaptatus, dictaſque allegationes perpendidit Collaterale Conſilium, & replenarie diſcuſſa, inde Excellentiſſimus Dominus Comes Pegnarandæ, tunc Prorex ſuo particulari diplomate, nedum quæſtionem præcedentiæ ad fauorem Conſiliarij de Philippo terminauit, ſed generaliter iuſſit, vt Regij Conſiliarij tàm in Regijs Iunctis, quam in Collaterali Conſilio, & vbicumque, ſemper precedant Præſidentes R.C.

Et meritò ità decreuit, nam donec in Regia Camera pro eiuſdem Senatus cauſis peragendis conueniunt Præſidentes, & Fiſci Patronus anteà Conſiliarius; tem-

poris prioritas, incorporationis virtute, operabitur, ſed extrà locum vnuſquiſq; ſua propria fruetur dignitate, & Conſiliarius altiori inſignitus, Præſidentẽ, licet tempore anteriorẽ præcellet, ad *Text. in l. 1. verſ. quod ſi quis, C. de Conſulib. lib. 12. gloſ. ibid. inuer. poſthabitus, l. vnicuique verſ. niſi, C. de proxim. ſacror. ſcrinior. eod. lib. cap. ſtatuimus de maiorit. & obedien. gl. in can. placuit, verſ. proponemus* 16. *diſt. Lucas de Penn. in rub. C. eod. lib. tit. vt dignit. ordo ſeruet. Surg. de Neap. Illuſtr. cap.* 27. *nu.* 20. *Reg. Conſtan. in repet. cit. l. 1. C. de Conſulib. lib.* 12. *nu.* 33. *&* 34. *Reg. de Ponte dec.* 8. *nu.* 5. *Reg. Tap. dec. Supr. Conſ. Ital.* 21. *nu.* 26. *Reg. Rouit. cit. dec.* 77. *nu.* 3. *cum ſeq. Reg. Sanſel. dec.* 223. *nu.* 9. *cum ſeq. tom.* 2. *Epiſcop. Ricc. collect. par.* 4. *collect.* 1446. *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 4. *cum ſeq. tom.* 2. *Conſil. Anna conſ.* 40. *nu.* 14. *&* 17. *Caſtill. quotid. controu. Iur. lib.* 6. *cap.* 41. *nu.* 29 *cum ſeq. Reg. Cacacius alleg.* 85. *nu.* 61. *inter collect. per Reg. de Marin. tom.* 3. *Larrea alleg.* 51. *nu.* 8. *par.* 1. *Reg. Rouit. conſ.* 84. *nu.* 11. *lib.* 1. *ex Abb. in cap. ſtatuimus de maiorit. & obedien.*

Quoniam prior dignitas labore quæſita, ſuperueniente ſecunda, non auferetur, nec perit, ſed augetur quaſi vna alteri adiciatur, ità *Tex. in l. iubemus* 4. *C. de prox. ſacr. ſcrin.* his verbis, quod autem omnibus cõſtat deferri adiectui alterius dignitatis perire non patimur, vt etiam ſi proſperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta proceſſerint, vetera tamen eis ſcrinij labore priuilegia quæſita ſeruentur, & cõcordantia allegat, ibi, Iura *gloſ. in fin. in verb. ſeruentur, & poſt Oldrad. conſ.* 265. *poſt n.* 4. *Franciſcus Marzar conſ.* 26. *n.* 42. *&* 45. *& ex l in Alexandrinis, C. de decurionib. lib.* 10. *& in l.* 1. *C. de præfect. qui in Vrbe conſtit. lib.* 12. *Conſil. Marcian. conſ.* 28. *nu.* 7. *lib.* 2. *Andr. de Barulo in ead. l. iubemus circà princ.* inquiens ex *l.* 3. *C. de dignit. eod. lib. aliiſque Iuribus:* poſſe quempiam multiplicis dignitatis priuilegia retinere in *l. iubemus circà fin.* cuncta comprobat inſigniter *Reg. Galeot. reſp. fiſc.* 2. *à nu.* 3. *vſque ad* 29. Dignitas enim ſemel collata inſeparabilis efficitur à ſubiecto, vt probat *Conſ. Anna conſil.* 40. *nu.* 43. *lib.* 1. *Conſil. Georg. alleg.* 35. *nu.* 13. Idcircò non poteſt ab ipſo Conſiliario euelli, nam alioquin ſuperueniens

Digitized by Google

priuilegi um priuilegiato damnosum esset, quod ferri non valet, *l. diuus, ff. de testib. Peguera dec.96. nu.6. Marcian cons. 26.nu.47.* licet posterius priuilegium minorem dignitatem contineret, nam adhuc pristinæ dignitati non obesset, *l. per adoptionem 35. ff. de adoption. l. senatorius filius, ff. de senator. Mastrill. de magistrat. lib.5. cap.4.nu.68. Reg. Galeot. resp. fiscal.2. nu.29. Cons. Marcian. cons.28.nu.4.* vbi pro ratione ait, superuenientem dignitatem, nequaquam ad diminuendos, sed ad honores ampliandos à Summis Principibus concessã existimari, proinde contrarium effectum operari nullatenus deberi.

Satis ergo rectè pronunciauit, vt diximus Excellentissimus Comes Pegnaranda, re discussa in Collaterali Consilio, vt Consiliarij in quocunque loco præcedant Præsidentes, & ità liquet ex eius diplomate, cuius tenor talis est.

HAuiendose visto en Colateral las Allegaciones, que han hecho el Consejero Iuan Geronimo de Phelipe, y el Presidente Don Ioseph Feliù sobre la precedencia en la Iuncta de Contrabandos, sea acordado en el, que se obserue la posesion, en que estan los Consejeros actuales, ò los que lo han sido de preceder en las Iunctas à los Presidentes de Camara E esto sin periuicio de las partes, paraque oydos se pueda hazer Iusticia. E hauiendose S.E. confermado con el dicho acuerdo hà resuelto, que hasta otra orden suya se continuen las Iunctas de aqui adelante con la misma precedencia, que hasta aqui se ha hecho, declarando S.E. como por este Villete lo declara, que esto non haya de periudicar, ne periudique à las pretenciones de los Ministros interesados en la precedencia, porque en esto se estarà despues, aloque se resoluiere oydas las partes, de que S.E. me manda auisar à V. S. paraque de orden à los Ministros del Sacro Consejo, que lo executen assi, que el Lugar Teniente de la Camera se da la mesma orden, per lo que toca à los de aquel Trib. guarde Dios à V.S. Palacio à 20. de Octobre 1662. D. Martin de Otermin.

Señor Regente Marques de Matonti.

13 Verum si Regius Consiliarius Præsidens R. C. crearetur, omnes alios R. C. Præsidentes præcelleret, præter Decanum *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. cap. fin. Reg. Constan. in l. 1. C. de consulib. l. 12. Index Tasson. in prag. de antef. vers. 3. obser. 3. nu.144.* quemadmodum etiam fuit obseruatum in personã Ioannis Thomæ de Mastrillis, qui cum Regius Consiliarius esset, Præsidens R. C. fuit creatus, & ordinatum, vt in primo loco partis sinistræ sederet: Amplius in personã R. Cons. Montoya de Cordoua, qui Præs. R. C. Electus, & omnibus præter Præsidentem Decanum prælatus, vt fatentur *præcit. Marc. Anton. Surgen. loco cit. nu.23. Index Tason. ibid. Reg. Constant. d. loc. cit. nu.23.*

14 Sed hodie hoc in praxi non est receptum, at quando Regius Consiliarius ad huiusmodi munus eligitur, præcedit tantummodo illos, qui post adeptam Reg. Cons. muneris possessionem sunt electi, ita hodierna praxis docet, quam solus annuere videtur, *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. cap.27.nu.23. in fin.* sequitur *Reg. Rouit. cons.102.nu.20. l.2.*

15 Hinc se offert quæstio, si inter illos Præsidentes R. C. moderniores sit Decanus. numquid Regius Consiliarius, Præsidens R. C. effectus, Decano quoque præferatur?

16 Et negatiuè respondetur, siquidem Decanatus dignitas est, Decanusque in dignitate constitutus esse dicitur, vt meminit *Rota dec. 173. in nouis. nu. 2. & melius dec.442. nu.1. Dec. in cap. ad aures,* 17 *nu.2. de rescript.* & Prælatus vocatur, sicu- 19 ti cæteri, Archidiaconi, Archipresbyteri, & Abbates, *Raguc. in tract. de voce canon. in cap. in 2. quæst.* Imò Archidiacono videtur æqualis, *cap. innouamus 60. distin. Luc. de Penn. in rub. C. de decan. lib.12.* Ac in Ecclesia Cathedrali Decanus ma- 19 iorẽ dignitatẽ habet post Pontificialem, *san. in catal. glor. mund. par.4. consid 37.* 20 dicitur enim capituli caput, nec est priuata persona, nisi quoad extraneos *Luc. de Pen. in rubr. C. de decan. l.12. Puteus dec.* 210. *nu.* 2. habet generalem capituli re- 21 rum communium administrationem, & potest vti Prælatus sine capitulo in rebus communibus agere, nisi essent arduæ, *Puteus dec. Rot. 210. nu.2. p.3.*

22 Inde est, quod secundum locum post Episcopum, seù alterum superiorem vin-

Digitized by Google

vindicare debet, imò primum, quando nullus alter ſuperior interuenit, *Caſſan. in catal. glor. mund. par. 4. conſid. 37. Marta in tract. de Tribun. Vrbis cap. 4. nu. 18.* antiquiores enim nobilioribus præferun-
23 tur, & altiori loco ſedere debent, *Bald. in l. obſeruare, §. antequam, ff. de offic. Proconſul.*

24 Quamobrem ſatis optimè liquet Regium Conſiliarium, R. C. Præſ. creatum Præſidenti Decano non præferri, etiamſi Regius Conſiliarius tempore adepti muneris ſit antiquior, vt firmarunt *Reg. Conſtant. in l. 1. C. de conſul. lib. 12. nu. 35. Maſtrill. dec. 34. nu. 4. Conſ. Anna conſ. 130. nu. 4. Marc. Anton. Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 27. nu. 23. Thor. in comp. tom. 2. verſ. præcedere, fol. 480.* & ſecundum id pluries
25 fuit quoque iudicatum, ſcilicet in perſonam Scipionis Brandolino Præſ. Decani R.C. qui præceſſit D. Didacum de Salinas Regium Conſiliarium, & Præſ. R.C. creatum, quamuis dictus Salinas antiquior miniſter erat, teſte *Thor.* qui alias complures *dec.* attulit, vt eſt videre.

26 Sed præter ſupra, & hucuſque exarata, conſtat hæc ſententia, ex quadam inconuincibili ratione. Certum enim eſt Regem ſupremum Monarcham præcedere cunctos Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſiuè antiquiores, ſiuè moderniores ſint, vti ſingulos; verum ſi ipſe Rex Cõciſtorium ingredere vellet, ſubtus primum Epiſcopum, vel poſt antiquiorem Cardinalem præsbyterum ſedebit, quemadmodum Imperator ante coronationem, vt teſtatur *Cæremoniale Pontificium ſub rubr. de recept. fratr.* & tradidit *Gratian. diſcept for, cap. 111. nu. 6. to. 1. & cap. 298. nu. 27. tom. 1.* Idcircò arguendo à ſimilitudine rationis procul omni dubio venit illud affirmandum, quod ſupra annuimus.

Quinimò adeo ſumma eſt Decani prærogatiua, nam vacante officio Præſidis S. C. per mortem, aut per aliud impedimentum, munus huiuſmodi expleri debet per Conſiliarium Decanum, prout Iure authenticorum cauetur in *auth. quæ ſupplicatio, C. de præcib. Imper. offer.* ibi decernitur ſupplicationes abſente Præſide legi debere coram Conſiliarijs, *& gloſ. ibid. annuit*, vt ad euitandas confuſiones coram antiquiore legendæ ſunt.

Idemque Ius noſtrum municipale ſanciuit, etenim in anno 1554. Regia Sanctio fuit edita, qua diſponitur, vt abſente Præſide, aut infirmo, vel impedito, officium regere debeat Conſiliarius Decanus, vt conſtat ex dicta *prag.* quam recenſet *Reg. Tap. Ius Regn. lib. 2. de offic. S.C. fol. 161.*

Hoc pariter liquet ex *prag. 8. de offic. S. R.C.* vbi dictatur, quod abſente Præſide antiquior Conſiliarius præeſt; Idemque de Iure reſpondent, *Reg. Tap. Ius Regn. lib. 2. tit. de offic. S.C. fol. 161. in ſuis annotationibus ad pragmaticam Domini D. Federici de Toledo Regni Proregis, Reg. Ronit prag. 15. nu. 10. de offic. & Taſſon. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 219. & verſ. 14. obſer. 2. nu. 14.*

Quod etiam exemplis confirmatur, nam in anno 1486. per abſentiam Præſ. S.C. Antonij de Alexandro munus exercuit Conſ. Decanus Andreas Mariconda, & durante decrepita ætate Præſ. Antonij de Ianuario, officium rexit Conſ. Decanus Ciccus Loffredo, inſuper in anno 1558. Dominus D. Federicus de Toledo ob impedimentum tùnc Præſidis S. C. Hieronymi Seuerino Propræſidem, conſtituit Conſiliarium Franciſcum de Aurrier, tùnc antiquiorem.

Idemque obſeruatum in anno 1553. quo tempore cum fuerit aſſumptus ad aliam dignitatem Alphonſus de Santiſlan Præſ. S. C. in Propræſidentem fuit conſtitutus Conſ. Decanus Io. Andreas de Curte, quemadmodum in anno 1566. fuit creatus Propræſ. Io. Thomas Altomare Conſ. Decanus per abſentiam Præſid. de Curte.

Et inde ob abſentiam Præſidis D. Petri de Vera fuit in Propræſidentem electus Io. Thomas Salamanca Conſiliarius Decanus, & poſtmodum per mortem eiuſdem Præſidis de Vera, in Propræſidentem fuit creatus Conſiliarius D. Io. Sanchez de Luna, tùnc Decanus; Et amplius per obitum Præſidis Marci Antonij de Ponte, licet Dominus Dux Aluæ, tùnc Regni Prorex elegerit in Propræſidentem Regentem Valenzuola; tamen illo vocato ad Supremum Hiſpaniæ Conſilium, idem Dominus Prorex in Propræſidentẽ nominauit Conſiliarium D. Didacũ Lopez, tùncſubdecanum eo,

Digitized by Google

quod Consiliarius Decanus D. Felix de Ianuario, eatenus comperiebatur impeditus, sed indè remoto impedimento, idem D.Felix de Ianuario munus huiusmodi exercuit, vt testatur *Tasson. loc.cit.*

Et amplius per mortem Præs. Vrsini fuit in Propræsidentem electus Consil. Salinas Decanus.

Itidemque obseruatum conspeximus in obitu Præsidis S. C. Andreæ Marchesij, nam Dominus Dux de Arcos, tùnc Regni Prorex in Propræsidentem deputauit Consiliarium D. Didacum Varela, tunc Decanum.

Verum alij Domini Proreges aliter decreuerunt, nàm Dominus Comes Lementium per mortem Præsidis Camilli de Curte rescripsit, vt officium explerent quatuor aularum Decani, vt testatur *Tasson.vers.14.obser.2.nu.16.*

Et insuper Dominus Comes Ognatte per obitum Præsidis S. C. D. Francisci Merlino ad huiusmodi officij exercitium constituit Regentem Zusiam, qui deindè fuit à Potentissimo Rege nostro qu.Philippo IV.ad idem munus adscitus.

Sed indè idem Sereniſſimus Rex noster Philippus IV.nuper defunctus Regalibus literis, peculiariter rescripsit, vt in posterum huiusmodi muneris regimen comendaretur Consiliario Decano, durante Sede Vacante.

Modo ergo per obitum eiusdem Regentis Zusia Præsident.S.C.Excellentissimus Dominus D. Petrus Antonius de Aragona, nunc Regni moderator in Propresidentem creauit Dominum Consiliarium Decanum D.Antonium Nauarretta Marchionem Latertię, habitus Insignijs Sancti Iacobi de Spada decoratum, ex nobilissima prosapia natum, omnium, virtutum genere large colluſtratum, qui pro hoc munere à nobis, ac toto cętu Consiliariorum fuit magnopere exoptatus, & vniuersaliter à cunctis omnibus præcipuè Proceribus, Magnatis huius Ciuitatis hilari animo receptus, quod munus magna cum admiratione, & satisfactione exercet.

Præcedentia an tribuatur Regenti Italię Senatus, adscito ad Regalem Cancellariam Regni, contra Decanum.

§. IX.

SVMMARIVM.

1 *REgens in Supremo Italię Senatu in Regno Hispaniarum, transiens ad Supremum Collaterale Consilium Regni Neapolis, præcedit Regentes ipsi moderniores, etiam Decanum, si prior sit in tempore respectu adepti muneris in Senatu Italiæ, & ità decisum, verum quæ obstant huic decisioni recensentur, nu.2. sed refelluntur, & decisum refertur, nu.6.& 14.*

D.Iacobus Capycius Galeot.Reg.laudatur.

2 *Regens in Senatu Italiæ non est de corpore Collateralis Consilij, & munus diuersum habet.*

3 *Regens in Senatu Italiæ maiorem habet dignitatem, quam Regens Collateralis Consilij Neapolis.*

4 *Regens in Supremo Italiæ Senatu si Collaterale Consilium peteret, vti Regens illius Senatus omnes præcederet.*

5 *Regenti in Supremo Italię Senatu, in Collaterali Consilio Neap. deputato, nouum expeditur priuilegium, & quare, n.14.*

7 *Regens in Supremo Italię Senatu sedet vti Regens Regiam Cancellariam.*

8 *Regens in Senatu Italiæ administrat, vt de corpore Collateralis Consilij Neapolis.*

9 *Regens in Senatu Italię gaudet munusculis, vti do Collaterali Consilio Neapolis.*

10 *Regens in Senatu Italiæ, idem dicitur habere officium, quam Regens Collateralis Consilij Neap.*

11 *Præcedit is inter Regentes Senatus Italiæ*

Digitized by Google

lia, & Collateralis Consilij Neap. qui prius fuit creatus Regens, & ita obseruatum, nu. 12.

13 *Regens in Italico Senatu ad Collaterale Neap. transiens, si reuerteretur ad Italicum Senatum, præcedit alios Regentes post ipsum electos.*

15 *Priuilegium nouum quare expeditur Regentibus in Italico Senatu, transeuntibus ad Collaterale Neap.*

16 *Iudex criminum, in ciuilibus deputatus, præcedentiam habet iuxtà muneris antiquitatem, & ita obseruatum.*

17 *Officialis existens in Tribunali Regiæ Audientiæ cum præcedentiæ prærogatiua, transiens ad aliud Tribunal eiusdem generis, eadem prærogatiua gaudet, & ita obseruatum, sed in contrarium, nu.* 18. & 20.

18 *Prorogatio obtenta intra tempus primi officij, non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

19 *Officialis existens in officio, & electus pro sequenti anno, nouum dicitur in sui personam officium.*

21 *Prorogatione facta ad idem officium intra primum tempus, non dicitur nouum officium, & de ratione, nu.* 22. *sed alij contra, nu.* 31. *respondetur, nu.* 32.

23 *Prorogatio, quæ dicatur.*

24 *Renouatio quando fieri dicatur, & quando protelatio.*

25 *Officium nouum dicitur, officiali admisso ad officium post lapsum primi temporis, & de ratione, nu.* 26.

27 *Prorogari non dicitur quod elapsum est.*

28 *Precedentiam non recuperat restitutus ad dignitatem, nisi restitutio fieret de iustitia, nu.* 29. *& ità obseruatum, nu.* 30.

31 *Præcedit Iudex antiquior, qui interuenit vt Aduocatus partis, moderniori Iudici interuenienti, vt Iudice, sed contrarium tenet* Reg. Constan. *nu.* 32. *sed reijcitur ex* dec. Præs. de Franch. *qui ita obseruatum refert, nu.* 33.

Præcedentia an tribuatur Regenti Italię Senatus, adscito ad Regalem Cancellariam Regni, contra Decannm.

§. IX.

1 EX his, quæ de Decano dicta sunt aprimè contradicit decretum Collateralis Consilij, nuper emanatum in casu, quo mortuo spectabili Regente D. Ioanne de Burgos, y Oliuares Collat. Cons. Decano, successit in Decanatu Reg. Franciscus Antonius Muscettula, qui dum locum Decani in Collat. Cons. occùpabat, eiusq; prærogatiuis potiebatur, aduenit Neap. supercilio receptus ab vniuersali cætu, magnopere expectatus Dominus D. Iacobus Capycius Galeota Dux Sancti Angeli, natalium nobilitate valde præclarus, sapientiæ doctrinæ integritate summopere ditatus, eloquentiæ, ac iuris prudentiæ vndique conspicuus, optimus mecenas nostræ inclitæ Ciuitatis, Patritius clarissimus: hic Dominus peculiari beneplacito Regis a Consilio Supremo Italiæ in Regno Hispaniarum, vbi pro suo munere degebat, ad Collat. Cons. Neap. fuit euectus, & efflagitauit præcedere Regentem Muscettulam Decanum eiusdem Consil. siquidem tempore adepti muneris Regentis erat ipse Reg. Galeota antiquior, vnde per Collat. Cons. de mense Martij 1661. referente Spectabili Regente D. Felice Lanzina, y Vlloa fuit decretum, quod præcedat D. Reg. Galeotà Regen. Muscettulam, penes Ioseph Criuella Scribam à Mandatis.

Quæ decisio eo fortius videtur obstare, quia Regen. in Supremo Italiæ Consilio de corpore Collateralis Cons. non
2 sunt, nàm illud officium apud Regem est pro negotijs huius Regni, estque penitus diuersum, & separatum ab officio Regentis

Digitized by Google

tis Regiam Cancellariam, vt inquit *Marin. Freccia lib.2. de ſubfeu.tit.quis dicat. Dux in alleg. pro Dom.* Regent.*illius tempeſtatis, contra Regentem Albertinum, nu.* 52.*&* 53.*fol.*133. ſequitur *Taſſon.in prag. de anteſ. verſ.*3. *obſer.*3.*nu.*19.*& verſ.*14. *obſer.*2.*nu.*25.*&* 26. & maior eſt dignitas
3 in Supremo Italiæ Senatu, quam in Collaterali Conſilio Neap. nam illi maiorem habent ſalarium, iſti minorem, illi aſſiſtunt Inuictiſſimo noſtro Regi; iſti Proregi: illi vacant gubernio Regnorum Italiæ ditionis noſtri Regis, iſti negotijs tantummodo huius Regni, vt conſiderat *Frecc.loc.cit.n.*25.*in fin.* hinc eſt, vt ſi illi Regentes ad ſedendum penes Dominum Proregem pro exercendo officium Regentis in Collat. Conſ. in hoc Regnũ venirent moderniori ſederent loco, & alios Regentes hic exiſtentes non præcederent, cũ nouiter ſint ad hoc mu-
4 nus adepti; ſecus autem eſſet quãdo Collater. Conſilium, vti Regentes Supremi Conſ. ingrederentur, quia tunc præcederent, vt fuit ſeruatum tempore aduentus Imperatoris Caroli V. ad hoc Regnum, vt teſtatur *Frecc. ibid. nu.*62. *verſ. deciſio antem*, & notat *Taſſ.loc.cit.n.*27.*in fin.*
5 Præterea prædicta comprobantur, quia Reg. in Supremo Italiæ Conſilio præfixus quando Neap. deſtinatur ad ſeruiendum in Collaterali Conſilio, nouum priuilegium ei expeditur, vt notat *Reg Capyc. Latro conſult.* 43.*nu.*38.*tom.*1. Ideo ſi nouo indiget priuilegio, nouum officium collatum ei videtur, & proinde alios Regentes in Collaterali Conſilio exiſtentes præcedere non poteſt.
6 Sed relata deciſio Collat. Conſ. nuper ſecuta ſupra poſitis de præcedentia Decani nihil obſtat, tùm ex his, quæ in hoc ſpeciali articulo concurrunt, tùm etiam ex his, quæ ex facto ponderantur de Iu-
7 re, etenim Reg. pro hoc Regno in Supremo Italiæ Conſilio ſedet, vti Regens Regiam Cancellariam huius Regni, & hoc ex ſpeciali gratia conceſſa per ſuam Cæſaream Maieſtatem in parlamento anni 1536. quæ gratia reperitur inſerta inter capitula, & gratias huic Regno conceſſas, vt in *cap.* 24. dicti parlamenti de anno 1536. quæ fuit etiam confirmata in *cap.* 25. parlamenti de anno 1554. & ſic videmus, quod Reg. electus per S.
8 M. pro Supremo Italiæ Conſilio, antequam diſcedat, poſſeſſionem Regentis in hoc Collaterali Conſilio meretur, ibique vti de corpore illius Conſilij adminiſtrat, & omnia, quæ alij Regentes pro gubernio huius Regni ſolent, facit, & ita multoties fuit obſeruatum, & licet dicatur hoc fieri præter ordinem S.M. & contra illius iuſſiones, tamen vidimus, ità fuiſſe, pluries obſeruatum, vt teſtatur *Regens Capyc. Latr. conſult.* 43.*tom.*1.*nu.*36. vbi quoque refert, quod poſtquam illi à
9 Regno diſceſſerunt in Supremo Conſilio reſidẽdo, eiſdẽ traduntur munuſcula ſalis ſaccari, & ferri, quæ cæteris Collateralibus huius Regni Conſiliarijs dantur.
10 Vnde nunquam fuit dubitatum, quod ſit vnum, idemque officium, & quod ibi aſſiſtant vti huius Regni Regentes, de quo etiam fatentur *Surgen. de Neap.Illuſtr.cap.*27.*nu.*40.*in fin.&* 41. *Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. tit.*12. *de deleg. cauſ. nu.*17.*Reg.Valenz.conſ.*91.*nu.* 71. *Reg. Tapia Ius Regn. tit. de offic.magn. Cancell. nu.*4. *Reg.Capyc.Latr.conſ.*43.*to.* 1.*nu.*30.*&* 37. & faciunt complura tradita *ſupr.de Conſ.Sup.Italiæ.*
11 Hinc eſt, quod inter ipſos is præcedit, qui antea Regens fuit creatus, vt fundat *Frecc. lib. 2. de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux,nu.*45.*Surg.de Neap.Illuſtr.d.cap.*24. *Reg. Capyc. Latr. loc.cit.Taſſon.d.verſ.*14. *obſer.*2.*nu.*26. & ità fuit pluries obſeruatum in perſonam Regentis Albertini, qui
11 licet dignitatem, & poſſeſſionem Regentis in Supremo Italiæ Conſilio adeptus fuiſſet, tamen Neapol. reuerſus alios Regentes, qui antequam veniret, poſſeſſionem habuerunt, præceſſit, teſte *Frecc.ibid. nu.*45. idemq; in perſonam Regentis Caroli de Tapia, teſtatur *Reg. Capyc.Lat.loco citato*, & hoc pariter in perſonã Dom. Reg. Antonii Capoblanchi.
13 Simile obſeruatur ſi Regens reuertere. tur ad Conſil. Italiæ, vndè diſceſſit, nàm præcederet omnes alios poſt ipſum creatos, prout fuit deciſum pro Regente Celeſte cum Regente Riuera, vt fatetur *Reg. Capyc.Latr.d.conſult.*43.*nu.*39.
14 In facto etiam concurrebat ad fauorem Domini Regentis Galeota, quod ipſe tempore, quo fuit creatus Reg. in Supremo Italiæ Conſilio, meruit poſſeſſionem nanciſci in Collat. Neap. & cum

per.

Digitized by Google

permanebat in administratione sui muneris, fuit indè ad Coll. Consilium adscriptus Dominus Reg. Muscettula, qui fuit postpositus in omnibus actionibus functionibus, ferendisque suffragijs Regenti Galeota, tanquam antiquiori; vnde Reg. Galeota erat in possessione præcedendi Reg. Muscettula, quam possessionem semper continuauit in Consilio Italiæ, tum quia vt est dictum, idem est officium, tùm, & quia peculiari littera S. M. cauebatur, vt Reg. Galeot. præcederet omnes alios Regentes post ipsum creatos, & insuper quia tempore, quo vacauit locus Decani in Collaterali Consilio per obitum Regentis Burgos, iam reperiebatur deputatus in Collaterali Consilio Reg. Galeota, sed suis occupationibus detentus, longo itinere vexatus, non potuit interesse, ideo videbatur, quod Reg. Galeota debebat præcedere Regentem Muscettulam.

15 Nec facit, quod Regenti Supremo Italiæ Senatus quando ille reuertitur expeditur priuilegium, nàm hoc fit, non vt nouum ei præbeatur officium, sed ad finem, vt sciant Domini Proreges Regentem reuersum retinuisse nedum dignitatem Collat. Consiliarij, sed etiam Supremi Italiæ Regentis, & etiam quia vt maius habeat salarium, vt testatur *Reg. Capyc. Latr. consult.* 43. *nu.* 38. *tom.* 1. vbi subdit, quod in priuilegijs, quæ prædictis expediuntur, iubet S. M. vt præcedant omnes alios Regentes post ipsos creatos, quam anterioritatem adipiscuntur à die, quo fuerunt Regentes creati pro Supremo Consilio Italiæ.

16 Vlterius est adnotandum ad materiam huius postremi quæsiti, quod si Iudex qui criminibus præest, in ciuilibus deputatur, consocios non præcedit, sed locum iuxta sui muneris antiquitatem tenet, quod ex his constat, quæ supr. deduximus circa differentias præcedentiæ inter Iudices ciuiles, & criminales, & optimè confirmatur ex *dec.* ibidem relata, & alia quæ successit in personam, tunc Iudicis M. C. Francisci Mariæ Prato, & antea fuit obseruatum in personam Iudicis Marci Marescа, qui cum in aula causarum criminalium vacaret, ad aulas ciuiles transijt, & collegas antiquiores nõ præcessit, sed vltimum locũ habuit, alias decisiones tradit *Thor. in comp. p. 3. sect. 2. ver. præcedere, f.* 301. sed ibidẽ inquit, quod

17 officialis existens in officio, & cum præcedentia aliorum, si fuerit ad aliud Tribunal eiusdem officij generis translatus, cum eadem prærogatiua præcedentiæ translatus videretur, ex quo continuatio muneris iniuncta diceretur, & sic per Regium Collaterale Consilium declaratum fuisse addit in personam D. Francisci de Vico Auditoris Prouinciæ Principatus citra aulę prædictæ capitis, translati inde in Prouincia Calabriæ citrà cum eadem prærogatiua præcedentiæ, similiter in personam Fabritij Ametrani Auditoris Aprutij, eiusque Audientiæ Capitis, indè translati ad Prouinciam Calabriæ vltrà cum eadem prærogatiua præcedentiæ, teste *Thor. in comp. to. 3. p. 2. vers. præcedere*.

18 Sed huic obstat, quod huiusmodi translatio parti præiudicium inferre nequeat, siquidem nec prærogatio obtenta intra tempus primi officij retrotrahitur in præiudicium tertij, *Tiraq. in 2. retract. §. 1. glos. 7. vers. præterea Giurba, text. in l. Titius filijs* 48. *ff. de excus. tut. Reg. Galeot.*

19 *l. 2. controu.* 43. *nu.* 13. vndè si officialis pro sequenti anno sit de nouo electus, ex noua Principis commissione, omnino censetur in sui personam nouum officium, *Natta conf.* 57. *nu.* 1. *in fin. & nu.* 5. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. & propriè de potest. substit. in offic. §. solent, & nu.* 6. *Gars. Mastrill. de magistr. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 24. *&* 25. *Reg. Galeot. d. controu.* 45. *nu.* 14. *to.* 2.

20 Nihilominus distinctione adhibita opposita nõ officiunt, nàm si talis translatio fit tempore, quo adhuc primæua occupatio perdurat, & tunc satis rectè præcedẽtię prærogatiua competit, vt sup. annuimus, quemadmodum est si prorogatio in offi-

21 cio fiat ante primi temporis lapsum, cum non censeatur tempus prorogatum nouũ esse, sed idem cum primo, prout de precario dicitur, *l. sed etsi manere*, vbi *Bar. Ang. & cæteri, ff. de precar. & in compromisso, l. si cum dies in princ.* vbi *glos. & Bald. ff. de*

22 *arbr.* tempus enim prorogatum censetur esse eiusdem naturæ, cum primo, omniaque secũ trahit, vt infinitis probat *Tiraq. in 2. retract. §. 1. glos. 7. nu. 26. vers. sed id quærimus cum seqq.* & confirmat *Gabriel cit.*

Digitized by Google

cit. de dilat. concluſ.2. dicens prorogatio
23 eſt labentis temporis, non dum lapſi extenſio, quem ſequitur *Reg.Galeota contr.* 42.*l.2.nu.*17.qui ad hoc comprobandum vtitur doctrina *Boer. dec.*294. *nu.* 2. 8.*&* 9.vbi dicit,renouationem fieri poſt diem,
24 & proinde eſſe nouam dilationem, & nouum actum, protelationem vero fieri durante die, & proinde eſſe eandem dignitatem, ſiuè actum prorogatum, quod idem probant *Cuttier. de iuram.confirm. par.*1.*cap.*49.*Barboſ.in l.*1.*art.*1.*nu.*73.*ff. de iudic. Borrell. in comp.dec.tit.*47.*de dilat.nu.*47.

Si vero translatio prædicta fiat poſt primi temporis lapſum, & tunc præcedentiam non conſequitur, prout ſi officialis elapſo tempore primi officij, ad
25 idem admittatur, nouum cenſetur officium adipiſci, *Bart. in l. dies cautionis, nu.*3.*ff.de dan.infec.Bald.in l.ſi a te* 7.*nu.*2. *C.de pact. int.empt.& vend.Caſtr.in l.*2.§. *etſi Iudex, nu.*6.*ff.de iudic.Bal.in conſ.*51. *incip.generali ſtatuto*, vbi aureis verbis hoc probat, & idem tradit *Reg. Galeota d. controu.*45. *nu.*19.*l.*2.*Theſ.dec.*125.*nu.* 2. quia elapſo tempore primi officij Iu-
26 dex deſinit eſſe Iudex, & remanet vt priuatus, *l.*3.*ff. de offic.Praſ.l.fin.ff.de iuriſd.*
27 *omn. Iudic.* non enim dicitur prorogari, quod elapſum eſt,ſed ex noua cauſa fieri videtur, *l. ſiſtipulatus ſum à proculo*, vbi *DD. ff. de verb.oblig. Specul.* & alij, quos refert *Tiraq. in* 2.*retract.*§.1.*gloſ.*7.*n.*24. *verſ. & vt verum, Anna alleg.*11.*nu.*7.& impoſſibile eſt prorogari,quod eſt extinctum,vt idē *Galeot.*ibidem affirmat *n.*18.
28 Sic quoque diſponitur in reſtituto ad dignitatem, qui non recuperat locum, medio tempore ab alio cum præcedentia occupatum, ſed erit tanquam nouiſſimus *l.* 2. vbi *Bart.ff.de decur.Frecc.vbi ſupra nu.*57.*&* 58.*Dec.in l.cum quid nu.*11.*Cagnol. nu.*59.*ff.ſi cert.pet.Menoch.conſ.*186. *& de recup. poſ.remed.*10.*n.*196.cum alijs per *Sfort.Odd. de reſtit. q.* 96. *art.*4. *Brun. reſol. q.*19.*nu.*7.*Greg.Lop.lib.*2.*tit.*31.*p.*7. *verſ.primer eſtado, Anna cap.*1.*nu.*262.*de Vaſſall. decrep.ętat.Reg.Galeota d.controu.* 45. *nu.* 27. ſubdens,hanc concluſionem procul dubio vigere, quando adeſt determinatus numerus in collegio, quemadmodū *Sfort.Odd.vbi ſup.*inquit,niſi fie-
29 ret reſtitutio ad idem officium de iuſtitia, ex traditis per *Anna filium conſ.* 32. 33. *&* 34. *Peregr. de iure fiſc. tit.*2.*lib.*3. *nu.*44.cò enim caſu locum priſtinum haberet, alioſque præcederet, prout vidimus nuper obſeruatum in perſonam D.
30 Gregorii Ganauerro Hiſpani Militis S. C.S.Præſ.qui in viſitatione in hoc Regno generaliter peracta, fuit ab huiuſmodi munere ſuſpenſus,& deindè poſt complures annos reſtitutus, vndè communi voto conuentum fuit, vtſuum primæuum locum recuperaret, & alios præcederet, tanquam antiquior. Verum morte præuentus illum non obtinuit.
31 Vlterius non deficiunt *DD.* qui primam diſtintionis partem impugnant, dicunt enim, quod tempus prorogatum intrà primum tempus, idem tempus non iudicatur, quando de tertij præiudicio agitur, *Gail. obſer.*191. *lib.*1.*nu.*22. *Surd. conſ.*56. *n.*15.dicens prorogationem impedire præiudicium tertij, *Theſ. dec.*125. *nu.*2. *Gabriell. tit.de dilat. concl.*2.*nu.*24. *Tiraq. de retract.*§.1.*gloſ.*7.*num.*32.*verſ. præterea, Giurba dec.*58.& allegat *text.in l. Titius filius de excuſ.tutor.*
32 Sed reſpondetur, quod in caſu,de quo in præſenti tractamus nemini iniuria infertur ob talem prorogationem, nec Ius tertij læditur, nam officiales, de quorum præiudicio loquitur,num quam præcedendi prærogatiuam cum collega prærogationem obtinente adepti fuere, nec ante prærogationem, quia eatenus non præcedebant, nec poſt prærogationem, quia ſemper videtur continuare tempus primæ adminiſtrationis, ſecundum *Tiraq. in* 2. *retract.* §. 1. *gloſ.*7. *nu.*26.*verſ.ſed id quærimus*, & alios vſq; ad Nauſeam relatos per *Gabriel.tit.de dilat. concluſ.*2. *Reg.Galeota controu.*45.*nu.* 17.*l.*2. & nunquam deſinit eſſe officialis, vt alij præcedentiam occupare poſſint, proindè cum ex prærogatione, huiuſmodi Ius nemini læditur,conſentaneum non eſt,vt de præiudicio loquatur.
33 Notandum denique eſt ad ornatum huius materię, quod ſi ſunt duo æquales dignitatis,& vnus interuenit in Conſilio, tanquam Iudex;alter, tanquam Aduocatus partis,pręuia diſpenſatione S.E.& iſte qui interuenit, tanquam Aduocatus ſit

an-

Digitized by Google

tiquior illo, qui tanquam Iudex interuenit, hic præcedit illum vt Iudicem interuenientem, prout decisum refert *Præs. de Franch. dec.* 138. & notat *Reg. Tap. dec.* 21.
34 *nu.* 3. *sed Reg. Constan. in l.* 1. *C. de consul. lib.* 12. *nu.* 36. hunc casum quoque refert, & inquit, quod non præcedit minister ille, qui vt Aduocatus interuenit, ad quod allegat *Præs. de Franch. dec.* 138. ibi, *& si plura iura probent, non debere præcedere*
35 *illum, qui vt Aduocatus interuenit*: sed contrarium fuit obseruatum in sui personam, qui etsi vt Iudex in causa quadam interueniebat, tamen præcessit eum Consiliarius Io: Felix Scalaleo, qui vt Aduocatus in eadem causa interueniebat.

De Præcedentia inter Officiales eodem tempore ad eandem dignitatem assumptos.

RVBRICA VI.

SVMMARIVM.

1 *PRæcedere quis debeat ex duobus promotis ad eandem dignitatem eodem tempore.*
2 *Præcedere is debet, qui maioribus qualitatibus decoratur, & de ratione, nu.* 3. *& qui ita videantur, nu.* 4.
5 *Præcedere is debet, qui doctoratus insignia prius accepit, & ità decisum, nu.* 6.
7 *Præcedere is debet ex duobus Doctoribus, eodem tempore doctoratis, qui V. I. D. sit nu.* 9. *aut ille, qui aduocati munus exercet, nu.* 10. *quod fallit, nu.* 11. *vel qui lector est, nu.* 12. *& de ratione, nu.* 13.
14 *Præcedere is debet de duob. eodem tempore ademptis ad eandem dignitatem, qui libros edidit, etiam si concurrat cum Doctore nobili, nu.* 15. *vel concurrat cum Doctore prius doctorato, nu.* 16. *sed contrarium fuit decisum, nu.* 17.
18 *Præcedere is debet inter illos, qui ad eandem dignitatem eodem tempore sunt promoti, qui præfulget meritis paternis.*
19 *Officialis filius Doctoris præfertur alteri officiali.*
20 *Officialis Baro præcedit non Baronem.*
21 *Doctor, & miles præfertur Doctori tantum.*
22 *Præcedentiam habet, qui prius fuit nominatus in literis creationis, & de ratione, nu.* 23.
24 *Præcedere is debet inter duos eodem tempore assumptos, qui exequutionem literarum prius habuit.*
25 *Præcedunt seniores iuniores, si in cæteris sint æquales.*
26 *Seniores iunioribus præferuntur in suffragijs proferendis, & in electionibus.*
27 *Nobiles præcedunt alios, qui vno eodemque tempore sunt creati.*
28 *Præcedere is debet, qui de alio Magistratu ad alterũ assumptus fuit, & de ratione.*
29 *Præcedere is debet ex duobus Consiliarijs eodem tempore creatis, qui prius Iudex M. C. fuit, & ità decisum bis, nu.* 30.
31 *Præcedere is debet ex duobus Ducibus creatis, qui antea fuit Comes, & ita decisum.*
32 *Præcedere is debet ex duobus, ad eandem dignitatem eodem tempore adeptos, qui antea dignitatem aliquam habuit, licet actu tempore electionis careat, sed contraria opinio refertur, nu.* 33. *eaque refellitur, nu.* 35.
33 *Præcedere non debet ex duobus ad consulatum electis, is, qui antea fuit Consul, sed actu non est.*
34 *Dignitas dimissa non prodest ad effectum præcedendi, si iterum assequatur eandem dignitatem.*
35 *Præcedere is debet ex duobus Consil. electis, qui fuit Iudex M. C. licet actu non sit, tempore electionis, quod probatur, nu.* 36. *& 37.*
38 *Præcedit in assequendo maiorem dignitatem, qui Iudex M. C. tempore electionis reperitur, licet alius iudicatum exercuit, sed inde deposuit, & ita decisum, nu.* 41. *& 42.*
39 *Dignior dicitur, qui tempore electionis in dignitate est.*
40 *Præcedentiam non confert præterita dignitas contra illum, qui actualiter dignitatem retinet.*
41 *Præcedere is debet de duobus iudicibus M. C. Consiliarijs electis, qui in iudicatu M. C. tempore electionis præcedebat, & de ratione, nu.* 42.
43 *Præcedit Iudex M. C. Fisci patronum eiusdem M. C. in assequendo maiorem di-*

Digitized by Google

gnitatem, ad quam eodem tempore fuerunt adsciti, quod impugnatur, n.44. sed refellitur, nu.45.

44 Iudex vt possit nouam dignitatem nancisci syndicatum præstare tenetur, quo in casu dicitur priuatus.

45 Præcedentiam habet, qui tempore electionis in maiori dignitate est constitutus.

46 Præcedit Iudex M.C. Fisci patronum in assequendo maiorem dignitatem, licet Iudex syndicatui subyciatur, & Fisci patronus non, & de ratione, & ita decisum bis refertur, nu.48. & 49.

47 Assensus Apostolicus non requiritur, vbi Ecclesia renunciat hæreditatem delatam.

50 Præcedere quis debeat ex duobus ad eundem munus euectis, qui prius creatus fuit, aut qui prius possessionē habuit, pro, & contra discutitur, & distinctione resoluitur, nu.51. & 52.

53 Tempus datę attenditur in gratiosis.

54 Rescriptum prius in data, præualet secundo posteriori.

55 Gratia Principis eo ipso, quod est facta dicitur præfecta, etiam si exequuta non sit.

56 Præcedentiam concessisse videtur Princeps concedendo officium, & sic à die creationis.

57 Princeps potest transferre dominium, & possessionem absque traditione.

58 Præcedentiam habet, qui possessionem officij apprehendidit, licet aly prius fuerint prouisi,

59 Præcipuè in officijs annexam habentibus administrationem, quod contrarium est in officijs annexam non habentibus administrationem, nu.61.63.

60 Donatio prima facta à Principe præfertur posteriori.

62 Possessio, seù quasi in præcedentijs attenditur, non autem dies muneris collati, nu.93. & 94.

64 Præcedentiam tribuit vnius momenti spatium.

65 Præcedentiæ possessio ex vnico actu acquiritur.

66 Præcedentia quæritur ex temporis qualitate, quo ampliatur, nu.67.

68 Præcedere vt quis possit in officijs annexam habentibus administrationem, tria requiruntur, & quæ, sed vltimum requisitum spectandum est, nu.69.

70 Officialis is dicitur, qui cepit administrare.

71 Salarium, tùnc officiali debetur, quando cepit administrare.

72 Præcedere non potest officialis, qui iuramentum præstitit, sed officium non exercuit, alios, qui illud exercunt, licet post iuramentum ab illo præstitum, & ità decisum, nu.73.

74 Iuramentum per procuratorem in officijs præstari potest.

75 Præcedit in officijs administrationem habentibus, qui prius possessionem cepit contra illum prius prouisum, licet impedimento detemptum non potuit possessionem nancisci, etiam si sit infirmatis, vel ex facto Principis, nu.92.97. & de ratione, nu.98. & ita decisum, nu.99. 100. 101.107. & per Sup. Cons. Ital. nu. 102.103.104. limitatur, nu.76.

77 Princeps concedendo officium non censetur ex solo priuilegio transferre dominium, nisi iuramentum præstiterit, & priuilegium fuerit exequutoriatum, & sic decisum.

78 Officialis is dicitur antiquior, qui prius fuit receptus, non autem qui prius fuit institutus.

79 Impeditus non dicitur negligens.

80 Impeditus impedimento facti excusatur etiam à pena contemptus, nu.81. à contumacia, nu.82. & à pena, & à mora, num.83.

84 Impedito legitime non currunt tempora ab homine, & à iure statuta.

85 Impedimentum iustum æquiparatur impossibili.

86 Obligatio impossibilium nullius entis est.

87 Impossibilia, vel nimis difficilia sunt extra naturam humanam.

88 Impedimentum ex facto Principis proueniens, iustum dicitur, & quemlibet excusat.

89 Impedimentum iustum est, quod ex infirmitate oritur, & quem excusat.

90 Impedimentum infirmitatis æquiparatur impedimento necessariæ absentiæ.

91 Præcedentiā non habent inter plures Consiliarios eodem tempore creatos, qui possessionem ceperunt, si alter propter impedimentum non valuit possessionem capere, & sic decisum, quæ decis. declaratur, n.107.

95 Interdicta possessoria competunt ei, qui de

de conseruanda præcedentiam in suo munere agit.

96 *Actio iniuriarum, & officium Iudicis datur illi, quæ de facto turbatur in possessione præcedentiæ.*

98 *Præcedentia quare non detur illi, qui iusto impedimento detemptus, non potuit possessionem muneris nancisci, & rationes, quæ in contrarium cumulantur, refelluntur, nu.* 106.

108 *Possessio muneris Consil. capta dicitur per appositionem togæ in præsentia Regis.*

De Præcedentia inter Officiales eodem tempore ad eandem dignitatem assumptos.

RVBRICA VI.

1 ANnuimus præcedenti rubrica ordines præcedentiarum, inter Regia Tribunalia; superest obseruare, quis nam ordo præcedendi sit spectandus inter illos, qui eodem tempore ad eandem dignitatem sint promoti. Fingitur casus, duo à Munificentissimo Rege nostro fuerunt ad eandem dignitatem, eodemq; tempore adepti, puta ambo creati Regentes Reg. Cancel. vel Reg. Cons. vel Præsidentes R. C. quis nam eorum præcedentiam consequatur.

Curiosa est huiusmodi quæstionis indagatio, cum quotidie contingat controuerti, ideò hæsitationi locus funditus remouendus est, proindè pro constanti regulam firmamus, vt scilicet inter plures
2 Magistratus, seù officiales eodem tempore creatos ille præferri debeat, qui maioribus qualitatibus seu prærogatiuis refulget, ità *Præs. de Franc. dec.* 365. *Garc. Mastrill. dec. Sicil.* 130. *nu.* 19. *vol.* 2. *& de Magistr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 14. data enim pari-
3 tate temporis, ille dicitur dignior, qui plures habet, & maiores qualitates præcedendi, *Bursat. cons.* 443. *nu.* 16. *lib.* 4. *Decian. cons.* 84. *nu.* 14. *l.* 5. *Reg. de Ponte cons.* 14. *nu.* 43. *Cons. de Georg. alleg.* 35. *nu.* 19. 20. *August. Barbos. de canonic. dignit. cap.* 18. cum multis allegatis per *Castill. de tert. deb. tom.* 7. *cap.* 41. *nu.* 36. 37.

4 Hinc videndum, qui nam dicantur maioribus qualitatibus, seù prærogatiuis collustrari, vt valeant præcedentiam consequi.

5 Itaque primus est, qui doctoratus insignia prius accepit, & ideò præcedentiam habet, ità Pet. *Leonard. de priuil. doct. p.* 3. *quæst.* 4. *Reg. Valenz. cons.* 34. *nu.* 33. *& 66. cum seqq. Garc. Mastrill. dec. Sicil.* 130. *nu.* 21. 22. *Ricc. in addit. ad dec.* 365. *Præs. de Franch. Marta in vot. nouiss. dec. vot.* 101. *nu.* 6. *Hermosil. ad Greg. Lop. ad glos.* 2. *proe. par.* 5. *nu.* 29. *Mastrill. de Magistr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 14. *Præs. de Franch. dec.* 144. *nu.* 1. *Reg. Tap. dec. Ital.* 21. *n.* 5. quod fuisse decisum
6 testatur in quæstione vertente inter Cæsarem Vitellum, & Iacobum Antonium de Bottis, qui eodem tempore Reg. Consil. fuerunt creati, sed præcessit Vitellus, dùm ipse primo gradum doctoratus fuerat assecutus.

7 Si autem sunt duo doctores, eodem tempore doctorali Laurea decorati, tùnc ætate maior præcedit, *Cass. in catal glor.*
8 *mund. par.* 7. *consid.* 46. *Mastrill. cons.* 136. *nu.* 6. *inter Cons. Fab. de Ann. l.* 2. *Mastrill. de Magistr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 15. aut ille, qui vtriusque Iuris Doctor est, cum præfera-
9 tur illi, qui vnius tantum gradum assumpsit, *Gramat. cons.* 116. *vol.* 2. *Frecc. de sub. feud. tit. quis dicatur Dux nu.* 41. *Vrsil. ad Afflict. dec.* 1. *nu.* 18. *Præs. de Franch. dec.* 144. *nu.* 3. idem inquit *Dec. in l. cum quid, ff. si cert. pet. at. August. Barbos. de canonic. dignit. cap.* 18. *nu.* 4. *Gars. Mastrill. de Ma-*
10 *gistr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 19. aut ille, qui Aduocati munus exercebat, ad *text.* & ibi *Alber. in l. laudabile, C. de Aduoc. diuers. iud.* latè prosequitur *Cassan. catal. glor. mund. par.* 7. *consid.* 18. *cum seq. & p.* 4. *consid.* 43. *Cirus Mastrill. cons.* 138. *n.* 13. 14. *Mastril. de Magistr. l.* 5. *cap.* 4. *n.* 37. nisi per annum aduocationis munus exercere desijsset;
11 Aut ille, qui lector est *Boer. de auct. Mag.*
12 *Cons. nu.* 145. *Reg. Lanar. cons.* 72. *num.* 3. *Reg. Tap. dec. Ital. Senat.* 21. *nu.* 9. is nam-
13 que præponi debet, qui alium superat cooperatione laborum, *l. contra publicam, C. de re milit. l.* 12.

14 Secundò, qui edidit aliquem librum siuè legalis, siuè cuiusque scientiæ, quo casu præferendus est, vt latè declarat

Digitized by Google

Caſſan. in catal. glor. mund. par. 10. *conſid.* 28. ſequitur *Rebuff. in tract. de nominat. quæſt.* 21. *nu.* 49. *Iac. Ben. de priuil. doctor. par.* 3. *nu.* 6. *Fab. de Anna conſ.* 135. *nu.* 1. *Maſtrill d. conſ.* 136. idemque firmat *Carau. rit.* 101. dicens vnum notabile, vt ſcilicet hæc prærogatiua præcedat præ-
15 rogatiuam nobilitatis, itaut inter *DD.* ille, qui libros compoſuit præferatur, data paritate temporis, & ætatis Doctori nobiliſſimo, *Ricc. in addit. ad Præſ. de Franc. dec.* 144. *verſ. ſecunda, Garſ. Maſtrill. de Magiſtr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 23. *Auguſt. Barboſ. de canonic. dignit. cap.* 18. *nu.* 6.

16 Imò aliqui voluerunt, vt is, qui libros compoſuit præferatur alteri, qui prius doctoratus gradum ſuſcepit, *Caſſ. in catal. glor. mund. par.* 10 *conſid.* 28. *Petr. Rebuff. de nominat. quæſt.* 21, *nu.* 49. *Iacob. Ben. de priuil doct. par.* 3. *nu.* 6. *Carau. rit.* 101. *nu.* 6. *Conſ. Anna conſ.* 136. *nu.* 52. Reg.
17 *Rouit. dec.* 65. *nu.* 2. Verum in contrarium ſucceſſit deciſio, quam refert *Reg. Rouit. dec.* 65. *in fin.* contra ipſum promulgatam, nàm tempore, quo ipſe Conſiliarius fuit creatus, præcedere ſuppoſuit collegas eodem tempore electos, eo quod comentarium ſuper pragmaticis typis dedit, ſed ſuccubuit, dum fuit iudicatum, vt priores graduati præcederent, vt refert idem *Rouit. d. dec.* 65. *in fin.*

18 Tertiò, qui refulget meritis paternis præcedentiam rectè poſtulat, *Ricc. in addit. ad Præſ. de Franch dec.* 144. *verſ. tertia*. Inde eſt, quod Officialis filius Doctoris, præfertur alteri officiali tali prærogatiua carenti, *l. iubemus, C. de aduoc.*
19 *diuerſ. iudic.* vbi *gloſ. in verb. ſumptibus, Bar. ibid. & in l. nemini, C. eod. tit. Alex. ad Bart. in l.* 1. *C. de dignit. &c. l.* 12. *Io. de Platea in l. in filijs, C. de decurion. l.* 10. *Rebuf. in tract. de nomin. q.* 21. *nu.* 18. *Fab. de Anna conſ.* 135. *nu.* 1. *Maſtrill. conſ.* 136. *n.* 36. *& ſeq. inter Conſ. eiuſdem Fab. de Anna l.* 2. *Garſ. Maſtrill. de Magiſtr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 16. *Auguſt. Barboſ. de canonic. dignit. cap.* 18. *nu.* 7. duo enim vincula, vbi concur-
20 runt, faciunt aliquem magis honorandum, ſic Officialis Baro præcedit non Baronem, ſecundum *Rimin. ſen. conſ.* 92. *nu.* 2. *l.* 2. *Tiraq. de nobil. cap.* 17. *in ſpecie*,
21 *Menech. conſ.* 126. *n.* 7. *&* 15. ſic etiam miles, & Doctor præfertur Doctori tantum, *Alex. in l. centurio col.* 5. *verſ. adde tamen de vulg. & pupil. ſubſtit. Tiraq. in tract. de nobil. cap.* 4. *nu.* 8. *Garſ. Maſtrill. loc. prox. cit. nu.* 18. *&* 21.

22 Quartò, qui prius fuit nominatus in literis creationis precedentiam conſequitur, *l. qui ſoluendo non erat ſeruum*, vbi *gloſ. & l. qui ſoluendo non erat duos Apollonios de hered. inſtit. l. cum pater*, §. *ante, ff. de leg.* 2. *cap. ſi quis iuſto*, §. *verum in fine*, vbi *gl. verſ. nominatus de elect. in* 6. *Fab. de Anna conſ.* 406. *nu.* 12. *Ricc. in addit. ad Præſ. de Franch. dec.* 144. *verſ. & primo Garſ. Maſtrill. de* Magiſtr. *lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 24. *&* 25. *Reg. de Ponte conſ.* 14. *nu.* 58. *Auguſt. Barboſ. de canon. dignit. cap.* 17. *nu.* 15. talis enim ordo arguit etiam ordinem prelationis, quia præſumitur maior, *gloſ. in cap. quorundam de elect. in* 6. *Anna conſ.* 40. *nu.* 12. *& conſ.* 135. *nu* 4. *Reg. de Ponte conſ.* 14. *nu* 58. *Præſ. de Franch. dec.* 138. *Reg. Tap. dec. Sup. Sen. Ital.* 21. *nu.* 1. *Caſtill. de tert. deb. to.* 7. *c.* 41. *n.* 44. dicens, ordinem
23 ſcripturæ attendi in electione plurium inſimul facta, idem firmat *Garſ. Maſtrill. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 24. *de magiſtr.* vbi etiam alteram præcedendi prærogatiuam addit, dicit namque *Maſtrill. nu.* 28. inter illos eodem tempore ad idem officium pro-
24 motos eum præferri, qui exequutionem ſuarum litterarum prius cõſequutus fuit, *Afflict. dec.* 253. *Gabedo dec.* 3. *nu.* 7. *Præſ. de Franch. dec.* 144. *in fin. Caſtill. ibid. nu.* 46. præſentans enim prius literas ſuas precedentiam habet, ad *text. notab. in cap. duobus, verſ. ſi verò de reſcript. in* 6. *Garſ. Maſtrill. loc. cit. nu.* 29.

25 Quintò, ſeniores, iunioribus ętate, præferuntur, ſi in cæteris ſint æquales, ad *text. in l. ſemper in princ. ff. de iur. immun. l. vlt. C. de tyron. lib.* 10. *Garſ. Maſtrill. de magiſtr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 42. *Reg. Rouit. dec.* 65. *nu.* 1. *ex tex. vbi gloſ. in l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* latè *Port. Imol. conſ.* 70. in tantum, quod in electionibus, & ſuffragijs, ſenio-
26 res iunioribus præponuntur, *l. Alexandrinis, C. de decur. lib.* 10. *Iaſ. conſ.* 192. *l.* 1. vnde Ariſtotelis dicebat, naturam humano generi dediſſe hos ſeniores, alios iuniores, quorum quidem primos principari, ſecundò verò ſubijci.

27 Quibus etiam adde, alteram prȩceden di causã, vtpotè nobilitas eſt, vndè inter plures magiſtratus eodem tempore electos nobiles prȩferuntur, §. 1 *in verb. viri*

ob-

Digitized by Google

obſcuri, §. *interim*, *in ver. vniuerſi nobiliores*, §. *vlt. auth. de defenſor. Ciuit. gloſ. in cap. ſtatuimus*, *verſ. potiorem*, *de maiorit. & obedien. Cepoll in tract de Imper. milit. eligen. in cap. incip. nobilitatis*, *n.* 23. *Laud. in tract. de Official. domin. cap.* 38. *incip. magiſtratus debent*, *Borrell. de poteſt. Proreg. cap.* 4. *nu.* 2. *Viu. dec.* 455. *nu.* 2. & optimè *Alberic. in auth.* Præſides, *C. de Epiſc. audien.* & latius materiam proſequitur *Garſ. Maſtrill. de magiſtr. lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 8. *cum ſeq. & lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 40.

28 Sextò præcedit, qui de alio magiſtratu ad præſentem, de cuius præcedentia agitur aſſumptus fuit, *l.* 1. vbi *Io. de Platea in* 2. *notab. C. de Conſul. lib.* 12. *Rebuff. in tract. nominat. queſt.* 21. *nu.* 2. *Garſ. Maſtril. de magiſtr. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 26. *Auguſt. Barboſ. de canonic. dignit. cap.* 18. *nu.* 3. etenim rationabile eſt, vt qui in dignitate eſt conſtitutus, & iuſtitiam rexit, ac adminiſtrauit, antecellat illum, qui dignitatem non habuit, ac iuſtitiam adminiſtrari efflagitauit.

29 Et ita pluries fuit obſeruatum, prout euenit in anno 1566. nam cum fuiſſent creati Præſidentes R. C. S. Alphonſus de Salazar, Annibal Moles, & Franciſcus Antonius Dauid, contendentes de præcedentia inter ſe, fuit iudicatum, vt præcederent dicti Alphonſus, & Annibal, dum ipſi iudicatus M. C. V. munus tempore collationis exercebant, ſicque in
30 dignitate conſtituti erant, quod in perſonam Dauid ſecus erat, qui dum eſſet Aduocatus, coram ipſis, & in eorum Domibus multoties comparuerit, & ab illis ius poſtulauit, vt teſtatur *Præſ. de Franc. dec.* 144. vbi etiam aliam deciſionem refert in cauſa inter Scipionem Buccinum, & Berardinum de Sancta Cruce, & de eadem meminit *Reg. Tap. dec.* 21. *nu.* 4.

31 Alteram quoque deciſionem tradit, idem *Præſ. de Franch. dec.* 365. vt ſcilicet creatis duobus Ducibus vno, eodemque tempore, quorum vnus erat iam Comes, alter verò nullum titulum habebat, fuit prælatus in ſedendo alijs, qui titulum Comitatus habebat.

Quid autem erit, ſi omnes tempore electionis dignitate carent, ſed alter illam habuit, quam indè deſijt, nunquid ex hoc dumtaxat collegas præcedet?

32 Et pro negatiua opinione ſe offert argumentum, quod ex *text. in l.* 1. *C. de conſul. lib.* 12. elicitur ibi diſponitur, quod is, qui ſemel aſſecutus fuit dignitatem illam continuat, nec dimittit, adeout tempore, quo promouetur ad aliam dignitatem, reperitur in adminiſtratione, & exercitio precedentis, quam nunquam dimiſit; hinc eſt, quod quando illam ſemel dimiſit, tùnc illa ſemel dimiſſa non prodeſt amplius ad tribuendam aliquam præcedentiam in dignitate de nouo delata, ità punctualitèr tradit *Odofred. in l.* 1. *verſ. ſecundo dicit*, *C. de conſul. lib.* 12. in-
33 quiens per illum *text.* quod ſi aliquis conſul, deponat officium Conſulatus, & poſtea ipſe, & quidam alius ſimul conſules eliguntur, qui primo fuit conſul, & iterato eligitur cum alio, non propterea debet præcedere collegam, nam repetita dignitas, illam non auget, ſed meritatantum comprobat iterata electio, hoc idem ſequitur *Iacob. Rebuff. in d. l.* 1. *nu.* 5. qua doctrina innixus *Reg. Rouit. dec.* 65. *nu.* 6. ad propoſitum dixit, quod dignitas
34 ſemel dimiſſa non prodeſt ad iterum aſſequendam eandem dignitatem, multò minus prodeſſe debet in aſſequendo maiorem dignitatem.

35 Verùm in contrarium eſt ſtylus, quem refert *Reg. Tap. dec. Ital. Senat.* 21. *ex Præſ. de Franch. dec.* 144. qui vnanimiter obſeruant, quod inter duos eodem tempore ad eandem dignitatem promotos, præcedat is, qui antea in dignitate fuit conſtitutus, puta ſi vnus fuit Iudex, alter non, ille Iudex, etſi actu iudicatu careat, præfertur alteri priuato in aſſequendo dignitatẽ, & hęc conſuetudo ſummoperè attendenda eſt in precedentijs, *Bald. in cap.* 1. §. *Marchio*, *col.* 2. *verſ. ex quo ordine*, *de his*, *qui feud. dar. poſſ. in cap. cum olim in* 1. *notab. ext. de conſuet. Affl. in proem. conſt. verſ. vigeſimo ſexto col.* 1. *in fin.*

36 Imò ſtylus huiuſmodi iuribus comprobatur ex *te*[illegible] *in l.* 2. *C. vt dignit. ordo ſeru. l.* 12. *& text. in l.* 2. *C. de Præfect. Præt. l.* 12. in primo diſponitur, vt illi, qui vacant ab officio, quod adminiſtrauerunt, & poſtea deſierunt adminiſtrare, præferantur honorarijs: in ſecundo ſtatuitur, quod inter plures eodem tempore officiales creatos, is præcedat, qui in adminiſtratione vacauit.

37 Quibus etiam facit, quæ ſupra diximus,

Digitized by Google

mus, vt ſcilicet is præcedat inter illos eodem tempore electos, qui maioribus qualitatibus decoratur, cum ille dicatur maioribus dignitatibus colluſtrari, qui prius fuit officialis, iuſtitiam rexit, diſtribuitque, dignitatem habuit, hominumq; ſubiectionem, vndè dignior eſt, proindè præcedere debet, ſecundum *Reg. Tap. dec. Sen. Ital.* 21.

38 Verum ſi inter hos duos ad dignitatem eodem tempore adeptos, ſit alter, qui Iudicatui actu præeſt, & alter, qui huiuſmodi dignitatem conſequutus fuit, ſed actualiter ab ea deſtitutus comperitur, is præcedit, qui tempore collati muneris Iudex eſt, hic enim maioribus prærogatiuis, & præheminentijs, qualitatibuſque decoratus reperitur tempore electionis, proindè præcedentiam habet, *Bart. in l.* 1. *ff. de obſeq. à lib. patr. in l.* 1. *C. de alb. ſcrib. in l.* 1. *C. de conſul. lib.* 12. *Præſ. de Franch. dec.* 365. *Maſtrill. de magiſtr. l.* 5. *cap.* 4. *nu.* 14. *& dec.* 130. *nu.* 19. *Reg. Tap. dec. Sup. Sen. Ital.* 21. *nu.* 6.

39 Quod etiam ſuadetur, quia ille dicitur dignior, qui tempore electionis in dignitate conſtitutus eſt, *Burſat. conſ.* 443. *nu.* 6. *l.* 4. *Decian. conſ.* 14. *l.* 4. *nu.* 5. *Reg. de Ponte conſ.* 14. *nu.* 43. *Conſ. de Georg. alleg.* 35. *nu.* 19. *&* 20. *Auguſt. Barboſ. de canonic. dignit. cap.* 18. *nu.* 2. nec conſideratur dignitas habita à collega, quia illa remota
40 dicitur, ſed proxima, & actualis ſpectanda eſt, præterita inquam dignitas ſtatum nec auget, nec præcedentiam confert, contra illum, qui actualiter dignitatem retinet, *text. eſt in l.* 1. *C. de conſul. l.* 12. vbi *Odofred. nu.* 1. *verſ. ſecundo dicit, Iacob. Rebuff. in l.* 2. *C. de Præfect. Prætor. lib.* 12. *nu.* 20. *ibique Io. Platea nu.* 3. latè *Reg. Rouit. dec.* 65. vbi per totam ferè *dec.* articulum tractat, & præcedentiam nullo modo dari ex dignitate habita, concludit, ſicq; deciſum prodijt in fine, vt eſt videre.

Sed ante prædictam *dec.* proditam à *Reg. Rouit.* fuit identice, idem articulus hæſitatus inter Ferdinandum Fornarium, & Auguſtinum Carauita, vt teſtantur *Præſ. de Franch. dec.* 144. fuerunt illi eodem tempore Regij Conſiliarij creati, Carauita præcedere ſuppoſuit Fornarium innixus, quia Iudex M. C. & in ciuilibus, & in criminalibus fuit. Dicebat Fornarius ipſum præcedere debere, quia tempore collati officij Iudex erat, deciſio prædicta non prodijt, ſed vidit præcedere Fornarium, *Præſ. de Franch. dec.* 144.

41 Vndè concluditur, quod is præcedit inter illos eodem tempore electos, qui in dignitate eſt, ſiuè maiori, ſiuè minori, etſi alter collega ſimilem, vel maiorem dignitatem habuerit, ſed actu non habet; ſi autem omnes eadem dignitate fruuntur tempore electionis, is præcedit, qui in dicta dignitate præcedere conſueuit, vt fundat *Reg. Tap. dec. Sup. Ital. Senat.* 21. *nu.* 10. in huiuſmodi enim præcedentijs ſola ipſa quaſi poſſeſſio, & conſuetu-
42 do attendenda eſt, quæ locum aſſignat, *Bald. in cap.* 1. §. *Marchio, col.* 2. *verſ. ex quo ordine de his qui faud. dar. poſſ. cap. cum olim* 1. *not. ext. de conſuet. Afflict. in proem. conſt. verſ. vigeſimo ſexto col.* 1. & ſecundum hanc quaſi poſſeſſionem in materia præcedentiæ eſt iudicandum, *Cardin. Zabar. conſil.* 62. *col.* 2. *Menoch. conſil.* 51. *num.* 40. *conſ.* 126. *num.* 6. *Conſil. Anna conſ.* 40. *num.* 10. & latè *Reg. Rouit. dec.* 65. *num.* 7.

43 Si verò alter maiorem dignitatem retinet, alter verò minorem occupat, exemplum eſt, vnus Fiſci Patronus M C. reperitur, alter Iudex eiuſdem Tribunalis eſt, tunc non ambigitur, quin Iudex præcedere debeat, quemadmodum cæteri, qui in maiori dignitate ſunt, vt probat *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de offic. magiſtr. iuſtit. nu.* 18. *Reg. Tap. dec.* 21. *nu.* 12. & ratio eſt, quia maiorē dignitatē habet tēpore collati muneris, quod attenditur inter eos eodem tempore creatos, & amplius quia Iudex in poſſeſſione præcedendi eſt, contra Fiſci patronum in cunctis functionibus, negotijſuè, vt ſuperius latè demonſtrauimus, vt ibi eſt videre.

44 Sed in contrarium ſic arguit fouens Fiſci Patroni partes, nimirum Iudex, vt valeat nouam dignitatem ſuperiorem nanciſci, tenetur Sindicatui parere, *l.* 1. *C. vt omn. Iudic. prag.* 1. *de ſindic. offic.* & ob id iudicatus dignitatem derelinquere videtur, & proindè quando accedit ad adipiſcendum nouum officium priuatus homo dicitur, quod in Fiſci Patrono non iudicatur, quia cum Sindicatui nō ſubijciatur dignitate indutus accedit ad nouum officium, & ideo ille, qui fuit Iudex præcedentiam conſequi non poteſt.

At

Digitized by Google

At facili negotio reijcitur hoc argumentum, etenim ad tribuendam præce-
45 dentiam in assequendo nouum munus, sufficit, vt quis reperitur in maiori dignitate tempore electionis, & collati muneris, vt præter *DD. sup. cit.* latè fundat *Camill. de Laratt. cons.* 87. *nu.* 53. *&* 54. sindicatus verò non præstatur, quia iam desijt
46 primum officium, sed vt valeat nouum adipisci, proindè illud non habetur in consideratione, cum in simili iudicatur in renunciatione hereditatis facta ab Ecclesia, nam etsi non possit Ecclesia, neque
47 alienare, neque in alium transferre res suas absque assensu Apostolico, tamen quando renunciare velit hereditatem, non requiritur assensus, quamquã vt valeat renunciare indiget, vt antea acquirat, quia ille actus acquisitionis subordinatus est ad renunciationem, & sic non venit considerandus, vt diffusè agit *Præs. de Franch. dec.* 114. & decisum refert, & ità àsimile dicendum est in casu nostro, nam actus præstationis sindicatus non fit, quia officium desijt, sed quia nouum tenetur officium adipisci, & sic deficit argumentum:

48 Et ita fuit pronunciatum, nàm cum fuerunt creati Reg. Consil. Scipio Brandolinus, & D. Christopharus Morales, primus Iudex erat M. C. V. secundus Regius Auditor Generalis exercitus, supposuit Brandolinus vti maiori dignitate decoratus præcellere Morales, qui obijciebat, quod etsi iudicatus sit maior dignitas, nihilominus quia Brandolinus indigebat sindicatum præstare, quo fit, vt dicatur dignitate huiusmodi spoliatus, quod in ipso non verificatur, nàm cum sit à sindicatu immunis, videtur ad maiorem dignitatem accedere dignitate primæua indutus. Verum fuit per Collaterale Consilium iudicatum ad relationem Marchionis Belmontis Reg. Tapia, vt præcederet Brandolinus, vt Iudex M. C. teste *Io: Baptista Thoro in compend. tom. 2. verf. Præcedere, fol.* 482. *& propriè, fol.* 483. *col. 1. in princ.*

49 Quod nuper fuit iudicatum per Reg. Collaterale Consilium mense Feb. 1657. inter me, Dom. Erasmum de Ponte natalium candore, doctrina, & integritate magnopere conspicuum, & qu. Honophrium de Palma, siquidem fuimus nos electi Regij Consiliarij eodem tempore, Palma proposuit præcedere, quia etsi Fisci Patronus M. C. reperiebatur, at ego, & Dom. de Ponte Iudices illius, tamen dicebat, nos parituros esse sindicatui, & proindè dici spoliatos dignitate, quod in eo non sic, quia sindicatu non tenebatur. Verum fuit determinatum ad relationem Domini Marchionis Matontis Reg. Zufia, vt ego, & Dom. de Ponte præcedamus dictum Palma, & ità exequutum, Villanus est scriba à mandatis.

50 Ex his dictis vidimus iam causas, quæ præcedentiam dant, inter illos eodem tempore creatos, succedit quæstio, si causam præcedendi tribuat tempus datę prouisionis contra eum, qui fuit admissus, & possessionem nactus. Exemplum est; fuit quidam creatus Officialis, deindè alter fuit ad idem officium allectus, hic secundus ante primum creatum, possessionem cæpit, dubitatur, numquid primus tempore datæ præcedat secundum posteriorem in tempore prouisionis, sed anteriorem tempore possessionis?

51 Aliqui tenent, Officiales anteriores tempore creationis præcedere debere cæteros posteriores in prouisione, licet in possessione priores, ità *Reg. Valenz. cons.* 34. *nu.* 37. *tom.* 1. *Gonzales in suis var. quæst.* 4. *per tot. August. Barbos. de canonic. dignit. cap.* 18. *nu* 8.

52 Quod probatur ex *l. sancimus* 4. *C. de consul.* ibi, *& in adoranda nostra purpura, vel in consequendis cunctis consulum honoribus. & priuilegijs ex anteriori tempore prouectionis ordinem sibimet nouerint vindicandum,* & concordat cum *cap. si à*
53 *sede de præben. in* 6. & ratio est, quia ingratiosis attenditur tempus datæ, *cap. eam te de rescript. Rebuff. resp.* 24. *verf. contrarium. Reg. Valenz. cons.* 34. *l.* 1. *Reg. Tap. in comment. ad l. fin. ff. de const. Princip. nu.* 13. *& dec.* 21. *Senat. Ital. nu.* 17 *&* 18. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 154 *n.* 5. *lib.* 2. *Præs. de Franc. dec.* 62 *Cons. Afflict. dec.* 253. *nu.* 3. *Cons. Anna cons.* 42. *nu* 10. *Frecc. de subsæud. pag.* 97. *nu* 66. *Gabed. dec.* 3. *nn.* 2. Vndè rescrip-
54 tum prius in data præualet secundo posteriori, *cap. capitulum Sanctæ Crucis de rescript. cap. si duobus, ibique glos. eod. tit. in* 6. *Ioann. Gratian. reg.* 404. *nu.* 1.

55 Præterea, gratia Principis eo ipso, quod est facta, dicitur perfecta; etiam si exe-

Digitized by Google

exequuta non esset, *Lap. alleg.* 17. *Surd. cons.*103.*nu.*7.*Molin.de primogen.Hispan. lib.*2.*cap.*7.*nu.*46.Princeps enim officium concedendo; administrationem, & præ-
56 cedentiam concessisse videtur, à die creationis, & datæ, non expectans actum possessionis; quoniam quod Princeps dari mandat, pro dato habetur *l. fin. C.de annon. ciuil. Luc. de Penn. in l.fin.C.de locat. prædior. ciuil. lib.* 11.& latè *Camill.de Larath.cons.*87.*nu.*55.*& seqq.*cum Princeps
57 tanquam lex animata potest transferre dominium, & possessionem absque traditione, ad *tex.in l.fin.C.de Sacros.Eccles. l.*1.*C.de leg.auth.de consul.*§.*penult.collat.* 4.vbi *glos.vers.legem animatam.*

58 Alij verò tenent, quod qui præuenit in apprehendenda possessionem, ex antiquiori receptione, præcedere debet alios, quamuis sint priores in prouisione, & posteriores in possessione, ità *Cephal. cons.*644.*nu.*5.*Gonzal. ad reg.*8.*Cancellar.*§.3.*proem.nu.*23.*cum seq.Mich.Ferrus de præceden. Eccles. quæst.*10.*nu.*9.*cum seq. Mohedan. dec.*21.*de renunc.nu.*1.*vers. nam cum locus.*

59 Sed in hac opinionum disparitate distinguere puto, nàm aut sumus in officijs, annexam non habentibus administrationem, & tùnc tempus datæ, & concessæ gratiæ, aut priuilegij attenditur, vt præcedentiam quis obtineat, *Gambar. de offic. & potest. leg.l.*11.*nu.*496. *Anna cons.* 42. *nu.* 10. *l.*1. *de Franch. dec.* 62. *Valenz. cons.*34. *nu.*37. cum alijs per *Castill. de tert. debit.tom.*7.*cap.*41.*n.*62.prima enim
60 Principis donatio posteriori præfertur, *l. prædia, C. de locat. prad. ciuil. lib.* 12. *Gayll.pract.obser.lib.*2.*obser.*55. & conferunt superiora exarata.

61 Aut verò sumus in officijs administrationem continentibus, & tùnc tempus adeptæ possessionis, & administrationis officij attenditur, proindè his præfertur, qui prius administrare cæpit, *Caputaquen. dec.*357.*nu.*2.*p.*2.*Seraphin.dec.*437. *nu.*3. *Rot. dec.*2.*nu.*1.*de consuet.in nouis.& dec.*867.*nu.*1.*in collect.per Farinac.par.*4. *Gratian. dec. March.*16. *Ricc. in prax. for. Eccles.resol.*555.*in*2.*edit.Gabed.dec.Lusit.* 5.*nu.*4.*par.*1. *Marc.Ant.Genuen.in pract. Archiep. Neap.cap.*52.*Rota dec.*44.*nu.*1.*p. recent. Iudex Tasson.prag.de antef.vers.*3. *obser.*2. *nu.*31.*Præs.de Franch.dec.*62.144. *&* 393.*Augus.Barbos.de canon.dignit.cap.* 18.*nu.*12.idem firmant *Frecc. de subsæud. lib.*2.*vers.quis dic.Dux, nu.*44.*Marc.Ant. Surg. lib.*2. *de Neap. Illustr.cap.*27.*nu.*40. *Becc. cons.*192. *nu.*3. *Cassan.in Catal.glor. mund.par.*4.*consid.*17.*vers.non solum, Reg. Sanfelic. dec.*333.*n.*9.*Reg.Valenz.cons.*34. *nu.*36. *lib.*1. *Reg. Tap.dec.Sup. Senat.Ital.* 21. *Reg. Constan.in l.*1.*C.de consul.lib.*12. *num.*26.

62 Quod ratione, ac iurium dispositione vltrà prædicta *DD.* placita fundatur, ratio est, quia in præcedentijs possessio, seù quasi muneris actenditur, non autem dies collationis, siuè elargitionis, & ipse anteferendus est, qui prior possessionem adeptus fuit, non enim prodest creatio, nisi sequuta sit administratio, nec verè officialis dicitur, nisi capta possessione, *l. sed, & milites,* §. *quæsitum, ff. de excus. tut.*vbi *Bald.& in l.*2.*C.de consul.*

63 Idemque probat *text.in l.nemo, C.de magistr.offic.*ibi, *vel labor prolixior in l.*2. *C. de primit.* ibi, *temporum ratione calcata, in l.*1.*C.de primipil.*ibi, *Commoda primipilatus post administrationē incipiunt, in l.*1.*ff.de alb.scrib.*ibi, *Antiquissimus quisque prior,* idem firmat *text.in cap.vlt.*75. *distin.in cap.statuimus.* iuncta *glos.de maior. & obedien.* cum dicat, quod is præfertur, qui prius literas præsentauit.

64 Hinc *DD.* tradiderunt, quod vnius momenti spatium sufficit ad præcedentiam tribuendam, *Mastrill.de magistr.l.*5. *cap.*4.*Larath.cons.*87.*nu.*1.*Reg.Sanfel.dec.* 296. *nu.*2. *Reg. Galeot. controu.illustr.l.*2. *cap.*45. *nu.*8. *Pat.* Molfes. *cons.*15. *nu.*15. *Castill. Sotomayor de tert.debit.tom.*7.*cap.* 41.& constat ex *text. in cap.cum Ecclesia sutrina de caus.possess.& propriet.*vbi *Abb.* & alij, quem *text.*adducit *Andr.de Isern. in cap.*1. §.*similiter in ostenditys de capit. Corrad.* imò vnicus actus, & singularis
65 sufficit, vt quis constituatur in possessione præcedendi, *Bart.in l* 1.§.*hoc interdictum, ff. de itiner. actuq; priuat.Anna pater alleg.*131. *Castill.loc.cit.nu.*59.*&* 61.

66 Idemque altera ratione comprobatur, nam in officijs alia qualitas non attenditur ad præcedentiam conferendam, nisi temporis, quo quis ingressus est in Consilium, siuè ad officium, *Afflict.dec.*1. *nu.*7. dicens, quod qui prior ingreditur, dicitur maior, & ille, qui posterior, mi-
67 nor vocatur, licet sit prior, aut ætate maior, aut doctrina excelsior, aut qualitate

su-

Digitized by Google

ſublimior, aut ſanctitate dignior, exemplum eſt in perſonam Diui Iacobi minoris, idemque probat *Thor. in comp.par.2. verſ.præcedere, fol.426.* in officijs enim
68 annexam habentibus adminiſtrationem, vt valeat quis priuilegijs gaudere, tria copulatiuè requiruntur, vtpotè electio, acceptatio, & adminiſtratio, *Marc. Ant. Surg. de Neap.Illuſtr.lib.1.cap.4.nu.28.ex text. in l. publicus, ff.de condit.& demonſtrat. Bart.in l.1.C.de dignit.Pariſ.de Puteo de ſyndic.verſ.electio, cap.3.nu.1. Affl. dec.62. nu.10. Boer.dec.150.ool.2.Frecc.de ſubfæud. l.2.tit.quis dicat.Dux, nu.64.* &
69 hoc poſtremum requiſitum ſummopere ſpectandum eſt, cum ex ipſo perfici dicatur magiſtratum, *l.1.ff.de offic.Præfec. Auguſt. Præſ.de Franch. dec.62.& 144.*
70 *Pat. Molfeſ. conſ.15. nu.* 20. & tùnc quis denominatur officialis, quando adminiſtrationem ceperit, *Frecc. loc. cit. nu.* 50. *Præſ.de Franch.dec.62.n.10.Anna conſ.42*
71 ac eatenus ſalarium debetur,idem *Frecc. d.loc.nu.56.Taſſon.pragm.de antef.verſ.3. obſer.2.nu.*3.imò ſi officialis nouitèr creatus iuramentũ occaſione muneris ſuſcepti
72 præſtiterit, ſed officium non exercuerit, nec etiam præcedere valeret, neque ſalarium haberet, vt firmat *Taſſon. loco cit.* & ità fuit deciſum,nàm Antonius de Au-
73 ria fuit creatus Collateralis Conſiliarius, cumque Hiſpania domicilium haberet,
74 iuramentum per Procuratorem præſtitit, prout de iure permictitur, *cap.* 1.§.1.
74 *per quos fiat inueſt.* B*al. in cap.ſancimus il* 1. *quo temp.mil. Aret. in l.Gallus,* §.*forſitan, ff. de liber.& poſthum.* indè Neapolim venit, & adminiſtrare cæpit, petijt ſalarium ipſi eſſe ſoluendum à die iuramenti, fuit tamen iudicatum,deberi ſalarium à die adminiſtrationis.

Vndè ex his concludimus, quod inter plures electos is præcedit, qui muneris quaſi poſſeſſionem prius nactus fuit, etſi alter Collega collationem muneris anteriorem haberet, aut dtgnitatem aliquam,quæ præcedentiam alioquin conferret, retineret.

75 Quæ opinio adeò vera eſt, vt procedat etiam ſi per collegam non ſteterit,vt poſſeſſionem prius non cæperit propter aliquod impedimentum, vel aduerſæ valetudinis, vel litis, vel facto Principis procedentem, vel caſu, vel alterius cauſæ etiam iuſtæ, vel ſi fuerit impeditus in expeditione alicuius rei ſibi commiſſæ; aut à Reipublica, aut à Rege, cum etiam prior in ſuſceptione poſſeſſionis priorem locum occupauerit,*Gonzal.ad reg.8.Cancell.*§.*3.proem.nu.24.Surd.conſ.374.Card. Bellarmin. in add. ad Gregor.XV.dec.341. in fin. Auguſt. Barboſ.de canon.dignit.cap.* 18. *nu.*13. quì limitare videtur, quando impedimentum euenit culpa, cauſa, aut
76 facto aduerſarij, ex doctrina *Gregor.XV. dec.341. nu.1.Cabed.dec.Luſit.5.nu.4.p.1. Afflict. dec.302. n.1.Gonzal.loc.cit.nu.43. Auguſt.Barboſ.nu.13.in fin.*

77 Etenim Rex in priuilegio, dum concedit officium more ſolito, non intendit, quod ex ſolo priuilegio transferatur dominium, donec præſtiterit iuramentum, & fuerit in hoc Regno exequutoriatum, iuxtà ſtatuta in Reg.pragmaticis, quibus non adimpletis, nullum ius poteſt cenſeri quæſitum electo, tanquam electio facta ſub cauſa, & qualitate per prius adimplenda, *cap ſi pro te de reſcript. in 6.Feder.de Sen.conſ.69.* & optimè ad rem noſtram *Reg.Conſtant.in l.vnic.C.de conſul. l.12. nu.28.* allegans *Rebuff. in tract. nominationum, quæſt.21.*vbi *nu.6.*ſole mnitèr deciſum refert, tùnc de præceden-
78 tia eſſe diſceptandum, quando omnes, inter quos de ea controuertitur, in actu poſſeſſionis, vel quaſi ſunt præſentes,ſed quando alter ex eis abſens eſt, tùnc illi dicitur antiquior, qui prius inſtitutus, & receptus fuit,quamuis abſens fuerit prius inſtitutus, quàm ipſe præſens.

79 Verum contrà hanc ampliationem cumulatur, impeditum non dici negligentem, *cap.quia diuerſitatem, de conceſſ. prabend. Flam. Pariſ. de retign.benef.lib.* 11. *quæſt.*13. *nu.*4. imò excuſari impedi-
80 tum impedimento facti, & remanere illæſum, *cap.ſignificante de pignor. cap.imputari de reg.iur.in 6.Rota dec.21.de præben. in antiq.* etiam à pena contemptus
81 ſecundum *Bald.in l.ſi cum dies,* §.*ſi quis, nu.1. ff. de recept. arbitr.*itidem à contu-
82 macia, *l.2.* vbi *DD.* §. *quod diximus,ff.ſi quis caution. l.ſancimus,* vbi *Iaſ.C.de Iud. Menoch.*cum alijs, quos glomerat *l.2.de arbitr. Iud.caſ.135.nu.3.Guttier.l.3 pract.*
83 *cap.34.nu.20.* inſuper à pena, & mora, *cap.ſicut de iureiur.* vbi *Hoſtien. & Abb. Bal. in l. non exigimus in addit. nu.* 3. *ff.*

Digitized by Google

ſi quis caut. in l. ſi cum dies in addit. nu. 3. *ff. de recep. arbitr. Gregor. Lopez l.* 37. *tit.* 11. *par.* 5. *gloſ.* 4. *Ludou. dec. Peruſ.* 105. *num.* 9.

84 Indè manat, quod legitimè impedito non currunt tempora, ab homine, vel à iure ſtatuta, *cap.* 1. *de præſcrip. cap. illud, cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præben. cap. ſi electio de elect. in* 6. *cap. ſicut in fin. de appell. Nauarr. conſ.* 8. *de renunc. nu.* 3. *Reg. Valenz. poſt multos conſ.* 44. *nu.* 28.

85 Ad quod comprobandum ea communiter affertur ratio, quia iuſtum impedimentum æquiparatur impoſſibili, vt tradit *Iaſ. in l. apud,* §. *conſtat, nu.* 7. *ff. de leg* 1. *Bero. conſ.* 88. *nu.* 35. *l.* 1. impoſſibilium
86 autem obligatio nullius entis eſt, ad *tex. in l. impoſſibilium, ff. de reg. iur. l. ſi ſtipuler, ff. de verbor. oblig. l. cum hæres,* §. 1. *ff. de ſtat. liber.* §. *impoſſibilis, inſtit. de hæred. inſtituen. cap. nemo de reg. iur. in* 6. idem probat *Bal. in cap. cam acceſſiſſent col.* 4. *de*
87 *conſt.* inquiens, impoſſibilia, vel minus difficilia eſſe extra naturam humanam.

88 Vndè impedimentum Principis mandato præcedens, iuſtiſſimum impedimentum nuncupatur, & quemlibet excuſat, per *text. in cap. in memoriam* 19. *diſtinct. cap. contra morem diſtin.* 100. *Bellam. conſ.* 16, *col.* 1. *Crau. conſ.* 33. *nu.* 2. *Montal. ad* 11. *for. l.* 1. *tit.* 4. *gloſ.* 5. *Mexia ad l. Tolet. alias de Taxa pan. tit. de los terminos par.* 2. *fundam.* 11. *nu.* 30. *cap. quid culpatur* 23. *quæſt.* 1. *cap. ſi Epiſcopus* 18. *diſtin. Azeucd. in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *recomp. num.* 45.

89 Quemadmodum etiam iudicatur iuſtiſſimum impedimentum, quod ex infirmitate oritur, & impeditus excuſatur, *Bart. in l. fin. ff. de reſtit. in integr. cap.* 1. §. *fin. de ſubſ. eud. vacant. in* 6. *Seſſe dec. Aragon.* 57. *nu.* 2. *Giurb. dec.* 9. *nu.* 8. *Bouad. in polit. l.* 2. *cap.* 16. *nu.* 40. & eſt *text. in cap.* 2. *de proc. in* 6. *cap. cum* Bertoldus *de re iud. cap. ex literis de in integr. reſtit. cap. ſi verè aliquis de ſentent. excomm. cap. quærelam de proc. Criſtin. dec.* Belig. 204. *nu.* 32. *verſ. abſentia,* Reg. *Rouit. in pragm.* 2. *de*
90 *admin. vniuer. nu.* 13. dicens, impedimentum infirmitatis compræhendi ſub impedimento abſentiæ, imò æquiparari impedimento neceſſariæ abſentiæ, idemq; probat *tex. in l. non enim, ff. ex quib. cauſ. maior.*

91 Vlterius comprobatur opinio rei iudicatæ authoritate, nàm cum fuerunt ad munus Regij Conſiliarij euecti Ioann. Valdeuieſo, Cæſar Freccia, & Iacobus de Franchis, Freccia, & de Franchis muneris poſſeſſionẽ cæpere. Valdeuieſo petijt præcedere Freccia de Franch. quia ipſe moram trahebat in partibus Hiſpaniæ, vnde itinere impeditus, non valuit vna inſimul poſſeſſionem capere, & fuit per Collaterale Conſilium iudicatum de anno 1613. quod præcedat Valdeuieſo prędictos de Franchis, & Freccia, vt teſtantur *Camill. de Larath. conſ.* 87. *n.* 47. *&* 48. *& conſ. ſeq. in fin. Thor. in comp. p.* 1. *verſ. præcedere an debeat officialis.*

92 Nihilominus non eſt diſcedendum à ſupra relata ampliatione, vt is præcedat, qui prius poſſeſſionem fuit aſſecutus contra collegam, & ritè impeditum poſſeſſionem nanciſci, nàm poſſeſſionis comodum magnum effectum producit, prȩcipuè in prȩcedentijs, vt is iudicetur prior, qui in poſſeſſione inuenitur, & in illa conſeruandus eſt, *Reg. de Ponte conſ.* 14. *nu.* 67. *Portius conſ.* 164. *nu.* 84.

93 vbi inquit, quod prȩlatio ex quaſi poſſeſſione iudicanda eſt, *Bald. conſ.* 387. *l.* 1. *Menoch. conſ.* 126. *nu.* 6. *Perez de Lara de Cappell. & anniuer. l.* 1. *cap* 24. *nu.* 25. *&* 26. *Pacianus de probat. l.* 2. *cap.* 26. *nu.* 136. *Anna conſ.* 136. *nu.* 10. *l.* 2. *conſ.* 40. *nu.* 10.

94 *l.* 1. dicens, quod in prȩcedentijs actenditur quaſi poſſeſſio, & in ea quaſi poſſeſſione tuendus eſt primus occupator loci, vel ſeſſionis.

95 Vndè interdicta poſſeſſoria adipiſcendę, & recuperandę conceſſa ſunt ei, qui de iure, aut honore ſuo conſeruando, aut retinendo, ſeù recuperando agit, ſi in illo turbatur, aut inquietatur, aut de facto ſpoliatur, & actio quoque iniuriarum, & officium Iudicis eidem datur, *Maſtr. de*
96 *magiſtr. l.* 5. *cap.* 5. *nu.* 71. *Gratian. l.* 2. *cap.* 298. *nu.* 11. *Garcia de expenſ. & meliorat. cap.* 8. *nn.* 51. *Cenedus collect.* 96. *ad decret. & collect.* 17. *ad decret. Benold. diſſert. iuriſd. polit. de præced. & ſeſſ. prærog. cap.* 3. *num.* 5.

97 Quamobrem *DD.* communiter conſentierunt, eum, qui poſſeſſionẽ muneris collati prius nactus fuit, anteponi ceteris eodem tempore, vel ante, in eadem dignitate electis, ſiuè maiori dignitate de-

co-

Digitized by Google

corentur, siuè ob iustum impedimentum possessionem adipisci nequierint, ità vltrà sup.allegatos, *Castill. & diffusè in tract.de tert.debit.cap.*41.*tom.*7.*Reg.Constant. in l.*1.*C. de consul.l.*12.*Reg.Sanfel. dec.*269.*to.*2.vbi rationes adducit,& inter alia ponit, quod si impeditus admitteretur ad possessionem adipiscendam,cum
98 præcedentia, fingi deberet, quod hic præsens fuerit tempore datæ possessionis Consenatori, quæ fictio nullatenus dari potest, quia extrema à quo, & ad quod deficiunt, cum etiam retrotractio necessaria ad eam inducendam non detur,tùm in præiudicium tertij, tùm in præiudicium Regis, quia salarium deberetur tempore, quo munus non expleuit, idem firmat *Reg.Capyc. Latr. dec.* 154. *tom.*2. *Molfes.cons.*15.*nu.*2.*super consuet.Neap.*

99 Quod pluries fuit sic decisum, vt inter Reg. Consil. Quiros, & Vespolo, idem inter Reg. Consil. Mistansa, & Montoya, pariter inter Regios Consiliarios Sanchez, & Curtis, teste *Pater Molfes. d. consil.* 15. *num.* 23. idem inter Regentes Catena, & Dauid, idem inter Reg. Dauid, & Tabuada; qui impeditus fuit ob Regium seruitium, vt fatetur citatus *Molfes.d.loc.nu.*22.

100 Idemq; decisum inter Reg.de Ponte,& Lanar. qui præcessit Reg. de Ponte, eo quia possessionem antea cæpit, etsi de Ponte in expeditione Regij seruitij detemptus, illàm nanciscinon potuerit, vt refert *Molfes. cons.*15. *nu.*14.*nil refragante Cons. Fab.de Anna* 42.vbi iura *Reg.de Pont.* latè glomerat, que procedunt in dignitate non habente iurisdictionem annexam, vt obseruat *Reg. Sanfel. dec.* 259.*nu.*3.

101 Amplius fuit decisum per Collaterale Consilium in anno 1641.inter R.Azcon, & Reg. Sanfelicium; fuit Ferdinandus Azcon creatus Regens, & obtinuit Priuilegium, sed possessionem non habuit, quia impeditus in expeditione Regalis seruitij. Deindè fuit electus Reg. Regiæ Cancell. Io: Franciscus Sanfelicius, & possessionem cepit; petijt postmodum Reg.Azcon cum Neap. accesserit,præcedere Reg. Sanfelicium, quia ipse impeditus ob Regale seruitium non valuit possessionem nanciscì, & fuit decisum, vt præcederet Reg.Sanfelicius; verùm quia à decreto prædicto reclamationem interposuit Reg.Azcon,fuit speciale diplomate, tùnc temporis Domini Proregis demandatum, vt per hebdomadam dicti Collitigatores præcedentiam haberent, inchoando à Reg. Sanfelicio, teste *eod.Reg.Sanfel.d.dec.*269.

102 Idem fuit decisum per Suprem. Ital. Cons. Regalis Curiæ Madrid inter Reg. Antonium Caracciolum, & Reg. D. Michaelem Salamanca, fuerunt hi creati Reg. dicti Suprem. Consil. Antonius habuit possessionem, D. Michael cum ibidem peruenerit, petijt præcedere Reg. Caracciolum, eo quod non valuit possessionem eodem tempore adipisci, cum impeditus fuerat in expeditione Regalium ordinum, sed fuit decisum, vt præcederet Caracciolus.

103 Hoc pariter fuit decisum per eundem Senat.inter Reg.D.Alonsum de Agras,& Reg.D.Franciscum Merlinum,electi fuerunt Reg. in Sup. Ital. Senatu, & Agras possessionem habuit, Merlinus deindè non valuit possessionem eodem die consequi, quia tempestate detemptus,accedere non potuit,proindè petijt præcedere cum simeodem tempore concurrerent, ad eundē præcedētia spectaret, nàm maiori dignitate decorabatur tempore electionis, nihilominus fuit decisum, vt præcederet Agras, prout occasione cuiusdam colloquij mihi retulit Dominus Don Gaspar de Sobremonte Reg. Cancell. Regen. & Locumtenens R. C. & ipse vti vnus ex dicto Cons. Sup. interfuit in decisionibus prædictis.

104 Idem fuit iudicatum per eundem Sup. Senat. inter Reg.Petrum Iordanum Vrsinum, & Reg. D. Io: Rodriquez de Salamanca, qui etsi antea munus prædictum meruerit, tamen quia Reg. Vrsinus prius possessionem habuit, fuit decisum,nil refragante impedimento allegato per Reg. Salamanca, vt præcedat Reg.Vrsinus, vt testatur *Reg.Tap.in dec.dicti Sup.Sen.*21.

105 Et nuper fuit idem decisum per Consilium Collaterale Neapolitanum de anno 1657.inter me, D.Erasmum de Ponte, & Honophrium de Palma, nàm S. C.M.eodem tempore nos in Reg. Cons. elegit: ego, & de Ponte cepimus possessionem, Palma deindè post ferè menses duos illam obtinuit, petijt præcedere nos, & al-

Digitized by Google

legauit, ipſum nõ valuiſſe poſſeſſionẽ adipiſci, quia aduerſa valetudine vexatus accedere nequiuit, fuit tamen dictum, vt nos precederemus Palmã, & inſtante eodem Palma compilato termino impartito, fuit idem in iudicio petitorij pronunciatum, acta ſunt penes Villanum Scribam à mandatis.

106 His poſitis ſupereſt, vt contrariorum obiectiones reijciamus, iura enim ſuperius allegata, vbi probatur impedimentum legitimam excuſationem afferre, non procedunt in materia præcedentiæ, vbi antiquitas temporis in adminiſtratione tantummodo conſideratur, vt is præcedat, qui antea magiſtratu functus fuerit, *l. nemo, C. de offic. magiſtr. offic.* vbi claris verbis indicat *Reg. Tap. dec. 21. nu. 7. Præſ. de Franch. dec. 144. Reg. Sanſel. d. dec. 269. num. 4.*

107 Neque *dec.* ſuperius in contrarium allata ad rem facit, nàm ſucceſſit pluribus ex Dom. contradicentibus, & ex multis in facto ponderatis, ibi enim Valdeuieſo, Franch. & Frecc. fuerunt Reg. Conſ. electi eodem die, Valdeuieſo, quia in Regia Cur. degebat, togam induit, & deindè iter accepit verſus Neap. vbi inuenit Frecciã, & de Franch. ſuos collegas poſſeſſionem cepiſſe, petijt præcedere, quia ipſe poſſeſſionem habuit per appoſitionẽ togę in Hiſpania in præſentia Regis, & ordine eiuſdem, & amplius ipſe nulla mora peracta Neap. petijt, imò ipſe iudicatus M. C. munere fuit decoratus, & alij non, vndè fuit deciſum, vt præcedat, ideò caſus eſt ſpecialis, & ſola togę appoſitio

108 poſſeſſionem arguit, vt fundat *Camill. de Larath. conſ. 87. Reg. Sanſel. dec. 269.* aliique præcitati, *Taſſon. de anteſ. verſ. 3. obſer. 2. nu. 31.*

Officialis ſupernumerarius an, & quando præcedat ordinarium, ſibi recentiorem?

RVBRICA VII.

SVMMARIVM.

1 *Officiales ſupernumerarij antiquiores non præcedunt ordinarios recentiores.*

2 *Dignitas ſupernumeraria non concurrit cum ordinaria.*

3 *Officialis ſupernumerarius cum alijs de numero non connumeratur, & antequam ſubrogetur in locum numerarij, non dicitur de corpore, nec gaudet priuilegio, nu. 4. nec ſtipendia, nec immunitates, nu. 6.*

5 *Fori priuilegium ordinarijs indultum, ſupernumerarijs non competit, etiam in materia delictorum, de quibus ſola M. C. cognoſcit, nu. 7.*

8 *Officiales ordinarij moderniores præferuntur ſupernumerarijs antiquioribus.*

9 *Lector ordinarius præcedit extraordinarium.*

10 *Officialis ſupernumerarius non habet vocem in capitulo, nec commodum; ſed dicitur ius quoddam vetoſum, quod procedit etiam in Conſiliarijs Status, nu. 11. ac etiamſi priuilegium habeat clauſulam, vt fruatur omnibus honoribus, quibus gaudent cæteri Conſiliarij, nu. 12.*

13 *Officialis, qui in propria dignitate eſt, præfertur illis, qui improprie in dignitate ſunt; nàm qualitas naturalis præfertur accidentali, nu. 14.*

15 *Canonici recepti vltrà numerum, quando habeant vocem in Capitulo, nam ſupernumerarij non dicuntur habere ius integrum, ſed præparatorium tantum ad futurum, nu. 16.*

17 *Legatum factum Canonicis alicuius Eccleſiæ, ſupernumerarij de eo non participant.* 18 Pre-

Digitized by Google

18 *Prorex non poteſt ſuprà numerum Officiales conſtituere.*

19 *Officialis ſupernumerarius in poſſeſſione officij exiſtens, ſi de numero ordinariorum fuerit creatus, non præcedit ordinarium.*

20 *Officiales vacantes, vel honorarij non habent præcedentiam aduerſus actuales.*

21 *Dignitates in tres gradus diſtinguuntur.*

22 *Officiales actuales dicuntur, qui actu ſeruiunt: & vacantes, qui aliquando adminiſtrationem habent, & habere deſierunt, nu.23. & ſunt in duplici differentia, nu.24.*

25 *Officialis ſupernumerarius ſi obtineat actuale exercitium, & ſalarium, ac primum locum vacaturum; tùnc præcedit alios recentiores ordinarios.*

26 *Regentes Regiam Cancellariam ſupernumerarij cum exercitio primum locum obtinerunt.*

27 *Præcedentiæ quæſtio inter Regentem D. Antonium Iuan de Centellas, & Regentem D. Franciſum Ortiz recenſetur, qui compoſuerunt, nu.30.*

28 *D. Antonius Iuan de Centellas, Locumtenens Regiæ Cameræ laudibus extollitur.*

29 *D. Franciſcus Ortiz Reg. Regiam Cancellariam laudibus exornatur.*

31 *Regens Regiam Cancellariam, qui poſſeſſionem, & exercitium obtinuit, præcedit collegas in tempore poſteriores.*

32 *Locumtenentis Regiæ Cameræ munus ſumma dignitas dicitur; & illud Tribunal Præfecto Prætorio comparatur, nu.33. & inter Regentes adminiſtrantes Locumtenens connumeratur, nu.34.*

35 *Dignitatem ordinariam habens non indiget, vt adminiſtrationem aſſequatur in eodem genere dignitatis.*

36 *Conſiliarius Status; & belli magnam dignitatem habet, & connumeratur inter actuales adminiſtrantes.*

37 *Regens Regalis Cancellaria Valentiæ, ſi ad dignitatem Locumtenentis Regiæ Cameræ tranſeat, retinet honores, & præcedentiam priſtinæ dignitatis.*

38 *Dignitates maiores habens præcedit in eodem officio habentes minores dignitates.*

39 *Regens Regiam Cancellariam ſi fuerit effectus Præſes S.C. non amittit priſtinam dignitatem.*

40 *D. Iacobus Capycius Galeota Dux Sancti Angeli, laudibus extollitur.*

41 *Deciſio Collateralis Conſilij in articulo præcedentiæ inter Regentes D. Antonium Iuan de Centellos, & D. Franciſcum Ortiz recenſetur, ſed cauſa deuoluta ad Supremum Italiæ Conſilium contrarium fuit deciſum, vt præcedat Reg. D. Antonius Iuan de Centellos, nu.42.*

Officialis ſupernumerarius an, et quando præcedat ordinarium ſibi recentiorem?

RVBRICA VII.

1 QVamquã ex ſupra enucleatis priori, rub. enixa concluſio eruatur, vt ſcilicet in præcedentijs potior ſit cauſa poſſeſſionis, in officijs annexam adminiſtrationem retinentibus, fallit autem illa in officialibus ſuprà numerum præfixum, electis, qui etiam ſi antiquiores ſint in exercitio, iuniores ordinarios non præcedunt, deſumitur namq; hæc limitatio, ex *text. in l. vnicuique, C. de proxim. Sacr Scrin. l.1. §. quod autem, C. de collegiat. lib.11. l. petitioni, & l. nemini, C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. final. C. de apparitorib. magiſtr. milit. lib.12. l.2. C. de*

2 *Caſtrenſ. & Miniſterian. eod. lib.* dignitas enim ſupernumeraria non concurrit cum habentibus dignitatem de numero, *d.l.1. §. quod autem, C. de Collegiat. lib.11.* vbi *Io: de Plat. nu.1. Anton. Corſet. ſingul. incipien. ſupernumerarius, fol.631. Bart. in l. ſi duas, §. grammaticè nu.10. de excuſat. tutor.* per illum *cit. text. in l.2. C. de Caſtren. & Miniſterian. lib.12.* dum ait; *Si quis primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ formæ ſpecialiter inter ſtatutos graduũ cælitus valuerit impetrare ſupernumerarius, vltimus formę tertiæ in matricula.*

2 Vndè ſupernumerarius, cum alijs de numero connumerari non poteſt, *Abb. & Felin. in cap. cum M. de conſtit. Io. de Platea*

in

Digitized by Google

*in l.vnicuique,C.de prax.Sacr.Scrin.lib.*12
4 & ſupernumerarius antequam ſubrogetur in locum numerarij, non eſt de corpore Collegij, nec gaudet priuilegijs ordinariorum, ad *tex. in l.decurionibus, C. de ſilent.lib.*12.ibi dictatur, quod triginta numero inſtituuntur Conſiliarij, & illi immunes dicuntur, vndè ſi alij creentur ſilentiarij, non gaudebunt priuilegijs illorum, qui ſunt numerarij, confirmat *text. in l.fin.C.de apparitorib.magiſtr.militar.*vbi diſponitur, quod illi, qui ſunt ſupra numerum,non gaudent priuilegijs.

5 Qua de re priuilegium fori ordinariis indultum, ſupernumerarijs non compe-
6 tit, quemadmodum nec ſtipendia,neque
7 immunitates ordinariis tributa, prout etiam M. C.non cognoſcit de delictis officialium ſupernumerariorum, ità *Maſtrill. dec.*156. *Reg. de Pont.de poteſt.Proreg. tit.*4.*de regal.impoſitionib.*§.8.*nu.*54. *Aloiſius de Leo l.*4. *nu.*11. *C.de Sacroſ.Eccleſ. Nouar. de elect.& variat.fori, ſect.*4. *q.*35. *Franciſcus Marc.dec.*384.*nu.*5.*par.*1. *Reg.Valenz.conſ.*190.*n.*36.*Reg.de* Marin. *lib.*2.*reſol.Iur.cap.*113.

8 Hinc indubitanter ſequitur, quod ordinarii, etiam moderniores,præferuntur ſupernumerariis antiquioribus, *Io.Franciſcus* Purpurat. *in l. cum quid nu.*75. *ff.ſi cert. petat. Præſ. de Franch.dec.*234.*nu.*6. *Maſtrill. dec.*156. *nu.*31. *Reg. Valenz.cit. conſ.*190. *nu.*37.*Reg.de Marin.reſol.Iur.d. cap.*113. idemque conſuluit *Menoch.conſ.* 784.*nu.*2.*lib.*8.tradens,quod lector ordinarius præcedit extraordinarium,quemadmodum decreuit Collaterale Conſilium in anno 1632.referente Reg.Rouit. in beneficium Doct. Ioan.Dominici Coſcię,vt ipſe tanquam Iuris canonici ante, ceſſor in hac Vniuerſitate Neapolitana præcederet Nauarrum extraordinarium interpretem abſque ſalario, vt teſtatur idem *Coſcia in opuſcul. de præced. reſponſ.* 1.*nu.*53 & de hoc latè dixi, & alia exempla reportaui in *tract. de offic. Cappellani maioris, quam primum Deo dante imprimendo*.

Hoc pariter confirmant *Manriquez de prær.q.*10.*n.*5.idem *Menoch.in conſ.*1179. *lib.* 12. ſic inquiens in officiali ſuper-
10 numerario; ibi, *ſimpliciter Ius eius exile eſſe, & non habere vocem in Capitulo, nec aliquod commodum, ſed eſſe Ius quoddam ventoſum*, ſequitur *Franciſcus Marc. dec.* 1045.*nu.*5.*par.*1.& deciſum per Senatum Siciliæ contrà Dominum Ducem Terre-
11 nouæ Conſiliarium Status ſupernumerarium, teſtatur *Maſtrill. d. dec.*156. licet in priuilegio indulto, Rex noſter reſcripſerit, vt dictus Dominus Dux frueretur
11 eiſdem honoribus,prœheminētiis,exemptionibus,& gratiis, quibus gaudent cæteri Conſiliarii : conferunt etiam, quæ idem *Maſtrill.ſcripſit in tract.de magiſtr. lib.*1. *cap.*21. *nu.*98. *& Noguerol. alleg.*8.
13 ſemper enim is, qui in vera, & propria dignitate eſt, præfertur illis, qui impropriè in dignitate ſunt, *Ferrent ill. ad Burat. dec.*993. *pag.*268.*nu.*3.*Locterius de re benef.lib.*1.*q.*17.*nn.*20. cum præcedentia debeatur ei, qui habet naturaliter eam-
14 dem dignitatem, dùm qualitas naturalis præfertur accidentali, *Altograd. conſ.* 1. *nu.*40. *&* 42. *Barboſ. de canon. dignit.cap.* 18.*nu.*24.*& cap.*37.*nu.*15.

Ad idem concordat Ius Canonicum, habemus namque *cap.cum M.ferrarienſis de conſtitut.* vbi idem cauetur, & *gloſ. ibid. querens*, ſi Canonici recepti vltrà numerum, habeant vocem in electione, & concludit, ſtandum eſſe conſuetudini, & ſi nulla ſit conſuetudo, dicit, quod non debent vocari ad huiuſmodi tractatus, vel electiones, cum nondum habeant plenum Ius, neque etiam poſſeſſionem, idem diſponit *text. in cap.tibi qui*, vbi *gloſ. & Archidiac. de reſcript.in* 6.ſequitur *Abb.nu.*32.*Felin.nu.*23.*Rip.n.*189. *in d. cap.cum M.ferrarien.Locterius de re benef. lib.*1.*q.*19.*n.*42.*Gratian.diſcep.cap.* 867. *nu.*6. *Barboſ. de canon. dignit. cap.*3.
16 *nu.*6. Canonicus enim ſupernumerarius non dicitur hàbere Ius integrum, ſed tantum obtinere quoddam Ius præparatorium, ad futurum Ius integrum conſequendum, vt inquit *Reg.de Marin. d. cap.* 113.*tom.*2.*reſol.Iur.*

17 Vndè ſi appareret factum legatum Canonicis; nimirum Eccleſiæ Sancti Saturnini, & in illius Eccleſia eſſent aliqui vltrà numerum, illi nil de legato participare debent, ità *Rebuff.in l.decurionibus, nu.*7. *C.de ſilent.& decurion.lib.*12.*Maſtr. cit.dec.*156.*nu.*31.32.*&* 33.

18 Quibus propterea,hodiè Iure vtimur, vt Domini Proreges ſupra numerum officiales cōſtituere nequeant, prout etiam

Iure

Digitized by Google

Iure præſcriptum eſt *auth. de referendar. §. maneant igitur, Præſ. de Franch. dec. 370. nu. 4. Maur. alleg. 18. Larr. allegat. 119. tom. 2. Reg. Valenz. conſ. 121. nu. 51. tom. 2. Giurb. obſer. 100. nu. 2. ex Caſtren. in l. ſi eadem, nu. 4. de offic. aſſeſſor.*

19 Quinimò idem obſeruandum venit, conſtituto aliquo ſupernumerario in Senatu, eique tradita poſſeſſione, vel quaſi, ſi indè alter intrà numerum ordinarium eligatur, & poſtmodum idem ſupernumerarius de numero ordinariorum fiat, nullam præcedentiam conſequitur aduerſus Electum de numero ordinariorum, prout ſatis optimè probat, *Cabed. dec. Luſit. 4.*

20 Quemadmodum, nec præcedentiam poſtulare poſſunt officiales vacantes, vel honorarij aduerſus actuales, ſiquidem dignitates diſtinguuntur in tres gradus; quorum primus eſt adminiſtrantium, ſiuè actualium, ſecundus vacantium, & tertius honorariorum, & inter hos gradus potior, & primus eſt adminiſtrantium, deindè vacantium, & poſtremò ordinariorum, ſic eſt *text. in l. omnes 2. C. vt dignit. ordo ſeruet. l. 5. C. de honor. Codicill. in Theodoſianum, l. officij's 6. ibidem l. fin. C. vbi Senat. vel clariſſimi auth. vt ordinariæ præfecturæ, l. ex agentib. 4. C. de princ. agen. in reb. lib. 12.* & notant *Puteus dec. 105. nu. 3. lib. 3. Caſſan. Catal. glor. mund. p. 6. conſid. 5. Manriq. de præced. q. 17. num. 3. & q. 27. nu. 7. Reg. Rouit. in prag. 1. de titul. abuſu num. 36. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 3. §. 8. num. 9.* vbi *Thor. in add. nu. 7. in fin.*

22 Et dicuntur actuales, ſiuè adminiſtrantes, qui actu ſeruiunt, & habent adminiſtrationem, & officii exercitium, vt in *d. l. 2. C. vt dignit. ordo ſeruet,* vacantes,

23 ſunt, qui aliquando adminiſtrationem habuerunt, & habere deſierunt, quia conceſſa eſt illis vtcunque vacatio, *gloſ. in d. l. 2. verb. vacantibus, & in l. fin. verb. poſt depoſitam, C. de primicer. lib. 10.* & hi

24 ſunt in duplici differentia, alii præſentes, & alii abſentes, vt probat *text. in d. l. 2. verb. ſecundo veniant*; Honorarii verò ſunt, qui nomen, ſiuè titulum tantummodo dignitatis adepti ſunt ſine adminiſtratione, & illi; fiunt per Codicillos, aut per inſignia, vt diſponit *tex. in d. l. 2. verſ. quartum honorarium.*

25 Verumtamen ſi ſupernumerario iuriſdictio, & actuale exercitium dignitatis fuerit collatum, eidemque ſalarium ordinarium conſtitutum, ac primum locum vacaturum deſignatum; tùnc præcedit alios recentiores, etiam ordinarios, prout tractat *Manriq. de præced. q. 10. nu. 5. & 211. Barboſ. de canon. dignit. cap. 3. nu. 6.* quod

26 vidimus obſeruatum in perſonas Dominorum Ioannis Franciſci Sanfelice, Ferdinandi Brancia, & D. Ferdinandi Aſcon, qui adepti fuerunt munus Regentis Regiam Cancellariam, quamquam ſupernumerarium, tamen iuriſdictio, actuale exercitium, & ſalarium, primumq; locum vacaturum fuit eiſdem tributum.

27 Pręterea pro Coronide ſupra enucleatorũ eſt apprime conſentaneum, vt recenſeatur celebre certamen retro elapſis annis habitum, inter recolendos ſemper viros noſtræ iuriſprudentiæ tropheos, & Regis noſtri Monarchę propugnacula, nimirum Dominum Marchionem D. Antonium Iuan de Centelles, Regiæ Cameræ Locumtenentem, à latere Conſiliarium, Regiam Cancellariam Regentem, & Dominum D. Franciſcum Ortiz Cortes à latere Conſiliarium, Regiam Cancellariam Regentem.

Hic inquam D. Marchio natalium candore conſpicuus, Calatrauæ militiæ inſigniis Illuſtratus, poſt expletum munus Regentis Regalem Cancellariam, & Præſidentis Sacri Regalis Conſilij Regni Valentiæ annorum octo interſtitio magna cum laude, omniumque illorum Procerum admiratione, & Regis noſtri beneficio, prout publicè circumfertur, ad Præſidendum in Tribunali R. C. Regni noſtri fuit Sereniſſimi Regis noſtri nuper defuncti motu proprio præfixus, & Locumtenens creatus, dictumque munus cunctorum applauſu, & Regij Ærarij Patrocinio cum exerceret, idem Inuictiſſimus Rex noſter, eidemq; proprijs meritis ſuffulto cõtulit Regentis Regiam Cancellariam, & Conſiliarij à latere dignitatem, cuius poſſeſſionem, ſeù quaſi nactus fuit, iuramentumque præſtitit.

29 Indè Dom. Reg. Ortiz nobilitate, valdè preclarus doctrinę mirabilis poſt magnos exantlatos labores proprijs meritis, & virtutibus euectus à Sacro Neapolitano Conſilio ad Supremum à latere Conſilium

Digitized by Google

filium adſcitus, & intrà numerum ordinariorum conſtitutus; efflagitauit præcedere dictum Dominum Marchionem; putans illi ſolummodo honores, & prærogatiuas Conſiliarij à latere, & Regentis Regiam Cancellariam fuiſſe collatas; proindè poſtponi debere Domino D. Franciſco Regenti ordinario,& proprietario.

30 Vndè iurgio excitato in Supremo à latere Conſilio prædicti eruditiſſimi, & doctiſſimi Iuriſconſulti allegationes cõpoſuere, quilibet ſuas rationes inſinuauit Iuris tramitibus perſcrutatis,quas habeo, à prædictis *DD.*mihi traditas,& optarem poſteritati commendare ad publicum bonum, dùm in ipſis res latè deguſtatur, & ſatis eleganti calamo Iuris articuli diſpunguntur.

31 Aiebat namque Dominus Marchio ipſum enumerari inter actuales,& adminiſtrantes, de quibus in primo gradu loquitur, *text. in l.2.C. vt dignit.ord.ſeru.* quoniam nedum Regentis dignitate fulgitur ob poſſeſſionem, vel quaſi quam cepit, & ob exercitium, quod expleuit, etenim in Supremo à latere Conſilio ſuffragium præſtitit in cauſis ciuilibus, & criminalibus, decretaque vt Regens ſubſcripſit, idcircò circa præcedentiam, quoad cæteros collegas prioritas temporis eſt obſeruanda, ex *l.1.C. de conſul. lib.* 11.

32 Sed inſuper ipſe Dominus Marchio munus Locumtenentis Regiæ Cameræ regit, quod Supremum eſſe Tribunal autumat ex *Reg. Tap. lib.2. Iur. Reg.de offic. proc.Cæſar.rub.6.nu.5.Reg.Galeot.in reſp. 1.nu.59.Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.* 4.§.8.*nu.56.* illudque Præfecto prætorio
33 comparari, ex *Præſ. de Franch. dec.* 714. *ex Reg. Rouit. in prag.* 37. *de offic. procur. Cæſar. ex Reg. de Marin. in obſer. dec.* 7. *Reuerter.*qua de re dicitur ipſum habere actualem adminiſtrationem,ad quod dictus Dominus Marchio expendit verba, *text.in d.l.2.C.vt dignit.ord.ſeruet.*ibi,*& inter adminiſtratores,illos etiam numerari decernimus, quibus illuſtribus in Sacro*
34 *noſtro Conciſtorio cinctis, aliquid ordinariæ dignitatis, vel antea commictimus,vel poſteà commictemus peragenda,* & ponit exemplum,ibidem *textus* per hæc verba, (*Si vacanti magiſtro militum belli curam commictatur. cur autem vir magnificus germanus magiſter militum vacans appelletur, cui bellum contrà hoſtes mandauimus, aut cur Excellentiſſimus Pentadius non egiſſe dicatur præfecturam; cuius Illuſtribus cunctis diſpoſitionibus vice Prætoriana Præfecturæ, miles in expeditione copia comeatuum abundauit.*)

35 Et non expoſcitur, vt adminiſtrationem aſſequatur in eodem genere dignitatis, ad hoc vt inter actuales dicatur connumerari, ſufficit autem,quod aliqua ordinaria dignitate colluſtretur, vt clarè indicant verba eiuſdem *tex. in d. l.* 2. ibi *aliquid ordinariæ dignitatis*, & notant *Cuiac. in d. l.2.litt.E.verſ.illuſtribus, Gotofred. in notis ad eamdem l. 2. litt.B. Caluin. in leſſicon Iur. in verb. dignitatuum gradus, Anton.* Perez *in prælect. ad tit. C. vt dignit. ord.ſeruet.n.3.D.Io.de Solorzan in tract.de plazas honorarias nu.*211.

36 Pariterque idem Dominus Marchio dignitate Conſiliarii à latere Status, & Belli decoratur ex priuilegio,à Sereniſſimo Rege noſtro ei elargito, quamobrem videtur inter actuales, & adminiſtrantes conſtitutus, hæc enim dignitas ſumma eſt, nàm à Cæſaribus Comites Conciſtoriani, vel Sacri Conciſtorij dicuntur, qui intimo Principis conciſtorio aſſiſtunt *toto tit.C.de Comitib.Conciſt.lib.*12.*Surg. de Neap.Illuſtr.cap.26.nu.*27.vndè ob defectum Domini Proregis ipſi Conſiliarij negotia Status,& belli agunt,& Regnum regunt, *Reg. de Pont. de poteſt.Proreg.tit.* 7. §.5.*n.*4.imò illorum Decanus expeditiones, quæ à Cancellaria peraguntur ſubſcribit, ità *Reg.de Pont.loc.cit.*tamen ipſi Conſiliarij in negotiis, iuſtitiam tangentibus, non interueniunt ex reſcripto immortalis memoriæ Caroli V. Imperatoris de ann.1542. vt refert *Reg.de Pont. loc.cit.*

37 Præterea inquiebat idem Dominus Marchio,ipſum exercuiſſe plurium annorum circulo munus Regentis Regalem Cancellariam in Regno Valentiæ, eiuſdem Ditionis Regis noſtri; vndè quando fuit aſſecutus dignitatem Locumtenentis Regiæ Cameræ, videtur retinere honores priſtinæ dignitatis, eiuſque præcedentiã, *l.1. C.de præfect.prætor.lib.*12.*l.1. C. de pr.epoſ. Sacr.Cubic.lib.*12.*Caſſan.in catal.glor. mund. par.*4.*conſid.*34.*Reg.Rouit.*

Digitized by Google

uit. in prag. rub. de titulor. abusu nu. 14. Reg. *Galeot. resp. fiscal.* 2.*nu.*3. Quemadmodum constitutum est, si Præsidens S. C. creetur Locumtenens Regiæ Camerę, vel Consiliarii Præsidentes eiusdem, nam retinent primam dignitatem, *Surg. de Neap. Illustr.cap.*27.*n.*23. *Reg.Constan. in l.*1.*C.de consul.lib.*12.*nu.*35. *Tasson.de antef. vers.*3. *obser.*3. *nu.*144. & nos late supra egimus.

38 Hinc etiam infert ipse Dominus Marchio, quod ex concursu maioris dignitatis in eius personam,præcedentia procul omni dubio ipsi competit, ex *l.vnic.C.de præpos. Ann. cons.*4.*nu.*16. *Præs.de Franch. dec.*365. *Manriq.de præced,q.*23.*nu.*4. *Felix Contalor. de præced.q.*1.*nu.*5. *Mastrill. de magistr.lib.*5.*cap.*4.*nu.*41. quamobrem si conueniret eodem tempore cum Domino Regente Ortiz in assequendo possessionem, vel quasi munus Regentis Regiam Cancellariam,ipse Dominus Marchio præcederet, tanquam maiori dignitate innixum,*Frecc.de subfeud.lib.*1.*Cons. Ann. cons.*122.*nu.*43.*lib.*2.*Cons.Georg.alleg.*35.*nu.*11. *Reg.de Pont.dec.*8.*n.*13. *Reg. Tap.Sup.Ital.dec.*21.*nu.*26.

39 Præterea predicta comprobat dictus Dominus Marchio ex decisis per Senatum Mediolani, vt refert *Menoch. cons.* 902. & per Supremum Collarerale Consilium Neap. *Cons. Marcian.cons.*28.*to.*2. qui scripsit pro Domino Marco Antonio de Ponte, Marchione Sancti Angeli,qui dum muneri Regentis Regiam Cancellariam vacabat, Præses S.C.fuit electus, & rescriptum etiam habuit, vt tractaretur, vt Regens;qua de re ipso efflagitante præcedentiam contra alios Regentes ipsi posteriores, dictam præcedentiam obtinuit.

40 Re tamen discussa in Collaterali Consilio, referente Domino Regente Iacobo Capicio Galeota, Duce Sancti Angeli, eximio Iure consulto, nunquam satis laudato,ob eximias virtutes,morum pro-
41 bitatem,nataliumque claritatem,dictum Collaterale Consilium pronunciauit, vt manuteneatur Dominus D. Antonius Iuan de Centellas in possessione honoris, & prærogatiuæ, præterquam in Collaterali Consilio, vbi propriam sedem habet Dominus Reg. D. Franciscus Ortiz de mense Feb. 1665. acta sunt penes Scribam à mandatis Ianuarium de Anastasio.

Nihilominus causa deuoluta ad Supremum Italiæ Senatum Curiæ Madrid, ille sequentem decisionem protulit,cuius tenor talis est.

42 DON PHELIPE por la Gracia de Dios Rey de Castilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, y de las Indias, &c. Muy Reuerendo en Christo Padre Cardenal Aragon mi muy charo, y muy amado Amigo, de mi Consejo de Estado, mi Virrey, Lugartheniente, y Capitan General en mi Reyno de Napoles. Hauiendose visto en Iusticia en este mi Supremo Consejo de Ytalia la controuersia pendiente entre Don Antonio Iuan de Centellas Lugartheniente de essa mi Regia Camara, y Regente de esse mi Consejo Colateral, y Don Francisco Ortiz Cortes Regente en el mismo Consejo, sobre la precedencia de asiento, y lugar, de que me disteys quenta en carta de 13. de Marzo de este año, y juntamento los memoriales, y papeles presentados por ambas partes, sobre la indemnidad de su derecho, y accion, hà pareçido,que el dicto Regente Don Antonio Iuan de Centellas, deue preceder, y ser preferido al dicho Regente Don Francisco Ortiz Cortes, no solo en todos los actos publicos, y priuados, pero tambien quando interuenieren en esse mi Consejo Colateral, y assi lo declaro por esta mi Real Cedula, y os encargo, y mando la hagais publicar, dando para su execucion, y cumplimiento la orden,que conuenga, que assi combiene a la recta administracion de la Iusticia, y procede de mi Voluntad, la presente reste a l presentante, y sea muy Reuerendo en Christo Padre Cardenal Aragon mi muy charo, y muy amado Amigo Nuestro Señor en vuestra continua Guarda. Dat. en Buen Retiro à 25. de Iulio de 1665.

YO EL REY.

Zarate Secret.

Vidit Oca Reg.
Vidit dela Torre Reg.
Vidit Torre Reg.

Digitized by Google

Vidit Comes de Mora Conſ.
Vidit Galara Reg.
Vidit Capiblanco Reg.

In par. Neap. 31. fol. 351.

Nihil ſoluat, quia exemptus pro ſigillo.
Baſterra pro taxatore.

Al Virrey de Napoles, declarando què el Regente Don Antonio Iuan de Centellas deue preceder, y ſer preferido al Regente Don Franciſco Ortiz Cortes, aſſi en los actos publicos, y priuados, como en el Colateral.

Die nono menſis Septembris 1665. Neap.
Eminentiſſimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis prouidet, decernit, atque mandat, quod retroſcriptæ Literæ Suæ Cactolicæ Maieſtatis exequantur iuxtà ſui ſeriem, continentiam, & tenorem. Hoc ſuum, &c.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Marinis Reg.

Ianuarius Anaſtaſius Regius à mandatis Scriba.

De officio Proregis Regni Neapolis, & quæ facere poteſt.

RVBRICA VIII.

SVMMARIVM.

1 *PRorex Neap. officium habet Præſidis, & Proconſulis Prouinciæ.*
2 *Præſes, & Proconſul Prouinciæ iuriſdictionem exercet, in homines Prouinciæ tantum.*
3 *Prorex iuriſdictionem habet in homines Regni tantùm.*
4 *Prorex iuriſdictionem habet Capitanei generalis in milites, & Præfecti prætorij in Prouinciales.*
5 *Prorex tribus nominibus decoratur, & quæ ſint.*
6 *Prorex Regem repreſentat, & Regis vice fungitur.*
7 *Prorex pro tempore, quo gubernat, Rex reputatur.*
8 *Proregi ſuprema Regis poteſtas datur.*
9 *Prorex à Rege alter ego conſtituitur.*
10 *Proregi debetur ſimilis reuerentia, quæ Regi tribuitur.*
11 *Prorex omnia gerere poteſt, quæ Rex gerere valet.*
12 *Proregis poteſtas non ceſſat mortuo Rege, ſed quid ſeruetur à ſucceſſore Regni, num. 13.*
14 *Proregis poteſtas deficit, Rege præſente.*
15 *Prorex poteſt paritatẽ votor. in Collaterali Conſilio dirimere, ſed in mitiorem partem inclinare debet, nu. 17.*
16 *Prorex hodie dat adiunctos ad dirimendum voterum paritatem in Collaterali Conſilio.*
18 *Prorex cogit ſubditos inter ſe rixantes, vt paciſcantur.*
19 *Præſides Prouinciæ ad quid Irenarcha conſtituebantur.*
20 *Equites ſex in vnoquoque ſedili conſtituti, præſunt etiam ad ſedandas differentias inter equites ſedilium.*
21 *Differentias, & quæſtiones inter nobiles ſedilium nullus officialis ſedare poteſt, niſi ſex ſedilium.*
22 *Equites ſex ſedilium non componunt differentias inter nobiles, quando interuenit ſanguinis effuſio.*
23 *Proregi prouidere incumbit, quando inter nobiles rixantes ſanguinis effuſio interuenit.*
24 *Proregi comendatur pacificus Status Regni.*
25 *Cautionem de non offendendo cogitur quis præſtare ex Iudicis officio.*
26 *Cautio de non offendendo præſtari debet, etiam ſi ſatisfactum ſit parti læſæ, quoad penam.*
27 *Cautio de non offendendo præſtari debet, etiam ſi fuerit abſolutus ille qui timetur.*
28 *Cautio de non offendendo præſtatur, etiam ſi pars, quæ timet offendi, idem prius offenderit.*
29 *Cautio de non offendendo ab vtraque parte præſtari debet.*
30 *Cautio de non offendendo, non ſolum præſtari debet pro ipſis principalibus, ſed etiam pro eorum conſanguineis, & affinibus, ſed alij contra, nu. 31. de ratione, nu. 32. Tamen prima vera, nu. 33. & quare, nu. 34.*
35 *Cautio de non offendendo præſtari debet pro filio emancipato.*
36 *Cautio de non offendendo præſtari debet*

pro

Digitized by Google

pro clerico consanguineo, & ità obseruatum, nu.37.

38 *Cautio de non offendendo præstari debet pro consanguineis vsque ad quartum gradum, & affinib. in secundo genere affinitatis.*

39 *Prorex ordinare valet, vt cautio de non offendendo præstetur pro quibuslibet consanguineis, nullo gradu, & persona attenta.*

40 *Obligatio de non offendendo aliquando loco cautionis præstatur.*

41 *Promissio de nõ offendẽdo sub verbo, & fide Regia inter magnates, & nobiles datur.*

42 *Promissio de non offendendo capitur ordine Proregis à Secretis Regni.*

43 *Prorex an subditis imponere possit charitatiuum subsidium, & quando, nu.44. & quæ bona subijciantur.*

45 *Prorex potest compellere ad compromictendum causas inter magnates vertentes.*

46 *Iudex potest cogere partes, vt lites amicabiliter componant via facti.*

47 *S.C. cogit partes compromictere causas in facto, vel in iure dubias.*

48 *Bona priuatorum potest Prorex per viam legis capere, & alteri concedere, nec ad emendam tenetur.*

49 *Princeps potest iuri naturali derogare ob publicum bonum.*

50 *Prorex confinare potest personas subditorum, ex sola tamen suspictione mali, absque processu, sed contra, n.53. respondetur, nu.56.*

51 *Prorex decernere potest, vt homines seditiosi à Regno exfractent.*

52 *Prorex cauere potest, vt personæ illustres scandalorum authores, à Regno, & Ciuitate exulent.*

54 *Regi denunciare tenetur Prorex homines scandalosos.*

55 *Prorex non debet faciliter ordinare sine vrgenti causa, vt subditi à Regno exfractent.*

56 *Carceratio rei, antequam de crimine constet, ordinari potest, & quando.*

57 *Carceratio est arbitraria in delictis occultis, & quando fieri debeat.*

58 *Carcerari quis potest, ex sola tamen suspictione criminis ab extra, non infigura iudicij.*

59 *Appellans à captura potest interim detineri.*

60 *Seditiosum an possit quis necare propria manu.*

61 *Priuilegia potest Prorex reuocare ob publicum bonum.*

62 Prorex *valet* Priuilegia *ad libitum reuocare sine causa, & partis citatione.*

63 *Prorex Neap. plenitudine potestatis fruitur.*

64 *Prorex Siciliæ, & Cataloniæ plenitudine potestatis potitur.*

65 *Iudices M.C.V.* Prorex *creat.*

66 *Iudex M.C.V. à Rege creatus, supernumerarius remanet, & quare, nu.67.*

68 *Iudicis M.C. officium annale est, sed hodiè biennale, nu.69.*

70 *Iudices M.C.* Prorex *remouere potest ante expletum biennium.*

71 Princeps *priuare potest officialem, cuius officium ad tempus concessit.*

72 *Iudices M.C.* Prorex *remouere potest, nulla inquisitione præcedente.*

73 Prorex *priuauit continuum Regij Palatij, à Rege creatum, absque iudicio.*

74 *Officialis absque causa ab officio priuari non potest, sed id procedit in officialibus perpetuis.*

75 *Officiales temporales etiam absque causa priuari possunt.*

76 *Officialis temporalis dicitur ex iusta causa priuatus, quando ità* Princeps *expediens iudicat, & quare, nu.77.*

78 Principis *voluntas, & motus sufficit pro causa iusta in priuatione officialis ad tempus, nu. 80. nec datur probatio in contrarium, nu.81.*

82 Principis *causa motiua sufficit ad priuandum officialem temporalem.*

83 Proreges *Neap. complures M.C. Iudices priuauere absque processu, aliosque creauere, & qui sint.*

74 *Iudicem, qui minus grauiter se gerebat in exercitio, amouit ante tempus Dux Ossunæ.*

85 *Officia perpetua, vel temporalia rationabili causa possunt à* Principe *auferri.*

86 *Officialis ex quibus causis possit ab officio priuari.*

87 *Barone contumace,* Prorex *constituit officiales in suis terris, qui valeant iurisdictionem exercere.*

88 *Baroni per contumaciam suspenditur exercitium iudicaturæ.*

89 *Baro per contumaciam reputatur infamis infamia facti, ob quam non potest stare*

Digitized by Google

in Curia ſine dedecore .

90 *Officialium creatio computatur inter fructus iuriſdictionis terræ baronalis .*

91 *Cauſæ vaſſallorum à* Baronalibus *Curijs poſſunt abdicari .*

92 *Baronibus aliquando non debent cauſas vaſſallorum remicti , etiam contrà formam priuilegij .*

83 *Baronibus aliquando ordinatur , vt in cauſa vaſſalli procedant in Ciuitate, vel cum certo Iudice deputato .*

94 *Prorex prouidet , vt loca pia à laicis gubernata, ab Epiſcopo non viſitentur .*

95 *Epiſcopus viſitare nequit ſine* Regis *licentia loca, Regiæ Iuriſdictioni ſubiecta.*

96 *Epiſcopus non poteſt recognoſcere computa laicorum adminiſtrantium loca pia , Regiæ Iuriſdictioni ſubiecta .*

97 *Proregi competit deputare perſonam, quæ recognoſcere debet computa laicorum gubernantium loca pia ,* Regiæ *Iuriſdictioni ſubiecta .*

98 *Forma appoſita in fundatione locorum piorum ſeruanda eſt, & ità S.Congreg. EE.DD Card. cenſuit .*

99 *Officiales etiam dato ſindicatu, & obtentis litteris liberatorialibus poſſunt ſuper geſtis in officijs inquiri .*

100 *Exteros à* Regno *quando poſſit Prorex expellere , num.* 102. *& de ratione , num.* 101.

103 *Prorex mandat , vt vaſſalli , qui alibi domicilium tranſtulerint, ad proprias patrias redeant, & ratio, nu.* 104.

105 *Prorex cauſa habitationis terrarum poteſt homines capere ab alijs locis , & ibi transferre.*

106 *Ciues non poſſunt à patria, vbi munera ſubſunt, recedere, & ire alio ad habitandum .*

107 *Barones poſſunt reuocare vaſſallos , alio incolatum transferentes, ac etiam illos , qui ad ſeruitia perſonalia non poſſunt adſtringi, nu.* 108.

109 *Baronibus interdicta eſt noua angariarum impoſitio , non obſtante clauſula priuilegij (cum angarys , & per angarys)*

110 *Baronibus debentur iura angariorum, & perangariorum de Iure , & conſuetudine eis ſpectantia .*

111 *Rex reuocat vaſſallos domaniales , abſq; probatione , illos eſſe obligatos ad ſeruitia perſonalia, idemq; etiam poteſt facere* Baro.

112 *Baronibus dicitur tranſlatum eſſe Ius , quod habebat* Rex *cum vaſſallis per clauſulam, quod vaſſalli non recedant à Terra, vnde ſunt, nu.* 113.

114 *Baro crudelis etiam perangarios non reuocat vaſſallos, & poteſt feudo priuari, num.* 115.

116 *Baro non poteſt de Ciuitate domanij reuocare vaſſallos , niſi ſint perangarij , quod fallit in Terra Baronali, vbi ſufficit eſſe angarios , vt deciſum videtur , nu.* 117. *limitatur, ſi eſſent pauci, n.* 118.

119 *Baro poteſt reuocare vaſſallos, etiam non angarios , quando Terra eſſet nimis depopulata .*

120 *Legitimare poteſt Prorex filios naturales, & ſpurios, quoad honores, reſtitutionem natalium, & cæt.*

121 *Legitimādi filios naturales poteſtas Proregi tribuitur in litteris patentibus.*

122 *Vicario Principis competit filios naturales legitimandi poteſtas , licet de reſeruatis Principi ſit .*

123 *Legitimatio fieri debet nemine audito, aut citato, nu.* 125.

124 *Legitimatio vt fiat , ſolum requiritur patris voluntas, quomodocumque concepta , ſiuè in teſtamento , ſiuè actu inter vivos .*

125 *Legitimationis priuilegium donum Principis gratioſum eſt .*

126 *Princeps priuilegia concedit nemine citato .*

128 *Filiationis probatio in actu legitimationis, faciendæ per Principem, non requiritur .*

129 *Legitimationis priuilegium non requirit partis citationem , nec filiationis probationem , etiam prole legitima exiſtente .*

129 *Legitimatio quando à filio illegitimo petitur, partis citatio requiritur .*

130 *Legitimationis priuilegium ad inſtantiam filij expeditum, proli legitimæ non præiudicat.*

131 *Priuilegium legitimationis quas continet clauſulas .*

132 *Legitimatus non ſuccedit in fœudis , nec in bonis antiquis .*

133 *Legitimationis priuilegium à quibus nàm ſubſcribatur.*

134 *Legitimationis priuilegium quare ſubſcribitur à Præſide S.R.C.*

135 *Præſes S.C. in ſubſcriptione priuilegij legiti-*

Digitized by Google

gitimationis exigit ducatum vnum.

135 Præses S.C. non potest dare formam priuilegio legitimationis, & quare, n.136. sic decisum, nu.137.

138 Prorex dilatare potest tempus solutionis in contractibus promissum.

139 Prorex ordinare potest, vt debitores paulatim soluant.

140 Prorex potest creditores cogere, vt remittant partem eorum crediti debitori, nu.142.

141 Creditorum maior pars minorem cogere potest ad remittendam partem debiti.

143 Moratorias pro debitis ciuilibus concedit Prorex Massaryis, seù Colonis.

144 Saluaguardias contra Barones ad instantiam vassalli, vt cõtra ipsum non procedat Prorex concedit, & ratio, num.145.

146 Officia, & dignitates cum prærogatiua præcedentiæ concedere potest Prorex.

147 Rex concedere potest officium cum prælatione aliorum magistratuum.

148 Prorex priuilegia concedere potest.

149 Præcedentiæ concessio priuilegij species est.

150 Proregem prouidisse refertur quosdam in officijs, & præcedentiam concessit aduersus antiquiores in eod.offic.

151 Prorex concurrentibus meritis, fortius concedit prouiso in officio præcedentiæ prærogatiuam.

142 Prorex nec visitationi, nec redditioni computorum supponitur.

153 Præfectum prætorij Imper.creauit. cũ altissima potestate etiam supra ipsum.

154 Priuilegia alieque prouisiones Regiæ exequutionem non habent, nisi fuerint Proregi præsentate, & ab eo exequat. expeditum.

155 Prorex potest ordinationes Regias exequutioni non demandare causa consulendi, & expectare secundam iussionem.

156 Iude cui nuda exequtio commissa fuit quando potest supersedere in exequẽdo mandata Principis, & expectare secundam iussionem.

157 Iudex loci potest suspendere exequutionem sententiæ Principis, quam nullam esse apparet, & ita decisum, nu.158.

159 Exequatur Proregis, ordinibus Regalibus quare adinuentum.

160 Rex per importunitatem, & subreptionem non concedenda concedit.

161 Clausulæ, quæ contineri censentur in Regali concessione recensentur, & si omissæ, additæ præsumuntur, nu.162.

163 Concessio Regis per obreptionem impetrata, vel aliquod continens tertio præiudicans nulla redditur.

164 Princeps ex supersessione in exequẽdo eius mandata, turbari non debet.

165 Delegare potest Prorex alteri causas pendentes, vel spectantes ad Tribunalia Ciuitatis.

166 Causæ Neapolitanorum, vel Regnicolarum non possunt à Tribunalibus ordinarijs euelli, ex capit. huius Ciuitatis, quæ explicantur, nu.168.& 169.

168 Delegationes causarum Regi, & Regno perniciosæ sunt.

170 Delegari possunt causæ Neapolitanorum ex literis S.M.

161 Delegari vni non possnnt causa contra Neapolitanos.

182 Iuncta quæ à Prorege erigi valet, non potest esse minus quatuor.

173 Delegari non possunt causæ ciuiles personarum particularium, vel Vniuersitatum Regni.

174 Delegari possunt causæ nationum aliegenarum.

175 Prorex leges condere, leges tollere, & legibus dispensare valet, & ratio, nu. 178.

176 Banna potest Prorex concedere præterius.

177 Prorex potest facere delictum, quod erat permissum, illudque punire etiam pena mortis.

179 Prorex gaudet priuilegijs, quæ Regi debentur.

180 Proreges habent mandatum cum libera, etiam in reseruatis.

181 Pena mortis, quæ contra insignes malefactores viget, potest ordinari à Prorege, quod eadem pena puniantur receptatores.

182 Receptatores bannitorum incidunt in penas contra criminosos læsæ Maest. statutas ex pragmat. D.Comitis Castrilli, quæ fuit exequnta in casu relato, nu. 183.

184 Banna emanata à Prorege absque Collat. Consil. interuentu expirant finito officio contrarium, nu.187.

185 Banna Viceregia penalia anno durant ex

cap.

Digitized by Google

cap. Règ. Ioannæ, ſed procedit tamen in Regno Siciliæ, *nu.* 193.

186 *Pragmaticæ à Prorege ordinate perpetuo durant.*

188 *Prorex quodcunque per epiſtolam conſtituit lex eſt, & durat etiam finito eius officio, nu.* 189. *& ità dec. nu.* 190.

191 *Prorex poteſt condere iura duratura etiam finito officio.*

192 *Edicta nomene* Regio *prolata perpetuo durant, & quare.*

193 *Officialis ordo expirat finito officio.*

194 *Prorex in negotijs concernentibus militiam ſolus prouidere poteſt, legeſque condere abſque Collat. Conſ.*

195 *Prorex ſolus decernere, & prouidere poteſt in negotijs pertinentibus gubernio, & ſtatui Regni.*

196 *Regentes Reg. Cancell. in negotijs ſtatus votum conſultiuum habent.*

197 *Votum conſultiuum* Regentium *Reg. Cancell. ſequi non tenetur Prorex, exploſis contrarijs, nu.* 198.

199 *Prorex ſolus ipſe prouiſiones facit tempore peſtis.*

200 *Prorex ſolus ipſe prouidet quoad cuſtodiam Ciuitatis.*

201 *Prorex ordines dat in negotijs reſpicientibus gubernium Tribunalium, & præcipuè Collat. Conſ.*

202 *Regentes Reg. Cancell. omnimodam poteſtatem habent in negotijs iuſtitiæ, etiam abdicatiuam, quoad Proreges.*

203 *Prorex non poteſt impedire prouiſiones iuſtitiæ à* Regentibus *expeditas, ſed poteſt illas retardare, vt conſulatur S. M. nu.* 204. *& quando, nu.* 205.

206 *Vendere poteſt* Prorex *bona domanialia Regis ſine ſubhaſtationibus, & quare, nu.* 207. *ſicque deciſum, nu.* 208.

209 *Repreſalias concedere poteſt Prorex, & quare, nu.* 210.

De officio Proregis Regni Neapolis, & quæ facere poteſt.

RVBRICA VIII.

1 SAtis conſentaneum, ac materiæ, de qua ratiocinamur, apprime neceſſarium conſpicimus, de Proregis munere agere, eiuſq; præſtantia diſſerere, ac facultates eiuſdem explanare, & cenſeo non iniucundum, etiam poſt doctiſſimas elucubrationes, ab aliquibus ex noſtratibus congeſtas in hac peculiari re, cum aliqua ſubnectam iuri magis congrua, & noſtræ praxi vſufrequentia.

Prorex inquam Regni noſtri, alteriuſue ditionis noſtri Inuictiſſimi Monarchę, idem officium habet, quod Præſes, & Proconſul Prouinciæ, vt inquiunt *Capyc. in repet. cap. Imperialem col.* 32. *Camer. ibid. pag.* 78. *litt. N. Purpur. in l.* 1. *nu.* 209. *ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 7. §. 5. *nu.* 2. *Reg.*

2 *Sanfel. tom.* 1. *dec.* 62. *nu.* 1. itaut ſicut Præſes, & Proconſul iuriſdictionem exercere nequit, niſi in homines Prouinciæ, ex *l.* 3. *ff. de offic. Præſid. Luc. de Penn. in l. quinque ſummates, C. de decur. lib.* 10. ità etiam

3 Prorex, qui iuriſdictionem non habet, niſi in homines Regni, vt perbellē tradit *Reg. Sanfel. cit. dec.* 62. *nu.* 2.

4 Alij vero autumant eadem poteſtate fulciri, qua Capitaneus generalis, & Præfectus Prætorij, vt illā exerceat in milites, & iſtā in Prouinciales, vt firmant cæteris omiſſis, *Reg. Tap. dec.* 3. *n.* 3. *Sup. Conſ. Ital. Taſſon. prag. de antef. verſ.* 2. *obſer.* 2. *in princ.* quod ſuadetur, quia Prorex tribus

5 nominibus decoratur, ſcilicet Viceregis, Locumtenentis, & Capitanei Generalis.

6 Sed his circumſcriptis, puto quod Prorex Regni Neapolis Regem repreſentat, Regiſque vice fungitur, *Marſ. in l. ſi quis ob repetit. nu.* 2. *ff. de falſ. Anton. Scapp. de iur. non ſcrip. tit. de Princ. cap.* 1. *Io. Grand.*

7 *de bell. exul. quæſt.* 1. *nu.* 9. imo pro tempore, quo adminiſtrat, ipſemet Rex reputatur,

Digitized by Google

tur, *Mastrill. de magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 24. & 80. Reg. Capyc. Latr. dec. 190. lib. 2. n. 10.*
8 *Reg. Sanfel. dec. 221. nu. 9. tom. 2.* siquidem suprema, & plenaria Regis potestas ipsi
9 tribuitur, & alter ego constituitur, *Reg. de Ponte tit. de prouis. fier. sol. §. 1. nu. 1. & in tit. de assens. Reg. §. 6. nu. 3. Reg. Tap. dec. 3. n. 3. Sup. Cons. Tasson. prag. de antef. vers. 2. obser. 2. in princ. Reg. Sanfel. dec. 221. nu. 9. tom. 2.*

10 Quamobrem similis reuerentia, quæ Regi tribuitur, ipsi debetur, *cap. præcipimus 90. distin. §. fin. auth. de trien. & semis.*
11 Et omnia quæ Rex gerit, ipse gerere valet, *l. 1. & 2. ff. de offic. eius, l. si Augusta, ff. de leg. 2. & l. 2. & l. si in aliquam, ff. de off. Proconf. Alex. in rub. ff. de offic. eius, qui vic. alter. ger. Reg. de Pont. tit. de assens. Reg. §. 5. nu. 3. Reg. Tap. dec. 3. nu. 3. Sup. Cons. Tasson. prag. de antef. vers. 2. obser. 2. fol. 41. Reg. Capyc. Latr. dec. 19. lib. 2. nu. 12. Reg. Sanfel. dec. 221. nu. 9. tom. 2.* quod confirmatur ex *cap. Regni Neap. 28. fol. 101.*
12 Nec eius potestas cessat mortuo Rege, *Tasson. loco cit.* verum solet Regni succes-
13 sor Ciuitati scribere, vt illius Proregis mandatis pareat, vt habetur in *cap. Reg. nostri de anno 1515. fol. 78.* cessat autem
14 eius potestas Rege præsente, vt pluribus citatis, testatur *Tass.* ibidem ex *text. in cap. volentes de offic. deleg.*

Ex hac inquam generali potestate, quæ sequuntur specialia excerpo, Iuri consona, & praxi vsufrequentia.

15 Primò, in decisionibus causarum in Collaterali Consilio vertentibus, si vota paria fuerint, potest Prorex inclinare in illam partem meliorẽ ei visam, & paritatem dirimere, vt testatur *Præs. de Franch. dec. 252. num. 6.* idemque tradit cæteris omissis, *Tasson. in d. prag. de antef. vers. 2.*
16 *obser. 2. nu. 42.* sed hodie Proreges raro vruntur huiusmodi potestate, & tres ministros aliorum Tribunalium dare solent in adiunctos, ad dirimendam paritatem, vt fatetur idem *Tasson. loc. cit.* & nos sic
17 quotidiè practicari videmus. Tenetur tamen Prorex, qui hac facultate vti velit, in mitiorem partem inclinare, vt de iure communi cauetur ex *l. inter pares 38. ff. de re indic. Præs. de Franch. dec. 252. Reg. Tap. dec. 3. C. 46.*
18 Secundò, potest cogere subditos inter se rixantes, vt paciscantur pro quiete Reip. *Bal. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præf. vrbis, Felin. in rub. ext. de treg. & pace in princ. Rest aur. Castald. in tract. de Imper. quæst. 110. priuil. 102.* & ad hoc anti-
19 quitus per Præsidem Prouinciæ constituebantur aliqui particulares officiales, qui Irenarchæ vocabantur, *l. vnic.* vbi *gl. C. de Irenarch. lib. 10.* sed hodie sex sedi-
20 lium differentias inter nobiles ipsorum sedilium componunt, mandata faciunt, vt vnusquisque in sua domo permaneat,
21 donec paciscantur, nec alius Officialis superior se ingerere valet, vt notat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. sol. tit. 1. nu. 6.* de quibus infra tractabimus.

22 Verum quando interuenerit sanguinis effusio, nobiles illi se intromictere non possunt, vt decernitur in *cap. Ciuitati concesso tempore Regis Ferdinandi*, de quo
23 meminit *Reg. de Pont. loc. cit.* & tunc Domini Proreges solent manus apponere, & prouidere, prout facti qualitas exposcit, vt notat idem *de Ponte ibid* & ratio est, quia ipsis comendata est pax, & quies,
24 & datum arbitrium super bono, & pacifico Statu Regni, *Bart. in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. facien. nu. 18.*

25 Vndè cogere potest, vt quis cautionem præstet de non offendendo, vel potest pœnale mandatum iniungere, tàm ex officio, quàm ad instantiam partis, quæ timet offendi, *Gugl. de Cun. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Præs. Bar. in l. denunciamus in fin. C. de his, qui ad Eccl. confug. Præs. de Franch. dec. 359.* quod
26 procedit etiam si fuerit satisfactum parti læsæ, quo ad pœnam, & interesse, *Franc. Victor. Relect. Theol. 6. de iur. bel. nu. 18.*
27 *Reg. Sanfel. dec. 142. nu. 4. to. 1.* vel si fuerit absolutus ille, qui timetur *Præs. de Franc. dec. 359. Reg. Sanfel. loc. cit. nu. 10.* vel si
28 pars illa, quæ offendi timet, per prius alium, à quo cautionem petit, offenderit, ex quo inimicitia iusta ortum habuit, *Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de pignor. § seq. vers. quid si timeo, Bart. in l. qui bona, §. si quis iusta, ff. de dam. infec. Reg. de Ponte ibidem nu. 8.*

29 Sed huiusmodi securitas de non offendendo altrinsece præstari debet, vt inquit *Bart. & DD. in l. illicitas, §. ne potentiores per illum tex. de offic. Præs. Reg. de Pont. loc. cit. nu. 17. Reg. Sanfel. d. dec. 142.*

Imò

Digitized by Google

39 Imò non ſolum pro ipſis principalibus præſtari debet, ſed etiam pro filijs, deſcendentibus, conſanguineis, affinibus, familiaribus, & amicis cuiuslibet ex eis, vt notant *Bart. in d. §. ne potentiores, Tiraq. in tract. de retract. lignag. gloſ. 16. in princ. verſ. vlterius quæritur, fol. 165. Cabal. reſol. crim. caſ. 231. Vulpell. de pace quæſt. 34. Sebaſt. Guazzin. de caut. de non offend. par. 2. quæſt. 10. nu. 4. 5. Morot. de treg. & pace, quæſt. 130. nu. 8. Franc. Hercul. de caut. de non offend. cap. 8. nu. 1. Farin. in pract. crim. quæſt. 107. nu. 26.*

31 Verum in contrarium ſic arguitur, vt tunc ſcilicet quis pro altero de non offendendo cauere cogēdus ſit, cum is, pro quo cautio exigitur, in eius poteſtate eſt conſtitutus, eique ſubiectus, veluti pro
72 filijs deſcendentibus in poteſtate poſitis, vel pro eius familiaribus, quos omnes prohibere poteſt, ne delinquant. Non autem idem eſt pro alijs, puta conſanguineis, & adherentibus, ab eius poteſtate, & authoritate eſemptis, ità *tex. in l. familia, ff. de public.* Bart. ibi, *Panorm. in c. conſtit. de cenſib. Curt. iun. conſ. 41. Ripa in rub ff. de damn. infect. n. 6. Pariſ. conſ. 168. vol. 4. Laderch. Imol. conſ. 208. Cephal. conſ. 587. nu. 37. vol. 4. Hier. de Monte quæſt. 8. nn. 7. cum ſeq. Sebaſt. Guazzin. loc. cit. nu. 2. 3. Vulpel. ibid. quæſt. 83. nu. 2.*

33 Nihilominus nil refragante huiuſmodi argumento, primam ſententiam amplectuntur pluribus citatis, *Sebaſt. Guazzin. loc. cit. cap. 10. num. 7. Farinac. pract. crim. quæſt. 107. nu. 34. Reg. Sanfel. dec. 142.*

34 Idemque patet, nàm ſi verum eſſet, vt pro coniunctis tantummodo in poteſtate conſtitutis teneatur cautionem præſtare, ſequeretur, vt pro filio emancipato, &
35 fratre non obligetur cautionem dare, ſed hoc eſt abſurdum, vt admonet *Guazzin. loc. cit. nu. 21. Reg. Sanfel. ibidem loco cit.* igitur prima opinio vera eſt.

36 Quæ fortius confirmatur, nàm poteſt laicus pro clerico coniuncto compelli, vt ſe obliget de non offendendo, & ità practicatum refert *Reg. Sanfel. cit. dec. 142.*
37 *nu. 12.* cum Michaele Ranco, qui tùm ſuo nomine, quàm Nicolai fratris clerici ſe obligauit ſub verbo, & fide Regia non offendere Franciſcum Coppula.

38 Regula tamen indubitata eſt, vt ſecuritas de non offendendo detur prò conſanguineis vſque ad quartum gradum, & pro affinibus in ſecundo affinitatis genere conſtitutos, *Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 16. in princ. verſ. vlterius quæritur, fol. 165. Cabal. reſol. crim. caſ. 231. Vulp. de pace quæſt. 34. Farinac. pract. crim. quæſt. 107. Reg. Sanfel. dec. 142. nu. 9.*

39 Sed Prorex prædictis regulis non ſubijcitur, & poteſt mandare, vt huiuſmodi ſecuritas de non offendendo præſtetur pro quibuſlibet coniunctis, nulla attenta perſonarum qualitate, & gradu, vt notat *Reg. Sanfel. d. dec. 142. verſ. nec ad. mittenda in fin.*

40 Inſuper D. Prorex cauere poteſt, vt partes paciſcentes ad inuicem ſe obligent de non offendendo, nulla interueniente cautione, *Bal. in l. 1. C. de Epiſc. & Cleric. Fel. in rub. de treg. & pace, Reg. de Ponte d. tit. 1. nn 17.*

41 Quod vt plurimum decerni ſolet inter nobiles, & magnates, à quibus hoc promittitur ſub verbo, & fide Regia, vt notant *Reg. de Ponte loco cit. nu. 17. in fin. Reg. Sanfel. cit. dec. 142.* quæ promiſſio
42 de mandato Proregis capitur à Regni Secretario, qui de Collaterali Conſilio eſt, & ipſe in ſuis libris facit de omnibus debitam annotationem, vt teſtatur prædictus *Reg. de Ponte, & Reg. Sanfel. loco citato.*

43 Tertiò, charitatiuum ſubſidium poteſt D. Prorex imponere in caſibus extremæ neceſſitatis, oppreſſionis publicæ Populi, aut Regni, vt tueantur perſonæ, & bona particularia omnium, ità aſſeuerat *Bouad. in polit. tom. 1 lib. 2. cap. 16. nu. 162. & tom. 2. cap. 18. num. 299.* quod deciditur *1. Reg. 8.* & iure ciuili ſancitur, *l. tutius, ff. de euict. l. item ſi verberatum 15. §. 1. ff. de rei vendic. l. 2. C. in quib. caſib. ſeruis præmium libert. accip.* vbi diſponitur, poſſe Dominos contributionem imponere ſuper vaſſallis, idemque probant *Andr. in tit. de Capitan. qui Cur. vendid. Caſſan. ca. tal. glor. mund. par. 5. conſid. 24. reg. 162. Iudex Taſſon. prag. de antef. verſ. 2. obſer. 2.*
44 *nu. 50.* ſed quorum bona ſub hoc charitatiuo ſubſidio ſubiaceant, tractat *Gigan. in tract. de penſion. quæſt. 9. nu. 8. in tract.*
45 *tom. 15.* & an imponi valeat pro manutenendo exercitus aduerſus inimicos in par-

Digitized by Google

partibus, agit, & resoluit Pat. *Diana mo. ral. resol. tract. de immun. Eccles. resol.* 78. *& resol.* 132. & nos diffusè materiam pertractabimus infra, vbi est videre.

46 Quartò, potest Prorex compellere partes, vt compromictant ciuiles causas inter magnates pendentes, maximè quando ex controuersia scandala produci possunt, Reg. *de* Ponte *de potest. Proreg. tit.* 1. *de prouis fier sol. num.* 10. Reg. *Capyc. Latr. dec.* 192. *num.* 71. *lib.* 2. *& Bal. in l. aquissimum, ff. de vsufruct.* subdit posse quo-

47 que Iudicem tali casu tractare, vt partes litem amicabiliter componant via facti, & non iuris, & ità inquit *glos. in cap. placuit* 90. *distin. Bellug. in spec. Princ. rub.* 11. *tit. de propos. grauamin.* §. *compendiose*.

48 Quodque in S.R.C. nostro practicatur in causis in facto, vel in iure valdè dubijs vt testantur Reg. *de* Pont. *de potest. Proreg. tit.* 1. *de prouis. fier. solit. nu.* 10. *Gramat. dec.* 9. Reg. *Rouit. dec.* 95. *nu.* 18 Reg. *Capyc. Lat. cit. dec.* 192. *nu.* 71. *tom.* 2.

49 Quinto, bona priuatorum ob publicum bonum capere potest, & alteri concedere, nec ad emendam tenetur, si per viam legis faciat, *Alex. cons.* 19. *vol.* 2. *Dec. cons.* 520. *Restau. Castal. de Imper quæs.* 98. *in tract. tom.* 16. *Tasson. de antef. vers.* 2. *obser.* 2. *nu.* 52. idem affirmant Pat. *Steph. Fagund de contract. in gen. lib.* 1. *cap.* 20. *nu.* 6. *Egid. Lusitan. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, cap.* 1. *nu.* 26. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 188. *nu.* 71. & ratio est, quia potest Prin-

50 ceps ratione publicæ vtilitatis iuri naturali, etiam derogare, *l.* 1. *ff. de vsucap. Loffred. cons.* 14. *nu.* 22. *Reg. Capyc. Latr. cit. dec.* 188. *nu.* 74 *lib.* 2.

51 Sextò, potest Prorex, si expedire ei visum fuerit, confinare personas subditorum, ex sola tantum suspictione absque alio processu, *Ang. in* §. *vnum auth. de rest. & ea, quæ parit in vndec. mense*, *Reg. de* Ponte *cit. tit.* 1. *nu.* 11. maximè ho-

52 mines seditiosos, & scandalosos, *Auend. de exeq. mand. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. quos etiam denunciare debet Regi, *l.* 2. *C. de offic. Rector. Princ.*

53 Imò ordinare potest, vt etiã personæ Illustres scandalorũ authores à Ciuitate, & Regno exulent, *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illustr. cap.* 18. *nu.* 19. *fol.* 176. *Tasson. in prag. de antef. vers.* 7. *obser.* 1. *nu.* 5. & ità etiam de iure communi statuitur, *l. certa forma, C. de iur. fisc. l.* 10. vbi habetur, quod Princeps ex causa iubet, vt personę, quę possunt scandala causare Ciuitatibus, transferantur in alias Ciuitates, & Prouincias, & hæ personę olim Metroici appellabantur.

54 Sed contrarium firmat *glos. in d. l. certa forma*, dicens quod talis trãslatio abolita fuit, nam ex ea bellum ciuile Reipublicæ successit.

55 Tamen respõdetur, quod bellum ciuile eatenus euenit, quia de illis solis personis loca particularia replebantur, & iunctim inhabitabant, & proindè tumultuabant; Quod cessat quando hę prouisiones fiunt cum certis, & particularibus personis, non iunctim destinatis in eisdem locis, vt inquiunt *Bal. in d. l. certa*, Reg. *de* Ponte *ibi nu.* 12.

56 Nihilominus hoc perpendere, & pensare debent Proreges, & non passim, & indifferenter ad id peruenire, nisi iusta, & vrgenti causa suadente, & quando alio remedio succurrere nequeant, quia hoc legibus, & capitulis Vrbis nostræ aduersatur, vt notat idem Reg. *de Ponte ibi*.

57 Verum ordinare potest aliquem capi, & carcerari, antequam de crimine constet, si quoque modo, ex potentia, & qualitate personæ potest impediri informatio capienda ad eruendam veritatem, *Ang. in* §. *audient auth. de defens. Ciuit.* Reg. *de* Ponte *de potest. Proreg. tit.* 1. *nu.* 18.

58 Imò *Bar. in l. consentaneum, C. quomodo, & quan. Iudex*, tradidit, quod in criminalibus captura est arbitraria præcipuè in delictis occultis, & quæ secreto perpetrantur, vndè vt plurimum sufficit habe-

59 re suspictionem ab extra, non in figura iudicij, *Salic. in l.* 2. *C. de custod. reor. & in l. nullus, C. de exhib. reis*, & potest in delictis gratuibus carcerari ex suspictione, & dum quis à captura appellat, interim po-

60 test detineri, *l. eos*, §. *quod super his, C. de appell. Innoc. in cap. vt famæ de senten. excomm. Bellug. rub.* 38. *de Præs.* §. *conquerantur, nu.* 8.

61 Sed nunquid possit propria manu seditiosum necare, *vide Lancell. Corrad. tract. de Imper.* §. 4. *de præst. & potest. Imperat. fol.* 100. vbi articulum largè disputat.

62 Septimò, potest Prorex priuilegia

Digitized by Google

cõceſſa reuocare, publica exiſtente vtilitate, *Bart. in l. qui ſe patris, C. vnde lib. Luc. de Penn. in l. fin. num.47. C. de locat. prad. ciuil. lib.11. And. Gail. lib.2. obſer.60. in fin. pract. obſer. Taſſon. de antef. verſ.2. obſer.2. nu.53.*

63 Imò eidem Proregi licet, conceſſiones, & priuilegia ſubditis collata ad libitum reuocare, etiam ſine cauſa, & rei cognitione, & partis citatione, *Soccin. conſ.156. nu.8. lib.2. Ang. in l. Antiochenſium, ff. de Priuil. credit. Boſſ. de Princ. nu.22. Peregr. de iure fiſc. l.1. tit.3. nu.19. Reg. de Ponte conſ.152. nu.14. l.2. Decian. reſp.18. n.285. l.1. Acacius de priuil. l.3. cap.3.*

64 Ratio eſt, quia in hoc Regno Proreges habent à Cattholica Maieſtate ſupremarum plenitudinem poteſtatum, *Maſtrill. de magiſtr. l.5. cap.6. nu.80. Præſ. de Franc. dec.165. nu.2. & 455. nu.5. Reg. Capyc. Lat. conſult.47. nu.36. tom.1.* quemadmodum

65 eandem ſupremam poteſtatem habet Prorex Regni Siciliæ, *Burg. de modo proced. ex abrup. queſt.55. nu.6.* & etiam ille Regni Cathaloniæ, *Cancer. l.3. var. reſol. cap.3. nu.330.* quamobrem illud ei permictitur, vt aſſeuerant *DD ſup. allegati.*

66 Octauò, Iudices M. C. V. Prorex conſtituit, & creat *Afflict. in conſt. ſtatuimus nu.7. Carau. in prag.1. §.1. nu.9. ad Mac.*

67 Vndè quando à Rege noſtro aliquis creatur Iudex, vt in dies videmus, ſuper numerarius eſt, & extraordinarium locum occupare debet, & Prorex ſolitas prouiſiones Iudicum facere poteſt, ſiqui-

68 dem Rex cum his prouiſionibus Proregis poteſtati præiudicare non creditur, *cap. dudum, cap. in ſuis, cap. paſtoralis de priuil. l.4. C. de emancip. liber.* & ſic obſeruat *Taſſon. de antef. verſ.2. obſer.2. nu.85.*

69 Illorum autem officium per annum durat, quo completo mutari debet, vt conſtituit *prag.1. de offic. Magiſtr. Iuſt.*

70 Tamen hodie per duos annos exercent officium, quibus elapſis a Proregę remouentur, vt notat *Reg. Tap. Ius Reg. l. 1. tit. de offic. Magiſtr. Iuſt. prag.1. verſ. ſingulis annis. fol.272.*

71 Sed poteſt etiam ante expletum annum, vel biennium Iudices remouere, & ſucceſſores creare, ſiquidem poteſt Prin-

72 ceps ex ſuprema poteſtate aliquem officio priuari, cuius exercitium per tempus conceſſit, *Boer. dec.149. nu.16. Io. Redin. de Maeſt. Princ. verſ. ſed etiam per legitimos tramites nu.165. tom.16. tract. Cap. dec.121. nu.20. ex Bal. in l. mancipia, C. de ſer. fugit. Borrel. de Magiſtr. edict. lib.1. c.12. nu.68. Reg. Capyc. Latr. conſ.48. nu.38. to.1. Maſtrill. de magiſtr. lib.1. cap.27. in princ. Reg. Moles dec.3. tit. de offic. in manuſc.*

73 Nec inquiſitionem formare tenetur. neque proceſſum conſtruere, ſed prolibito eius voluntatis nulla patefacta cauſa poteſt Iudices remouere, *Marc. Anton. Surg. de Neap. Illuſtr. l.1. cap.17. nu.36. Reg. Tap Ius Reg. lib.1. tit. de offic. Magiſtr. Iuſt. prag.1. verſ. ſingulis annis,* Reg. *Capyc. Latr. conſult.47. nu.49. verſ. hinc videmus, Mar. Burg. de mod. proced. ex abrup. queſt.51. nu.16. Præſ. de Franch. dec.455.*

74 vbi tradit etiam deciſum, Proregem Neap. priuaſſe continuum Regij Palatij à S.M. creatum abſque iudicio.

75 Verum alij *DD.* dixerunt, non poſſe officio, aliquem priuari abſque cauſa, *Maſtril. de Magiſtr. l.1. c.27. n.15. Reg. de Ponte dec.7. Anna alleg.103. num.4.*

Tamen loquuntur in officijs perpetuis, in quibus procedi debet iudicialiter ad priuationem, ſeù ſuſpenſionem, & ideò requiritur, vt cauſa probetur, & illa ſit

76 ſufficiens, quod ſecus eſt in officijs temporalibos, prout iudicatus M. C. vt aduertunt *Taſſon. d. obſer.2 n.85. Reg. Capyc. Latr. conſul.47 nu.78 lib.1.*

77 Et in dictis officijs, ad priuandum Officialem ſolus Principis iuſſus dicitur iuſta cauſa, voluntas enim Principis præ-

78 ſumitur iuridica, & rationabilis, *gloſ. in cap. paratus 23. q.1. Luc. de Penn. in l. fin. nu.90. C. de locat. prad. ciuil. lib.11. Roland. Cauagnol. dec.57. nu.79.* & pro iuſta cauſa

79 habetur, *gloſ. in l. relegati, ff. de pen.* vndè

80 aduerſus eam probatio in contrarium non admictitur, *Cin in l. reſcriptum, & l. fin. C. ſi contr. ius, vel vtilit. publ. Ant. de Butr. in cap. quæ in Eccleſiarum de conſtit. Gramat. dec.65 nu.13. Decian. reſp.18. l.1. nu.274. Maſcard. concluſ.1234. Farinac.*

81 *queſt.63. nu.7.* cum ſola voluntas, & motus Principis, iuſta dicatur cauſa, *gloſ. & Bart. in l. relegati, ff. de pen. Abb. in cap. niſi*

82 *ſpec. de off. deleg.* & ſufficit cauſa motiua ſecundum *Bal. in l. fin. col. vlt. C. de proc. Imper. offer. Ruin. conſ.230. nu.9 l.1. Grat. diſcept. for. l.2. cap.167. nu.49 Marta de iuriſdi-*

Digitized by Google

iurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 74. nu. 17.

83 Quod fuit pluries obseruatum in hoc Regno, vbi Proreges pro eorum voluntatis libito Iudices M. C. ante annum, vel biennium absque aliquo processu priuarunt, aliosque in eorum locũ crearunt, prout euenit in personas Horatij Galluccio, Alexandri Confalone, Octauij de Amabile, & aliorum, vt testatur *Reg. Capyc. Latr. consul. 47. nu. 49. vers: hinc videmus.*

Idemque fuit obseruatum tempore præsidatus D. Petri de Toledo, qui Iudices priuauit, vt testatur *Surg. de Neap. Illus. lib. 1. cap. 17 nu. 36.* sic etiam accidit
84 tempore, quo Regnum moderabat D. Dux Ossunæ senior, nàm Iudicem remouit, quia minus grauiter se gerebat in administratione sui muneris, vt fatetur *Reg. Tap. Ius Reg. l. 1. sup. prag. 1. de off. Magistr. Iustit. vers. singulis annis, fol. 272.* subdens ità quoque practicatum fuisse tempore D. Ducis Alcalanensium Proregis.

Et insuper gubernante Regno Dom. D. Petro Giron Duce Ossunæ fuerunt peculiari suo diplomate, vna insimul priuati tres Iudices M C. antequam tempus administrationis complerent, & fuerunt successores creati. Imò cum dicti Iudices priuati petijssent coram Domino Cardinali Borgia Prorege successore reintegrationem in eodem officio, non solum nihil obtinuerunt, sed idem Dominus Card. Prorex alios Iudices priuauit, antequam tempus explerent, & successores nominauit, vt testatur *Reg. Capyc. Latr. d. cons. 47. in fin.*

85 Verumtamen *Reuerendus* P. *Baptista Fragos. in tract. de regim. Reip. par. 1. lib. 3. disp. 5. nu. 42.* plenè tractat articulum, an Princeps possit auferre officia, subditis concessa, sine rationabili causa, & ex multis concludit, non posse absque causa siuè ad vitam, siuè ad annum sint officia concessa.

86 Et causæ ex quibus possunt officiales priuari tempore non expectato, sunt stuprum, adulterium, Baractaria, Inobedientia, Negligentia in magno delicto, vt firmant *Afflict. in const. statuimus, nu. 50. vers. fallit*, Mastrill. *dec. 188. num. 18.* item præuaricatio, officij contemptio, vel insufficientia, *Menoch. de arbitr. q. 55. nu. 14. 15. 16. Mastrill. lib. 6. cap. 5. de Magistr.* & de prædictis nos in secunda parte diffuse tractabimus.

87 Nono, Barone existente contumace, Prorex in eius terris officiales constituit, vt valeant iurisdictionem administrare, *Frecc. de subfeud. author. 19. Baron. Cap. dec. 131. Add. ad And. in cap. 1. de milit. vassall. qui contum. est Petr. de Gregor. de conces. feud. par. 1. q. 10. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 1. de prouis. scr. fol. §. 1.*
88 *nu. 4.* & ratio est, quia per contumaciam exercitium iudicaturæ suspenditur, *Iser. in const. Reg. clem. Imperialis*, & reputatur
89 infamis, infamia tamen facti adeò quod ex contumacia non potest stare in Curia sine dedecore, idẽ *Andr. in cap. 1. §. 1. an ille, qui interf. frat. Dom. sui*, quapropter officiales Prorex creare potest, cum inter
90 fructus iurisdictionis computetur creatio officialium, vt iurisdictionis prouentus, *Petr. de Gregor. de conces. feud. par. 1. q. 10. Reg. de Ponte loco cit.*

91 Decimò, abdicare potest causas à Baronalibus curijs, quando de grauitate delicti, aut de aliqua esorbitanti causa agi-
92 tur, & etiam potest dictas causas illis non remictere, etiam si id redundaret contra formam suorum priuilegiorum, *Frecc. de subfeud. in 35. author. Baron. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. nu. 19.*

93 Sed quando causæ remictuntur ipsis Baronibus, solet prouideri, vt procedatur in Ciuitate, vel cum certo Iudice deputato, vt notant idem *Frecc. & Reg. de Ponte loco cit. & Reg. Sanfel. dec. 63. tom. 1.* vbi diffusè rem tractauit ex *dec. Reg. Reuert.* quam punctualiter inserit, vt in omnibus est videre.

94 Vndecimò, Prorex prouidet, vt loca pia à laicis gubernata, & Regiæ iurisdictioni immediatè subiecta, ab Episcopo non visitentur, vt inquiunt *P. Diana moral. resol. tract. de immun. Eccles. resol. 83. fol. 67. Tasson. in prag. de antef. vers. 2. obser. 2. nu. 64. Episcop. Ricc. in. prax. probat. iuris patron. resol. 140. nu. 2. & 3. Reg. Capyc. Latr. dec. 193. lib. 2. nu. 38.* & ratio est,
95 quia expræsè prohibetur Episcopis sine Regis licentia visitare loca Regiæ iurisdictioni supposita ex *Sac. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. Reg. Capyc. Latr. loc. cit. Tasson. ibid.*

Digitized by Google

96 Nec etiam poſſunt Epiſcópi recognoſcere computa laicorum gubernantium dicta loca Regiæ Iuriſdictioni ſubiecta,
97 ſed Proregi competit prouidere perſonas, vt videant computa laicorum gubernantium dicta loca, *l. orphanotrophos* 31. *C. de Epiſcop. & Cleric.* P. *Diana moral. reſol. tract. de immun. Eccleſ. reſol.* 83. *fol.* 67. *Taſſon. loc. cit. nu.* 57. ſicque cenſuit Sacra
98 Congregatio Emin. Cardinal. vt .s. ſeruetur forma in fundatione appoſita, vt teſtantur *P. Diana, & Taſſon. loc. cit.* & de prædictis latè tractabimus in *tract. de iuriſdict. Dom. Cappellani maioris*.
99 Decimotertio, Inquiſitores contra Officiales poteſt per Regnum mittere, quamquam ſindicatui paruerint, & liberationis literas obtinuerint, vt practicatum fuit, teſte *Reg. de Ponte dec.* 26. *& Taſſon. in prag. de antef. verſ.* 2. *obſer.* 2. *nu.* 84.
100 Decimoquartò, exteros poteſt Prorex à Regno reijcere, præcipuè quando ſuſpicatur denigrari puritas, & ſinceritas fidei Regnicolarum, & natio prouocat, vel deterret *Andr in cap. Imperialem in* 1. *addit. poſt nu.* 7. *col.* 3. *& in rub. quæ ſint regal. in fin. Bal. in cap.* 1. § *Dominus de*
101 *form. fidelit.* & ratio deſumitur ex *l. mercatores, C. de commerc. & mercat.* ex his verbis, ibi, *ne alieni Regni, quod non conuenit ſcrutentur arcana, & ſic fuit pluries practicatum*, vt teſtatur *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 2. §. 2. *nu.* 3.
102 Et inſuper conſueuerunt *DD.* Proreges expellere exteros, quando annona adeo vrgeat, vt frumenti copia tam magno Ciuitatis populo vix ſufficiat, nec poteſt Ciuitas aduenas ex omnibus Regni partibus ad eam confluentes, alere, vt notat *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit.* 2. §. 2. *nu.* 1. & ita quoque iuris eſſe cenſuit.
103 Decimo quintò, decernere valet Prorex, vt vaſſalli ad alienas terras conuolantes, & proprias patrias deſerentes quaſi inhabitatas, ad eaſdem redeant, & ſolita munera ſubeant, imò poteſt cauſa
104 habitationis terrarum capere perſonas ex alijs locis, & ibi transferre, ità eſt *tex. in l.* 4. *C. de iur. fiſc. l.* 10. *l.* 1. *C. de priuil. corp. vrb. Rom* ex his verbis *cura autem Rectorum Prouinciæ corporatum Vrbis Romæ, qui in Peregrina tranſgreſſi ſunt redire cogantur, vt ſeruire poſſint functionibus, quas impoſuit antiqua ſolemnitas.*
105 Ratio eſt, quia alias Regnum depopularetur, & fiſcus dãnificaretur ex impotẽtia terrarum, quæ ex defectu habitantium non poſſunt debitas functiones ſoluere, vt inquit *text. in auth. de quæſtor. per tot.* & conſiderat *Reg. de Ponte loc. cit.*
106 Nec poteſt quis à patria recedere, vbi munera ſubeſt pro functionibus fiſcalibus ſoluendis, & ire alio ad habitandum *Bart. in l. incola, ff. ad Muncip. Martin. Lauden. in tract. de Fiſco, q.* 50.

Quinimò idem permittitur Baronibus, vt probat ſatis optimus *tex. in l. mettallarij, C. de mettallar. lib.* 12. *l.* 1. *C. ſi Curiales relicta Ciuitates lib.* 10. vbi ca-
107 uetur, poſſe reuocari vaſſallos alio incolatum transferentes, hoc etiam ſuadetur ex *conſtit. Regni quiſquis de Burgenſ. in* 2. *par. rubr. de reuocand. tranſeuntes ad alias habitationes*, imò ibi ſtrictior eſt facta
108 prouiſio, & Baronibus tribuitur reuocatio vaſſallorum, qui in perſonalibus ſeruitijs minimè adſtringi poſſunt, & confirmant *cap. Regis Roberti* 119. *& aliud* 108. *incip item ſtatuimus ſecundum ordinem Campagnæ*, imò hoc peculiariter decernitur in *cap. Papæ Honorij ad nouas cõmunantias*, cuius memores fuere *Petrus de Monteforte in d. conſt. quiſquis Reg. Moles dec.* 17. *verſ & cum eſſent angariæ*.
108 Amplius hoc idem Regijs pragmaticis non fuit innouatum, nam licet per *prag.* 16. *de baronib.* fuit interdicta fœudatarijs nouarum angariarum impoſitio, non obſtante clauſula priuilegiorum, cum angarijs, & perangarijs; verum expreſsè fuerunt confirmatæ antiquæ eis de iure, vel
110 conſuetudine debitæ; vndè quando Baroni debentur ſeruitia perſonalia, quæ tendunt in angariam; per iſtam Sanctionem non fuerunt ſublatæ, ſed confirmatæ, & ideò poſſunt reuocari illi, qui ad ea præſtanda ſunt obſtricti, quemadmodum aſſeuerauere *Andr. de Iſer. in d. conſt. quiſquis de Burgenſib Afflict. in d. conſtit.*
111 *in* 4. *notab. nu.* 7. dicens quod ſicut Rex reuocat vaſſallos domaniales abſque eo, quod probet illos eſſe obligatos ad ſeruitia perſonalia, ità pariter Baro, cui eſt
211 venditum Caſtrum cum vaſſallis, quia in eum eſt translatum Ius, quod habet Rex cum vaſſallis, nimirum vt Burgenſes non poſſint ire ad habitandum in alia

Ter-

Digitized by Google

Terra, & hoc Ius dicitur Rex vendidisse, idem confirmat *citat. Afflict. in dec.* 265.
113 *nu.* 81. vbi rationem insinuat, quia Rex solet concedere Terras Baronibus, & nobilibus personis, cum vassallis, & cum hac conditione, quod vassalli non recedant à Terra vndè sunt, & quia hæc clausula est consueta apponi, si non exprimitur, videtur expræssa, ita *Reg. Tap. lib.* 2. *Iuris Regn. in constit. ea quæ ad speciale decus, nu.* 42. sequitur *Reg. Rouit. in prag.* 16. *nu.* 5. *de Baronib. Anna alleg.* 64. *Ricc. dec.* 346. *nu.* 5. *par.* 4. *Reg. de Marin. resol. Iur. cap.* 107. *nu.* 16. *l.* 1. *& in obser. ad dec.* 398. *Reg. Reuert.*
114 Verum quando Baro est nimis crudelis, & terribilis, non reuocat vassallos, etiam perangarios, *Luc. de Penn. in l. si Colon. C. de agricol. lib.* 11. *Capyc. in inuestit. feudal. vers. feudum amictitur, n.* 51. *Petr. de Gregor. de conces. feud. par.* 7. *q.* 4. *nu.* 5.
115 & eo casu potest etiam feudo priuari, *Afflict. in constit. ea, quæ ad speciale decus,* vbi *Reg. Tap lib.* 2. *Iur. Regn.*
116 Quemadmodum non potest Baro repetere vassallos habitantes in Ciuitate de domanio Regis, nisi essent perangarij, prout etiam à Terra alterius Baronis reuocare non valet illos, qui non sunt angarij, vndè si sint angarij, licet ad modicum seruitium, adhuc potest illos reuocare, prout decisum refert per Regiam Cameram, *Reg. Moles in decis.* 17. *vers. sed his non obstantibus*, idemque refert *Reg. Reuert. in causa Ioannis Tomacelli, vt in dec.* 398. *tom.* 2. & hoc pariter tradit pronunciatum *Capyc. dec.* 168. imò si essent angarij, vel perangarij, nec etiam
117 repetere queit; quando vassalli, qui lares proprias alibi transtulerũt, pauci essent, vt respondit *Capyc. in d. dec.* 168. & fundat *Reg. Moles d. dec.* 17.
118 Tamen si Terra prorsus depopulata esset, Baro potest repetere vassallos, etiam non angarios, vt sentit *Capiblanc. in prag.* 10. *de Baron. nu.* 61.
119 Decimosextò, legitimare potest Prorex filios naturales, & spurios nedum quoad honores, & restitutionem nataliũ, sed ad successionem bonorum, vtex *text. in auth. quibus mod. natur. effic. sui. Præs. de Franch. dec.* 163. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuer. prouis. §. de legit. seu restit. natal. Reg. Tap. dec. Senat. Ital.* 13. *nu.* 10. *Tasson. in prag. de antes. vers.* 2. *obser.* 2. *nu.* 106. *in fin. Reg. de Marin. quot. resol. cap.* 255. *tom.* 1. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 166. *nu.* 155.
120 Ratio est, quia Prorex in literis patentibus collatam habet huiusmodi legitimandi potestatem, vt testantur *Reg. Cap. Lat. & Iudex Tasson. loc. cit.* imò ipsi com-
121 petit vti Vicario Regis, siquidem Vicarijs Regis, huiusmodi facultas communicatur, licet de regalibus, & de reseruatis Supremo Principi sit, vt asseuerant ex *l. qui in prouinciam, §. diuus; ff. de ritu nupt. Bal. in l.* 2. *nu.* 7. *C de seruit. & aqua, & in l. cum filius, ff. de milit. testam. Peregrin. de fideicomm. art.* 23. *num.* 9. *Reg. Capyc. Latr. cit. dec.* 166.
122 Imò non tenetur aliquem audire, aut citare tempore legitimationis, sufficit autem vt pater petat filium legitimari,
123 vel ordinauit in vltimis tabulis, vel in alio actu inter viuos, vt filius legitimetur *text. est in §. illud tamen nobis*, vbi *Bart. & Ang. quib. mod nat. effic sui Card. Seraph. dec.* 1331. *Gratian. discep. foren. c.* 635. *n.* 37. *& 40. & cap.* 49. *nu.* 66. *Molina de Hispan. primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 2. *Brun. à sole in comp. vers. citatio Mare. cott. var. resol. cap.* 35. *lib.* 1. *Molina de inst. & iure cap.* 174. *Franc. Baron. in tract. de citat. quæst.* 19. *nu.* 111. *Reg de Ponte loc. cit. nu.* 3. *Alex. Trentacinq. var. resol. cap.* 35. *lib.* 1. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 166. *nu.* 6. *&* 9. vbi complures *DD.* congerit.
124 *qui fil. sint legit* Quod ratione fundatur, nàm legitimatio, priuilegium, & donum Principis est gratiosum, proindè non debent, nec de iure, nec de more partes audiri, *Bal. in l. nam ita diuus, ff. de adopt. in l. fin. col. fin. C. de fruct. & li. expens. Paul. de Castro cons.* 338. *vol.* 1. *Alex. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Card. Flor. in c. per venerabilem,*
125 Princeps enim sicuti legem condere potest, sic in eius potestate est priuilegia concedere nullo citato, *Dec. cons.* 193. *nu.* 3. *Menoch. cons.* 1140. *nu.* 3. *Riminal. cons.* 425. *nu.* 34. *Io. And in cap. cum olim de priuil. Becc. cons.* 142. *nu.* 27. *Asin. in prax. iudic. §.* 7. *cap.* 15. *limit.* 3. *nu.* 1. *Borrell. summ. dec. tit.* 45. *de citat. n.* 317. *Franc. Baron. tract. de citat. quæst.* 19. *n.* 51. *Sarmient. lib.* 1. *Select. cap.* 8. *nu.* 5.

Præterea non requiritur, vt in actu legitimationis, filiatio probetur, siquidem ius

Digitized by Google

ius,& stilus Regiæ Cancellariæ suadet,vt in priuilegio legitimationis ad patris instantiam, vel ipso mandante Principi petito,nulla admittatur probatio, vt testantur *Bart. in l.nàm ita Diuus, ff.de natural. liber. Merlin. de legit lib. 1. tit. 2. quæst.8.num.30. Reg.de Ponte d.§.de legit, seù restit. natal. num.2. Reg. Capyc.Latro decis.166.*

Quod etiã procederet,si legitima proles existeret, nàm adhùc non requireretur partis citatio,& filiationis probatio, *Bar. in l.Gallus,§.& quid si tantum, post Iacob. de Beluis. Castrens. Alvarot. & Salicet. ff. de liber. & posthum. Alex.in l. ex facto, ff. de liber. & posthum. & in l. ex facto ff.de vulg.& pupill.substit. Gabriel.comm.concl. lib.6. tit. de legitim. conclus.6. num.8. Peregr.de fideicom.art.23. num.58. Gail. obseru.142.num.7. lib.2. Reg Capic.Lat. dec. 166. num. 112.* vbi refet sic decisum per Collaterale Consilium in causa legitimationis Scipionis Fazzali filij naturalis quon.Ioannis Thomæ cum Cornelia, & Beatrice Fazzali eiusdẽ Ioannis Thomę filiabus legitimis,& naturalibus.

127 Verumtamen quando legitimatio fieret, solummodo ad instantiam filij, post mortem patris,tùnc requireretur agnatorum citatio, *Bart. in l.Gallus,§.quid si tãtùm num.14. ff. de liber. & posthum. Reg. Capic.lat.d.decis.166.num.13.*

128 Nec talis legitimatio in hoc casu legitimæ soboli præiudicaret,siquidem stilus Cancellariæ erit apponere clausulam, *citra præiudicium liberorum, vel ab intestato venientium*, vt testatur *Reg. Capyc. Lat.dec.166. nu.105.*

Vlterius notandum, quod licet legitimatus in omnibus bonis,& feudis succedat, & ad honores Sedilium admittatur, vt copiosè tractant *Reg.de* Ponte, *& Reg. Capic. Lat. loc. cit.* Nihilominus de stilo
129 Regiæ Cancellarię apponitur clausula in priuilegio legitimationis, *demptis bonis feudalibus*,cùm non sit solitum legiti-
130 matos admittere ad bonorũ feudaliũ successionem, vt testatur *Reg. Capic. lat. d.decis.166.num.171.*

131 Et alia insuper additur clausula,vt idẽ *Capic.lat.*recẽset, *demptis bonis antiquis.* Et ratio est, quia legitimati in dictis bonis antiquis non possunt succedere cùm sint vocati agnati ex pacto ciuium,& prouidentia cõsuetudinis, vt firmant *Napod. in consuet. Si quis, vel si qua de succes. ab intest.ver.legitimus num.161. Capic.decis. 194. Cons.Prouenzalis obseru. 10. per tot. Reg.Capic.lat. d.dec.166.nu.172.*

132 Subscribitur priuilegium legitimationis à Prorege,ab vno ex Regentibus Regiam Cancellariam, & etiam à Præside
133 S.R.C. non vti Præses illius Senatus, sed tanquam Logotheta, & Viceprothonotarius Regni, cuius officium erat in Regno loco Magistri Scriniorum, vt dixit *Andr. de Barulo, & Luc. de Penna in rubr.C.de Magistr.Sacr.Scrin.lib.12.Frec. de subfeud. lib.1. tit. de offic. Logothetę, & Prothonotarij num.4. Reg.Capic.lat. decis. 166.nu.175.* vbi etiam refert, quod Præses Sac.C. pro huiusmodi subscriptione
134 exigit ducatum vnum, & idem testatur *Tasson. in pragm. de antef. ver. 3. obser.3. num.137.*

135 Sed non potest Præses S. C. dare legẽ, aut formam ipsi legitimationi, nàm illa pertinet ad Proregem concedentem, eiusque Collaterale Consilium, vt testatur cæteris omissis *Reg.Capic.lat.dec.166. num.173.*

136 Ratio est, quia Præses Sac.C. vt diximus, priuilegium huiusmodi subscribit vti Logotheta, & Viceprothonotarius, cuius officiũ est scribere, quod Princeps ordinauit, *Freccia de subfeud lib.1. tit.de offic.Logothetæ,& Viceprothonot.nu.28.*

137 Et fuit decisum per Collaterale Consilium in eadem causa legitimationis Scipionis Fazzali filij naturalis Ioãnis Thomæ,nàm cum per decretũ Præsidis S. C. nonnulla disposita fuerunt, circa legem, & formã legitimationis, deinde per Collaterale Consilium alia fuerunt ordinata, & dictum,sublato de medio decreto interposito per Spectab. Præsidem S.C. vt fatetur *Reg.Capic.lat.d.dec.166.n.173.*

138 Decimo septimò,Potest Prorex contra formam contractus inter debitorem, & creditorem initi differre tempus solutionis promissæ, & etiam ordinare, vt paulatim debitor soluat, vt firma-
139 runt DD. etiam in foro poli, *Gregor. Sayr.in Claui regia lib.10. tract.5. cap.6. D.Anton.p.2.tit.2.cap.8.Silvest.in summa ver.restitutio 5.q.13. Navarr.in manuali Confess.cap.17. Sess.de iust. & iure cap.16 dub.1.quæst.vlt.punct.1. num.25. Medina.*

q.5.

Digitized by Google

quæst.5. de reb. restituen. Reg. *Capic. latro decis.192.num.71.*

140 Imò potest etiam cogere creditores ad remittendam partem debiti in beneficiũ debitoris. Quod probatur, nàm si maior pars creditorum concurrentium, mino-
141 rem non concurrentem cogere potest ad concedendam dilationem quinquennalem, & ad remittendam aliquam partem crediti, vt inquiunt *Affl. decis.* 288. *Brun. de cess. bon. quæst.*26. *Ricc. collect. dec.* 66. *Seraph. dec.* Rot. *Rom.*1233. *Marches. de commiss. p.*2. *cap.*6. *num.*57. *Menoch. de arbitr. lib.*1. *cas.*203. *num.*15. *Barz. decis.* Bonon.78. *Guttierez de iuram. confirm. p.*1. *cas.*65. *Molina de iust. & iure tract.*2. *disp.* 572. Multò ergò fortius id facere potest
142 Princeps, vt *ex tex. in l. fin. C. de Consul. lib.*12. Reg. *Tap. dec.*19. *num.*11. Reg. *Capic. latro dec.* 192. *nu.*29. *tom.*2.

143 Solet insuper Prorex guidatica, & moratorias expedire pro debitis ciuilibus in beneficium Massariorum, seù Colonorũ, vt vacent culturæ, & messi, quod concernit publicam vtilitatem, vnde durante tẽpore statuto à nemine inquietari queunt, *l.*1. vbi *And. de Barulo l. Coloni la* 2. *C. de agric. & censit. lib.*10. Reg. *de Ponte de potest. proreg. tit.*10. *de diuer. prouis.* §. *de insignibus, & armis num.*12.

144 Similes quoque saluaguardiæ expediuntur in beneficium vassallorũ Baronis, vt de facto non procedant contra vassal-
145 los, nec pro delictis antiquis inconsulto Principe, *Auend. de exeq. mand. p.*1. *cap.*11. Reg. *de Ponte loc. cit.* & ratio est, ne indebitè à Baronibus vassalli vexentur, *Capiblanc. in pragm.*3. *nu.*75. *de Baron.*

146 Decimo octauò, cõferre põt dignitates, & officia cũ precedentię prærogatiua, *c. si officialis* 59. *dist. l. nemo, C. de off. Mag. Offic.* vbi *Glos. Bar. Bal & Alex. Purp. in l.*1. *ff. de offic. eius, Cassan. Catal. Glor. Mundi consid.* 39. *Io. de Plat. in l. vnicuique,* per illum *tex. C. de proxim. Sac. Scrin. lib.*12. *Franc. Marc. decis.*806. & 807. *Mastrill. de magistr. c.*4. *nu.*73. *lib.*5. Reg. *de Ponte cons.*7 *n.*4. *vol.*2. *Tasson. in prag. de antef. ver.*3. *obser.*3. *fol.* 147. *ver. Ita quoque,* Reg. *de Marin. quot. resol. lib.*1. *c.*102. *num.*18.

Et ratio est, quia Prorex, Regis potestatem habet, vt supra diximus, & notat *Tasson. loc. cit. Io. Grand. de bello exul. q.*1.
147 *nu.* 9. Vnde quemadmodum Rex concedere potest alicui officium cum prælatione aliorum Magistratuum, vt firmant *Rebuff. in l.*1. *C. de Consul. lib.*12. *Francisc. Marc. dec.*806. *Frecc. de subfeud. lib.*2. *tit. quis dicatur* Princeps *in princ. num.*2. *fol.* 140. Ita quoque Prorex facere potest, & conferre dignitates cũ præcedentiæ prærogatiua, vt vltra citatos firmarunt Reg. *de Ponte de potest.* Proreg. *tit de prouision. fier. solit.* §. 2. *nu.*8. *Mastrill. de magistr. lib.* 5. *cap.*4. *num.*73.

148 Quibus additur ratio, etenim potest Prorex priuilegia concedere, *Oliban. de iur. fisc. cap.*4. *num.*58. *Boss. de* Principe, *& eius priuil. num.*87. *Cance. var resol. lib.*3. *c.*3. *num.*329. *Mastrill. d. tract. de Magist. lib.*5. *c.*6. *num.*245. Ius autem præceden-
149 di priuilegij species est, *Cephal. consil.* 615. *num.*90. *vol.*5. *Io. Bapt. Costa cons.*24. *num.*9. *Alex. Caluan. cons.*29. *num.* 6. ideò decernere potest, vt prouisus in dignitate alios antiquiores præcedat.

150 Quod fuit pluries obseruatum, præcipuè tempore præsidatus in hoc Regno Comitis de Beneuento, nàm deputauit Ferdinandum Barburum Auditorem in Prouincia Calabrię Vltra cum prælatione, seù præcedentia omnibus alijs Auditoribus antiquioribus. Idem practicatum tempore regiminis D. Duc s Ossunensiũ, nã particulari diplomate decreuit, quod Octauius Piccolella prouisus fisci Patronus M. C. precedat cũctos Iudices ipsius, vt testantur *Iudex Tasson. pragm. de antef. ver.*3. *obser.*3. *in allegat. Cons.* Piccolella. Et alia exempla diffusè refert *Thor. in comp. decis. tom.*3. *p.*2. *verb. præcedere.*

151 Et hoc tãtò fortius Prorex gerere valet, quando in subiecto concurrunt merita, maior ętas, nobilitas, vel alia in Principem, vel Rempublicam collata beneficia, vt asseuerat *Frecc. de subfeud. tit. quis dicatur* Princeps, vbi etiam refert vidisse in Collaterali Consilio nouum Consiliarium ascitum, primam tenere sedem, & primam sentẽtiam ferre, antiquitatis ordine neglecto.

152 Decimononò, visitationi Prorex nõ subest, nec cõputa, seù rationes suę administrationis reddere tenetur, siquidẽ *Plato* vniuersalis Legislator statuit, omnes Officiales subditos esse ad reddendũ rationẽ sui officij, præter Prorẽgem: & Imperator
153 Traianus aiebat, Præfectum Prætorio creasse

Digitized by Google

creaſſe cum altiſſima poteſtate, etiam ſupra ipſum, idcircò viſitationi, aut reddi-
tioni computorum non ſubijcitur, vt firmant *Bouad.in polit.tom.1.lib.1.cap.6.nu.10.fol.99.Taſſon.in pragm.de antef.ver.2. obſer.2.num.21.Gubernat.Chriſtian. lib.1. c.18.*& optimè confert *text. in l.1.ff.de offic. præfect. prator.* vbi *Aurelius Iurecontus* inquit, *Quod Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriã, exprobata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibet, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, & luce dignitatis eorum, quam ipſe foret iudicaturus.*

154 Vigeſimò, literæ, aut ꝓuiſiones, vel priuilegia à S.M. expedita exequutionẽ non habent, niſi fuerint Proregi præſentatæ, & ab ipſo recognitæ, & ab eodẽ litteræ exequutoriales expeditæ, vt cauetur *in pragm.1.de priuil.infr.ann.exhiben.* ex his verbis. *Quod omnes, qui à manibus noſtris obtinebunt reſcripta, priuilegia, literas, ſcripturas, & alias quascunque prouiſiones de negotijs, & rebus ad dictum Regnum, & perſonas quomodocunque ſpectãtes, teneantur præſentari Viceregi, & ab eo exequtoriales obtinere.*

155 Imò poteſt Prorex ordinationes, ſeù conceſſiones Regias detinere, exequutioniquè non demandare cauſa conſulendi Regem, & expectare ſecundam, & tertiã iuſſionem, maximè quando ſunt iniuſta, & ſubreptitia, vt inquiunt *Maſtrill. de Magiſtr.lib.5.cap.6.num.222. Sola in conſtit.Sabaud.tit.de interinat.gloſ.2.num.8. &* 18.*Reg.de Ponte deciſ.23.in princ. Reg. Galeota controu.49.num.6.& 7.lib.2. Reg. Capic.lat.deciſ.174.num.6.& 7.lib.7. Ego reſp.100.num.1.vol.2.*

156 Quod etiam iure communi fundatur, nàm Iudex, cui nuda exequtio demandata fuit, poteſt ſuperſedere in exequendo mandata Principis, eumque conſulere, & expectare ſecundam iuſſionem, quando ei viderẽtur obreptitiè, vel ſubreptitiè impetrata, vel aliter tertio præiudicarent, vt habetur *in l.4. C. ſi contra ius, vel vtil public.* ex his verbis, *Et ſi non cognitio, ſed exequutio mandetur, & de veritate precũ inquiri oportet, vt ſi fraus interuenerit, de omni negotio cognoſcatur*, ſicque notant *Rebuff.in l.1.circa finem, ver. hic eſt, C. de apoc.publ.l.10.Petr.Greg.ſyntag.iur.lib.50. cap.1.num.15.& 16. Alex.Raud.conſil.50.* idquè etiam ſuadetur *ex text.in §.& hoc vero*, vbi *Gloſ.in auth. vt nulli Iudic. & in §. deinde, auth. de mandatis Princip. Reg. Rouit.in pragm.1. tit.de priuil. infr.ann. exhib.*

157 Et ratio triplex eſt. Prima, quia poteſt Iudex exequutor, qui iuriſdictionem ordinariam habet in loco, detinere ſententiam, vel prouiſionem aliquam à Principe expeditam, quam ei nullam, vel iniuſtam eſſe apparet, non ad finem determinandi, ſed ad finem retardãdi exequtionem, *Innoc. in cap. ad aures de ætat. & qualit.Dec.conſ.8.Reg.de Ponte dec.23.n.3.*

158 vbi refert non fuiſſe datam exequtionẽ ſententiæ interpoſitæ per Supremũ Italiæ Senatum, & ordinatũ fuiſſe per Collaterale Conſilium, vt fiat conſultatio S.M.

159 Altera ratio eſt, quia exequutoriatio ordinibus Regalibus ad hunc finem ordinata fuit, vt omnia, quæ in dictis ordinibus continentur, à Prorege examinentur, reſcribendo ea, quæ ſibi oc currũt pro
160 iuſtitiæ augumento, quia multoties per importunitatem, & ſubreptionem Principes non concedenda concedit, *Anton. Sola in conſt.Sabaud.tit.de interinat.gl.2. num.8.& 18.Reg.Capic.lat.dec.174.*

161 Poſtrema ratio eſt, quia in omni Regali cõceſſione duę continentur clauſulę, ſcilicet, *vt præces veritati nitantur, & ſalno iure tertii*, quę clauſulę &ſi omiſſę ſint,
162 additæ cenſentur, *Ant.Sola loc.cit.gl.2. num.9.Andr.Gaill.pract.obſer.lib.1. obſer. 14.in princ.Reg.Capic.lat.conſul.174.n.11.*

163 Hinc eſt, quod ſi conceſſio aliquid cõtineret in pernicię tertij, vel illa per præces obreptitias fuerit impetrata, redditur ipſo Iure nulla ob defectum voluntatis Principis concedentis, *Capic.dec.32.n.13. Afflict. deciſ.21.num.2. Menoch. de arbit. caſ.201.num.9.Maſcard.de probat.concluſ. 896. Marta de clauſ. p.2. clauſ.71.num.8. Anton.Sola loc.cit.num.15. Reg.Capic.lat. d.dec.174.num.12.cum ſeqq.tom.2.* Vnde ſequitur, quod quando conſtat de conceſſionis obreptione, vel ſubreptione, aut tertij nõ auditi manifeſto præiudicio, poteſt illã Prorex detinere, & exequtioni nõ demandare. Nec Princeps ex huiuſmodi ſuperſeſſione in exequẽdo turbari debet, quia hoc modo Senatores, legi, & Regi inſeruiũt, vt inquit *R.Capic.lat.d.dec.174.n.8 to.2.*

Po-

Digitized by Google

164 Vigesimo primo, potest Prorex Neapolis alicui delegare negotia, & causas siuè ciuiles, aut criminales, pendentes, vel spectantes ad S. C. vel ad Tribunalia R.C. aut M.C. vt firmant ex multis *Auendan. de exequen. mand. Reg. tit. 19. Iudex Tasson. in prag. de antef. ver. 3. obser. 3. nu. 242. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 2. de abund. Ciuit. §. 1. nu. 24. & de delegat. cauſ. tit. 12. nu. 1.*

165 Sed hoc aduersari videtur capitulis huius Ciuitatis, vbi Ciuitas petijt ordinari, quod causæ Neapolitanorum, vel aliorum Regnicolarum, quæ Neap. agitantur in eisdem Neapolitanis ordinarijs Tribunalibus debeant espediri, non autem per alios Iudices, & fuit concessum per hæc verba: *Placet, quod causæ determinentur in dictis tribus Tribunalibus, proùt hactenus factum fuit, reseruato, quãdo aliter visum fuerit pro vberiori cultu iustitia*, vt habetur *in cap. 5.* inter cõcessa de anno 1508 *fol. mihi 66. à ter.* & idẽ fuit cõfirmatum, & prouisum de anno 1554. quod scilicet in causis Neapolitanorum noua non creentur Tribunalia, siuè ciuiles, vel criminales sint, sed in ordinarijs Tribunalibus dirimantur, vt *in cap. 17. fol. mihi 154. à ter. in priuil. & cap. Neap.*

166 Quod etiam ratione nititur, quia si aliter fieret, esset subuertere totam mundi machinam, decipere subditos, Regnum, hanc Ciuitatem, & proprium Regem, qui tot deputauit Tribunalia, totque Iudices, vt ab omnibus omnium iustitia administretur, diligenter examinetur, & ab illis, non vno, seù aliquibus deputatis
167 personis iudicium reddatur, & proindè tristitia maxima afficerẽtur populi, si causæ delegarentur. Tribunalia etiam exauthorantur, & inderisum veniunt, cum ab illis quasi inconfidentibus, & nullius existimationis iurisdictio abdicatur, quãobrem ab ordinarijs Tribunalibus causæ remoueri non debent.

168 Nihilominus dicta non procedunt, quando delegationem fieri conueniat ob rectam, & necessariam iustitiæ administrationem, vel ob publicum bonum, vel ad celerem rei expeditionem, vel ob qualitatem causæ, puta si sit exemplaris, aut ardua, aut maximæ importantiæ, vel ob qualitatem personarum, vt in puncto dixerunt *Auendan. de exequen. mand. d. lib. 1. cap. 19. Gramat. voto 28. in fine, Tasson. loc. cit. nu. 242. Reg. de Ponte d. tit. de delegat. cauſ. nu. 1.*

169 Idemque desumitur ex *eod. cap. 5.* nàm ibi fuit concessum, quod causæ Neapolitanorum per ordinaria Tribunalia discutiãtur, Et non per alios Iudices deputandos, sed tamen ibi concedens reseruauit, quando aliter visum fuerit pro vberiori cultu iustitiæ; vndè quando Prorex sic ipsi iustitiæ consonum esse existimat, potest causas omnes delegare.

170 Quod etiam ex literis S.M. sub die 29. Decembris 1602. directis D.D. Francisco de Castro Proregi cauetur, nàm demandatum fuit, posse causas criminales delegare, præcipuè vbi de criminibus læsæ Maiest. vel Campaniæ ageretur, vt testatur *Reg. de Ponte loc. cit. nu. 10.* & ità quotidiè practicari videmus.

171 Verùm causæ criminales contra Neapolitanos vni tantùm delegari non possunt, sed Prorex Iunctam erigere valet, quæ non debet esse minus quatuor, inclu-
172 so Cõmissario, vt sancitur *in prag. edita per D. Card. Zapata sub die 13. Ianuarij 1602.* & testatur *Iudex Tasson. in prag de antef. ver. 3. obser. 3. nu. 243.*

173 Tamen non potest delegationes concedere in causis particularium, vel Vniuersitatum Regni, aliarumque personarum, sed per ordinaria Tribunalia tractari debent; siquidem ex particularibus literis S.M. tempore Præsidatus Dom. Ducis Medinæ de las Torres de anno 1640. prohibetur, prædictas concedere delegationes, imò datas reuocari ordi-
174 natur, sed tantũmodò firmas remanere sancitur causarum Nationum Aliegenarum, proùt Venetæ, Belgicæ, quibus permittit Proregi, posse illas concedere, quemadmodum etiam concedere valere decernitur Bancis huius Ciuitatis pro causis summarijs, & exactionis, vt testatur *Reg. Sanf. in prax. Iudic. sect. 17. nu. 11.* vbi dictas Regias literas inserit, quæ etiã fuerunt confirmatæ ex alijs literis S. M. nuper transmissis Domino Comiti de Ognatte.

175 Vigesimo secundo, potest Prorex Bãna emanare, pragmaticas promulgare, & statuta pro sui velle facere, & etiam antiqua tollere, ac super eis dispensare, & præscriptas pœnas augere, *Bal. in auth.*

Digitized by Google

sed nouo iure, C. de ſern. fugit. & l. 1. §. his quibus, vbi *Bart. nu. 2. ff. de legat. 2. Alex. conſ. 180. ad fin. vol. 6. Andr. & Affl. in c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Federic.* ibiq; *Capyc. ver. tertio notandum, Frec. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux nu. 31. Capiblanc. de Baron. prag. 1. n. 20. & 23. Menoch. cõſ. 1201. n. 20. Surg. de Neap. Illuſ. in adnot. ad Marc. Ant. fratrem cap. 22. num. 9. Craſſ. de exceptionib. except. 1. nu. 48. Giurba conſ. 12. nu. 1.* quod etiam fundatur *ex l. 1. ff. de conſt. Princ. l. 1. ff. de legib. Andr. in proem. conſt. Reg. Lopez in l. 12. tit. 1. par. 1. Franc. Marc. deciſ. 1804. tom. 1. Nouar. in collect. ſuper prag. in præfat. propoſ. 2. nu. 1.* idem inquiunt *Andr. & Affl. in c. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* ibiq; *Capyc, ver tertio notandũ.*

176 Imò poteſt præter ius banna condere, *Bart. in l. 1. nu. 11. ff. de public. iudic. Brunor. Sole quæſt. 35. nu. 18. Polid. Ripa de noctur. tempor. cap. 7. nu. 3. Surg. de Neap. illuſt. lib. 1. cap. 11. nu. 28. Giurba conſ. 12. nu. 4.*

177 Et inſuper poteſt ſuo proclamate facere delictum ſub pœna, quod aliàs erat permiſſum, eamque pœnam ad vltimum ſupplicium extendere, *Petra de Princ. poteſt. cap. 10. nu. 8. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 3. nu. 29. Canalc. de brac. Reg. par. 4. nu* 459. 460. *& par. 6. num. 659. Præſ. de Franch. dec. 434. Giurba d. conſ. 12. nu. 13.* idem inquiunt *Rom. conſ. 59. nu. 2. & 3. Abb. conſ. 17. dub. 2. Caball. conſ. 109. n. 9. Surd. conſ. 152. vol. 2. Menoch. conſ. 604. vol. 8.*

178 Et ratio eſt, quia Proreges Regis perſonam repræſentant vti Vicarij, omniaque poſſunt, quæ & idem Rex cuius vices gerunt *ad tex. in l. 1. & 2. ff. de offic. eius, Præſ. de Franc. deciſ. 165. Gabriel Berart. in ſpec. viſit at. cap. 9. tit. de Illuſtriſs. & Excellentiſs. Prorege, Maſtril. dec. 205. par. 3.* & eiſdem priuilegijs, ac prærogatiuis
179 fruuntur, quibus & ipſe Rex gaudet, *l. vnicuique, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12.* etiam ſi eſſent ſpecialia, & perſonalia, *Milanen. deciſ. 8. lib. 1. Nouar. in collect. ſuper prag. in præfat. propoſ. 3. nu. 6.* habent-
180 que mandatum cum libera etiam in reſeruatis, *Muta deciſ. 44. Nouar. ibidem n. 7.*

181 Hinc infertur, poſſe Proregem ſuo edicto ordinare, vt mortis pœna, quæ contra inſignes malefactores viget, puniantur eorum receptatores, vt inquiunt *Foller. in conſt. Reg. pateranorum, Io: Ant. de Nigr. ſuper conſt. Reg. incip. licet contra recept. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. de prouiſ. fier. ſolit. §. 3. nu. 14.*

182 Quod fuit obſeruatum tempore, quo Regni moderator erat Excellenſſimus Caſtrilli Comes, qui in anno 1657. pragmaticam ordinauit, vbi ſtatuit, receptatores quorundam bannitorum incidere in pœnas, contra criminoſos læſæ Maieſtatis indictas, vndè cum fuerit de huiuſ-
183 modi receptatione inquiſitus Marchio Valuę Prouinciæ Salernitanæ, fuit per Regiam Iunctam, ad id delegatam, ad pœnam mortis damnatus, & bona Regiæ Curiæ applicata, & fuit ſententia exequuta in menſe Octobris 1658. penès Leonardum de Viuo Actuar. aſſumptum.

184 His poſitis emergit examinanda quæſtio, nùm Banna à Domino Prorege emanata abſque Collateraralis Conſilij interuentu, expirent finito eius officio?

Et videtur affirmandum, vt dixerunt *Bart. in l. honorarij, ff. de action. & obligat. in l. fin.* vbi *Alex. in addit. ff. de pœn. Bal. & & alij in l. 1. C. de poſtul. Matteſ. ſing. 190. Affl. deciſ. 388. Borrell. de magiſtrat. edic. lib. 1. cap. 12. nu. 37. Caſtil. deciſ. 113. num. 4. Capiblan. de Baron. prag. 14. n. 44. Farinac. lib. 1. fragm. lit. B. nu. 5. Medic. de legib. & ſtatut. par. 1. quæſt. 17. nu. 9. Tiraq. in tract. ceſſan. cauſ. par. 1. nu. 41.*

185 Et hæc Doctorum opinio confirmatur, non dumtaxat *ex cap. 59. Regina Ioanna,* ſed inſuper additur, quod banna pœnalia Viceregia anno durant, quo elapſo expirant, vt patet ex his verbis: *Nulla banna proclamata, ſeù reſcripta Regia, ſiuè Viceregia, ſeù cuiuſcumque Officialis pœnalia habeant vires, & effectum ſuum poſt annum, ſed anno tantùm ſint duratura,* & concordat cum *cap. plerumque de reſcrip.* & iuri, ac rationi inniti, fundant *Turrett. conſ. 9. nu. 80. vol. 1. Caſtill. deciſ. 113. nu. 3. & 8. Giurb. conſ. 12. nu. 23.* vbi inquit, præ-
186 dicta tantummodò limitari in pragmaticis ſanctionibus, quæ perpetuò durant, vt habetur *ex eod. cap. Reg. Ioannæ 59.* ex his verbis, *ibi exceptis pragmaticis ſanctionibus,* & ſic loquitur *Alex. conſ. 39. nu. 4. vol. 3. Caſtill. dec. 113.*

187 Contrarium tamen de iure verius eſt, nàm non ſolùm pragmaticæ à Prorege emanatæ perpetuò durant, ſed quodcũque

Digitized by Google

que Prorex per epistolam constituit, lex est, §. *sed & quod Principi placuit instit. de*
188 *iure nat. gent. & ciuil.* & durat etiã post discessum eiusdem Proregis finito officio *Capyc. in repet. cap. Imperialem de prohib. feud. alienat. Mastrill. de magistrat. lib. 5. cap. 6. n. 43. ver. tertio infertur, Mut. Surg. in addit. ad M. Ant. fratr. de Neap. Illus. c. 22. n. 9. fol. 369. ver. sane vero, Capiblanc. in pragm. 14. de Baron. nu. 68. Reg. Sanfel. decis. 221. nu. 6. & 7.* vbi in fine sic refert
189 per Collaterale Cons. iudicatum, nàm tempore quo Regnum regebat D. Dux Alcala fuit quidã desertor militiæ damnatus ad pœnam mortis, quæ pœna statuta fuit contra desertores militiæ prævio diplomate Dom. Ducis Albæ prædecessoris Proregis, quamuis fuerit oppositum, quod ordo huiusmodi fuit per discessum prædicti Ducis Albæ expiratus, & proindè non poterat inquisitus pœna prædicta mulctari.

Ratio tamen huius sententiæ est, quia
190 Prorex tanquam Regis Vicarius potest condere iura, duratura etiam finito officio, *l. apertissimi, C. de iudic. Camer. in l. Imperialem fol. 78. lit. O. Mut. Surg. loc. cit. Reg. Sanf. ibidem nu. 10.*

191 Altera ratio est, quia ordinationes, vel edicta huiusmodi videtur nomine Regis proferri, proindè perpetuò durant, quia perpetua est Regis iurisdictio, *Vrsil. ad Affl. dec. 290. n. 2. Bellug. in spec. Princ. rub. 11. §. compẽdiose, Farinac. lib. 1. fragm. lit. B. Strac. de mercat. tit. quomodò in caus. sit proced. nu. 52. Rom. cons. 228. Mastril. de magistrat. lib. 5. cap. 6. num. 44. Vasq. lib. 1. Illus. controuer. 50. nu. 11. Giurb. cons. 12. nu. 20. & 21.*

192 Nec aduersantur, quæ supra in contrarium adduximus, nàm *DD.* illi, qui eam sectantur opinionem, in Vicerege non loquuntur, sed in simplici Officiali, vt notat *Giurba cit. cons. 12. nu. 19.* Neque
193 *cap. 59. Reg. Ioannæ* viget in Regno Neapolis, processit tantummodò in Regno Siciliæ, vt notat *Giurba ibidem num. 23. Reg. Sanf. d. dec. 222. nu. 10. in fine,* qui inquiunt, in Regno nostro talem non adesse constitutionem.

194 Vigesimo tertio, Prorex supra militiam tanquam Capitaneus generalis maximam habet authoritatem, & ipse solus in negotijs cõcernentibus militiam prouidere potest, legesque condere valet absque Collateralis Consil. interuentu, vt firmat *Iudex Tasson. in prag. de antef. vers. 3. obser. 1. nu. 1.* & sic cauetur *in prag. edita tempore D. Comitis de Lemos sub die 12. Octobris 1614.* ibique habentur prouisiones conditæ à Prorege super negotia militaria.

195 Imò potest prouisiones statuere absq; Collateralis Consilij suffragio, in negotijs pertinentibus ad statum, & beneficium Regni, quemadmodum ipse solus prouidere potest in concernentibus guberniũ Ciuitatis, vt dixerunt *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 12. de delegat. caus. num. 12. Tasson. loc. cit. nu. 12.* Et ratio est, quia in concernentibus statum ipse solus prouidet, vt cauetur *in cap. 20. huius Ciuitatis*
196 *de anno 1353. fol. 153. à ter.* Et Regentes Collateralis Consilij in his negotijs votum tantũmodò consultiuum habent, quod Prorex sequi non tenetur, sed secundum eius arbitrium ordines statuere
197 potest, vt inquit *Reg. de Ponte ibidem nu. 16.* dicens sic expressè mandasse Sereniss. Regem Philippum II. sub die 10. Ianuarij. 1559. in ordinibus expeditis in Ciuitate Brusselles, quemadmodum idem statutum erat per Cæs. Maiest. Imper. eius patris Barcinonæ sub die 30. Octobris 1542. vt idem *Reg. de Ponte* ibidem fatetur, sed de iure firmauit con-
198 trarium *Belluga spec. Princ. rub. 10. tit. de offic. examin. nu. 7. & 8.* dicens teneri Proregem votum consultiuum sequi.

199 Hinc est, quod solus Prorex prouisiones extraordinarias, & exorbitantes facit tempore pestis, & etiam solus prouidet in concernentibus custodiam Ciui-
200 tatis, vt habetur *in pragm. Ducis Albæ* condita sub die 16. Augusti 1624. & de his infra est videre.

201 Et insuper ipse solus ordines dare potest in negotijs respicientibus gubernium Tribunalium huius Regni, & præcipuè Collateralis Consilij, vt inquit *Tasson. loco cit. nu. 9.* vbi refert ordines datos per D. Ducem Albæ circa prædicta.

202 Verùm in negotijs concernentibus iustitiam Reg. Collat. Cons. omnimodam, & absolutam habent potestatem, etiam abdicatiuam quòad Dominos Proreges, vt firmat *Reg. de Ponte loc. cit. tit. 12. n. 16. Reg. Tap. de potest. Reg. Cancel. fol. 94. n. 35.*

Digitized by Google

203 Imò Prorex non poteſt impedire prouiſiones à Collaterali Conſilio expeditas in negotijs iuſtitiæ, vt firmat idem *Tap. nu.36.* & caueri inquit ex reſcripto Imperiali Inuictiſs. Caroli V. in anno 1554. ad petitionem huius Ciuitatis, & Regni, vt legitur *in cap.7 fol.153.à ter.*

204 Verumtamen in ordinibus datis per Philippum II. Bruſſelles de anno 1559. habetur, quod votato negotio, exequatur concluſum per maiorem partem; ſed ſi Proregi videbitur ex potiſſima cauſa aliter eſſe exequendum, tùnc quando

205 periculum non eſt in mora, poteſt concluſionem ſuſpendere, & Regem certiorare, vt fatetur *Reg. de Ponte loco cit. n.15.*

206 Vigeſimo quarto, vendere poteſt Prorex bona demanialia Regis abſq; ſubhaſtationibus, quia reputatur, ac ſi Rex ipſe venditiones celebraret, *l.1. ff. de offic.*

207 *Proc. Cæſ. Iacobin. in ſua inueſt. feud. ver. Princeps 7. limit. Affl. in conſt. Reg. Dohana ſecreti 7. notab. Minad. in repet. conſt. in*

208 *aliquibus not.5. nu.7.* & ità fuit deciſum in R.C. facta relatione in Collat. Conſilio in cauſa venditionis Regij ſigilli Regal. Cancell. inter hęredes Franchi larcarij, & Reg. fiſcum, vt teſtatur *Reg. de Ponte in lect. feud, 8. nu.14. poſt. to. dec. Collat. Conſ.*

209 Vigeſimo quinto, poſſunt Proreges repręſalias concedere, etſi referantur inter ea, quæ ſunt reſeruata ſupremis Principibus, ità notant *Franc. Marc. deciſ.358. num.5. par.2. & Conſ. Arias de Meſa var. reſol. lib.2. cap.22. n.7.* Et ratio eſt, quia ſe-

210 piſſimè ab huius Regni Proregibus cõceſſæ ſunt, tradit idem *Conſ. Arias de Meſa ibidem*, & facultas concedendi repręſalias conſuetudine non ſolùm probatur, ſed etiam acquiritur *Veſembecc. conſ. 46. n.17. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.3. gloſ. 2. nu.25. Franc. Marc. d. deciſ.358. num.4.* Tùm etiam quia Proreges habent merum, & mixtum imperium, & ius gladij, *l. illicitus, §. qui vniuerſas, ff. de offic. Præſ.* & poſſunt concedere repræſalias, *de Canibus tract. de repræſal. nu.22.* præſertim quando non poteſt adiri facilè Princeps ſupremus, quia tùnc recedit ab ordinarijs iuris regulis, & etiam inferior poteſt repræſalias concedere, *ex argum. l. ait prætor, §. ſi debitorẽ, ff. de his quæ in fraud. credit. l. ſi alius, §. belliſſime, ff. quod vi, aut clam, de Canibus vbi ſup. nu.37. Bart. de repræſal. quæſt.2. nu.12. & deciſ.3. in fine, Franc. Marc. d. deciſ.358. nu.6. Conſ. Ariaſ de Meſa cit. cap.22. nu.8.*

De Capitaneo, & Vicario generali.

§ I.

SVMMARIVM.

1 *Capitaneus generalis habet officium magiſtri militum, nu.2.*
3 *Capitaneus generalis habet iuriſdictionem in milites.*
4 *Capitaneus generalis ſuperior eſt militibus, & etiam Duci belli.*
5 *Capitaneus generalis ergà milites leges condit.*
6 *Capitaneus generalis contrà milites procedit abſque ordine iudiciario.*
7 *Capitaneus generalis poteſt pœnam corporalem infligere contrà milites, etiam ex proceſſu informatiuo.*
8 *Militibus ſine hærede decedentibus ſuccedebat Capitaneus generalis.*
9 *Hoſpitale S. Iacobi Hiſpanorum hodiè ſuccedit Hiſpanis, ſine hærede morientibus.*
10 *Capitaneus generalis diuidit inter ipſum, & milites bona mobilia prædata à militibus.*
11 *Bona immobilia prædata ad Regem ſpectant.*
12 *Capitaneus generalis ter in menſe recognoſcit milites equites, & pedites tranſeundo.*
13 *Capitaneus generalis curare debet, vt milites adſcribantur in libro.*
14 *Capitanei militum aſſerentes habere ſub ſe plures milites, quàm re vera habent, ad quæ teneantur.*
15 *Capitanei militum habentes ſub ſe milites ſuppoſitos, & fictitios, ad quæ teneantur.*
16 *Magnus Comeſtabulus quibus prærogatiuis gaudeat.*
17 *Dueis militum officium quænam cõcernat.*
18 *Milites damnum inferentes vaſſallis Regis puniuntur.*

19 Vica-

Digitized by Google

19 *Vicarij generales aliquando sunt perpetui, & qui sint.*
20 *Vicarius Regis est primogenitus ipsius Regis.*
21 *Dux Calabriæ est primogenitus Regis.*
22 *Vicariorum commissio diuersimodè fit.*
23 *Vicarij aliquando constituuntur cum omnimoda potestate, & qui tùnc eligantur.*
24 *Marchio Varuazes electus Vicarius à Rege nostro cum omnimoda potestate.*
25 *Vicarius quando gerere potest, quæ Rex gerit.*
26 *Vicarius an exerceat merum, & mixtum Imperium, & corporalem pœnam imponat.*
27 *Vicarius, an leges condat, etiam in tertij præiudicium.*
28 *Ferdinandus II. Aragoneus cum esset Regni Vicarius, multa capitula statuit.*
29 *Vicarius, an donare possit immobilia.*
30 *Vicarius an confirmet alienationes feudorum.*
31 *Vicarius an gabellas imponat.*
32 *Vicario debetur honor, quod Regi tribuitur, & ratio..*
33 *Vicarius gaudet eisdem priuilegijs Regis.*
34 *Vicarius non potest facere, quæ Rex prohibuit.*
35 *Rex aliquando Vicarium suum consulit in occurrentijs.*
36 *Vicarium substituere non potest alium Vicarium.*
37 *Vicarium solus Princeps creat.*
38 *Vicarij commissio simpliciter expediri solet.*
39 *Vicarius simpliciter constitutus omnia gerere potest.*
40 *Vicarius simpliciter constitutus solita tantùm gerere valet, & ratio, nu.41.*

De Capitaneo, & Vicario generali.

§. I.

1 PRæterea fulcitur, vt diximus Dñs Prorex munere Capitanei Generalis, qui idem habet officium, quod Magister militum peditum, & equitum, *l.1.*
2 *& 2, C. offic. magistri militum*; & in milites plenam retinet iurisdictionem *glos. in l.*
3 *magisteria, C. de iurisd. omn. iudic.* & omnibus militibus etiam Duci belli, & militum, superior est, vt notat *Frecc. lib.1. de subfeud. tit. de offic. mag. Comest.* & plenè *Tasson. ibid.*
4 Vndè potest ergà milites legem condere, *l. fin. C. de legib. l.1. ff. de constit. Princip.* & etiam contrà ipsos procedere de
5 facto, leuato velo absque ordine iudiciario. Imò potest ex processu informatiuo
6 pœnam de facto infligere; vt probant *Frecc. & Tass. loc. cit.* & optimè *Cons. Gizzarell. decis. 30. nu. 31.*
7 Militibus etiam ab intestato sinè hærede decedentibus ipse succedit, *l. 2. C. de hared. decur. l. si quis filio*, §. *eius, ff. de his*
8 *quib. vt indig.* Sed hodiè non succedit; si quidem Rex noster pijssimus hæreditatibus militum absq; hærede, successorem dedit Hospitalem Sancti Iacobi Hispanorum; vbi milites ægrotantes eius nationis curantur; vt testatur *Surgens de Neapol. Illustrat. lib.1. cap.2. nu.13.*
9 Bona autem mobilia hostium à militibus capta, ipse Capitaneus generalis diuidit inter ipsum, & milites, *Alber. in l. si quis pro redemptore, C. de donat. Corn. cons.* 31. *lib.1. Lanar. cons.* 84. Sed immobilia
10 capta sunt Regis, indicentis bellum, *l. Diuus, ff. de iur. fisc. Bart. in l. si qui in bello, ff. de capt. & post lim. reuer. DD. in l.1. ff. de acquir. poss. & in l.1. C. de petit. bonor. subl. Tasson. in prag de antef. vers. 2 obser. 4. nu.* 31. & nos materiam hanc pleniſſimè tractabimus infrà.
11 Tenetur tamen Capitaneus generalis ter in mense recognoscere tàm milites equitantes, quàm pedites, vt semper sint ad sellam parati, *Nicol. de Neap. in l. milites, C. de erogat. milit. anno. And. de Barulo in l. fin. eod. tit.* Et hæc recognitio vulgariter *la mostra* nuncupatur, vt inquit *Budeus per tex. in l. 2. ff. de in ius voc. Valer. Maxim. lib. 2. cap. de instit. & antiq. tẽpor.*
12 Curare etiam debet, vt milites describantur in libro, qui à vulgo *Rollo* appellatur, *l. iure militari, & l. ex eo, ff. de iur. milit.* & optimè *Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicat. Dux.*
13 Aduertere, quoque debet, vt Capitanei militum habeant sub se tot milites, quot habere asserunt, vndè si sub se habere asserent plures milites, quàm rei veri-

Digitized by Google

ritate habent, tenerentur ipſi Capitanei ad reſtitutionem totius quantitatis receptæ vltrà verum numerum militum, &
14 pœna quatrupli punirentur, quemadmodum etiam ad prædicta obligarentur, ſi ſub ſe haberent milites ſuppoſitos, & fictitios, ad militandum non aptos, puta famulos, vel alias ſimiles perſonas, quæ *paſſauolante* vulgo appellantur, *l.2. C.de curſor.publ.& angari lib.12.l.agentis,& l. excellentia,C de erogat.militar.annon.lib. 12.Carroc.par.2.de locat. & conduc.tit.de ſublocat.lo primo,quaſt.31.& quaſt.41.nu. 2. P.Molf.ad conſ.Neap.tom.3.par.14. tit. de ſeruit.quaſt.12.nu.4.*

15 Prætereà notatur, quod Magnus Comeſtabulus primus ex ſeptem Regni officijs in Regno Neapolis eſt Dux militũ, & habet cohortem militum, vt inquiũt *Frecc.lib.1.de ſubfæud.tit.de offic.Mag.Comeſtab.Marc.Anton.Surg.de Neap.Illuſtr. cap.22 nu.10. Maſtrill. de magiſtrat.to.2.*
16 *lib. 5. cap. 13.* retinet etiam multas alias prærogatiuas, quas refert *Taſſan.prag.de antef.verſ.2.obſeru.4.nu.11.*

17 Inſuper notatur, quod officium Ducis militum eſt cuſtodire, & ampliare confines Reipublicæ, & Prouinciarum, *l.2.C. de offic. Præf. Prætor.* & curare debet, vt milites beneuoli ſint ergà vaſſallos, nul-
18 lumque damnum inferant, aliàs puniuntur, vt habetur *in Nouell.conſt.86.§.porro ſi contingat, Taſſon.loc.cit.nu.6.*

19 Ampliùs Vicarius Regis in Regno noſtro nuncupatur quoque Dominus Prorex; ſunt autem Vicarij in duplici differentia, vtpotè aliqui perpetui,& ſunt,qui habent imperium pro ſe, & ſuis, vt fuerunt Duces Mediolani ſecundùm *Bal. conſ.333.ad intelligentiam vol.1.Caſtren. conſ. 34. lib. 1.* & ſunt Duces Sabaudiæ, *Marta de iuriſdict.p.1. cap.33.nu.72.Maſtrill.de magiſtr.l.1.cap.6.*

20 Alij ſunt Vicarij Regum,& de conſuetudine Regni Vicarius Regis eſt primogenitus ipſius,iſte enim eo ipſo,quod na-
21 ſcitur, Vicarius Regis eſt, & Dux Calabriæ, §.1.*auth.de Comit.Iſaur.Afflict.de prohib.faud alien.per Feder.in princ. n.4. Camer.in l.Imper.fol.79.lit.O.*

22 Solet quoque Rex ſicut res poſtulat, alias perſonas in Vicarios conſtituere, illiſq; tamen diuerſimodè fit commiſſio, nàm quandoque eligitur cum omnimo-
23 da poteſtate Regis, & talis conſtituitur filius, aut vxor, aut conſanguineus Regis,aut aliæ perſonæ eximiæ,& excellentes,vt refert *Taſon. in d.pragm. de antef. verſ.2.obſer.4.nu.51.* Ibique etiam refert, quod vigentibus bellis in Lombardia
24 contrà Ducem Mantuæ Rex noſter Vicarium conſtituit Anibroſium Spinola Marchionem Varuazes, eique omnimodam poteſtatem contulit confederandi pacem,vel bellum iniendi.

25 Quandoque commiſſio Vicarij indefinitè expeditur,& tùnc facere poteſt cuncta, quæ Rex gerere valet, *Andr.in cap.1. nu.21. de prohib.faud.alien.per Feder.Camer.in l.Imperialem fol.78.lit.F.*

26 Vndè poteſt exercere in quaſcumque perſonas merum, & mixtum Imperium, illiſque corporalem pœnam imponere, quod alij non permittitur, *Bal. in auth. ſed nouo, C.de ſeru.fugit. Bar. in l.1. §. hi quibus de legat.3. Paul.de Caſt. in l.2.de off. eius cui mand. eſt inriſd.Cuman. conſ. 157.158.& 162.Bal.conſ.313.vol.3. Frecc. de ſubfaud.lib.2.tit.quis dicat.Duc.nu.34.*

27 Poteſt leges condere etiam in præiudicium tertij, *Alex.conſ.180.vol.6.Frecc. ibidem num.* 35. Et in Regno habemus multa capitula condita per Ferdinandum II. Aragoneum tùnc Vicarium, &
28 per Carolum filium Regis Ruberti, quæ vt leges obſeruantur, & iſti vt Vicarij tùnc omnia gerebant ſecũdùm indigentias Regni,vt teſtatur *Taſſon.loc.cit.n.33.*

29 Poteſt donare etiam immobilia, & liberalitatem exercere, *gl.in cap.ſtatutum, verſ. literarũ de reſcrip. in 6.Barbat.conſ. 18.1.col.vol.2. Bertrand.conſ.156.vol.3. Salic. in l. cum indulgentia, C. de ſenten. paſſ.Frecc.ibid.nu.33. in fine, & 35.*

30 Venditiones fæudorum confirmare poteſt, *Andr.in cap.Imperialem 4.col. de prohib.faud.alien. per Frider. vbi Camer. fol.78. lit.F. Caſſan.conſ.12.Frecc.loc.cit. nu.35. Tiraq.de vtroq.retract.fol.253.*

31 Gabellas imponere valet, vt diffusè tractat *Raphal. Cuman. conſ.363. Frecc. ibidem nu.* 35.

32 Ei debetur idem honor, quod Regi conſtituenti tribuitur *cap.grandi de ſuppl. neglig.Prælat.* Vicarius enim imago conſtituentis dicitur *c.1.de cõtrou.int.vaſſall. & Domin.*

33 Inſuper gaudet omnibus priuilegijs,& præ-

Digitized by Google

prærogatiuis, quibus Dominus Rex potitur, *l. vnicuiq; C. de proxim. sacr. scrin. lib.* 10. & censetur esse corpus illius, cuius locũ tenet, *cap. significasti ext. de elect. l. tutor secundùm dignitatem de admin. tut. Barbat. cons. 26. Frecc. loc. cit. nu.* 33.

34 Tandem omnia concludere, & indistinctè agere valet, quæ Rex potest, nisi illa, quæ Rex prohibuerit; at in non prohibitis Regi imputatur: siquidem vassalli non tenentur quærere Regem extra

35 Regnum, sed aliquando Rex Vicarium suum consulit in occurrentijs, *l. 1. C. nou. vectig. inst. non pos. Tasson. ibidem.*

36 Verùm Vicarius alium Vicarium substituere nequit, *c. Clericos de offic. Vicar. Bald. in l. aliquando, ff. de offic. Pronconf.*

37 solus enim Princeps Vicarium creat, *tex. in §. eos autem, auth. de mandat. Princ.*

38 Rursùm commissio Vicarij simpliciter fieri solet, & tùnc licet aliqui dixerint, quod omnia gerere valet, *Reg. de*

39 *Ponte cons. 156. nu. 50. vol. 2. Andr. in c. 1. num. 12. de prohib. faud. alien. per Frider.*

40 Tamen id intelligitur de solitis, nàm insolita non transeunt, idem *Andr. loc. cit. Tasson. ibidem nu.* 41.

Prorex an Castellanos coerceat, qua Castellani fulciantur authoritate, & quibus Castrorum erectio permittatur?

RVBRICA IX.

SVMMARIVM.

1 *CAstellanorum delicta à Prorege Regni mulctantur, & ità decisum, nu. 4. & dicitur Vicarius Regis magna potestate suffultus, nu. 2.*

3 *Prorex Regni Capitaneus generalis dicitur, & ad eum spectat coercitio militum.*

5 *Prorex Regni ex litteris S. M. cognoscit causas contrà Castellanos; sed sententiam mortis non potest exequutioni de-*

mandare, nisi Rege consulto.

6 *Castellani officij collatio ad Regem spectat, & ratio, n.* 7.

8 *Prorex non potest officium Castellani concedere, nec assentire super venditione Castri.*

9 *Prorex quæ officia concedere potest.*

10 *Prorex assentire non potest cessionibus officij Castellani.*

11 *Prorex assentire nequit substitutioni officij Castellani sed quando n.* 12.

13 *Castra quilibet edificare potest in fundo proprio, non tamen limitropho, sed contra, n.* 17.

14 *Barones possunt in eorum terris Castra construere absque vlla licentia, & quare, sed contra, n.* 18.

15 *Castra, & fortellitia veniunt sub concessione feudi.*

16 *Barones reguli appellantur, & pro eorum defensione necessarium est, vt Castra munita habeant.*

18 *Barones in eorum terris absque Regis licentia castrum edificare nequeunt, sed possunt habere domum bassam ad habitandũ, competenter vallatam fossatis cũ curte cincto muro non perforato, n.* 19.

20 *Castra erecta à tempore Regis Guglielmi, Rex Fridericus mandauit dirui & n.* 25.

21 *Turres in locis demanialibus non licet erigi.*

22 *Castra Barones cõstruere nequeunt etiam ex const. Reg.*

23 *Castrorum ædificium quare* Baronibus *non permittitur in eorum terris.*

24 *Vtilitas publica anteponitur bono priuato.*

25 *Castra erecta à tempore Regis Guglielmi dirui mandauit Rex Fridericus, qui ex eadem constit. videtur prohibuisse nouorum castrorum ædificiũ, quod probatur, reiecta And. contraria sententia, n.* 29. 30.

26 *Castra in locis* Baronalibus *ædificari possunt, & quare, sed contra.*

27 Barones *vsque ad tempus Ferdinandi I. Aragonei tenuerunt castra in eorum terris.*

28 *Prohibitum deinceps censetur illud, quod factum improbatur.*

31 *Castrorum refectio prohibita intelligitur, etiam nouorum ædificio vetito, n.* 34.

32 *Prohibita constructio noui ædificij non dicitur prohibita refectio antiqui.*

33 *Nun-*

Digitized by Google

33 *Nunciatio noui operis fieri nequit resicienti antiquam.*

35 *Statuentis mens tacita sufficit, vt censeatur aliquid dispositum.*

36 *Castrorum adificatio prohibita in locis demanialibus, videtur prohibita etiam in Baronalibus, & quare, nu.37.*

38 *Castra habere Regnantibus tantummodò licet.*

39 *Baroni aliena iurisdictioni subiecto armorum vsus est prohibitus.*

40 *Armorum vsus non venit sub concessione feudi, & ratio.*

41 *Castra veniunt sub armorum vsus interpretatione.*

42 *Baronibus non licet castrorum adificium, & in quibus casibus ex Affl.*

43 *Castrorum constructio dat causam tumultuandi, & bellum indicendi, quod sub Ferdinando I. viguit.*

44 *Barones à tempore Ferdinandi I. castra non tenuerunt, & quare.*

45 *Castrorum adificatio à Regibus Normandorum fuit prohibita Baronibus, quæ hodiè viget in Regno vtriusque Siciliæ.*

46 *Castrorum adificatio in Regno Franciæ Baronibus est interdicta.*

47 *Castrorum peractio satis arctior vetitur apud Octomanicum Imperium.*

48 *Castra habere nemini licet in confinibus* Regni, *nisi per tempora vetusta habuerint, nu.49.*

50 *Castra, vel turres in locis maritimis nemo tenere potest, vndè refertur, quod Imperante Carolo V. fuit deuastata quædam turris* Mergellina, *& alia domus ad formam turris capta erigi in littore Pausilippi, n.52.*

51 *Terra facilè dominatur, cui mare dominatur.*

53 *Barones in locis suspectis, & maritimis castra non possunt adificare, nec collapsa restaurare.*

54 *Vniuersitates castra adificare non possunt absq; Regis licentia, & quare, n.55.*

56 *Vniuersitas Plani Cinitatis Surrenti in anno 1649. construxit campanile ad formam turris in Ecclesia S. Mariæ de Lauro, sed deindè fuit ordinatum dirui, num.57.*

58 *Constructio campanilis S. Claræ fuit impedita, sic etiam Palatij Ducis Grauinæ.*

59 *Constructio* Monasterij, *& Ecclesiæ S. Francisci Xauerij PP. Societ. Iesu adfor-mam fortellitij fuit impeditæ, & indè impedimentum remotum.*

60 *Ciuitas, quæ habet fortellitium propè fines Regni, non debet alteri concedi, & si concedatur Ciuitas, illi resistere potest, & sic decisum, n.61.*

62 *Terræ habentes castra vendi non debent, & ità ordinatum.*

63 *Rex potest castrum vassalli ipso inuito fortificare, & custodire.*

64 *Rex potest castrum à vassallo auferre, nec ad aliqnid soluere tenetur.*

65 *Castro concesso remanet Regi ius superioritatis.*

66 *Castrum vassalli à Rege potest demoliri, & quando.*

67 *Ecclesiæ turrim possunt laici fortificare.*

68 *Rex potest Barones cogere, vt proprijs expensis castrum muniant.*

69 *Castrum concessum Ecclesiæ nunquam dicitur concessum exemptum à superioritate, & appellatione.*

70 *Prælatus habens castrum à Rege iudicatur, vt Baro, aliusque laicus.*

71 *Episcopus Termularum adificauit turrim in Casali S. Iacobi à Rege concesso, quæ dirui fuit ordinatum per Dom. Proregem Regni, & exequutum.*

72 *Turris constructa à Prælato feudatario Regis in sua terra potest à Rege ordinari, vt diruatur pro bono pacis.*

73 *Castellani quam iurisdictionem habent, num.79.*

74 *Iurisdictio Castellani intra fines castri procedit.*

75 *Castellanus non cognoscit delicta commissa à suis subditis extra arcem, & ità decisum.*

Castellanus non cognoscit delicta patrata in fossato castri, & ità decisum.

76 *Castellanus Castri noui ex particulari priuilegio cognoscit crimina patrata à suis subditis extra arcem, & ità obseruatum, n. 77.*

78 *Auditor generalis exercitus in prima instantia non cognoscit causas militum in Castris degentium.*

80 *Castellanus petere debet remissionem suì subditi à Iudice ordinario loci, & ratio.*

81 *Iudex certarum rerum, & personarum cognoscere nequit, an sua sit iurisdictio in aliquo negotio, sed spectat ad Iudicem ordinarium.*

82 *Castellanus propter deditionem castri factam*

Digitized by Google

factam inimicis, an ſit puniendus pœna mortis, & quid deciſum, n. 87.

83 *Caſtellani per dationem caſtri, factam inimicis, incidunt in crimen læſæ Maieſtatis.*

84 *Caſtellani nulla ex cauſa etiam propriæ mortis, poſſunt caſtrum deſerere, & ità iurant.*

85 *Caſtellani tenentur etiam de leuiſſima culpa.*

86 *Caſtellani propter deditionem caſtri factam inimicis, quando & ex quibus excuſantur pœna læſæ Maieſt.*

Prorex an Caſtellanos coerceat, qua Caſtellani fulciantur authoritate, & quibus Caſtrorum erectio permittatur?

RVBRICA IX.

INter cæteras ſupremas facultates Dominis Proregibus tributas contra Alexandri Placitum *in l. Imperialem, ff. de Iuriſdict. omn. iudic. & Decij opinamentum* 1 *in rub. de offic. eius nu.* 7. comperitur Caſtellanorum coerctio; ipſi enim rei criminis à Dominis Proregibus plectuntur, qui 2 ſunt Vicarij Regis pleniſſima poteſtate ſuffulti, *Iſern. in cap. Imperialem nu.* 17. *de prohibit. feud. alienat. per Federic. Frecc. de ſubfeud. l.* 2. *tit. quis dicatur Dux, num.* 33. 3 & dicuntur Duces belli, ad quos ſpectat cognitio cauſarum militis, *Frecc. ibid. nu.* 16. Imò in litteris patentibus ſpecificè tribuitur eis cognitio Caſtellanorum facinorũ, vt teſtatur *Iudex Taſſon. in prag. de antef. verſ.* 2. *obſeru.* 2. & nos *in tit. de* 4 *Prorege*. Et ſic fuit deciſum per Suprem. Conſ. Italiæ, vt cognitio delicti commiſſi per Caſtellanum Manfredoniæ ad Proregem pertineat, & ne in futurũ difficultas oriatur, fuerunt tranſmiſſæ litteræ à 5 S.M. Proregi Neap. ſub die 15. Septembris 1620. vbi mandauit, quod Prorex procederet cõtrà Caſtellanos Regni, vti Capitaneus Generalis; verùm ſi ſententia ſe extẽderet ad mortem, vel ad aliam grauem pœnam, fiat conſultatio ſecretè S.M. *reſte Reg. Tap. deciſ.* 13. *Supr. Conſ. nu.* 13. *in fin.*

6 Verumtamen huiuſmodi officij, collatio ad Catholicum Regem noſtrum ſpectat, vt expreſsè ſancitur *in prag.* 1. *n.* 47. *verſ.* 9. *tit. de offic. ad R.M. collat. ſpectan. Taſſ. ſuper pragm.* 2. *de antef. verſ.* 4. *obſer.* 2. *nu.* 71. & tandem *Conſ. de Greg. de feud. c.* 54. *nu.* 41. *Conſ. Theod. alleg.* 41. *num.* 4. cum huiuſmodi officia ſint de regalibus, 7 & Rex illa confert perſonę cognitæ, & fideliſſimæ; quia circà collationem officij Caſtellani maxima cura adhibetur, ex quo eſt maximæ confidentiæ; quemadmodum experientia docet.

8 Vndè non poteſt Prorex Regni noſtri tale officium dare, nec aſſenſum præſtare ſuper ipſius Caſtri, & Iuriſdictionis Caſtellani venditione, *Mut. Surg. in add. ad M. Ant. fratrem de Neap. illuſtr. priuil.* 42. *l.* 1 *fol.* 405 *verſ.* 7. *ex Hor. Montan. de regalib. ver. Palatia in Ciuitatibus conſueta nu.* 4 *fol.* 288. *Cutel. deciſ. orat.* 1. *nu.* 67. 68. 9 *&* 78. Prorex enim conferre poteſt officia non excedentia valorem ducatorum ſexcentum, *Reg. de Ponte deciſ.* 28. *nu.* 62. cum alijs relatis *per Amicang. de regalib. offic. quæſt.* 10. *nu.* 24. officium autem Caſtellani maiorem redditum dat.

10 Imò nec aſſenſum dare poteſt ceſſionibus eiuſdem officij Caſtellani; ità *ex conſtit. Reg.* ſcire volumus *Reg. de Ponte conſ.* 54. *nu.* 7. *l.* 1. *Reg. de Marin. c.* 187. *n.* 7. *l.* 1. *Giurb. obſeru.* 12. *nu.* 30. maximè ſi pretium interceſſerit.

11 Neq; aſſentire valet ſubſtitutioni eiuſdem officij; niſi in cauſa infirmitatis, vel 12 ſenectutis, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. tit.* 10. *de poteſt. ſubſtit. in offic.*

13 Quinimò aliqui aſſeuerauere, quod Caſtella, ſeù Caſtra, quilibet ædificare valet ſine Principis licẽtia in area, ſeù terra, ac ſolo, & fundo proprio, non tamen limitropho, proùt de iure communi cauetur, *l. per prouincias, C. de ædific. priuat.* vbi *Salic. l. cum eo, l. Imperatores, l. cuius ædificiũ, ff. de ſeruit. ſpecul. tit. de religioſ. domibus, §.* 1. *verſ. quid ſi petatur Ciuitas, Reb aff. in in l. quicumq; C. de fund. limitro. l. b.* 11.

Digitized by Google

14 quodque ſummopere Baronibus permittitur, ſiquidem poſſunt Barones, & milites habentes omni modam iuriſdictionē, ſua propria loca ſine authoritate alicuius incaſtellare, & turres pariter conſtruere, & ædificare, pro tuitione ſui, rerumque ſuarum, & id probat *tex. in l. ex hoc iure*, ibi, *ædificia priuata, ff. de iuſt. & Iure*, Martin. *Laudent. in tract. de Caſtella.* §.9. & eſt *tex. in cap. in cauſis*, §. *Ciuitates murata*, ibi, *extra munitiones eis facere licet, de Pace conſtan. Cepoll. in tract. de ſeruitut. vrban. prædio. cap.* 39. *tit. de ſolo, ſeù area, ver. Caſtella. autem*, idem aſſirmat *Cancer. var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 13. *Roland. conſ.* 84. *nu.* 21. *lib.* 1. *Anna conſ.* 72. *Io: Franc. Capiblanc. in prag.* 8. *de Baron. p.* 2. *nu.* 8. *&* 13. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *nu.* 169.

15 Et ratio eſt, quia ſub conceſſione feudi veniunt caſtra, & fortellitia, præcipuè ex clauſulis in inueſtitura, vbi inter cæteras eſt illa, cum caſtris, & fortellitijs, ità *Capyc. in inueſtit. feud. Luc. de Penna in l. quicumque la* 2. *n.* 2. *C. de fund. limitroph. lib.* 11. *Reg. de Ponte conſ.* 57. *idem Capiblanc. loc. cit. nu.* 13.

16 Prætereà alia adaptatur ratio, nàm Barones Reguli appellātur, iuriſdictionēq; habent in territorio; ideò pro ipſorū defenſione, neceſſariū eſt eorum caſtra munita habere, *Reg. Tappia in conſtit. Regni in locis demanij, verſ. hanc tamen concluſionem*, ad quod allegat *Diu. Thom. de regim. Princ. lib.* 2. *c.* 12. *Petr. Gregor. Tholoſ. de Republ. lib.* 2. *c.* 3.

17 In contrarium tamen, non poſſe priuatum in ſolo proprio, quod alterius iuriſdictioni ſubeſt, caſtrum ædificare, *Afflict. in cap.* 1. *quæ ſint regalia, verſ. Palatia nu.* 5. *Andr. in conſt. Reg. caſtra, Luc. de Penna in rubric. de metatis lib.* 11. *Baldus in l. final. C. de pact. int. empt. & vendit. & in c.* 1. *de controu. int. Dom. & vaſſall. Boer. dec.* 320. *Fontan. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 11. *nu.* 9. vbi ſic deciſum per Senat. Cataloniæ, refert *Maſtrill. de magiſtrat. l.* 4. *cap.* 16. *num.* 175. *Auend. de exequen. mand. cap.* 20.

18 Quod in Baronibus quoq; procedit, ſiquidem nequeunt in propria terra procul licentia Regis Domini directi caſtrū conſtruere, fortellitium ædificare, barbacanas, Archerias, & cannonerias facere, *tex. in l. opus nouum, ff. de oper. pnbl.* vbi *Bar. Io: Andr. in cap. ſi Ciuitas in nouella de ſenten. excommun. Io: Fab. in l. per Prouincias, C. de ædific. priuat. Boer. dec.* 320. *n.* 6. vbi ſic deciſum in Parlamento Franciæ, *Auendan. de exequend. mandat. cap.* 20.

19 Benè verùm poſſunt domum baſſam habere ad habitandum competenter, vallatam foſſatis, cum curte cincto muro non perforato, ad tutelam, & defenſam domus, *Bal. in l. final. verſ. ſed pone quidam nobilis, C. de pact. inter empt. & vendit. idem Boer. d. deciſ.* 320. *nu.* 6. *verſ. benè tamen.*

Et huic ſententiæ vti veriori adſtipulatur *Regni conſtit. incip. caſtra munitio-*
20 *nes de ædific. priuat.* vbi à Rege Federico cauetur, vt caſtra, munitiones, & turres ab obitu Reg. Guglielmi erectæ diruantur ſub pœna publicationis caſtrorum, vel noui ædificij, ſi vſque ad diem Natiuitatis Domini illius anni, non fuerit exequutum, & inſuper prohibetur dirutas munitiones refici, abſque licentia Suæ Maieſtatis.

Quæ confirmatur alia ſequenti *Reg.*
21 *conſtit. incip. in locis demanÿ eod. tit.* vbi ſancitur, in locis demanialibus Regis noſtri non licere priuatis perſonis turres erigere, etiam ſi fierent ad defenſionem, ſed ſufficere eis munitiones Regias, & ſecuritatem protectionis Regiæ.

Vndè *DD.* qui ſecundum tramites hārum conſtitutionum alloquuntur, negant
22 poſſe Barones, alioſque ſubditos in eorum terris tenere, aut conſtruere ad formam fortellitij Palatia, ſeù caſtra, ſcilicet cum pontibus verſatilibus, turribus, bombardiſque æneis, cæteriſque armorum generibus munita, ità *gloſ. Marin. de Caramanico in cōſtit. caſtra munitiones, verb. contemnat, Afflict. in eadem conſtit. caſtra munitiones nu.* 2. *& melius in deciſ.* 265. *n.* 70. *Camerar. in l. Imperialem, f.* 52. *col.* 2. *Petra in d. conſtit. fol.* 12. *nu.* 18. *Montan. tract. de regal. fol.* 289. *nu.* 5. *verſ. hæc Palatia.*

23 Et ratio eſt, quia nè ſub ſpecie propriæ defenſionis detur occaſio ſubditis rebellandi, vel ſaltim inter eos rixandi, quare etiam de iure communi prohibentur, *l. per prouincias, C. de ædif. publicis, l. denotum, C. de metatis, lib.* 12. *l.* 2. *C. de fund. li-*
24 *mitroph.* Vtilitas enim publica priuato bono

Digitized by Google

bono anteponitur, *l. Lucius, ff.de euict. l. item ſi verberatum, ff. de rei vendic.* & ità ſentit *Andr.de Iſern.in conſtit. caſtra munitiones in fine, Affl. in eadem conſtit. caſtra munitiones nu.*45. *Montan. d. tract. de regal.fol.*289. *nu.*5.

Verùm ad prædicta tria obijciuntur ex mente *Andr.in d.conſtit. caſtra, & mu-*
25 *nitiones*; primò, quia conſtitutio *caſtra, munitiones* loquitur in certo tempore præterito, quod ſcilicet à tempore Regis Guglielmi caſtra erecta, demoliantur, vndè patet, quod in futurum non vetuit prædicta erigi, neque pœnam exigi ob caſtrorum ædificijs.

26 Secundò, quia conſtitutio *caſtra, munitiones*, quando futurum reſpiceret, non vigeret in locis Baronalibus, cum per ſubſequentem conſtit. incip. *in locis demanij* prohibetur priuatis perſonis caſtrorum ædificium, ergò ſequitur,quod in locis non demanialibus, ſed Baronalibus permittur, ità *ex Affl. in d. conſt. caſtra* aſſeuerat, *de Marin. reſol. quot.l.*2.*cap.*219. *nu.*7.

Tertiò, quia vſque ad tempus Ferdinandi I. de Aragona fuit obſeruatum,
27 quod Barones in eorum terris tenuerunt caſtra, & turres munitas, ſeù fortellitia, teſte *Andr.loc.cit.*

Sed facili negotio reſoluuntur, & ad
28 primum dic, quod verba conſtitutionis *caſtra, munitiones* ſatis expreſsè prohibent,caſtrorum in futurũ erectionẽ, idq; inſpicitur, nàm in principio mandat demoliri caſtra erecta, deindè pœnam inrogat contra illos, qui caſtra non diruerint, vndè dùm factum improbat,illudq;
29 punit, videtur expreſsè dicendum in futurum prohibitum eſſe *ad tex.in l.*1. *ff.de his quæ pro non ſcript.hab.*

Quodque ſuadetur ex ratione, quæ edicto cauſam dedit ſupra aducta, ſiqui-
30 dem eadem ratio, qua noluit Rex Federicus ædificia huiuſmodi in Regno tempore, quo ipſe dominabatur, vrget quoque in futuro tempore ſuorum ſucceſſorum, nàm eadem occaſio rixandi, tumultuandi, rebellandi,quietem ſtatum perturbandi vigeret nunc, & in futurum, quemadmodùm in præteritum viguit ex huiuſmodi ædificijs, teſte *Carol. Sigonio de Regn.Ital.lib.*12.

31 Sed melius id probatur ex finalibus verbis eiuſdem *conſtit. caſtra munitiones*, ibi enim expreſsè interdicitur reficere caſtra demolita;vndè ſi caſtra diruta refici non valent, multò minus caſtra noua fieri, ſi enim minus eſt prohibitum, multò fortius maius; non diceretur tamen prohibita refectio antiqui, ſi noui conſtructio
32 non ſit interdicta,*c. Iudei il primo, c.conſuluit*, vbi *Io:de Anan.Ant.de Butr. & Felin.extr.de Iudeis,l.*1. vbi *gloſ. ver.reficere, ff. de mort. inferen. l.* 1.§. *ſi quis ædificium.ff.de oper.nou.nunciat.l.*5. §.*reficere, ff.de itiner.act priu.Dec.in l.domum, ff.de reg.Iur.Caſtrenſ.conſ.*257. *l.*2. *Carpan. ad ſtat. Mediolan. tit. quod habentes anti-*
33 *quam ſedem cap.*240. *lit.N.& R.* Imò reficienti antiquum ędificium nouum opus nunciari non poteſt, *Bar. Caſtrenſ. & Alex. in l.*1. §. *ſi quis ædificium, ff.de nou. oper.nunciat.Bolognin in l.qui viam n.*69. *ff.cit.tit. Reg. de Marin. reſol. quot. c.*214. *nu.*4.*tom.*2.

34 Ideò conſtruere prohibitum eſſe cenſetur,cui refectio eſt interdicta,*Bolognin. in l.qui viam nu.*78.*ff de nou.oper.nunciat. Affl.deciſ.*392. *Boer.deciſ.*44.*Cepoll.tract. de ſeruit.vrbanor.præd.tit de refect. c.*59. *Auguſt. Berous conſ.* 144. *l.*3. *Grat.conſ.* 112.*nu.*4. *Surd.conſ.*121.*nu.*7. *lib* 1.

Vndè tam ex apertis verbis, quàm ex
35 mente ſtatuentis colligitur noua caſtrorum ædificatio eſſe ſub lege comprehẽſa, quæ mens ſufficit etiã tacita, adeò quod verba ipſius legis regulantur à mente, & non mens à verbis, & dicitur id comprehendi ex mente, non extendi *ad tex. in l.* 1. §.*ſi is qui autem, ff. de exercit. act. l.ſi ità facta,ff.de inius rup. teſtam.* & ità in propoſito arguit *Camer. in l.Imperialem, fol.*52.*col.*2. *Montan.de regal fol.*289.*ver. ex qua ratione,ex Andr.in d.conſt.caſtra munitiones col.*3.

Ad ſecundum multifariam occurritur. Primò, quia conſt. dicta *in locis demanij* generaliter loquitur, comprehenditque
36 omnes Regni ſubditos, nàm inquit: munitiones etenim noſtras,& quod eſt ſecurius protectionis noſtræ munimen, omnibus Regni noſtri fidelibus plenè ſufficere credimus ad tutelam; vndè diſtinctione perſonarum non vtitur, proindè Barones ſubnectuntur,ità arguit *Montan. de regal.fol.* 290. *verſ. collegit gloſa.* Se-
37 cundò, quia ratio prohibitionis in fine

Digitized by Google

conſt. *in locis demanij* addita vrget reſpectu omnium ſubditorum Regni, imò defectiua eſſet prohibitio, ſi reſpectu quorundam partium Regni tantùm adeſſet, dùm politica ratio ſtatus conſeruandi vrget in ſingulis partibus Regni, ideò nõ eſt facienda huiuſmodi impertinens interpretatio, ſic idem *Montan. loc. cit. verſ.*
38 *cumque ratio prohibendi*. Tertiò, quia caſtra Regnantibus tantummodò ſunt licita, nedùm pro defentione ſuæ perſonę, & domeſticorum ſuorum ab extremo inſultu, ſed etiam vt in officio, & obedientia retineant ſubditos, vt optimè probauit *Diu. Thom. lib. 2. de regim. Princ. c. 11.*
39 Vndè Baronbus, qui alienæ iuriſdictioni ſubijciuntur, & armorum vſus ipſis eſt prohibitus, nec in cõceſſione feudi venit,
40 cum armorum vſus ſit de regalibus, caſtrorũ coſtructio denegatur, vt *in tit. C. vt armorũ vſus, Luc. in l. quicumq; C. de fund. limitroph. l. 11. Capiblanc. de Baron. prag. 8.*
41 *par. 2. nu. 6. & 7.* Non poſſunt ergò ipſi Barones caſtra tenere, quia armorũ vſus interpretatione caſtra veniunt *Peregr. de Iur. fiſc. tit. 1. nu. 14.* Quartò, quia *Affl. in d. conſt. caſtra munitiones*, cuius munimine loquuntur *Reg. Tap. & de Marin. ſup.*
42 *cit.* multos caſus refert, vbi non liceret Baronibus caſtra conſtruere, ſcilicet ſi fieret ad emulationem, & iniuriam alterius Ciuitatis, ſi eſſent periculoſa alicui Ciuitati, ſi fierent in confinibus Regni, ſi præberent materiã ſeditionis, & ſcandali, quibus in caſibus nullatenus permitti poſſe affirmat, vndè *Afflict.* non abſolutè contrariã opinionem tenet, ſed limitat in dictis caſibus, & quando occaſio ſcandali, & ſeditionis eſſet, contrarium aſſeuerat. Quintò, nàm *Io: Franc. Capiblanc. in loc. allegat.* non loquitur ſecundum ius conſtit. Sextò, ratio ſuper allata, quod ſcilicet caſtra veniant in conceſſione feudi, non probat, quod poteſt caſtrum conſtrui, vbi non adeſt.
43 Ad tertium reſpondetur, nàm, & ſi vſque ad tempus Ferdinandi I. Barones caſtra tenuere, tamen ſub eodem Ferdinãdo cum plurimi Barones coniuraſſent agere bellum, & penè exitiale illi intulerunt, quorum audacia repreſſa difficilis fuit recuperatio Regni ob munita ca-
44 ſtra, vbi Barones ſe receperant. Idque aduertens Rex, inito fędore cum Baronibus, feuda illis reſtituit, retentis penès ſe fortellitijs, vt ait *Portius de Coniur. Baron.* & refert *Montan. de regal. fol. 291. verſ. fateor tamen*, ſubdens, quod ab eo tempore, hucuſque caſtella non munita, ſed erema retinuerunt, & retinent.

Siquidem experientia docuit, vt apud *Hiſtor.* legitur, quàm pernicioſum & periculoſum publico bono fuit permittere
45 caſtrorum erectio Baronibus, vndè à Regibus Normandorum prohibitio hæc habuit exordium, quæ in viridi obſeruãtia in Regno vtriuſque Siciliæ eſt, vt teſtatur *Horat. Montan. tract. de regal. offic. fol. 290. col. 2. in fin. verſ. tenemus igitur*;
46 & etiam viget in Regno Franciæ, teſte *Barthol. de Capua in d. conſtit. caſtra*. Et
47 apud Ottomanicum Imperium Turcarũ arctior eſt prohibitio, ſic teſtante *Paulo Iouio lib. 14. hiſtor. fol. 290.*

Quæ tamen prohibitio ſummoperè, & ſinè ſcrupolo etiam viget in confinibus,
48 cum in confinibus Regni tàm iure communi, quàm municipali attento nulli licet caſtra erigere, aut conſtruere, vel habere, ſiuè tenere, ſed in ruinam poni debent, præſumitur enim ſuſpicio futuri ſcandali, *l. 2. C. de fund. limitr. lib. 11, l. per prouincias, C. de ædif. publ. l. deuotum, C. de metatis, l. 12. Ang. in l. lex duodecim tabul. ff. ad l. Iul. Maieſt. Bar. in l. fin. ff. de Colle. Affl. in conſt. Regn. caſtra munitiones nu. 4. Montan. de regal. fol. 291. col. 1, verſ. in limitibus, Capibl. prag. 8. de Baron.*
49 *par. 2. nu. 8.* niſi per tempora vetuſta caſtra poſſederint, vt firmat idem *Affl. loc. cit.* quia tùnc talis vetuſtas pro lege habetur, *l. 2. ff. de Aqua pluu. arcen.*
50 Prætereà eadem prohibitio militat in locis maritimis, vbi nemini licet turres, caſtra, nec immunita habere, nè hoſtibus detur receptus, ibique fortes effecti, Regnum inuadãt, nàm Themiſtocle autho-
51 re vtilis fertur ſententia, facilè dominari terręeum, qui mari dominatur, idque ob facilitatem ſuccurrendi, quæ paratior, & expeditior eſt per mare, quàm per terram, & ità in caſu noſtro aſſeuerat *Montan. d. loc. cit.* dùm ad illum compro-
52 bandum exempla adducit, teſtatur enim, quod Imperante Carolo V. deuaſtata fuit quædam turris Mergellina, quæ propè Neapolim ſupra mare erat. Et inſuper fatetur, quod cum quidam conſtruere cępiſ-

Digitized by Google

cępiſſet in lictore Pauſilippi domum in formam turris ad recreãdos animos æſtiuo tempore,fuit eis inhibitum.

53 Quo etiã in caſu Barones nullo priuilegio ſuffragantur,cum in locis ſuſpectis, & maritimis caſtra non poſſint ædificari, nec collapſa reſtaurari, niſi Principe mandante, *Petra de poteſt.Princ.ſpec.*182. *fol.*52. *Capiblanc. de Baron. tit.*2. *cap.*95. *nu.*2.*& in ſing.*49.

54 Neque Vniuerſitates Regni circa hoc priuilegium habent, nàm ipſis quoq;non licet caſtra, ſeù turrim, aut fortellitium conſtruere,& tenere abſque Domini Regis beneplacito, *l.turres, C.de oper. publ. Luc.de Penna in l.fin.C.ex quib. cauſ.l.*11. & ratio eſt, quam ſupra annuimus,nàm

55 armorum vſus, cuius interpretatione caſtra veniunt, de regalibus eſt, & omnibus denegatur *Peregr. de iur.fiſc. tit.* 1. *nu.*14. *Capiblanc.de Baron.prag.*8. *par.*2. *num.*10.

56 Vndè in anno 1649. per Dom.Comitem Onnatte Proregem Neap. fuit ordinatum, quod diruatur campanile Eccleſiæ Sanctæ Mar æ de Lauro conſtructum in plano Ciuitatis Surrenti ad formam turris cum ponte, & ciſterna aquæ intus, quamuis à multis annis fuerit erectum, ſed non completum, quod fuit exequutum, cõtradicente dicta Vniuerſitate,& Æconomis dictæ Eccleſiæ,qui allegabant dictum Campanile deſeruire dictæ Vniuerſitati pro defentione Turcarum, & ſaluandis fœminis, & pueris tempore inuaſionis, quæ ſæpius occurrit.

57 Et cum in anno 1657. dicta Eccleſia cępiſſet ædificare dictum Campanile in formam antiqui ædificij, per Dom. Comitem Caſtrilli Proregem, habita relatione experti, & Ingignerij Regiæ Curiæ fuit ordinatum, quod demoliatur dicta noua fabrica, & ità exequutum.

58 Imò ſunt alia exempla intus Ciuitatem Neap. in qua minor ſuſpictio ſubeſt, & tamen fuit Regijs ordinibus impedita conſtructio Campanilis S. Claræ, Palatij Ducis Grauinæ in Platea Montis Oliueti, & nuper de anno 1657. ordine D. Comitis Caſtrilli Proregis fuit inhi-

59 bitum conſtrui Eccleſiam,& Collegium S.Franciſci Xauerij PP. Ieſuitarum, prope Palatium D.Proregis, quia præfata ædificia principium, & formam habebant caſtri, & fortellitij.

Vlteriùs nota, quod Ciuitas, vel terra, quæ habet caſtrum, & fortellitium,

60 quod eſt poſitum propè fines Regni, vel ſtatus Eccleſiaſtici, vel in alio loco neceſſario pro defentione, & propugnaculo Regni, non debet Rex alteri illam concedere, & ſi concedatur alicui Magno Principi, à quo nequit de facili recuperari, poteſt etiam Ciuitas in hoc caſu de facto reſiſtere, vt probatur *in l.quicumque,C.de fund.limitr. lib.*11. *l.legatũ,* §.*fines publicos, ff. de oper.publ.* ibi, *fines publicos à priuatis detineri non oportet, Gregor.Tholoſ. ſyntag.iur. c.*2. *nu.*8.*& 9. lib.* 26. *Claud. Sayſell. in ſpec. feudi in rubric.quifeud.dar.poſſ.col.*9.*ver.auth.* & ità

61 fuiſſe deciſum in Supremo Ital.Conſ.tenet *Reg. Tap. deciſ.*5. *Sup.Conſ.num.*121. *&* 122.

Et ità practicatũ fuit in Regno Neap. in quo vrgentibus Regis noſtri neceſſitatibus, pro defentione Status Mediola-

62 ni,fuit ordinatum, quod vendantur omnes terræ demaniales Regni, ſed tamen fuit concluſum in Collaterali Conſilio cum R. C. non vendi terras habentes caſtra, & fortellitia, quæ ſunt in loco pro defentione, & propugnaculo Regni, & inter alia fuit reuocata venditio Inſulæ Capræ, quæ reperiebatur facta, & emptori fuit reſtituta pecunia.

Hinc etiam nota,poſſe Regem,Caſtrũ vaſſalli ipſo inuito fortificare, noua for-

63 tellitia conſtruere, milites impopere, illudque cuſtodire, & etiam auferre, ſi bellum immineat ab hoſtibus, *Ang. in l. fin.C.de litig. Bal.in c.*1. §.*quid ergo de inueſt.de re alien fact.Frecc.lib.*2.*de ſubfeud. author.*12.*Roland.conſ.*69. *l.*2. *Palat. Rub. in cap. per veſtras de donat. int. vir. & vxor. Anna alleg.*94.*nu.*9.dicens,ità fuiſſe iudicatum per Collaterale Conſil. *Viu. deciſ.*4. *num.*40. *Maſtrill. de magiſtr. lib.* 4. *c.*16. *num.* 176. ſubdens *nu.*177. non

64 teneri Regem ſoluere aliquid Baroni,ſeù alteri Domino, cum auferatur caſtrum ad cuſtodiam pro cauſa neceſſitatis;

65 conceſſo enim caſtro per Regem, remanet ſibi ius ſuperioritatis, idem *Bal. in l ſi aliqua in fin.ff.de off.proconſ. Alber.de Roſat.*

Digitized by Google

Roſat. in l. ſi ità legatus, ff. de vſu, & habit. Affl. in conſt. Reg. in locis demanij num. 3. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic. §. 1. nu. 25. Montan. de regal. verb. & plauſtrorum nu. 23. ſequitur *Gaſpar Theſaur. queſt. for. lib. 4. q. 28.* & etiam po-
66 teſt Rex illud demoliri facere, putà ſi hoſtibus eſſet adiuuamentum, *Gaill. obſ. 56. in fin. lib. 2.*

Quinimò pro tuitione publici ſtatus
67 poſſunt laici fortificare turrim Eccleſiæ, *Bal. in l. fin. C. de ſumm. Trinit. Alber. in l. fin. ff. de vſu, & habit. Affl. d. conſt. in locis*
68 *demanij nu. 4.* Et inſuper cogere Baronem, vt proprijs expenſis caſtrum muniat *Bal. conſ. 138. lib. 1. Natta conſ. 557. nu. 5. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 21. nu. 3. Maſtrill. d. loc. lib 4. cap. 16. nu. 179. verſ. quinimò.*

Caſtrum autem conceſſum Eccleſiæ, an liberum præſumatur vel feudale, di-
69 ſputat *Capyc. in inu. verb. feudales appellationes*, ſed illud nunquam præſumitur exemptum à ſuperioritate, & ab appellatione, vt tenent *Cabed. deciſ. 11. n. 3. & dec. 40. nu. 17. Surd. conſ. 275. lib. 1. Peregr. conſ. 1. nu. 1. Marta de Iuriſd. caſ. 198. nu. 2.*
70 vbi ſubdit, quod Prælatus tùnc iudicatur, vt Baro, & ratione iuriſdictionis quam habet à Rege, iudicatur vt laicus, & non vt Clericus, *Andr. in c. 1. de Cap. Corr. Frecc. de ſub. lib. 2. de differ. inter feud. reg. diff. 33. Cancer. var. lib. 7. cap. 13. nu. 345. Bamac. in tit. ſi de feud. def. mil. §. qui Clericus, q. 6. nu. 6. Olib. de Iure fiſc. c. 10. nu. 13. Maſtrill. de mag. lib. 3. cap. 8. nu. 30.*

Quemadmodum cenſuit Collaterale Conſilium in cauſa Epiſcopi Ter-
71 mularum N. Mandelli, qui cum haberet Iuriſdictionem ciuilem in Caſali Sancti Iacobi ſuæ Diœceſis, ex conceſſione in feudum à Rege noſtro, & in dicto Caſali aderat antiqua turris, fortificauit dictam turrim cum Raſtellis, Tronerijs, Archerijs, & alijs fortificationibus, incidendo arbores, quæ erant circum circa, vt potuiſſet turrim defendere ab incurſu; Sed quia in ea tanquam ad aſylum confugiebant Banniti, & delinquentes, patrantes homicidia, & furta, aliaq; delicta, quã ob rem per Almam Vrbem fuit contra Epiſcopum ad aliqua pro-
72 ceſſum, & etiam per D. Proregem, & Collaterale Conſilium fuit ordinatum, dirui dictam turrim, & ità concluſum die 11. Decembris 1659.

Vlteriùs Caſtellani, quibus cuſtodia Caſtri à Rege demandata eſt, habent ſub
73 ſe milites, cæteraſque perſonas deputatas pro cuſtodia caſtri, & in ipſos milites, & perſonas, Caſtellani habent Iuriſdictionem, merum, & mixtum Imperium *ex tex. in l. 1. §. cum vrbem, ff. de offic. præf. vrb. Angel. in conſ. 35. quidam circa fin. verſ. conſtat autem, Ant. de Nigr. in cap. reg. Caſtellanorum num. 34. Reg. Sanfelic. in pract. in addit. ad ſection. 19. fol. 263. num. 1.*

Quæ iuriſdictio intelligitur conceſſa intra fines caſtri tantùm, nàm ſi milites
74 caſtri deliquerint extra caſtrũ, nõ ſpectat cognitio ad Caſtellanum, licèt ſua iuriſdictio ſit ad certas perſonas, eſt tamen
75 circumſcripta territorio, ideſt menijs caſtri, & ſic intra caſtrum, vt habetur *in conſt. Reg. Caſtellanorum, & in c. Reg. Caſtellanos, Minad. deciſ. 18.* & ità ſæpius obtinui vti fiſci Patronus M. C. nàm fuit per M. C. & S. C. denegata remiſſio cauſæ cuiuſdam militis ad Caſtellanum S. Erami, qui deliquit extra caſtrum, & propè ipſum caſtrum.

76 Hinc eſt, quod ſi delictum ſit commiſſum in foſſato caſtri, quod foſſatum eſt circa menia caſtri, nec etiam illius cognitionem haberet, vt pluribus defendit, deciſumque tradit per M. C. & S. C. *Horat. Montan. controu. 72.*

Secus tamen eſt in Caſtro nouo Ciuitatis Neap. cuius Caſtellani iuriſdictio
77 ex particulari priuilegio S. Maieſtatis extenditur extra caſtrum, & cognoſcit ſuos milites delinquentes extra caſtrum, & intus Ciuitatem Neap., vt teſtantur *de Franch. deciſ. 45. Reg. Tapp. ius reg. l. 2. in d. cap. Caſtellanos de offic. Caſtell. Montan. de regal. in cap. poteſtas conſtituen. magiſtr. nu. 39. verſ. hinc infertur ad iuriſdictionem, Reg. Sanfelic. in d. loc. nu. 3.* & ego obſeruaui vti fiſci Patronus M. C. in cauſa cuiuſdam fabri deſcripti pro ſeruitio Caſtri noui, qui habebat ſtipendium Regium in dicto Caſtro, & commiſit delictum in platea marinæ Vini, & fuit remiſſus ad Caſtellanum Caſtri

noui

Digitized by Google

noui de anno 1657.

Hinc eſt, vt nec etiam Auditor Generalis Exercitus, qui omnibus militibus
78 præeſt, cognoſcat milites caſtri in prima inſtantia, teſtatur *Reg. Tapp. in d. cap. Caſtellanos*, & dicit vidiſſe ſcripturas, & *Reg. Sanſel. in d. pract. fol. 264. verſ. circa.*

Declara tamen hanc concluſionem, nempè Caſtellanos habere iuriſdictionẽ
79 in milites ſui caſtri, vt intelligatur de infima iuriſdictione, quæ tantùm circa modicam cohertionem verſatur, nàm in alijs cognoſcit Reg. Auditor Generalis Exercitus à Prorege conſtitutus, *Reg. Tap. ins reg. ſuper conſt. Reg. Caſtellanorũ, Reg. Sanſel. loc. cit. verſ. circa quod.*

Secundò, declara, vt Caſtellanus petere habeat remiſſionem cauſæ ſuorum
80 militum à Iudice ordinario, & ſic à M.C. in Regno Neap. nàm ad Iudicem ordinarium ſpectat cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, *l. ſi quis in aliena iuriſdi-*
81 *ctione 4. ff. de Iudic.* Iudex verò reſpectu certarum rerum, vel perſonarum, vel ratione feudi, vel priuilegij, non poteſt cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, *gloſ. in c. 1. de inueſt. de re aliena facta*, vbi *Bal.* hoc notat pro ſingulari *Reg. de Ponte dec. 33. nu. 4. verſ. imò plus, Montan. de regal. c. poteſtas conſtituend. magiſtr. nu. 1. Reg. Sanſel. in pract. fol. 264. nu. 4. & 5.*

Rurſus notandum, an Caſtellani propter deditionem Caſtri factam inimicis,
82 debeant puniri pœna mortis, etiam ſi cauſam habuerint illud tradendi.

83 Et contra Caſtellanum adducitur, quod per dationem Caſtri inimicis ipſe incidit in crimen læſæ Maieſtatis, *l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. Luc. de Penna in l. 3. & 7. de exactor. tribut. l. 10.* & in Regno adeſt
84 *cap. incip. nuper apud Tranum*, vbi ex forma iuramenti, quod præſtant Caſtellani, nulla ex cauſa, nec propriæ mortis, vel filiorum, nec aliorum tormentorum
85 poſſunt caſtrum deſerere, tenentur enim etiam de leuiſſima culpa, quando pro illo cuſtodiendo ſtipendium conſequerentur *Martin. Lauden. de Caſtell. quæſt. 36. Gramat. conſ. crimin. 40. num. 1.*

Tamen excuſantur, quando deficiunt victualia, quando mors eſſet ineuitabi-
86 lis, quando euidenter agnoſcitur, vtile magis fore ſeruitio Principis, ſeruare Ducem, & milites, quàm locum, vt dicunt *Ang. in l. metus num. 5. ff. quod met. cauſa, Hier. Fracchett. in ſemin. de ration. ſtatus c. 75.* vel quando traditio Caſtri accidit ex repentina inuaſione inimicorum, itaùt reſiſtere nequiuerit, ſi tempus non habet denunciandi, nec defendendi, *Rom. conſ. 395.* vel quando inimici intraſſent, & ipſe ab arce deſcenderet, *Angel. in l. metus, ff. quod met. cauſa, Iacobin. de S. Georg. in inueſt. feudi in ver. de Caſtro, de Niger. in c. Reg. Caſtellanos nu. 16. Farinac. pract. crim. quæſt. 117. nu. 7.* & vlteriùs quando fecit ex ſui parte, quod poterat, perduellionis pœnam euitat *Gramat. conſ. 13. nu. 10. de Niger ibidem*, latè *Humada ad l. 5. tit. 18. par. 2. gloſ. 6.* cum non debeat Caſtellanus expectare mortem, ſed ſufficit, quod periculum ſit proximum, *Gramat. deciſ. 18. nu. 17.*

87 Vndè ex his per Sup. Conſ. Ital. fuit ordinatum, Caſtellanum Manfredoniæ non eſſe puniendum pœnâ mortis naturalis, neque incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, ſed condemnetur ad carceres vita durante, teſte *Reg. Tap. deciſ. Supr. Conſ. 13.*

De militum ſtipendiis, et penſionibus, ipſorumque fruitionibus, ac coerctione fraudantis eorumdem ſtipendia.

RVBRICA X.

SVMMARIVM.

1 *QVies gentium ſine armis haberi nequit.*

2 *Militibus leges noſtræ multa priuilegia conceſſerunt.*

3 *Militum exercitus in Republica reſidere debet,*

Digitized by Google

debet, & quare, nu.8.

4 *Milites dominantis potentiam augent.*

5 *Populus Romanus quas res fecerit, vt sibi Orbem Terrarum subegisset.*

6 *Stipendia militum fauorabilia sunt.*

7 *Stipendia militibus soluenda sunt ex publico Erario etiam in pace.*

8 *Stipendia militum præferuntur in satisfactione, cæteris alijs sumptibus, & debitis etiam necessarijs.*

9 *Salarium Iudicum anteponitur cæteris alijs fiscalibus creditoribus, & ratio.*

10 *Stipendia debentur militi infirmo durante infirmitate, quod limitatur, nu. 11. & quid seruetur Neap.n.12.*

13 *Stipendia quando militi carcerato pro tempore carcerationis debeantur.*

14 *Stipendia debentur militi absenti cum licentia pro tempore absentiæ.*

15 *Stipendia, quando debeantur militi desertori pro tempore, quo militiam deseruit, si inde fuerit restitutus, n. 16.*

17 *Stipendia debentur militi capto ab hostibus pro tempore, quo apud hostes fuit; sed contra, & verius, nu. 20. & 21. & ità pluries decisum per R.C.*

18 *Miles captus ab hostibus, perinde habetur, ac si militaret; sed declaratur vigere quòad honores tantùm, nu.24.*

19 *Salarium debetur etiam famulo ægroto; sed contrà, nu.26. & verius.*

22 Tex. in l.1. C. de re milit. lib. 12. *recensetur.*

23 *Milites videntur operas suas Principi locare, & quid ex hoc sequitur.*

25 *Verbum* emerita *in lege statutum stipendia non comprehendit.*

27 *Stipendia militi captiuo non deberi decidit Reg.Cam. num.28. 29. etiam habito recursu ad Suam Catholicam Maiestatem, nu.30.*

31 *Stipendium duplicatum non potest miles, tenens duas militias, consequi.*

32 *Miles non potest habere duas militias, & si vnã petierit, de alia non faciens mentionem, vtramque amittit.*

33 *Salarium duplicatum haberi prohibetur per litteras Suæ Maiestatis, neque Proreges hoc permittere possunt, n.34.*

35 *Officialis in administratione iustitiæ constitutus duplex habens officium, duplex habere debet salarium; & de ratione n.36. & ità decisum n.37.*

38 *Decanus Consiliariorum exercens officiũ Præsidentis S. C. vtrumque habet salarium; & ità decisum.*

39 *Decanus Præsidentium Regiæ Cameræ exercens munus Locumtenentis Regiæ Cameræ, duplex habet stipendium.*

40 *Præsidens Regiæ Cameræ exercens per hebdomadã munus Locumtenentis Reg. Cameræ, habet duplicatum stipendium.*

41 *Præsidens Regiæ Cameræ exercens officiũ Aduocati fiscalis einsdem Tribunalis, vtrumque habet stipendium.*

42 *Præsidens Prouinciæ si fuit creatus Regius Consiliarius, vel Præsidens Regiæ Cameræ, vtrumque habet salarium.*

43 *Stipendia militum fraudantes grauissimè sunt corrigendi.*

44 *Stipendia militum fraudantes, maximũ afferunt Reipublicæ detrimentum, vt de Romanis legitur.*

45 *Stipendia sunt bellorum neruum, quisi deficiant, deficit victoria.*

46 *Stipendia militum vt suppleantur, res Sacræ possunt capi.*

47 *Stipendiorum largitio tollit militum mœstitiam; & Imperij iucunditatem parit.*

48 *Stipendia fraudantes in Gallia fuerunt strangulati, & bona confiscata, n.49. & idem legitur in historijs, nu.50.*

51 *Stipendia fraudantes de iure communi quatruplo, & officij priuatione plectuntur.*

52 *Frumentum vsurpans, qua pœna puniatur.*

53 *Stipendia militum fraudantes, puniuntur pœna vltimi supplicij.*

54 *Stipendia militum non possunt sequestrari, nec exequi ad instantiam creditorum.*

55 *Milites non possunt torqueri ex processu informatiuo, tanquam ciues Neapolitani.*

56 *Vsurpans Regios introitus, & regalias, capite plectitur.*

57 *Introitus Regij, siuè* Regni *tributa ad stipendia soluenda constituta sunt.*

58 *Milites sunt exempti, & immunes à muneribus personalibus.*

59 *Milites à quibuscumque hospitijs, & contributionibus sunt immunes.*

60 *Milites sunt immunes à gabellis.*

61 *Mili-*

Digitized by Google

61 *Milites habent frãchitiam à functionibus fiscalibus; & à quibuscumque impositionibus, & gabellis pro eorum vsu, domus, & familiæ, & suorum equorum.*

62 *Milites facti antè numerationem focularium, etiam si posteà sint numerati, sunt franchi à solutionibus, similiter milites post numerationem, qui non fuerunt numerati.*

63 *Milites habent immunitatem à gabellis etiam pro eorum filijs minoribus, dummodò non excedant duos annos, & n.64.*

64 *Miles, qui olim fuit grauis armaturæ per annos 25. gaudet immunitate gabellarum.*

66 *Miles tenetur soluere bonatenentiam in illis Terris; vbi territoria possidet.*

67 *Milites effecti post numerationem focularium si reperiantur priùs numerati, tenentur soluere fiscalia, & in oneribus personalibus contribuere in pecunia.*

68 *Milites Staticote tenentur soluere fiscalia, & bonatenentiam, sed ab impositionibus extraordinarijs, & hospitijs sunt immunes.*

69 *Milites Castri Brundusij, qui sunt Ciues, & numerati cum Ciuitate, & habitant extrà Castrum, soluunt cum Ciuitate; idemque est in militibus Castri Aquilæ, nu.70. & in militibus Campaneæ, n.71.*

72 *Milites Hispani sistentes in Regno ad stipendia Suæ Maiestatis, non numerantur pro focularibus; in Terris vbi habitant.*

73 *Milites vulgò* Piazze morte *deducuntur à numeratione.*

74 *Milites Hispani vulgò* intertiniti *pro seruitio Suæ Maiestatis, gaudent immunitate bonatenentiæ.*

75 *Milites tenentur soluere collectas pro territorijs, quæ tenent in affictum ab Ecclesijs, & ad quam rationem.*

76 *Milites nouæ militiæ habent franchitiam pro eorum capite; sed soluunt respectu industriæ.*

77 *In prouisionibus in beneficiũ militum pro suis frãchitijs, quæ clausulæ apponãtur.*

78 *Milites tenentur Vniuersitates Regni hospitare.*

79 *Hospitandi onus, an sit patrimoniale, vel personale, aut reale.*

80 *Vniuersitates, quæ teneantur pro hospitio militum præbere, tàm iure communi attento, quàm municipali, nu.81. & 82.*

83 *Militibus deficientibus pecunijs, Vniuersitates tenentur illas mutuare.*

84 *Milites in hospitijs non debent grauare populos.*

85 *Militibus quomodò succurratur, si non inuenerint victualia iusto pretio, vt se subueniri habeant.*

86 *Ciuitates, & Terræ, quæ sint in Regno immunes ab hospitijs.*

87 *Barones facultatem habent eligendi Terras in Cammeras reseruatas, qua de re possunt à vassallis annuas præstationes exigere, nu. 88.*

89 *Vniuersitates in Cameras reseruatas electæ, qua immunitate gaudeant.*

90 *Barones hodiè ne quidquam ab Vniuersitatibus exigere possunt ex causa Cammeræ reseruatæ; nisi solutiones voluntariæ fierent.*

91 *Militibus, quæ immunitates deferantur, & quando priuilegio fori tribuatur.*

92 *Milites, quando deliquisse censeantur, proùt si transgresserint illa, qua disciplina militaris exigit.*

93 *Milites quando exuantur cingulo militari.*

94 *Miles ignominiosè iectus nunquam restituitur, licèt fuerit à delicto absolutus.*

95 *Pensiones etiam ex causa meritorum constitutæ, postponuntur cunctis omnibus fisci creditoribus.*

96 *Princeps non tenetur dominicas largitiones præstare; nisi deducto ne egeat, & omni ære alieno.*

97 *Pensionarijs nulla actio datur ad pensionem constitutam consequendam.*

98 *Pensionarij ob causam meritorum inter milites adscribuntur, sed hoc refellitur, num. 99.*

100 *Pensiones ob causam meritorum constitutæ præsumuntur ex mera Principis liberalitate processisse.*

101 *Pensionarius super aliquo vectigali constitutus, an sit aliorum creditorum numero aggregandus.*

102 *Pensiones constitutæ cum clausula, vt donantis bona sint hypotheca affecta; num pro illorum satisfactione pẽsionarij sint vt alij creditores reputandi.*

103 *Dictio* supra, *hypothecam importat.*

104 *Corpus designatum pro præstatione aliqua annua, intelligitur taxatiuè, & non demostratiuè, & hypothecam importat.*

Digitized by Google

105 *Pensionarij ratam dominij habent pro pensione constituta super aliquo corpore.*

106 *Pensionarij ex causa seruitiorum, creditores ex iustitia dicuntur.*

107 *Pensiones condictionem habent, vt pensionarius seruitium præstet.*

108 *Pensionarij etsi pro pensione hypothecam habeant, tamen Dominus eodem priuilegio succurritur, vt non teneatur, nisi deducto ne egeat, & omni ære alieno.*

109 *Pensionarijs super arrendamentis constitutis fuit ordinatum per R. C. liberari aliquam quantitatem, licèt fiscus supposuerit, non posse concurrere cum creditoribus ex Iustitia.*

110 *Pensiones intercidentis constitutæ, fuerunt de anno* 1613 *suspensæ.*

111 *Pensiones constitutæ publica vrgente necessitate, an possint suspendi, modificari, vel reuocari, & in hoc* Reg.Rouit. *tres distinxit casus; sed eius distinctio refellitur, nu.*112.

113 *Donatio est remuneratio in eo, quod excedit merita seruitiorum.*

114 *Pensiones reuocare non possunt à Principe, etiam publica vrgente necessitate, sed contrà, nu.*118. *& verius n.*122. *& traditur, causam meritorum nihil ponere in esse, nu.*123.

115 *Donationes dependentes ex obligationis vinculo, dicuntur debiti solutiones.*

116 *Princeps non potest sine causa auferre concessa, præsertim, quando fuerunt concessa per viam contractus, n.*117.

119 *Princeps potest restringere, & reuocare, quod dedit.*

120 *Princeps ob publicam vtilitatem potest alterare contractum, reuocare decreta, & conuentiones Reip. & alia, quæ sunt irreuocabilia.*

121 *Princeps ob publicam vtilitatem potest statuere contra naturalem æquitatem.*

124 *Pensiones reuocari possunt, etsi in ipsarum constitutione sit apposita clausula, vt neq; ob æs alienum, nec ob alias quascumque fisci necessitates possit solutio differri contrà* Capyc.

125 *Pactione priuate tolli non possunt, quæ Reip. exposcit vtilitas.*

126 *Princeps reuocans, vel minuens donationes factas benemerentibus, tenetur reficere damnum donatario, sed non procedit, si id faceret cogente publica necessitate, nu.*127.

128 *Pensiones ad instantiam creditorum pensionarij exequi non possunt; nisi in subsidium, & relicto tantùm vt se alat.*

129 *Stipendia militum nunquam exequi possunt ad instantiam creditorum, & ratio, n.*130.

Pensiones veteranis constitutæ nunquam exequi valent ad petitionem creditorum.

Salarium Reg. Continuorum Palatij exequi nequeunt ad instantiam creditorum.

131 *Pensiones, vel stipendia possunt à Prorege suspendi pensionarijs prouisis in officio.*

132 *Pensionarius si vsque ad certum tempus pensionem obtinuit, si pendente termino decesserit, residuum temporis ad hæredes transmittitur, & ità decisum per Supr. Ital. Senat. n.*135. *&* 136.

133 *Legata annua relicta cum præfinitione temporis, ad hæredes transeunt pro resto temporis, mortuo legatario.*

134 *Concessio aliqua ad tempus tributa transmittitur ad hæredes, concessionario mortuo pendente termino; & ità decisum per Sup. Ital. Cons. n.*135. *&* 136.

137 *Pensiones ad hæredes pensionarij quando transmittantur.*

138 *Pensiones quando dicantur personales; ità vt ad hæredes pensionarij non transeant, nu.*139. *&* 140.

141 *Pensiones, etsi personales nõ extinguntur morte constituentis, nec confirmatione successoris indigent.*

142 *Pensione constituta in beneficium patris, & filij ob merita patris, alienatione vel delicto à patre commisso priuabitur ea filius.*

143 *Pater filium præiudicare potest in feudo donato à Principe ipsi patri, & filio ob merita patris.*

144 *Pater filio præiudicium inferre potest in emphiteusi concessa pro se, & filio expressè nominato.*

145 *Officio concesso patri, & filio, vnicuique ipsorum, potest pater in illo, filium præiudicare, illudque alienare, & ità his decisum per R.C. nu.*146. *&* 147.

148 *Officio eiusque exercitio duobus concesso, si vnus ex permissu alterius exercet, & delictum in officio committat, non officit consocio non exercenti, & ità decisum per Collaterale Consilium.*

149 Pen-

Digitized by Google

149 *Pensione concessa gratia patris in personam duorum filiorum, quos ipse nominauerit, si pater delictum committat, ob quod venit pensione priuandus, non præiudicat filijs, nec acquiritur creditoribus; & ratio, nu.150.*

151 *Pensione constituta, & tempore solutionis non præscripto, quando solutio fieri debeat.*

152 *Pensio constituta super certo vectigali, tunc solui debet, quando fructus vectigalis exiguntur.*

153 *Legatum pro alimentis in principio anni debetur.*

154 *Legatum factum de decem modijs frumenti, tempore messis est præstandum, etsi in causam alimentorum concipiatur.*

155 *Pensiones tot annorum reddituum super Dohana pecudum Apuleæ, in mense Aprilis solui debent, & ità R.C.S. censuit; & ratio, nu.156.*

De militum stipendijs, et pensionibus, ipsorumque fruitionibus, ac coercione fraudantis eorumdem stipendia.

RVBRICA X.

DEmonstrauimus, suprà quod inter cæteras dignitates, quibus collustratur Dominus Porex, est munere Capitanei generalis, illudque inter militum cohortes circumfertur, eosdemq; milites stipẽdijs succurrere, & releuare tenetur,
1 siquidem nec quies gentium sine armis, nec arma sine militibus, nec milites sine stipendijs, nec stipendia sine tributis haberi queunt ex sinodali sententia *Taciti lib.4. histor.* itàque congruum esse decreui de militum stipendijs disserere, ac de pensionibus veteranis militibus à Rege nostro elargitis ratiocinare.

Nemo est, qui ambigit Iura nostra,
2 siuè communia, siuè municipalia, siuè Canonica plura specialia militibus indulgere non dumtaxat circà personas, sed circà bona; proùt tradidere *Antonius Perez in lib.12.Codic.tit.36.de re militar. Reg.Rouit.super pragm.tit.de militib.Reg. Constant.tit.de re militar. in Cod.*

Et non ab re; etenim bono Reipublicæ etiam conuenit, vt in ea præsideat mi-
3 litum exercitus; quoniam nemo prouocare facilè audet, aut iniuriam facere Regno, aut populo, quem intelligit expeditum, atque promptum ad arma fore, Vndè *Antonius Perez loc.cit.* inquit, milites Rempublicam nedùm à latronum incursu reseruare, sed dominantis po-
4 tentiam augere, eique subditas facere nationes, & Prouincias, quemadmodùm tradidit *Quintilian.* aiens, nulla alia re
5 populo Romano sibi Orbem Terrarum subegisse, nisi armorum exercitatione, disciplina Castrorum, vsuque militiæ, cumque deindè corruptis moribus per luxum, & lasciuiam armorum disciplinam neglexerit, Romani illi, qui antè belli gloria omnes populos superaucrant, ab omnibus superati sunt.

6 Idcircò satis meritò conuenit, vt stipendia militum fauorabilia sint, illaque
7 solui debeant ex Regio Ærario primo, & antè alios cæteros sumptus, & expensas etiam necessarias; imò antè debita
8 fiscalia etiam ex causa onerosa contracta, vt perbellè tradunt *Lipsius de milit. Roman.lib.5. dialog.16. Lucas de Penna in l.neminẽ, C.de suscept.lib.10.Ancharan. cõs.378.* viso supradicto *n.7.Affl.in const. Magist.Camer.& in c.1.§.illicitas de pace tenen.int.subdit.& iur. Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.de tractis nu.13. Reg.Cõstant.in l.1. C.de fil. Offic. lib.12. num.107.*
9 Quod etiam vigere dixit in salario Iudicum, ipsi enim, & milites sua opera Rempublicam totam, atque summam rerum, quasi totius pignoris causam, saluam faciunt, proindè alijs in satisfactione anteponi debent, *argum.tex.in l.interdum, ff. qui pot.in pig.habeant.*

Nec aliquo prætestu, vel causa possunt stipendia prædicta retardari, sed
10 debentur etiam militi infirmo pro tempore, quo durauit infirmitas, vt notat *tex.in cap.1.de Cleric.ægrotant.gl.in l.arboribus, §. de illo in ver. ægrotante, ff.de vsufruct. Reg.Constant. in l.1.C.de re mi-*
11 *lit.nu.24.* nisi infirmitas esset diuturna,

Digitized by Google

vt ipſemet *Reg. Conſtant*, fatetur, quod in Regno Neapolis per bimeſtre tantùm
12 admittitur, quo elapſo ſtipendia ſuſpenduntur, proùt idem *Reg. Conſtant.* ibidem teſtatur.

Debentur quoque militi carcerato pro tempore, quo carceratus permanſit
13 dummodò à crimine, pro quo detinebatur, fuerit abſolutus; vndè ſi pœnã reportauerit, vel dictum fuerit, carcerem in pœnam cedere, ſtipendia non conſequeretur, vt docuit *ex tex. in l. qui cum vno, §. examinantur, & l. qui commeatus, ff. de re milit. Reg. Conſtant. in l. 1. nu. 22. C. de re milit. lib. 12. Reg. de Marin. reſol. quot. c. 310. nu. 3. tom. 1.*

Rurſum debentur etiam ſtipendia militi peregrinanti, vel aliter abſenti cum
14 licentia ab exercitu pro tempore abſentiæ, ſic *tex. in l. hac lege, C. de proxim. ſacr. Scrinior. lib. 12. Roman. ſing. 453. Reg. Rou. ſuper pragm. in rub. tit. de milit. nu. 7.*

15 Verùm non debentur ſtipendia militi deſertori pro tempore, quo militiã deſeruit, quamuis deindè fuerit reſtitutus, ità *tex. in l. 5. & in l. cum allegatis, C. de re milit. lib. 12. Reg. Conſtant. in cit. l. 1. nu. 18. Taſſon. in pragm. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 372. Anton. Perez in lib. 12. Cod. tit. 36. de re milit. nu. 27.*

16 Quod tamen procedit, ſi reſtitutus fuerit ex gratia, quia ſi ex iuſtitia reſtitueretur, ſecus eſſet, vt ait *tex. in l. penul. ff. de re militari*, ex his verbis, *Quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe apparuerit, omnia ſtipendia citrà temporis finem reddantur*, idem probat *tex. in l. qui excubias, ff. de re militari, Cuiac. in l. 1. C. de re milit. lib. 12. Reg. Conſtant. in eadem l. 1. nu. 18.*

Idemque eſt in Officiali ob delictum, vel ob malam adminiſtrationem ab officio ſuſpenſo, ſi indè fuerit abſolutus, non ſolùm .n. in officio reſtituitur, ſed ei etiã debent reſtitui fructus, & ſalariũ exſolui pro tempore, quo durante ſuſpenſione illud non percepit, vt de iure optimè fundat *Reg. Fernarius in quodam eius manuſcripto impreſſo per* Reg. *de Marin. to. 1, reſolut. quot. c. 310.* ibique refert, ſic iudicaſſe R.C. Limitat verò ibidem hanc cõcluſionem, quando in locum Officialis ſuſpenſi, ſtatim fuit ſuffectus alter, durante ſuſpenſione, tùnc enim pro tempore ſuſpenſionis, ſalarium non debet reſtitui, & ità iudicaſſe R. C. teſtatur, & inſuper rationem docet, vt eſt videre.

Nunquid autem debeantur ſtipendia militi capto ab hoſtibus pro tempore, quo apud hoſtes fuit?

17 Et in hac quæſtione diuerſimodè *DD.* loquuntur, aliqui affirmant, & ſunt *Specul. in tit. de locat. §. poſtea quam, verſ. ſed ſi mercenarius nu. 20. Gemin. in cap. 1. de Cleric. non reſident.* vbi *Io: de Plat. Io: Bap. de Sancto Seuer. in l. diem functo nu. 46. ff. de offic. aſſeſſor. Cagnol. ibidem num. 170. Auſer. in addit. ad dec. Cappell. Tholoſ. 360. Caroc. de locat. par. 1. quæſt. 20. pag. 35. col. 3. nu. 32. Surd. de alimen. tit. 1.*

Qui probant hanc opinionem. Primò *ex tex. in l. 3. §. ſed ſi ex improuiſo, ff. de re milit.* vbi inquit Modeſtinus, *ſed ſi ex improuiſo, dùm iter quis facit, capitur ab hoſtibus, inſpecto vitæ eius præcedentis actu*
18 *venia ei dabitur, etſi expleto tempore militiæ redeat, vt veteranus reſtituetur, & emerita accipiet*, hinc arguunt *DD.* quod dùm miles captus ab hoſtibus perindè habetur, ac ſi militaret, & eiſdem priuilegijs fruitur, ideò ſtipendia eis debentur, vt loquitur *Ant. Perez d. tit. 36. de re milit. nu. 26.*

Secundò probant *ex tex. in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit.* vbi idem cauetur.

19 Tertiò probant, nàm quemadmodùm famulo ægroto dixerunt *DD.* deberi ſalarium, ità à fortiori militi capto ab hoſtibus, vbi maior concurrit ratio, ſic *Specul. loc. ſup. cit. ex l. arboribus, §. de illo, ff. de vſufructu, l. cum hæres, §. ſticchus, ff. de ſtat. liber.*

Accedat etiam, quod de iure, competunt poſtliminio reuerſo omnia priſtina ſua iura, ſic ſunt verba *tex. in §. ſi ab hoſtibus inſtit. quib. mod. Ius patr. poteſt. ſolu.* ibi, *Quia ij qui ab hoſtibus capti ſunt, ſi reuerſi fuerint, omnia priſtina iura recipiunt*, & reddit rationem, *quia poſtliminium fingit eum, qui captus eſt, in Ciuitate ſemper fuiſſe*, ideò recuperat ſtipendia medij temporis, & probatur à fortiori *ex l. ait Prator, §. item ei qui, ff. quib. ex cauſis maior.* vbi ait Vlpian. *Capto ab hoſtibus vſufructuario, ac poſtliminio reuerſo, qui poſſeſſionẽ fundi, vel quaſi poſſeſſionem vſusfructus per captiuitatem amiſit, ſuccurrendũ eſſe, vt fundi poſſeſſio reſtituatur,*

Digitized by Google

tur, & adiecit, *& fructus, quoque medio tempore ab alio, ex vsufructu percepros debere captiuo restitui, æquum putat.*

20 Alij verò contrarium affirmant, dixeruntq; non deberi stipendia militi capto ab hostibus pro tempore, quo apud hostes fuit, ità *Bal. in l. fin. C. de condit. insert. Iason. in l. diem functo, ff. de offic. assess. n. 38.* vbi *Cur. iun. nu. 27. Laudens. in tract. de bello quæst. 9. Cassan. in consuet. Burgund. tit des iustices, ver. nouella nu. 2. Rip. in tract. de pest. in tit. de priuileg. concess. ex caus. pest. n. 113. Claud. Cotoreus de iuribus, & priuilegijs milit. lib. 2. quæst. 45.*

21 Et hanc ego sequor opinionem vti veriorem, ipsamque vltra citatos sectantur *Arrias in opusc. de Bello nu. 179. Reg. Constant. in l. 1. C. de re milit. nu. 8. Ant. Perez super 12. lib. Cod. tit. 36. de re milit. n. 27. Reg. de Marin. resol. quot. c. 310. to. 1. Præs. Ganuerro decis. 24.*

22 Nititur enim *tex. in l. 1. C. de re milit. lib. 12.* vbi ex his verbis statuitur, *Stipendia, & donatiua temporis, quo apud hostes fuisse te dicis restitui tibi postliminio regresso, restitutoque non iure desideras.*

Nititur insuper solidissimâ ratione,
23 quia milites, qui Principi operas locarunt, nullam habere possunt actionem ad stipendia petenda pro tempore, quo captiui detempti fuerint, siquidem prospicere potuerunt, hoc sibi accidere potuisse, & locando operas suas voluntariè, conductor non tenetur ad reficienda damna, *l. 1. l. in iudicio, C. locat. Innoc. & Abb. in c. sicut il terzo de iur. iurando n. 17. Martin. Lauden. in tract. de bello quæst. 6. Arrias in loc. cit. nu. 179. Reg. Constant. ibi. num. 9.*

Sed melius comprobatur ex ratione, quam in proposito ponit, *gl. in d. l. 1. verbo non iure, C. de re milit. lib. 11.* vbi notat, quod ea, quæ facti sunt, non continentur postliminio, & inquit *tex. in l. denique, ff. ex quib. caus. maiores, ea verò, quæ sunt iuris captiui, illæsa postliminio cõseruantur, l. in bello, §. Codicilli, vers. cætera, ff. de captiu. & postlim. reuers.* Cumque stipendia in facto consistant, & actualem exercitium requirant, & præsupponant, vt fundat *P. Ganauarro decis. 24. num. 10.* Ideò pro tempore captiuitatis iure postliminij non debentur, quod diffusè fundat multis *DD.* concordantibus P. *Ganauerro d. decis. 24.* & ità refert per R.C. iudicatum.

Non tamen aduersantur iura suprà relata, & præcipuè *tex. in l. 3. §. sed vt ex improuiso, ff. de re milit. cum concordanti-*
24 *bus.* Ratio est, quia si benè aduertatur, diuersa penitùs species facti fuit proposita in citatis iuribus, quam hic in præsenti agitur, siquidem iura loquuntur de emeritis, & præmijs, quæ veteranis debentur, pro quorum consequutione captiuitatis tempus connumeratur, vndè diuersus est casus, nàm ibi legislator talia indulsit, quia agebant de honore captando, quod nemini præiudicium, aut damnum inferebat. Hic autem agitur de præciso interesse Ærarij Principis, vt teneatur illi soluere stipendia, qui in exercitu residet. Et proindè non potest adaptari horum iurium dispositio, eò magis, quia
25 de iure verbum *emerita* in dictis iuribus stipendia non significat, nec illa comprehendit, *l. 3. §. his qui apud hostes, ff. de re milit. Bud. in annot. ad* Pandect. *p. 1. fol. 258. Claud. Cotoreus de iur. priuil. milit. lib. 1. quæst. 34. vers. sed hæc nimia, Reg. Constant. in cit. l. 1. num. 15. C. de re milit.* & faciunt plenè tradita *per Præs. Ganauerro decis. 24. à n. 25.*

Nec aduersatur *tex. in l. ait Prætor, §. item ei qui, ff. ex quib. maior.* ea ratione, præter adductas *per Præs. Ganauerro dic. 24. n. 40.* quia stipendia ex causa non debentur, illa namq; sunt merces locationis, quæ operarum suarum fit à milite, ideò deficiente seruitio, iusta causa detinentur à fisco; fructus verò fundi sunt accessiones naturales, quæ restituta, condicta, vel repetita re, ipso iure simul veniunt, *l. indebiti, ff. de condict. indeb. l. hæc actio 66. ff. cit. Bar. in l. in summa, §. ei qui, ff. eodem, Bal. in l. 1. nu. 16. in fin. C. eod.*

Neque aduersatur *Specul.* argumentũ
26 de famulo ægroto ad militem apud hostes, quia in contrarium est veritas, vt famulo infirmo non debeatur salarium; sic *Bar. in l. si vno, §. cum quidam per illum tex. ff. loc. Gomes. in Reg. Cancel. q. 9. nu. 54. Ant. Gomes. cit. loc. nu. 3. vers. 4. infero. Couarr. var. resol. lib. 3 c. 13. nu. 8. Carroc. de loc. par. 1. q. 10. nu. 23. Reg. Constant. in l. 1. nu. 13. C. de re milit.*

Vndè concluditur, non deberi militi capto ab hostibus stipendium pro tempore

Digitized by Google

pore captiuitatis;& ità deciſum per R.C. tàm antiquis, quàm modernis temporibus, proùt ſub die 17. Aprilis 1638. referente Spectabili Regente Io: Camillo
27 Cacacio tùnc Præſidente R.C. ſuper inſtàntia facta per Lucam de Alcala Alferium reformatum, vt declaretur ſibi deberi ſtipendium pro tempore, quo fuit captiuus in manibus Turcarum eo modo, proùt fuerat ſibi conſtitutum ante captiuitatem,& proùt per prius illo fruebatur; Per R.C. fuit prouiſum ſtipendia pro tempore captiuitatis non deberi, ac proindè non eſſe locum petitis per dictũ Alferium Lucam de Alcala, ſic teſtatur *Præſ.Ganauerro cit.deciſ.*24. vbi ad ornatum nonnulla enucleat, & etiam huiuſmodi decretũ refertur *in decret. collectis per Reg.de Marin. in fine 2.vol. deciſ.Reg. Reuert.ſecundũ ordinem decretorum* 621.

Idemque pronunciatum fuit ſub die 31.Auguſti 1658. referente Spectabile
28 Regente Donato Antonio de Marinis tùnc Præſidente R. C. ſuper memoriali Excellentiſſimo Domino Proregi porrecto per Dominicum Actricem,& ad Regiam Cameram remiſſo pro facienda conſultatione S.E. ad hoc vt declaretur deberi ipſi Dominico ſtipendium pro tempore, quo fuit captiuus in poſſe Turcarum, cum captus eſſet præliando ſuper Trireme Sanctæ Agathæ, R.C. decreuit eſſe faciendam conſultationem S.E. in qua dicatur, Cameram eſſe voti non deberi ſtipendium pro tempore captiuitatis, ac proindè non eſſe locum petitis per dictum Dominicum, ſic habetur in decreto 688.R.C.ex collectis per eundem *Reg.de Marin.in fine 2.to.deciſ. Reg. Reuerter.*

Rurſum idem iudicatum per R.C.ſub die 27. Maij 1659. ſuper memoriali porrecto S. E. pro parte Ludouici Graſſi
29 olim Officialis ſiuè militis Regiæ Triremis ſub dicta denominatione S. Agathæ prætendentis, fore & eſſe declarandum ſtipendium ſibi conſtitutum pro munere in dicta Regia Trireme explendo ab illa die, qua à Turcis fuit captus, ſic in mare præliando, dùm in dicta Regia Trireme, & alia à Maritimis Hiſpaniarum ducebatur Sereniſs.Dom. D.Ioannes ab Auſtria iter ſuum agens Belgicam verſus per R.C.referente Præſidente D.Didaco Moles fuit decretum non eſſe locum petito ſalario pro parte Ludouici Graſſi pro tempore, quo fuit captus, & apud hoſtes detentus, ſic refertur in decreto 693. ex collectis *per Reg. de Marin. in fine 2.tom. deciſ.Reg.Reuert.*

Et amplius idem *Reg. de Marin.* ibi-
30 dem refert, quod Inuictiſſimus Rex noſter iuſtitiæ cultor de anno 1568. Domino Duci de Alcala in Regno Vicesgerenti remiſit quaſdã ſupplicationes quorundam militum, qui cùm eſſent in captiuitatem detenti ob bellum, ſupplicarunt ipſis præſtari ſalarium pro tempore captiuitatis, & per dictum Dom. Proregem fuit articulus examinandus remiſſus R.C. vt de iuſtitia conſuleret ipſum Dominum Proregem; & R.C. conſuluit nõ deberi ſtipendium militibus pro tempore captiuitatis, quam conſultationem inſerit *dictus Reg. de Marinis ibi.* & notat, quod hodiè hoc iure vtimur in Regno Neapolis.

Itidem eſt, ſi miles duas teneat mili-
31 tias, hic non poteſt dupplicatum conſequi ſtipendium; & hoc de iure communi probatur,etenim ſancitum eſt,quod quis vno,eodemq;tẽpore duas militias habere non poſſit; imò vbi quis vnam petie-
32 rit,de alia,quam tenet,non faciens mentionem, vtramque amittit,*l.fin. C. de cohortal.lib.*12. *Aret.in c.*3.*de probat.*& melius probat *tex.in l.ſiquidem, C.qui milit. poſſ.vel non.lib.*12.& ſequitur *Io:de Platea in l.*3.*C.de dignit.lib.*12.*Reg.Reuert.deciſ.* 308. *to.* 1. ex collectis *per Reg. de Marin.* vbi ità refert deciſum per R.C.

Quodque hodiè controuerti non po-
33 teſt, ſtantibus geminatis Suæ Maieſtatis ordinationibus diuerſis temporibus proditis ſignanter de anno 1602.1611. 1619. 1625. quibus expreſsè Dominis Proregibus huius Regni vetitum agnoſcimus,
34 ne permittant duplicata à militibus exigi ſtipendia, vt teſtatur *Reg. Galeot. in diſſert.vnic.poſt primum reſp.fiſc.à nu.* 71. *per tot.*91. & ſequitur *Reg.de Marin. in obſer.ad deciſ.*308. *Reg.Reuert.to.*1.

Sed animaduertendum eſt prædictas Regias iuſſiones prohibentes duobus in-
35 ſimul frui ſtipendijs, non niſi militaria reſpicere ſtipendia, non autem ea,quæ à Magiſtratibus togatis deberi contingeret;etenim ſi quis in Magiſtratu conſtitutus

Digitized by Google

tus duplex exerceret officium, hic duplex consequeretur salarium, sic affirmat *Reg. Galeot. loc. cit.* vbi ad hoc comprobandum innumera exempla adducit. Et
36 rationem addit; nàm cum duplex sit onus, duplex sollicitudo, consequens est dicere, vt duplex vtriusque officij debeatur emolumentum; & ità respondet Regijs litteris contrarium dictantibus de anno 1625. quas refert *Reg. Sanfel. decis.*
37 328. Et ità fuit decisum per R. C. in Collat. Cons. affirmant *Reg. de Marin. resol. quot. lib. 1. cap. 312. & in obser. ad decis.* 308. *Reg. Reuert. tom. 1. Thor. in compend. decis. par. 1. verb. salarium duplex, & in supplem. eod. verb.*

Idemque comprobat *Reg. Camill. de Curte in 2. par. oper. feud. cap. 1. num. 156.* vbi amplius testatur prædicta seruata in
38 persona D. Io: Andreæ de Curte sui patris, qui priusquam ad officium Præsidis S. C. fuisset promotus, Regius existens Consiliarius, & vti S. C. Decanus exercens officium Propræsidis, per R. C. audito fisco iudicatum extitit vtrumque salarium ei deberi, & legitur in decreto 287. R. C. ex collectis *per Reg. de Marin. in fine 2. tom. decis. Reg. Reuert.* Et insuper idem
39 determinatum ad fauorem Præsidentiũ R. C. qui cum absente, vel mortuo Domino Locumtenente hoc officium alternatim per hebdomadam exercent vigore *Reg. pragm. 8. sub tit. de offic. procur. Cas.* salarium illud D. Locumtenenti constitutum, inter ipsos Præsidentes fore dividendum mandatum extitit, & decretum R. C. in hac re habetur per *Reg. de Marin. in fine 2. tom. decis. Reg. Reuert. in ordine decretorum* R. C. 285.

Hoc idem nuper fuit obseruatum in
40 personã quondam Io: Baptistæ Amendola Præsidentis R. C. nàm cum vacauerat munus Locumtenentis R. C. ob discessum Spectabilis D. Gasparis Sobramonte de Supremo Regali Consilio Castellæ, & Regentis Consil. Ital. iussu Excellentissimi Domini Proregis Comitis de Pignoranda fuit eidem Præsidenti Amendola huiusmodi munus demandatum de anno 1660. tanquam eiusdem Tribunalis R. C. Decanus; vndè pro tempore, quo illud expleuit, vtrumque fuit consequutus salarium accedente, quoq; ordine Collat. Consil.

Similè fuit iudicatum in R. C. in Præ-
41 sidente eiusdem Tribunalis R. C. exercente officium Aduocati fiscalis eiusdem Tribunalis, vt habetur in decreto 654. &
42 in Præsidente R. C. qui mittitur Præses Prouinciæ, vt cernitur in decreto 660. collectis *per Reg. de Marin. in fine 2. tom. decis. Reg. Reuert.*

Prætereà adeò fauorabilia sunt mili-
43 tum stipendia; vt illa fraudantes grauissimè sunt corrigendi, habetur *in l. eos in fine, ff. de fals.* & confirmat *Alber. in l. 2. C. de offic. Præf. prætor.* dicens, *& acriter est in eos animaduertendum, qui militum nummos, vel stipendia, aut etiam commeatum ex fraude tractant*; si quidem ea res
44 maximum infert Reipublicæ detrimentum, cuius exempla non sunt longè quærenda Romanorum res, quæ diù prauè infeliciterque gesta fuere ob diminuta militiè stipendia, vt author est *Læt. in l.*
45 *Iunia*, sunt que stipendia bellorum nerui, qui si deficiant, deficit & victoria, & proindè non defuerunt, qui pro illis supplendis, nedùm suis non pepercerint pecunijs, & facultatibus, sed nec amicorũ,
46 nec publicis, nec sacris, atque adeò quæ templis erant, vt *Herodian.* testatur *l. 2.*
47 stipendiorum enim largitio omnem tollit militibus mestitiam, eosque Principi beneuolos reddit, imperijque incolumitatem parit, vt notat *cit. Herodian. d. lib. 2.* idemque affirmat *Mut. Surg. in addit. ad Marc. Ant. fratrem de Neap. Illust. fol. 338.*

Vndè stipendia fraudentes satis meri-
48 tò debent atrocioribus pœnis subijci, vt in Gallia practicatum fuit, nàm quidam Generalis Exercitus Franciæ, eo quod militum stipendia vsurpauit, detentus fuit, & carceratus Parisijs in arce, & deindè fuit condemnatus per Iudices commissos à Rege, vt in patibulo Montis falconis suspenderetur, & strangularetur,
49 quod exequutum fuit, ac etiam omnia bona eius fuerunt confiscata, & insuper ordinatum, summam tercentum millium Parisiensium super dictis bonis, & confiscationibus accipi, pro restitutione summarum, & partium malè captarum per dictum Generalem super Finãtijs Regijs, & alijs damnis, & interesse in eis factis, dictamq; summam adiudicauerunt Regi pro restitutione prædictorum, vt testatur *Cassan. in catalog. Glor. mũd. par. 6. cõsid. 19.*

50 Nec

Digitized by Google

50 Nec minus est exemplare, quod de Sultano Selymo narrat *Pau.Iou.historiar. lib.* 18. Is Princeps subacta Ægypto eius regimen Ciaierbeio commisit, iussitque Iunusio Bassano summo in eo bello Imperatori, vt militibus stipendia augeret, quo præteritos labores præsenti compensaret præmio, militesque in pugnando deinceps alacriores redderet, Iunussus principio Selymi voluntati obsequutus fuit, non multum tamen post tempus destititit, idque consultò vt milites trascenderentur, seditionemque patrarent in Ciaierbeium, cui emulabatur, quod ille ad Ægypti præfecturam, quam ipse ambierat, prælatus fuisset, eam rem vt agnouit Ciaierbeius, statim Selymo significauit, ille Iunussum coram se trahi, strangulari, dilacerari, canibusq; discerpendum obijci iussit.

Sed de iure communi huiusmodi fraudantes militum stipendia mitius, & dulcius puniuntur, nàm sancitum est, vt in
51 quatruplo, & officij priuatione plectantur, *l.2. vers.nam si vsurpauerit, C. de offᵗ Præfect.Prator.Africa.*

Et *in l.vltima, C.quæ res vendi non poss.*
52 cauetur, vt qui frumentum exercitui destinatum in proprium verterit lucrum, honestior quidem proscriptioni; humilior autem capitis supplicio subiaceat.

53 Nihilominus pluribus rationibus innixus defendit *Iul.Ferret.in tract.de milit. iust. & pœn.deser.nu.*106.& 107. vt Duces Exercitus fraudantes stipendia militum teneantur pœna vltimi supplicij, quod sequitur ex nostris *Reg.Rou.in prag. rub.de milit.nu.*5. vbi quoque refert iuris communis dispositionem, idemque tenet *Mut.Surgente in addit.ad Marc.Ant. fratrem de Neap.Illust.fol.*340.

Vbi amplius obseruat huiusmodi mi-
54 litum stipendia non posse sequestrari; nec ad instantiam creditorum exequi, neque possunt milites ex quocumque de-
55 licto ex processu informatiuo torqueri, tanquam Ciues Neapolitani, vt discurrit *Surg. ibid.* & ad propositum nostrum allegat *constit. Regn. ea quæ ad speciale*
56 *decus*; vbi regios introitus, regaliaque vsurpans capitis feritur pœna; ideò eadem pœna in præsenti spectanda est cõ-
57 trà huiusmodi fraudantes, siquidem regij introitus, Regnorum tributa ad stipendia cõstituta sunt, *D.Thom.2.2.quæst. 63. Andr. in constit. super incisionibus, & c.1.de pace tenend.Mut.Surg.ibid.*

Amplius milites sunt exempti, & im-
58 munes à muneribus personalibus, vt de iure communi cauetur *in l.fin.§.fin. ff.de muneribus, & honoribus, l. 3. §.is qui, ff. eod.tit.l.2.C.de munerib.patrimon. lib.*10. *l.à muneribus, ff.de vacat.muner.* & testantur *Guid.Pap.decis.*388.*nu.*3.*Mastrill.dec.* 173. *in fine, Nouar.in pragm.*2. *de milit. collect.*2.*nu.*13. *&* 14. *Reg.Rouit.in prag.* 11. *de milit. num.*44. prædictis etiam adstipulatur vltra *cit. sanctiones Reg.* 2. §.8.*& prag.*6.§.10.*de milit.* vbi disponitur milites esse exemptos, & francos; ità
59 vt eorum domus sint immunes à quibuscumque hospitijs, & contributionibus tàm militum grauis armaturæ, quàm leuis, ac etiam Regiorum Commissariorũ, Barricellorum, nec non à contributionibus guastorum, curruum, bestiarum, onerum, & equitiarum, & à contributionibus victualiũ tàm tempore seruitij, quàm extrà quod etiam recensetur, *Nouar. in cit. prag.*2.*collect.*2.*de milit.nu.*13.

Sunt etiam immunes à gabellis, alijs-
60 que contributionibus, vt constat de iure communi *in l.his oneribus* 10. *ff. de vacat. muner.* ibi, *Angariorum præstatio, & recipiendi hospitijs necessitas, & militibus, & liberalium artium professoribus inter cætera remissa sunt*; facit etiam *tex. in l. prætor, §. duo, ff. cit.* ibi, *Duo genera tribuenda muneris publici vacationis sunt vnum plenius, cùm & militia datur*, vbi *gl. verb. datur*, idem apertis verbis confirmat, quod etiam sequitur *Gregor. Lopez in l.*7.*tit.*25.*par.*4. idemque sancitur *in pragm.* 11. *de milit.* ibi, *que sea franco de gabelas, y contribuciones*, & testatur *Reg.Rouit. in d.pragm.*11.*nu.*44.*de milit.*

Et ità R. C. in facti contingentia de-
61 creuit, vt scilicet milites habeant franchitiam à functionibus fiscalibus, & à quibuscumque impositionibus, & gabellis pro eorum vsu, & equis; proùt fuit decisum in anno 1546. referente Domino Regente D.Francisco Reuert. tùnc Præfidente R. C. quod scilicet milites tàm grauis, quàm leuis armaturæ in hoc Regno habitantes, tàm Hispani antiqui, qui venerunt cum Illustr. Magno Capitaneo, quàm

Digitized by Google

quàm Hiſpani, & Itali, qui ſeruiunt Cæſareæ Maieſtati,& ad eius ſtipendia morantur,non ponantur pro focularibus:etſi aliqui fuerint aggregati in præſenti numeratione,deducantur,cõſtito per fidem Ill.Scribæ portionis,quod ſunt adſcripti, & adnotati in ſtipendijs Regijs; & propterea non teneantur contribuere in functionibus fiſcalibus ordinarijs, & extraordinarijs, ſed ſeruentur immunes pro eorum vſu, ſuarumque domorum familiæ, & equorum ſuorum, ab omnibus, & quibuſcumque datijs, gabellis, & impoſitionibus Vniuerſitatum Regni prædicti, tàm domanialium, quàm Baronum impoſitis, & imponendis, vt habetur in decreto 83. eiuſdem R.C. ex compilatis per *Reg.de Marin tom.2.dec.Reg.Reuert.*

Idemque fuit deciſum per R.C.in an.
62 no 1579. inter milites Ciuitatis Brunduſij cũ Vniuerſitate eiuſdem,fuit namq; declaratum, referente Præſidente R. C. D.Io:Dominico Brancaleone, quod milites, qui fuerunt creati ante numerationem focularium, & perſiſtunt in militia, etiam ſi ſint numerati, ſint immunes à ſolutionibus functionum fiſcalium, ac aliarum impoſitionum, & milites, qui fuerunt, & ſunt milites poſt numerationem, & non ſunt numerati,ſimiliter ſint exempti; quod decretum refertur *per* Reg.*de Marin. decr.*415. *inter decreta* R.*C. compilata in fine 2.vol. deciſ.* Reg.*Reuert.*

Hac eadem immunitate gabellarum
63 potiuntur milites pro eorum filijs licèt minoribus, vt fuit deciſum in R.C. referente Spectabili Regente Fabio Capycio Galeota tùnc Præſidẽte illius, inter milites grauis, & leuis armaturæ Ciuitatis Tricarici cum Vniuerſitate eiuſdem, fuit enim prouiſum, quod prædictis militibus detur immunitas ad rationem vnius rotuli panis pro perſona quolibet die iuxtà taxam R. C. verùm ſi maluerint, vel opus fuerit eiſdem dari immunitatem in farina, detur præcedente ſtima, ſeù ſcannagio faciendo ab expertis, ità quod non excedat taxam R.C. & ſimiliter quod filij dictorum militum,à bimatu ſupra,gaudeant prædicta immunitate panis, & non infra: quòad famulos, & famulas exteras, non gaudeant immunitate aliqua, niſi doceant ſubire onera in eorum proprijs Patrijs, iuxtà decretum Cameræ generale; quo verò ad famulos exteros, qui non ſunt de Regno, non ſeruetur immunitas, & expediantur prouiſiones, ſic habetur in eiſdem decretis R.C.*699.* in ordine *verſ. in cauſa.*

64 Cumque deindè fuerit hoc iterum controuerſum per Gabellotas farinæ Ciuitatis Trani, qui efflagitabant denegari immunitatem gabellæ filijs minoribus Alferij Michaelis de Campos Hiſpani Capitanei Regiorũ tormentorum çneorum Ciuitatis prædictæ, ſed tantũmodò illa dari reſpectu dicti Michaelis, aliorumque de eius familia maiorum, fuit tamen per R.C. referente Spectabili Regente de Marinis tùnc Præſidente eiuſdem ſub die 10.Aprilis 1660.ordinatum, quod ſupradictum decretum latum per R. C. ad relationem Spectabilis Regentis Fabij Capycij Galeota tunc Præſidentis R.C. obſeruetur, ac proindè ſi illius filij conſtituti ſunt in ætate à bimatu ſupra, hoc eſt, excedant annos duos, tractent,ac tractare faciant dictum Michaelem patrem immunem etiam reſpectu perſonarum dictorum filiorum, adhùc cum illis ſeruata taxa Regiæ Cameræ vnius rotuli panis pro quolibet, ſingulo quoque die cum reſtitutione exacti, vt habetur in decreto 699. ex cõpilatis per Reg.*de Marin.in fine 2.vol.deciſ. Reg.Reuerter.*

65 Inſuper hac eadem immunitate gaudere olim militem grauis armaturæ per ſpatium annorum viginti quinque R. C. decreuit ſub die 3.Iulij 1599. in cauſa Angeli Maffei olim militis grauis armaturæ cum Vniuerſitate Venuſij, vt habetur in decreto 520. ex compilatis per eundem *Reg.de Marinis ibidem.*

66 Verùm non excuſantur milites ſoluere bonatenentiam in illis terris, in quarũ territorio bona poſſident, proùt R. C. iudicauit ſub die 25. Octobris 1546. & habetur in decreto 83. R. C. ex compilatis *per Reg.de Marin. in fine 2.vol.deciſ. Reg.Reuerter.*

67 Quemadmodum ſoluere tenentur milites functiones fiſcales, qui ſunt effecti milites poſt numerationem focularium, & reperiuntur prius numerati, qui etiam in oneribus perſonalibus debent contri-

Digitized by Google

buere in pecunia, ità R. C. pronunciauit ſub die 2. Septembris 1579. in lite, quæ agitabatur inter milites Ciuitatis Brunduſij cum dicta Vniuerſitate, & habetur in decreto 415. ex compilatis *per dictum Reg. de Marin.*

68 Nec etiã immunitate ſupra poſita fruũtur milites cohortis de numero tercentũ Staticote, nàm R.C. in cauſa vertente inter huiuſmodi milites, & nonnullas Vniuerſitates huius Regni ſub die 24. Nouembris 1651. facta etiam relatione in Collaterali Conſilio iudicauit, quod prædicti milites teneantur ad ſolutionem iurium fiſcalium ordinariorum tantùm, quocumque modo, & forma exigantur per Vniuerſitates, ſiuè per gabellas, ſiuè aliter: item teneantur vti bonatenentes, & ad debita contracta ſeruata forma decretorum R.C. à cæteris verò impoſitionibus extraordinarijs hoſpitijs, & contributionibus ſeruentur immunes, & expediantur certificatoriæ, & ordines neceſſarij, ſic continetur in decreto 559. ex compilatis *per dictum Reg. de Marin.*

69 Neq; huiuſmodi immunitate potiuntur milites Caſtri Ciuitatis Brunduſij, qui ſunt Ciues, vel numerati in eadem Ciuitate, & habitant extrà Caſtrũ, proùt fuit declaratum per R.C. ſub die 23. Decembris 1578. in cauſa vertente inter milites dicti Caſtri, & Vniuerſitatem Ciuitatis Brunduſij, quod ſcilicèt Bombarderij, & alij milites Caſtri Brunduſij, qui ſunt Ciues vel numerati in eadem Ciuitate, & habitant extra Caſtrum, ſoluant cum dicta Vniuerſitate, non obſtante prætenſa per eos immunitate, iuxtà tamen prouiſiones alias in ſimilibus per Regiã Curiam expeditas, ità habetur in decreto 409. ex compilatis *per Reg. de Marin. loc. cit.*

70 Hoc etiam fuit alias deciſum, & præcipuè ſub die 15. Ianuarij 1614. R.C. iudicauit, quod milites Caſtri Aquilæ, qui ſunt Ciues Aquilani, ſoluãt onera, proùt alij Ciues, vt habetur in decreto 571. ex compilatis *per Reg. de Marin.* vbi teſtatur, quod ſecùs erit, ſi milites exeri eſſent, nàm tunc immunes forent, proùt R.C. decreuit ſub die 7. Septembris 1627. & habetur in decreto 600. ex compilatis per eundem *Reg. de Marin. in fine 2. tom. deciſ.* Reg. *Reuerter.* vbi aliud ſimile decretum in hac re interpoſitũ per R.C. ſub die 13. Martij 1632. refert, & habetur in decreto 612.

71 Idemq; obſeruatur reſpectu militum Campaneæ, vt ſcilicet illi ſint immunes à gabellis, qui ſunt exteri, Ciues vero nequaquam, vt declarauit R.C. ſub die 26. Maij 1614. & habetur in decreto 572. eiuſdem *Reg. de Marin.*

72 Verùm in militibus peditibus Terzerij Hiſpanorum in hoc Regno ſiſtentibus ad ſtipendia noſtri Regis, fuit deciſum per R. C. quod non numerentur pro focularibus in terris, vbi habitant, & numerati deducantur, vt habetur in decreto 247. R.C. ex compilatis *per Regentem de Marin.*

73 Quod etiam fuit deciſum per R.C. in militibus, qui fuerunt grauis armaturæ, & nunc gaudent, vt dicitur *piazza morta*, quod ſcilicèt deducantur à numeratione focularium in terris, vbi habitant, vt habetur in decreto 514. ex compilatis *per Reg. de Marin.*

74 Et milites Hiſpani vulgariter *intratteniti* gaudẽt immunitate ſolutionis bonatenentiæ, pro annuis introitibus, quos poſſident cum Vniuerſitatibus tanquam Neapolitani, vt fuit per R.C. pronunciatum referente Spectabili Regente Io: Camillo Caçacio tùnc Præſidente R.C. in cauſa vertente inter Capitaneos D. Frãciſcum de Orue, & D. Antonium Xinenes de Oruiedo, & Vniuerſitatem Terræ Tauiani, vt habetur in decreto 663. ex compilatis *per Reg. de Marin. ibid.*

75 Sed tenentur Milites ſoluere collectas pro territorijs, quæ tenent in affictum ab Eccleſia ratione induſtriæ, deducta penſione, quæ ſoluitur pro affictu; ſi verò territoria fuerint particularium, ſoluunt ſimpliciter collectas, vt habetur in decreto 669. R.C. ex coaceruatis *per dictum Reg. de Marin.* & alias fuit deciſum per

76 dictam R.C. quod milites nouæ militiæ habeant franchitiam pro eorum capite, ſed ſi faciunt induſtriam, ſoluant reſpectu induſtriæ, vt cauetur in decreto 433. & 616. ex compilatis *per Reg. de Marin. in fine 2.to. deciſ. Reg. Reuerter.*

77 Accedat etiam ſupradictis, quod ſub die 22. Auguſti 1586. per R.C. fuit prouiſum, quod in prouiſionibus ab hodie in antea expediendis ad inſtantiam militum

Digitized by Google

tum tàm equestris, quàm pedestris militiæ, super immunitatibus, quibus gaudere prætendunt, apponatur clausula, dummodò miles equestris militiæ retineat penès se equum, & arma ad militiam aptum, & apta, & miles nouæ pedestris militiæ, quæ dicitur *del Battaglione*, dummodò retineat archibugium, & murrionem, & fuit amplius ordinatũ, vt in huiusmodi prouisionibus expediendis, dicatur hos milites ad seruitia personalia non teneri, sic continetur in decreto 564. ex compilatis *per Regentem de Marin. loc. sup. dicto.*

78 Vlteriùs inter reliquas fruitiones, quæ militibus cõferuntur, sunt hospitationes; proùt patet de iure communi, vt *in l.* 1.
79 *C. de Episc. & Cleric.* & hoc onus hospitandi, aliqui censent esse munus patrimoniale, non autem personale; ità est *tex. in l. 3. C. de muner. patrimon. lib.* 10. *Plotus in l. si quando nu.* 27. *vers. turma equorum, C. vndè vi, Mauson. de cauſ. execut. lib.* 1. *ampliat.* 29. *nu.* 103. nihilominus dicitur onus reale; cum teneantur
80 Vniuersitates domum tantummodò accommodare, vt hospitari queant, non tamen tenentur alimenta præbere; imò consuetudo in contrarium deducta non subsistit, vt notat *Plotus loc. cit.* & facit additio *ad Deciũ in c. de Monacis in verb. armigeros extr. de præbend.* & habemus in Regno nostro *prag.* 3. §. 21. *de milit.* vbi statuitur, quod pro alimento militum
81 nihil detur gratis, nec sal, neque oleum, sed solummodò domus, quam non licet Vniuersitati indè mutare, proùt de iure communi quoque sancitur, vt *in l.* 1. *C. de metatis, & epidemetic. lib.* 12.
82 Verùm tenentur Vniuersitates hospitantibus dare paleam, & fœnum; imò obligãtur Ciues, cæterique Prouinciales deferre paleam, & fœnum vsque ad domum militum, *l. non videtur, C. de munerib. patrimonial. lib.* 10. *l. in prouincia, C. de erogatione milit. annonæ lib.* 12. idemque disponitur *in d. prag.* 3. *nu.* 20.
83 Et insuper quando militibus deficit pecunia, proùt plurimum accidit, in hoc casu Vniuersitas subministrat pecunias illis nomine mutui singulis diebus, recuperandas posteà à Regia Curia de stipendijs ipsorum militum, ad beneficium Vniuersitatis; & ità praxis obseruat de iure communi, patet *ex gl. in l. neminem in verb. Perangar. C. de Sacroſ. Eccl. & in l. fin.* §. *erit autem in fin. de re milit. lib.* 12. & in Regno ità mandat *pragm.* 3. *de milit. num.* 22.
84 Licèt milites in hospitijs non debeant grauare populos, & vicinos, *l. milites, C. locati*, tamen quãdoq; excusantur, quãdo
85 non inueniunt victualia pro se, & equis pretio congruenti; hinc si pro necessarijs milites extendunt manus, excusantur à pœna, sed tenẽtur ad emendã dãni *Lucas de Pẽna in l.* 2. *propè fin. vers. & nota, C. de Pascuis publicis lib.* 11. *Rolan. à Valle cons.* 66. *nu.* 6. *Auiles in cap. Prætorum* 8. *n.* 5. *& sequenti, Bertald. cons.* 57. *lib.* 3. *par.* 1. qui etiam dicunt, quod si rustici essent adeò tenaces ad vendendum, vel si deficeret pecunia, possunt accipere victualia à Prouincialibus, *Molina de iustit. & Iur. tract.* 2. *disp.* 116. *in fin. Thesaur. lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 93. *nu.* 6. *&* 7. licèt dicat, quod peccant, & tenentur ad restitutionem, latè *Bouad. lib.* 4. *c.* 1. *nu.* 13. *Reg. Rouit. in d. pragm.* 3. *de militibus nu.* 1.

Verùm in nostro Regno sunt exemptę
86 ab onere hospitandi milites, Ciuitates, & Terræ, quæ ab eorum Baronibus sunt
87 electæ in Cameras reseruatas iuxtà priuilegia concessa Baronibus huius Regni, vt *in c.* 32. *Regis Catholici fol.* 61. *in Capitulis, & Priuilegijs Neap. c.* 8. *fol.* 66. *c.* 4. *Cæsareæ Maiestatis f.* 124. & plura tetigit *Surgens de Neap. Illustr. c.* 23. *num.* 32. *& Mutius in add. &* Reg. Rouit. *in d. prag.* 3.
88 *de militibus, nu.* 12. Imò licèt Baronibus exigere pecuniam à Vassallis pro Terris, quas eligũt in Cameras reseruatas, Reg. Rouit. *in pragm.* 5. §. 19. *nu.* 39. *de admi-*
89 *nistr. Vniuers.* Et hæ Cameræ reseruatæ non solùm gaudent immunitate hospitationis actualis; sed etiam fuit prætensum, quod gaudere debeant immunitate contribuendi in pecunijs illis Oppidis, à quibus actualiter hospitantur, vt disputat *Thesaur. quæst. for.* 93. tamen hoc non conceditur, imò in publicis comitijs huius Regni, licèt hoc fuerit pluries suppositum, semper tamen per Suam Maiestatem fuit denegatum, vt in gratijs concessis per Cæsaream Maiestatem in anno 1533. *c.* 4. *fol.* 124. *in priuileg. & Capitulis Neap.* quamuis Reg. *de Ponte* contrarium sentijt *de potestat. Proreg. tit. de prouisionib.*

Digitized by Google

nib. fieri ſolutis, §.6. *num.*19. vt aduertit Reg.R*ouit .in d.pragm.*3.*de militib.nu.*14. & ibi additio *Laganar.* ponit alias quæſtiones.

Modò tamen in Regno noſtro prædi-
90 ctæ Cameræ reſeruatæ ſunt voluntariæ reſpectu Vniuerſitatum, & Vaſſallorum, vt Barones non poſſint compellere vaſſallos ad accipiendum Cameras reſeruatas, & ſoluendum pecunias pro ipſis ex ordinibus emanatis tempore Præſidatus Dom. Comitis de Ognatte, qui etiam ſtatuit modos eligendi milites, exemptiones, & priuilegia ipſorum, & in qui-
91 bus delictis priuilegio fori potiantur, & Vniuerſitates, quæ eis præſtare debeant, vt *in prag.edita ſub die* 3.*Iunij* 1652. quę eſt *prag.*20.*in tit.de militib.*

92 Vlteriùs milites ſi ſęuitiam geſſerint, aut contumaciam patrauerint, vel deſidiam, aut tranſgreſſerint illa, quæ communis diſciplina militaris exigit, deliquiſſe cenſentur, etiam ſi alias prædicta inter paganos fortaſsè nullum delictum ſaperēt, *l.omne delictum, ff.de re milit. in princ. l. quædam, ff. de pœnis, l. fruſtra, C. de re militar. lib.*12. Vndè ex
93 tribus cauſis licentiatur miles; ſcilicèt honeſta, vel cauſaria, aut ignominioſa: honeſta dicitur illa, quæ datur impleto tempore militiæ: cauſaria cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militię renūciatur. Ignominioſa cauſa eſt, cū quis propter delictum Sacramento ſoluitur, & etiam ſi ſine ignominiæ mētione miſſus eſt, nihilominus ignominia miſſus intelligitur, ità *tex. in l. milites agrum*, §. 1.*verſ.miſſionem, ff.de re militar.*

94 Et qui commiſit delictum militare, ſemper dicitur ignominia miſſus, nec volens poſteà militare, recipiendus eſt, licèt à delicto, per quod fuit miſſus, ſit abſolutus, ità *tex.formal. in l.* 4. *verſ.ignominia miſſus, ff. de re milit. Claud.Cochier. in tract.de iur.milit.lib.*3. *c.*14. Reg. R*o. uit.in prag.*3.*de militib.nu.*17.18.*&* 19.

His poſitis aliam conuenit ad materiam præſentis rubricæ quęſtionem adnotare circà penſiones, vel annuas præſtationes à Rege, alicui militi conſtitutas ob bellica ſeruitia, vel ob alia merita. Num illę penſiones aliquo fruantur priuilegio quòad exactionem, & vtrum aliqua ſuadente neceſſitate poſſint dictæ penſiones ſuſpendi, vel modificari, vel in totum reuocari.

Circà primam partem, iuris concluſio eſt, vt huiuſmodi penſiones etiam ob cau-
95 ſam meritorū cōſtitutæ nullo gaudeant priuilegio, imò creditores ſiuè anteriores, ſiuè poſteriores, ſiuè in actione hypothecaria, ſiuè perſonali anteponuntur huiuſmodi penſionarijs, ità *Aluarot. in cap.*1.§.*ſed & res, per quos fiat inueſt. Affl. in conſt.Magiſtri Camer. & in c.*1. §. *illicitas de pact.tenen. int. ſubdit. Capyc. in inueſt.ver.feudum de Cauena, Gramat conſ.* 160.*num.*9. *Aluar. Velaſc. de iure emphit. quæſt.*40.*nu.*19. *in fin.Taſſon.in pragm.de anteſ.verſ.*3.*obſer.*3.*nu.*48. *verſ.eſt tamen verum, Reg.Conſtant. in l.*1.*C. de fil. Offic. lib.*12. *nu.*110.

96 Quodq, patet ex priuilegio, quod Principi donanti competit, qui non tenetur Dominicas largitiones præſtare, niſi deducto, ne egeat, & omni ęre alieno, ſic expreſsè probat *tex. in c.* 1. *de notis feudor.* & notat *Reg.Conſtant. ibidem*, idemque firmant *Molina de primogen. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.*58. *Surd.conſ.*219. *nu.*12.*lib.*3. *Marc. Anton.Surg.de Neap.Illuſtr. lib.*1. *Afflict. deciſ.*307.*nu.*7.

97 Quinimò non datur penſionarijs vlla actio ad huiuſmodi penſiones cōſequendas, vt aſſeuerant *Molina, Surd. Surg. & Affl.loc.cit.Iudex Taſſon. d.prag. de anteſ. verſ.*2 *obſeru.*2.*nu.*89.

98 Sed in contrarium arguitur, quod huiuſmodi penſiones Princeps cōſtituit ob bellica ſeruitia, ac inſignia in Rempublicam merita, & ideò illi penſionarij inter milites adſcribi debentur, ipſorumque priuilegia conſequi, cum ipſam Rempublicam ſuo ſanguine, & ſudore ſint tutati.

99 Nihilominus reſpondetur, quod Principes ad has penſiones cōſtituendas nullo iure fuere obligati, quia iſti tempore, quo militarunt, ſtipendia habuere, *Affl. deciſ.*307.*nu.*13.*Ganau.deciſ.luſit.*29.*nu.*1. *Vrſill.ad Affl. d.dec.*307.*in princ. Rouit.in conſult.in mater.donat. nu.*10. *poſt tom.*1. *conſ.* vel quia ex aliqua obligatione militare tenebantur, vndè donationes iſtæ
100 ex ſola liberalitate proceſſerunt, & proindè cæteris forè poſtponēdas exiſtimant *DD.*vt *Aluarot.loc.ſup.cit.Reg.Conſtant.in d.l.*1.*C.de fil.Offic.lib.*12.*nu.*112.

101 Sed

Digitized by Google

101 Sed quid dicendum, quando huiuſmodi Dominicæ largitiones his verbis ſint conſtitutæ, vt donantis bona ſint hypothecæ affecta, vel quãdo Rex annuum redditum alicui largitus fuerit ſuper vectigali, aut portorio; nunquid his caſibus donatarij iſti ſint creditorum numero aggregandi, vt ſimilem habeant ſatisfactionem.

102 Et affirmatiuè reſponderi videtur, tùm quia ſiuè in primo, ſiuè in ſecundo caſu penſionarij prędicti hypothecam habent. In primo caſu, quia expreſſis verbis con-
103 cipitur. In ſecundo caſu, ob dictionem (ſupra) quæ importat hypothecã, *l. quintus de ann. leg.* & corpus ibi nõ deſignatur
104 cauſa demonſtrationis, ſed taxationis, vt inquit *Bar. in l. codicillis. §. inſtituto de leg. 2. Roman. conſ* 388. *nu. 1. Aluar. Velaſc. de iure emph. quæſt. 32. nu. 17. Padilla in l. & in Prouinciali, C. de ſeruit. & aqua*; Hinc eſt, quod corpus illud taxatiuè additum ſpecialiter obnoxium eſt ſatisfactioni penſionis conſtitutæ, & proindè penſionarij illi inter alios creditores ſunt connumerandi, eandemque ſatisfactionem habere debent.

105 Prætereà ſuper dicto corpore conſtituto ipſi penſionarij habent ratam dominij, *Præſ. de Franch. deciſ. 159.* & etiam ſunt creditores ex iuſtitia, quia eorum cuſtodia, & opera Regnum ſaluatur, &
106 cuſtoditur, & tenentur militare, quandocumque ſunt vocati, ſiquidem conditionatè, & onerosè ſub ſeruitio dantur, vt affirmat *Taſſon. d. verſ. 2. obſer 2. nu. 89.*

107 & proindè alijs creditoribus ſuper eodem vectigali poſtponi non debent, ſed cum illis concurrere poſſunt.

108 Sed contraria ſententia nititur ſolidiſſima ratione, nàm is qui donationem habuit, licèt hypothecam adeptus fuerit, non per hoc donantem vrgere poterit, itaùt beneficium amittat, ne teneatur, vltrà quam facere poſſit, hoc enim per hypothecam non tollitur, ne donans ex ſua liberalitate damnum patiatur, *cap. 1. de not. feud. l. Diuus, ff. de regul. iur. l. inter eos, §. ijs quoque, ff. de re iud.* Hypotheca namque efficacius obligat, cum perſonam, & bona oneri ſubijciat, ſed exceptionem non aufert, ne teneatur, vltra quam facere poteſt, & deducto ære alieno, vt notat *Reg. Conſtant. in d. l. 1. C. de fil. Official. nu. 114. verſ. ego vero*, & ideò alijs creditoribus ſuper eodem vectigali poſtponi debent ipſi penſionarij, ſed concurrere ſuper augumento.

109 Nihilominus cum hæc omnia fuerint diſceptata in R. C. contra huiuſmodi penſionarios ad inſtantiam Regij fiſci, qui efflagitabat, ipſos penſionarios eſſe conſignatarios meræ, & puræ gratiæ, & non poſſe concurrere cum creditoribus ex iuſtitia, fuit deciſum per R. C. vt liberetur prædictis penſionarijs quædam quantitas in computum, vt teſtatur *Iudex Taſſon. pragm. de anteſ. verſ. 3. obſer. 3. nu. 48. in fine.*

110 Sed tamen alias vrgentibus neceſſitatibus Patrimonij Regalis fuerunt de anno 1613. ſuſpenſæ mercedes, & annuæ ſolutiones conceſſæ militibus, vulgariter dicti *l'intratteniti* pro præterito, vt teſtantur *Reg. Valenz. conſ. 99. Reg. Rouit. in fine ſuor. conſil. vol. 1.*

Circà ſecundum quæſitum, an ſcilicèt poſſint huiuſmodi penſiones, publica vrgente vtilitate, ſuſpendi, modificari, vel in totum reuocari.

111 Et in hoc quęſito *Reg. Rouit. in conſult. in mater. donat. poſt. 1. tom. conſil.* diſtinxit tres cauſas, ex quibus conſtitui ſolent prædictæ penſiones. Prima cauſa eſt nulla præcedente ſeruitiorum præſtatione, ſed ex ſimplici Regis munificentia, & in hoc caſu concludit, poſſe huiuſmodi penſiones ad libitum reuocari. Secunda cauſa eſt ob remunerationem ſeruitiorum, quæ tamen non ſunt æqualia penſioni conceſſæ, ſed ipſa excedit merita ſeruitiorum, & in hoc concludit, etiam poſſe reuocari, quia remuneratio in eo, quod excedit merita ſeruitiorum, eſt donatio. Tertia cauſa eſt, quando penſio eſt commenſurata ſeruitijs præſtitis, itaùt in nihilo, ſeù modico merita ſeruitiorum excedit, & in hoc caſu etiam concludit, poſſe reuocari.

112 Sed hæc diſtinctio alijs videtur impertinens, cum caſus ſup. diſtincti omnes in partem affirmatiuam quæſitum reſoluant, imò videtur, quod idem *Reg. Rouit.* ſibimet aduerſetur in ſecunda cauſa diſtinctionis, dixit enim ibi, quod quando penſio conſtituta eſt ob remunerationem ſeruitiorum, quæ non ſunt æqualia penſioni conceſſę, ſed ipſa excedit

Digitized by Google

dit merita ſeruitiorum, poteſt in totum reuocari. Et ratio eſt, quia remuneratio in eo, quod excedit merita ſeruitiorum,
113 eſt donatio, *c.relatum ext.de teſtam.Tiraq.in l.ſi vnquam, verſ.donatione largitus n.*8. Hæc autem ratio ipſi aduerſatur, quia eadem iura, & authoritates cõgeſtæ ſtatuerũt, vt in exceſſu tãtummodò poſſit reuocari donatio ob cauſam meritorum ex dicta ratione, ſiquidem in eo, quod excedit merita, eſt donatio. Et proindè dicta ratio contradicit, & non confirmat ſuam concluſionem, quod ſcilicèt poſſit penſio in totum reuocari.

114 Vndè omiſſa hac diſtinctione aliqui *DD.* dixerunt, quod huiuſmodi penſiones nec reuocari, nec modificari poſſint *ex l. ſi pater, §.vlt.ff.de donat.Capyc.deciſ.*121. *nu.*13. *Gramat. deciſ.*64. *nu.* 24. *Anna in c.*1. *de vaſſal.decrep.ætat.nu.*198. *& ſing.* 209. *Surd. conſ.*419. *Reg.de Pont.conſ.*60. *nu.*22. *tom.*1. *Hier.Gigas tract. de penſion. quæſt.*54. *nu.*1.

115 Et ratio eſt, quia huiuſmodi penſiones dependent ex obligationis vinculo, vndè non erit donatio, ſed debiti ſolutio, & proindè reuocari nequeunt, vt probat *Iuriſconſ.in l.hoc iure.* §.1. vbi *gl. in ver. teneatur, & l.aquilius, ff.de donat.* Tùm
116 etiam quia alienum à Principe eſſe debet, ſine cauſa auferre conceſſa, *l.fin.C.de locat.præd.ciuil. l.*11. *auth.de referend.* §. 1. *And.in cap.*1. *quid ſit inueſt. Bal. in tit. de his qui feud.dar.poſſ.* §. *notandum nu.*2. *& in c.quid dilectio de conſanguin. & affinit. Affl.in cap.*1. *nu.*4. *de nat.feud. Gra-*
117 *mat. deciſ.* 166. *nu.* 3. præſertim ſi aſſignationes, vel conceſſiones factæ fuiſſent per viam contractus, *Grauet. de antiq. temp.par.*1. *nu.*54. *Pinell.in l.*1. *C.de bon. mater.p.*3. *nu.*6. *Maſtrill. deciſ.*164. *nu.* 6. *&* 7. *Molina de iuſt.to.*2. *diſp.*261. *verſ. verùm.*

118 Sed alij *DD.* quos ſequor, contrarium tenent, quod ſcilicèt publica ſuadente neceſſitate, poſſint huiuſmodi penſiones ſuſpendi, modificari, & in totum reuocari, *l.item ſi verberatum, §.item ſi forte, ff. de rei vend. Nicol. Feſtaſ. de æſtimo p.* 4. *c.*4. *nu.*45. *& c.*6. *nu.* 7. *And. tit. quæ ſint regal.verb.monetæ nu.*23. *verſ.item multi Reges, Præſ. de Franch.deciſ.*723. *num.*16. *Matthienſe l.*6. *tit.*10. *lib.*5. *recompil.gl.*1. *Azeued. ibidem nu.* 3. *Bouad. in pol. lib.*2. *cap.*18. *nu.*269. *Reg.de Ponte conſ.*15. *n.*8. *to.*2. *& in tract. de poteſt.Proreg. tit.*5. *de tract.nu.*10. *Oſaſc.deciſ.*140. *num.*12. *Reg. Rouit.in conſult.in mater.donat. nu.*8. *poſt to.*1. *conſil.Reg.Valenz.conſ.*99. *nu.*33. *to.*1. alioſque congerit *Reg.Conſtant. in l.*1. *C. de fil.offic.nu.*117. *lib.*12.

119 Et ratio eſt, quia de poteſtate, & iuſtitia Principis legis condentis dubitandum non eſt, etiamſi videatur reſtringere, vel reuocare, quod dedit, quia omnis legum poteſtas eſt in pectore ſuo, *l. qui fundos, C.de omn.agr.deſer.lib.*11. *Bal.in l. nuptæ, ff.de ſenat. Gozadin. conſ.*5. *nu.*21. *Caſtul. tract. de Imper. q.*98. *Reg.Valenz. cit.conſ.*99. *nu.*36. *lib.*1.

120 Quod inſuper confirmatur, quia Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt alterare contractum, reuocare decreta, & conuentiones Reipublicæ, & alia, quæ regulariter eſſent irreuocabilia, *l. quod ſemel, ff.de decret.ab ordin.faciend.c.in noſtra de iniur. Alciat.conſ.*165. *nu.*5. *lib.*6. *Io:Ant.de Nigr. in c.cum nihil rub.de portulan.nu.*18. *c. exercere nu.* 23. *de compoſ. & commut.pœnar. Alex.conſ.*101. *num.*7. *lib.*1. *Ruin.conſ.*229. *nu.*12. *lib.*1. *Io:de Plat. in l. vacuatis ad fin. C. de decurion. lib.*11. *Reg.Valenz. conſ* 99. *nu.*35. *&* 37.

121 *lib.*1. Imò contra naturalem æquitatem ſtatuere poteſt ex cauſa publicæ vtilitatis, *gl.in l.*1. *ff.de vſucap. Rainal.Corſ.lib.*3. *indagat.iur.ciuil.cap.*7. *nu.*2. *Loffred.conſ.* 14. *nu.*22. *Reg.Valenz.ibid.*

Hinc deſumitur, poſſe etiam reuocare huiuſmodi penſiones, etiam ex cauſa ſer-
122 uitiorum conceſſæ, vt dixerunt præter citatos *Roman. conſ.*78. *Io:Lopez in c. per veſtras in rub.* §.50. *nu.*5. *verſ.ex iſtis, Arrius Pinel.in l.*1. *C.de bon.mater.p.* 3. *in* 15. *&* 16. *illat.Gregor.Lopez in l.*1. *Taur. in fin. tit.*26. *p.* 4. vbi teſtatur, ſic ſeruatum fuiſſe in Hiſpania in donationibus ab Henrico Rege factis, idemque practicatum in Luſitania, ſicut præcit. *Lopez* refert.

123 Nec de iure, cauſa illa meritorum in conſtitutione huiuſmodi penſionum memorata, aliquid ponit in eſſe, ſed ad nihilum deſeruit, & poſſunt reuocari, etſi cauſa illa expreſſa ſit, *c. ſuggeſtum de decim.l.Lucius* 11. *ff.de euict. Affl. in tit.hic finit.lex Corrad.not.ab.*6. *nu.*25. *& in tit. quæ ſint regal.* §. *poteſtas nu.*52. *& in c.*1.

de

Digitized by Google

de Capitan. qui Cur. vendid. num. 16. Gramat. decis. 65. nu. 29. Reg. Valenz. cons. 99. nu. 36. lib. 1.

124 Quod adeò verùm est, nàm etsi in concessionibus huiusmodi pensionis, apponeretur clausula, vt neq; ob æs alienum, nec ob alias quascumque fisci necessitates possit solutio differri, quæ clausula, vt inquit *Capyc. in inuest. in ver. feudum de Cauena*, valdè proficit, vt non possint illæ reuocari; attamen adhuc pensiones istæ, publica vrgenta vtilitate, reuocabiles sunt. Et ratio est, quia pactum hoc
125 minimè validum erit, neque priuatis pactionibus tolli vnquam poterit, quod Reipublicæ vtilitas exposcit, *l. nemo potest, ff. de leg. 1. Barbos. in l. alia sol. matrim. Bal. & Aluarot. loc. sup. cit. Reg. Constant, in d. l. 1. C. de fil. Official. lib. 12. nu. 115.*

126 Et his non obstat, quod aliqui dixerint, vt scilicèt Princeps reuocans vel minuens donationes, iam factas benemerentibus, teneatur reficere damnum donatario, *Innoc. in c. nisi cum pridem de renunc. Fœlin. in c. quæ in Ecclesiarum de constit. Ias. in l. fin. si cont. ius, vel vtilit. publ. Arrius Pinel. loc. sup. cit.* Quia res-
127 pondetur, quod quando id fit causa publicæ vtilitatis, vel necessitate vniuersali cogente, aut lege lata, & vi supremæ potestatis, ad nihilum Princeps tenetur, vt firmarũt ijdem *DD. cit. & Affl. in prælud. feud. q. 4. nu. 17. Reg. Constant. d. l. 1. n. 118.* Et ratio est, quia si Princeps ad tantundem teneretur, nihil prodesset, aut satisfaceret reuocatio, nàm quod vna manu auferret, altera restituere deberet, nec commodum aliquod indè sentiret, & cõsequenter ad emendam non tenetur.

128 Sed huiusmodi pensiones hoc scilicet gaudent priuilegio, vt non possint ad instantiam creditorum pensionarij exequi, nisi in subsidium, ac tantò debitori relicto, vt se honestè alere possit, *l. commodis de re iud. Bal. in l. spem præmiorum, C. quæ res pignor. obligar. poss. Reg. Cõstant, in d. l. 1. C. de fil. Official. lib. 12. nu. 122.*

129 Quod priuilegium satis amplum procedit in stipendijs militum, & in pensionibus veteranis cõstitutis, vel illis, qui *intratteniti* vocantur, & etiam in salario Continuis Regij Palatij præstando, non possunt etenim stipendia militum pensiones, & salarium prædictis constitutum exequi ad petitionem eorum creditorũ, nec etiam in subsidium, vt perbelle tradunt *Salic. in l. spem præmiorum, C. quæ res pignor. oblig. poss.* vbi *Bal. Marc. Ant. Surg.*
130 *de Neap. Illustr. lib. 1. c. 26.* Et ratio est, ne à seruitio Reipublicæ, vbi assistere debent, abstrahantur *Reg. Constant. in cit. l. 1. nu. 122. C. de filijs Offic. lib. 12.*

131 Prætereà est notandum, quod potest Prorex Regni Neap. stipendiarijs, siuè alijs pensionarijs prouisis in officio, vel gubernio suspendere stipendia, vel pensiones, donec prouisioni incumberent, *l. 1. §. sed scimus*, ibi, *vel quo poterat eũ adiuuare, C. de latin. libert. tollẽd. Iudex Tasson. in prag. de antef. ver. 2. obser. 2. nu. 89.* idemque in simili tradit *Præs. de Franch. decis. 178. nu. 4.*

132 Rursum notandum est, quod hæ pensiones constitutæ in beneficium alicuius, quandoque transmittuntur ad eius hæredes; & Primus casus est, quando præstatio huiusmodi pensionis certum, & determinatum tempus respiceret, nàm si pensionarius ante temporis complementum decesserit, transmittitur rata illius temporis in beneficium hæredum, argumento *tex. in l. si cũ præfinitione, ff. quand. dies legat. ced. l. codicillis de ann. legat.* vbi
133 cauetur, quod si legata annua relicta sint cum præfinitione alicuius temporis, veluti per decennium, ad hæredes transeunt pro residuo tẽporis designati, mortuo legatario: & ex dictis iuribus *DD.* in-
134 ferunt, dispositionem quamlibet, quæ morte concessionarij expirabat, ad hæredes transmitti pro illo tempore, quo fuit facta concessio, *Alex. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. Dec. cons. 262. nu. 2. circa med.*

135 Et id confirmatur decisione Supremi Italiæ Senatus, nàm cum Dux Medinæ Reuisicci preces Regi porrexerit, vbi petebat sibi concedi, vt donec viueret, à Regno Siciliæ frumenta, quæ nascerentur in sua ditione, quam in ea Prouincia satis amplam possidebat, absque aliqua solutione extrahere posset, Rex noster facultatem hanc illi concessit, non donec vita fungeretur, sed per sex tantummodò annos: elapso biennio, mori contingit Dux concessionarius; fuit controuersum, an suis hæredibus ius esset pro residuo temporis conferendum; Et

136 per

Digitized by Google

136 per ſupradictum Italicum Senatum fuit ad fauorem hæredum Ducis pronunciatum, vt teſtatur *Reg.Conſtant. in d.l.1. C, de fil.Offic.nu.125.& 128.lib.12,*

137 Secundus caſus eſt, quando quantitas penſionis conſtitutæ, non correſpondet meritis ſeruitiorum, vt ſi illa ſit exigua,& iſta forent magna, tunc enim,ne ingratitudinis notam Dominus ſubeat, præſumendum eſt, voluiſſe largationem illam ad hæredes peruenire, *Alciat. conſ.203, nu.12.Siluan.conſ.4.nu.16.* & optimè *Reg. Conſtant.loc.cit.nu.129. verſ.eſt alia.*

138 Iudicantur autem huiuſmodi penſiones perſonales, vt morte conceſſionarij finiantur, quando in cauſam alimentorum conſtitutæ ſint, vt probat cæteris omiſſis, *Surd. in tract. de aliment. tit. 1,*

139 *quæſt.12. nu.5.* Vel quando nulla mentio hæredum facta ſit, nec ex parte concedentis, neque ex parte conceſſionarij, *ex l. Sticchum, §. ſtipulatio, ff. de verbor. obligat.* vbi *Accurſ. & Bart. Odoffred. & Paul.Caſtrenſ.in §.omnes inſtit. de action.*

140. Perſonalis quoque conceſſio cenſetur ex qualitate rei conceſſæ, quãdo eius naturæ ſit, vt perſonam nõ tranſeat;vndè dicendum,annonas, panes ciuiles, ac ſoldatas perſonam non egredi, *c. 1. quis dicatur Dux*, latè *Io: Thom. de Mar. de gen. & qual.feud.tit.25.& 26,Reg.Conſtant.in d.l.1.nu.134.*

141 Sed modo moribus receptũ eſt,vt huiuſmodi penſiones perſonaliſſimæ ſint,& morte concedentis finiantur, vt perbelle tradunt *Caſtr.de annon.ciuil.in l.1.nu.49. Reg.Conſtant.in l.1.ſup.cit.nu.135.*

Nunquid autem penſiones conſtitutæ in beneficium Titij, v.g. & eius filij expreſsè denominati, extinguantur non ſolùm morte, ſed delicto, aut alienatione facta per patrem, itaùt filius ſubconceſſionarius remaneat priuatus huiuſmodi penſionibus?

142 Et reſpondetur, quod ſiuè filius ſubconceſſionarius ſit ſub paterna poteſtate, vel emancipatus, ſemper remanet extincta, etiam in perniciem filij ob delictum, vel alienationem factam à patre,quando tamen conſtitutio huiuſmodi penſionis reſpiceret merita patris, *l.dedit in dotem de collat.bonor. l.ſed ſi plures, §. in arrogato, ff.de vulg. & pupil.Bal. in l.1. C. per quas perſon.nobis acquiritur, & in auth. ſi quas ruinas,C.de Sacroſ.Eccl. Capyc. deciſ. 121. nu.31, Andr in cap.1.ſi vaſſall feud. priuet. Reg.Conſtant.in cit.l.1 nu.147.*

143 Vndè etiam poteſt pater filio præiudicare in feudo, donato à Principe ipſi patri,ac eius filio,etiam nomine filij proprij expreſſo, ſi donationis cauſa fuerint merita paterna,nec de filio principaliter, niſi parentis intuitu ratio habita fuerit, *Andr.in c.1.§.& ſi libellum de alien.feud. pater.* & optimè *Liparul. & Affl. ibidem,* plenè *Menoch.de præſumpt.præſ.28.*

144 Sic quoque procedit in emphiteuſi, vt notant *Clar. in §. emphiteuſ. qu.16. Morquec.de diuiſ.bonor.lib.1.c.6 nu.29. Aluar. Velaſc.de iure emphit.qu.49.Petr.de Greg. de conceſſ.feud. p.3.q.7. Reg.de Ponte conſ. 130.vol.2.nu.9.*

145 Idem etiam viget in officijs patri, & filio,& vnicuiq;ipſorum conceſſis, *Capyc. deciſ.121.nu.31. Andr.in cap.1.ſi vaſſall. feud. priuet. Reg.Conſtant. in l.1 ſupr.cit. nu.142.verſus finem.*

146 Et ità fuit iudicatum pluries per R.C. in cauſa Pauli Tholoſe cum Paulo Reſtiliano; conceſſo enim officio à Rege Paulo Tholoſe ſeniori, & eius filio eiuſdem nominis,vnicuique eorum inſolidũ, itaùt ſuperſtes ex eis illud haberet poſt mortem alterius, iudicatum fuit licuiſſe patri, ob cuius merita largitio illa facta fuit, officium alteri renunciare, nec dari filio reiuendicationem etiam patre mor.

147 tuo. Idemque iterum fuit deciſum in ſimili ſpecie in officio Magiſtri Actorum M. C. in cauſa quorundam de Dato, vt refert *Reg. Reuert.* quam deciſionem recenſet *R.Conſtant. in d.l.1.nu.142. verſus finem,* & nos ſup. egimus *in rub. de ampliat.offic.*

148 Sed contrarium fuit deciſum in conceſſione officij, eiuſque exercitij facta, inſolidum duobus, nàm ſi vnus ex eis exerceat alterius permiſſu, & delictum committat, ob quod venit officio priuandus,non officeret conſocio non exercenti, vt cenſuit Collaterale Conſilium in cauſà Gaſparis, & Hieronymi Funati, teſte eod. *Reg. Reuert. & Reg. Conſtant, loc. cit.*

149 Sic etiam non præiudicat delictum, vel alienatio facta à patre in conceſſione annuæ penſionis facta gratia patris in perſonam duorum filiorum,quorum ipſe

pater

Digitized by Google

pater nominauerit, vt probat *Reg. de Ponte conſ.* 109. *vol.* 2. Et rationem ipſe
150 tradit, quia nihil ſibi quæſiuit pater, niſi ius nominandi, quod eſt nudum miniſterium, nec aliquod ius in eius perſona fuit fundatum, quod ſibi, & eius creditoribus proficuum eſſe poſſet.

Vlteriùs eſt animaduertendum, quod
151 ſi in principali largitione annuæ quantitatis non fuerit ſolutionis tempus præfixum, ſolutio illa in tres partes ſcindi debet, & ſingulis quatuor menſibus portio vna ſolui debet, vt teſtatur *Præſ. de Frãch. deciſ.* 797. *Reg. Conſtant. in cit. l.* 1. *nu.* 110.
152 Verùm ſi vectigal aliquod deſignatum fuerit, vbi quantitas donata ſolui debet, intelligetur illud tempus ſolutioni adiectum, quo fructus, vel penſiones illius corporis exigentur, vt docuit *tex. in l. nec ſemel, §. in habitatione, ff. quando dies leg. ced.* vbi *Accurſ.* inquit legatum pro
153 alimentis in principio anni deberi, quod ſi in alimenta decem frumenti corbes ſint relicti, non niſi meſſis tempore
154 peti poſſunt, & idem probatur *in l.* 1. *ff. de condit. & demonſtrat.* Et ità cenſuit
155 R.C. in cauſa conceſſionis annui redditus ſuper Dohana pecudum Apuleæ, nàm non deberi ſtatuit penſio, niſi in
156 menſe Aprilis, quo tempore vectigal illud à paſtoribus exigitur, vt teſtatur *Reg. Conſtant. in l.* 1. *nu.* 152. *C. de fil. Offic. lib.* 12.

Locumtenẽtem an Prorex creare poſſit.

RVBRICA XI.

SVMMARIVM.

1 *PRorex Locumtenẽtem in* Regno *creare non poteſt, & quando valet, n.* 6.
2 *Proregem* Rex *conſtituendo, videtur eligere induſtriam perſonæ.*
3 *Delegari non poſſunt cauſæ meri, & mixti Imperij.*
4 *Princeps ſolus creat Vicarium.*
5 *Prorex quare alter ego à* Rege *conſtituitur.*
7 *Prorex in caſu ſuæ abſentiæ à* Regno *poteſt Locumtenentem facere.*
8 *D. Petrus de Toleto Prorex* Regni *in caſu abſentiæ quem Locumtenentem creauit.*
9 *Prorex* Regni *Dux Albæ an Locumtenentem creauerit.*
10 *Prorex* Regni *Comes de Lemos in caſu abſentiæ, quem Locumtenentem conſtituit.*
11 *Prorex* Regni *Comes de Ognatte in caſu abſentiæ Locumtenentem ſibi fecit eius fratrem.*
12 *Prorex* Regni *Siciliæ in caſu abſentiæ Locumtenentem relinquere an poſſit.*
13 *Gubernator Status Mediolani an in caſu abſentiæ Locumtenentem conſtituere valeat nu.* 26.
14 *Prorex poteſt Locumtenentem ſibi facere etiam in caſu abſentiæ animo non redeundi, quid ſeruatum Neap. nu.* 15. *& quid in* Regno *Siciliæ, nu.* 16.
17 *Prorex in caſu infirmitatis poteſt Locumtenentem creare.*
18 *Infirmitatis impedimentum æquiparatur impedimento legitimæ abſentiæ.*
19 *Infirmitatis impedimentum comprehenditur ſub impedimento abſentiæ.*
20 *Infirmus appellari poteſt abſens.*
21 *Infirmitas quare impedimentum eſt.*
22 *Infirmitas iuſtum impedimẽtum dicitur.*
23 *Delegari poſſunt cauſæ meri, & mixti Imperij, tàm in caſu abſentiæ, quàm infirmitatis.*
24 *Prorex* Regni *Neap. Comes de Lemos tempore infirmitatis Locumtenentem ſibi fecit eius filium.*
25 *Prorex* Regni *Siciliæ in caſu infirmitatis an poſſit Locumtenentem conſtituere.*
27 *Locumtenens à Prorege creatus alium Locumtenentem creare non poteſt, & ratio, nu.* 28.
29 *Locumtenens à* Rege *electus in* Regno *noſtro Locumtenentem eligere non valet, & ratio, n.* 30.
31 *Forma literarum commiſſionalium Locumtenentis remiſſiuè.*
32 *Locumtenentis in ingreſſu quæ ſolemnitates ſeruari debeant, & quid ſeruatum fuit, nu.* 33.
34 *Collaterale Conſilium vtriuſque ordinis* Regnum *gubernat deficiente Prorege, Locumtenente non relicto.*
35 *Collaterale Conſilium omnia gerere poteſt, quæ Prorex agit.*
36 *Aſſenſum præſtat Collaterale Conſilium*

alienationibus feudorum.

37 *Diſpenſare poteſt Collaterale Conſ. Regia pragmatica prohibentis obligationes mulierum.*

38 *Contumacibus Collaterale Conſ. indulgentiam concedere poteſt.*

39 *Collaterale Conſ. adminiſtrat, & regit, quando Prorex diſcedit ob lapſum temporis, & ſucceſſor expectatur.*

40 *Magnus Comeſtabulus, vel alter ex ſeptem* Regni *officijs* Regnum, *regit, deficiente Prorege, ſed contrarium obſeruatur.*

Locumtenẽtem an Prorex creare poſſit.

RVBRICA XI.

ELegans quæſtio ſequitur modo exãminanda, nùm poſſit Prorex Regni aliquo impedimento detemptus, Locumtenentem in Regno conſtituere?

1 Et prima fronte videtur negandum, vt probat *tex. in §. nulla auth. de defenſor. Ciuit. in §. eos auth. de mandat. Princ. in §. 1. auth. vt nulli iudic. lic. hab. loci ſeruat. & in l. 1. §. quibus aqua, ver. à Præfecto, ff. de legat. 3.* concluditur enim in dictis iuribus, non poſſe Viceregem ſibi Locumtenentem facere, ſine licentia Principis, idemque annuit *Capyc. deciſ. 151. in primo dubio.*

2 Et ratio eſt, quia ex magnitudine dignitatis, & ponderis rei, videtur electa induſtria perſonæ, & propterea huiuſmodi munus per alium exerceri, aut explicari non poteſt vulgata *l. inter artifices,*

3 *ff. de ſolut.* Ex quo etiam dixerunt *DD.* quod cauſæ meri, & mixti Imperij delegari non poſſunt, *Alex. in l. 1. in primo not. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. poſt Bart. ibidem in prima quaeſt. Purpur. num. 446. cum ſeqq.*

4 Altera ratio eſt, quia ſolus Princeps, & non alius Magiſtratus creat Vicarium, *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illuſ. lib. 1. cap. 15. in fine,* & ibi *Mut. in addit. fol. 444. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de abund.*

5 *Ciuit. §. 1. nu. 6.* Et licèt Prorex alter ego à Rege conſtituatur, tamen clauſula illa, alter ego, appoſita cenſetur, vt ſubditi illum reuereantur, & etiã procedit clauſula prædicta, vbi non eſt limitata poteſtas, vt dixit *Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. c. 6. nu. 166.* & nos inferiùs aliqua dicemus.

6 Verùm prædicta eatenus militant, quando vellet Vicerex ſibi Locumtenẽtem creare ſine cauſa legitima, ſeù potiùs ſine iuſto impedimento pro libito voluntatis, vt inquit *Reg. Rouit. in prag. 2. tit. de adminiſtr. & quod ipſimet ſeruiat num. 5.*

7 Sed quando Vicerex iuſtè, & neceſſariè à Regno abeſt, poteſt ipſe, durante eius abſentia Locumtenentem facere, vt eſt *tex. expreſſus in auth. de collatorib. §. ad hæc ſancimus in final. verbis,* quod etiã admiſit *Capyc. deciſ. 151. in 2. dub. Reg. Rouit. in cit. prag. 2. nu. 6. Reg. Conſtant. in l. 60. C. de decur. lib. 10. nu. 56.* idemque probatur *ex tex. in l. 1.* ibi, *ſi proficiſcatur,* & iterum ibi, *ſi abeſſe ceperit, ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* & notat *M. Ant. Surg. de Neap. Illuſ. cap. 25. nu. 31. ver. & an diſcedendo, Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 6.*

8 Quodque fuit pluries in hoc Regno noſtro obſeruatum, nàm Dominus D. Petrus de Toleto Regni Prorex, dùm in Tuſciam proficiſceretur, creauit ſibi Locumtenentem D. Aloyſium eius filium, vt firmant *Mut. Surg. in cit. addit. fol. 444. Reg. Rouit. in cit. pragm. 2. nu. 2.*

9 Et idem practicatũ fuit tempore Præſidatus D. Ducis Albæ, teſte *Reg. Rouit. ibidem,* & etiam refert idem obſeruatum

10 tempore D. Comitis de Lemos Regni moderatoris, qui tempore ſui acceſſus ad Almam Vrbem pro præſtando fidelitatis iuramento nomine Catholicæ Maieſtatis Romano Pontifici, delegit in ſuum Locumtenentem D. D. Franciſcum de Caſtro eius filium adoleſcentem, vt fatetur *Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. c. 6. nu. 167.*

11 Nuper Dominus Comes de Ognatte, Regni Prorex, dùm ad bellum Portus Lugoni proficiſceretur, Regni Locumtenentem creauit de anno 1652. D. D. Beltranum de Gueuara eius fratrem.

12 Idemque ſeruatum fuit in Regno Siciliæ, nàm D. Marcus Antonius Columna illius Regni Prorex, dùm Melite eſſet nauigaturus, Locumtenentem reliquit D. Principem Scillæ, vt inquit *Maſtrill. loco cituto.*

13 Et

Digitized by Google

13 Et in Statu Mediolanēsi habetur, quod Magnus Castellæ Comestabulus, illius Status Gubernator, dùm Burgentiam proficisceretur, Locumtenentem creauit Comitem de Haro eius filium, teste *Reg. Tap. decis. 9. Sup. Cons. Ital.*

14 Prædictis accedat, quod non solùm potest Prorex huius Regni Locumtenentem creare, pro tempore absentiæ à Regno, sed etiam in discessu animo non redeundi, vt inquiunt *Marc. Ant. Surg. de Neap. Illus. lib. 1. c. 25. nu. 31. Mastrill. de magistr. lib. 5. c. 6. nu. 167. Reg. Tap. cit. dec. 9. Sup. Cons. Ital.*

15 Et ità practicatum fuit tempore, quo Regni Prorex erat Marchio de Mondeiar, qui reliquit Vicarium in Regno D. Berardinum de Mendozza, vt testatur 16 *Surg. loc. cit.* Et in Regno Siciliæ D. Ferdinandus de Gonzaga illius Regni Prorex Vicarium creauit Marchionem Licodiæ, vt aiunt *Mastrill. & Reg. Tap. loco citato.*

17 Prætereà notandum, quod etiam in casu infirmitatis potest Prorex infirmus Locumtenentem creare, vt dixerunt *Mastrill. de magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 167. Reg. Rouit. cit. pragm. 2. sub tit. de administ. & quod ipsimet seruiat, Reg. Tap. decis. 9. Sup. Cons. Reg. Constan. sup. l. 60. C. de decur. lib. 10. nu. 56. idem Reg. Tap. in const. officia quæ personis nu. 12. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 6. Ferrer. in obser. Catal. p. 1. c. 7.*

18 Et ratio est, quia impedimentum infirmitatis æquiparatur impedimento necessariæ absentiæ, *Gl. in l. quæsitum in ver. iudicata, ff. de re iudic. Bart. in l. fin. n. 4. ff. de in integr. restit. l. pen. nu. 18. § ad crimen. ff. de public. iudic. Ias. in §. rursus nu. 3. instit. de action.* & probatur *in l. si longius in princ. ff. de iud. l. aut si valetudinem, ff. de procur. c. 2. de procurat. in 6. l. 2. § furiosus, ff. de iur. codicill.* Imò im-
19 pedimentum infirmitatis comprehenditur sub impedimento absentiæ, *Affl. in const. de quæst. in 5. not ab. Sforza Od. de restit. in integ. p. 1. quæst. 11. art. 6. nu. 16. &* 17. *Rebuff. tom. 3. const. Gall. tit. de recus.*
20 *art. 6. nu. 12.* quia infirmus largè appellari potest absens, vt voluit *Alex. in l. 1. nu. 59. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.*
21 nàm negari non potest, quin infirmitas propter nimiam perturbationem mentis, & memoriæ, cuique rei impedimento sit, vt est *tex. in l. quæsitum, ff. de re iudic.* & quemadmodum dicitur iustum impedi-
22 mentum absentiæ, quo imponitur nobis à Principe, vel à Republica, multo iustius erit impedimentum infirmitatis, quod imponitur nobis à Deo, cum omnis infirmitas à Deo sit, *Bart. in l. fin. ff. de in integ. restit.* & est *tex. in c. cum infirmitas ext. de pœnit. & remis.*

23 Hinc est, quod causæ meri, & mixti Imperij sicuti possunt delegari in casu absentiæ, vt habetur *in l. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd.* eodem modo poterunt delegari propter infirmitatis impedimētum, non obstante illa dictione, *non aliter*, appositā *in d. l. 1.* vt dixerunt *Bart. in d. l. 1. quæst. 4. Alex. ibidem nu. 56. Ias. ibi nu. 77. Reg. Rouit. in prag. 2. nu. 14. de administr. & quod personal. seruiant.*

24 Vndè sequitur, posse Proregem Locumtenentem creare in casu suæ infirmitatis, quod seruatum fuit in Regno nostro, nàm D. Comes Lemensium Regni Prorex tempore, quo erat infirmus, Locumtenentem creauit D. Franciscum de Castro eius filium, vt notat *Reg. Tap. dec. 9. nu. 12. Sup. Cons. Ital.* sed *Reg. Rouit in prag. 2. nu. 20.* testatur non fuisse dictum D. Franciscum in Locumtenentem Regni à patre electum, quia etsi deliberauerit, etiam accedente voto Collat. Cons. id facturum; tamen morte præuentus, non habuit effectum.

25 Idemque in Regno Siciliæ practicatum fuit, nàm Dux Montisleonis, illius Regni Prorex, Locumtenentem sibi constituit Comitem Burrelli eius filium: Marchio Piscariæ; Comitem Ludriani: Dux Machedę; D. Gregorium de Cardenas eius filium, vt testatur *Mastrill. loc. cit.*

26 Et in Statu Mediolani, dùm D. Petrus de Toleto illius Status Gubernator, exiuit cum Exercitu aggressurus Statum Sabaudię, Locumtenentem reliquit D. Sancium de Luna Mediolani Præfectum, qui indè fuit à Rege confirmatus, de anno 1616. vt refert *Reg. Tap. cit. decis. 9. Sup. Cons.*

27 Sed nota, quod non potest Locumtenens Regni, à Prorege creatus, alium Locumtenentem creare, ità *Bal. in l. 1. §. à Præfecto, ff. de leg. 3. Iacobin. de Sancto Georg. de feud. ver. Vicarius in fine.* Et ra-

28 tio eſt, quia Locumtenens minorem authoritatem habet, quam Prorex, qui poteſt Locumtenentem creare, vt inquit *Taſſon. in pragm. de anteſ. verſ. 2. obſer. 3. nu.* 14.

29 Idque etiam procedit, ſi à Rege Locumtenens fuerit electus, nàm adhùc nõ poteſt alium Locumtenentem creare in caſibus enarratis, vt firmat ex pluribus
30 *Taſſon. loc. cit.* quia ei minor tribuitur poteſtàs in literis commiſſionalibus, &
31 forma illarum legitur apud eundem *Taſſon. verſ. 2. obſer. 3. num.* 17. hinc eſt,
32 quod Locumtenens in ingreſſu in Ciuitatem non habet in Molo pontem, ſicuti Proreges habent, ſed ipſi deſcendunt propè turrim Sancti Vincentij, & ibi à Sindico Ciuitatis recipitur, & ad Palatium Regium comitatur, vt inquit *Taſſon.*
33 *d. obſer. 2. nu.* 15. Et ità practicatum fuit de anno 1620. & 1621. quando à Rege noſtro fuerunt Locumtenentes creati D. Gaſpar Cardinalis Borgia, & D. Antonius Cardinalis Zabatta, vt refert *Taſſonus loc. cit. nu.* 15.

Sed quid dicendum, quando Prorex à Regno diſcederet, Locumtenente non relicto, vel decederet, illo non conſtituto, quiſnàm tùnc Regnum gubernaret?

34 Reſpondendum eſt, quod tùnc Regnũ gubernaret Collaterale Cõſilium vtriuſque ordinis belli, & ſtatus, vel tùnc in Locumtenentem eligeretur Decanus illius Senatus, vt dixerunt *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 5 *cap.* 6. *nu.* 175. *Reg. Tap. dec.* 9. *Sup. Conſ. nu.* 13. *verſ. ad id.*

35 Et poteſt tùnc Collaterale Conſilium omnia gerere, quæ Prorex agit, vndè aſſenſum præſtare poteſt alienationibus
36 feudorum, & alijs contractibus, ſuper feudis initis; *Camer. in l. Imperialem car.* 79. *lit. N.*

37 Diſpenſare Regiæ Pragmaticæ, prohibentis obligationes mulierum, *Aſſt. deciſ.* 311. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. rub. de diuerſ. prouiſ.* §. *de decret. Collat. Conſ. fol.* 487. *Taſſon. in prag. de anteſ. verſ.* 4. *obſer.* 2. *num.* 142.

38 Et contumacibus indulgentiam concedere, vt notat *Frecc. de ſubfeud. lib.* 1. *tit. de offic. Magn. Cancell. num.* 19. & alia ponit diffusè *Reg. Tap. de poteſt. Reg. Cancel. fol.* 90. *cum ſeqq.*

39 Accedat prædictis, quod hodiè ſeruatur, nàm quando Prorex à Regno diſcedit ob lapſum temporis ſui muneris, & ſucceſſor expectatur in Regio Palatio pro danda poſſeſſione, Collaterale Conſilium in vnum coadunatur, & per illas paucas horas ſe conſeruat in poſſeſſione gubernandi Regnum, & iuſtitiam adminiſtrat, preces legit, gratias concedit, & ordinationes conſtituit, quod ſic ſemper vidi obſeruatum, & hęſitari non valet.

40 Et licet aliqui ex noſtratibus dixerũt, quod deficiente Prorege ab hoc Regno, ſi præſens eſſet Regni Comeſtabulus, vel alius ex ſeptem officijs Regni ſecundum ordinem præcedentiæ, inter eos, ad illum ſpectaret Regni, & Ciuitatis regimen, vt aiunt *Frecc. lib.* 1. *de ſubfeud. tit. de offic. Magn. Comeſtab. Reg. Conſtant. in l. vnic. nu.* 4. *C. vt armorum vſus lib.* 11. *Taſſon. in pragm. de anteſ. verſ.* 2. *obſer.* 4. *nu.* 38. *& verſ.* 3. *obſer.* 3. *nu.* 36. tamen contraria eſt longæuis obſeruantia.

Prorex Regni Neapol. quæ facere nequeat.

RVBRICA XII.

SVMMARIVM.

1 *Prorex Regni Neap. quæ facere non poſſit.*
2 *Prorex tenetur inſtructiones ipſi datas obſeruare, reiecta omni contraria interpretatione.*
3 *Inſtructiones dantur Proregi, ad limitandam eius poteſtatem, quæ in literis patentibus eſt ampliſſima.*
4 *Proreges non debent eorum poteſtatem ampliare.*
5 *Proregi ſi ſit impoſitum aliquid gerẽdum in caſu particulari, non poteſt in alijs ſe extendere.*
6 *Inſtructiones Proregi datæ, non recipiunt declarationem à literis patentibus.*
7 *Prorex omne quod gerit contra inſtructiones, nullum eſt.*
8 *Prorex non poteſt quidquam diſponere contra ordines S. M. etiam ex clauſula,* alter nos, *quam habent.*

9 *Pro.*

Digitized by Google

9 *Proregibus clausula,* alter nos, *quæ confertur in literis patentibus, datur potiùs ad decorem.*

10 *Proreges ex clausula,* alter nos, *non possunt omnia gerere, quæ* Rex *gerit.*

11 *Proregibus ex clausula,* alter nos, *non intelliguntur concessa, quæ* Regi *competunt.*

12 *Prorex in negotijs iustitiæ, & patrimonij S.M. nihil facere potest, absque* Regentium *voto.*

13 Regentes Reg. Cancell. *sunt de latere Principis, & pars corporis eius.*

14 Regentes Reg. Cancell. *habent eandem supremam authoritatem cum ipso Prorege.*

15 *Collaterale Consil. Neap. formatur ex tribus, vel quatuor* Regent. *quibus præest Prorex.*

16 Prorex *delinquentes aggratiare nequit absque* Regentium *voto.*

17 *Gratia delicti à Prorege concessa absque interuentu Collat. Cons. non tenet, & ità S.M. declarauit, & in facto contigenti refertur fuisse gratiam reuocatam per Proregem successorem, n. 18. & quare, n. 19.*

20 *Prorex net de plenitudine potestatis potest ordinata per* Reg. Cancell. *tollere.*

21 Regiæ Cancell. *potestas, est æqualis cum ipso* Rege.

22 *Prouisiones* Regiæ Proregi *directæ, continent clausulam (vt omnia explicentur cum voto* Regent.)

23 *Prorex non potest gratiam delinquentibus concedere, absque partium remissione.*

24 *Gratia delinquenti concessa absque partium remissione nulla est.*

25 *Gratia delinquenti facta absque remissione partis, exequi non debet, & ità decisum, nu. 28.*

26 *Princeps non potest interesse partis remittere.*

27 *Gratias concessas delinquentibus per Ducem Ossuna, S.M. speciali ordine reuocauit.*

29 Prorex *potest delicta remittere data dilatione ad procurandam remissionem.*

30 *Delictis potest* Princeps *Bisiniani indulgere absque partium remissione, quo priuilegio vtitur Monasterium Cartusiæ Sancti Nicolai in Valle Clarimontis.*

31 Prorex *non potest sui prædecessoris mandata reuocare, & ratio, num. 32.*

33 Tex. in c. 1. qui succeſſ. teneantur, *quando procedat.*

34 Prorex *si sua cupit obseruari mandata, prædecessoris ordines custodire debet.*

35 Prorex *tenetur exequi assensum, datum à suo prædecessore.*

36 Prorex *vxorem in* Regno *ducere nequit, sed dispensatio* Regis *requiritur, n. 37.*

38 *Filius* Proregis *non potest in* Regno *contrahere matrimonium sine dispensatione* Regis.

39 Prorex *potest filias collocare sine vlla dispensatione.*

40 *Tutor, & Curator etsi non possit suam filiam in vxorem dare pupillo, potest tamen pupillam in vxorem dare suo filio.*

41 *Ædificia non potest* Prorex *in* Regno *facere.*

42 *Naues, & triremes non potest* Prorex *in* Regno *construere, contrarium fuit obseruatum tempore Ducis Ossunæ, nu. 43.*

44 Prorex *non potest bona vendere, aut illa conducere in* Regno.

45 *Proreges non possunt donationes accipere.*

46 *Donatiua* Proregibus *fieri non possunt in Comitijs publicis, nisi aliquid modicum ei donaretur ob publicam lætitiam, nu. 47. vel si adesset* Regis *licentia, n 48.*

49 Tex. in l. vnic. C. vt publicæ lætitiæ, & cæt. lib. 12. *declaratur.*

50 Proregi, *vt possit donatiuum præstari, requiritur, vt omnium interueniat consensus, nec sufficit maior pars, sed contra, nu. 51.*

52 Prorex *non potest tollere recusationem Iudicis suspecti.*

53 *Delegare non potest* Prorex *causam, cum clausula* appellatione, vel recusatione remota.

54 Prorex *non potest ordinare, vt fisci* Patronus *in aliqua causa, vbi fisci interest, non interueniat.*

55 Prorex *potest vti suspectus recusari, & ità obseruatum in* Regno *Siciliæ, nu. 56. & Neap. nu. 57.*

58 *Tribunalia* Regni *suspecta erunt, recusato* Prorege, *sed non seruatur ex* Reg. lit. *nu. 59.*

60 *Officiales perpetuos creare non potest, sed illorum nominationem habet, nu. 61.*

62 Prorex *non potest* Proconsiliarios, *&* Propræsides R. C. *creare: sed contrarium fuit seruatū tempore Ducis Ossunę, n. 63.*

quod

Digitized by Google

quid de iure communi, num. 64. *Poteſt autem Proregentes, & Propræſidem S.C. Prolucumtenentem R.C. facere, nu.* 65. *Ratio diſparitatis, n.*66.

67 *Imperator eligi ſolebat in Conſulem Romanum.*

68 *Prorex non poteſt officia vacatura poſt aduentum ſucceſſoris prouidere, licèt ipſe adminiſtret, vſq; quo nouus poſſeſſionem capit, mediante iuramento, n.*69.

70 *Prorex non poteſt diſpenſare* pragmaticę 1. tit. de priuil. inf. ann. *vbi irritantur priuilegia Regalia, ſi infra annum non producantur, ſed quid practicari ſoleat, nu.*71.

72 *Prorex non poteſt diſpenſare, vt Officiales, qui tunquam arbitri interueniunt, trigeſimam accipiant.*

73 *Prorex non poteſt diſpenſare, vt Officiales munera accipiant, niſi iuſta cauſa intercedente, n.* 74.

75 *Prorex poteſt diſpenſare, vt Officialis pro delegatione recipiat aliquam mercedem, quæ non excedat ſuum ſtipendium.*

76 *Prorex poteſt diſpenſare, vt Officialis, qui duo exercet munera, duplicatum habeat ſalarium, quod de iure eſſe fundatum oſtenditur, n.* 77.

78 *Conſil. Decanus S.C. exercens munus Præſidis S.C. vtrumque habet ſalarium.*

79 *Præſidens R.C. Decanus exercens officium Locumtenentis R.C. duo habet ſalaria.*

80 *Regentes Regiam Cancell. non ſubiiciuntur prohibitioni facta Proregi, nè facultatem concedat Officialibus, vt munera accipiant: ſed contra verius, nu.*81.

82 *Prorex non poteſt diſpenſare, vt Miniſtri mercaturas exerceant, etiam in eorum terris.*

83 *Prorex non poteſt concedere licentiam ædificandi in loco publico, & quare n.*84. *&* 85. *quid per ſpatium cannarum centum circa menia Ciuitatis, nu.*86. *quid in Suburbijs, nu.*87. *& quid obſeruatum in hac materia, n.*88. *Nunquid in littore maris, vel infra* 100. *pedes à conſpectu Vrbis licentiam ædificandi concedere poſſit, nu.* 91. *quid ſi conſuetudo vigeat, nu.* 92. *vel peteretur licentia pro refectione domus, n.*93.

89 *Clerici comprehenduntur ſub ſtatuto, ne ædificetur in loco publico, ſed contra* Reg. de Ponte, *nu.*90.

94 *Prohibitio de non faciendis nouis ædificijs, non comprehendit antiqua reſtaurare, ſed ampliora fieri nō poſſunt, n.*95.

96 *Prorex vendere non poteſt terras Regias, vel Regi deuolutas abſque ſpeciali ordine S. M. quid ſeruatum tempore Præſidatus D. Petri de Toledo, nu.*97. *quid ſi vrgeret neceſſitas, nu.*98. *& quid in hoc caſu ſeruatum fuit Romæ, nu.*99.

100 *Prorex non poteſt Iuriſdictionem criminalem alicuius terræ vendere.*

101 *Prorex non poteſt Baroni habenti primas cauſas, vendere ſecundas.*

102 *Prorex non poteſt vnire, vel diuidere Prouincias Regni abſq; ſcientia Regis.*

103 *Legatus Papæ non poteſt Diœceſes vnire, aut diuidere procul* Pontificis notitiæ.

104 *Prorex poteſt Villas, & Caſalia à Ciuitate, cui ſubſunt, ſeparare: limitatur, nu.*106.

105 *Iuriſdictiones non ſolùm ſingulorum, ſed etiam Ciuitatum, poteſt* Prorex diuidere: *limitatur, n.*106.

107 *Ciues retinent antiqua priuilegia etiam facta ſeparatione terrarum.*

108 *Caſalia Ciuitatis licèt ſint vendita, gaudent eiſdem priuilegijs, quibus Ciues Neapolitani potiuntur.*

109 *Ciues Caſalium huius Ciuitatis etiam venditorum pro delicto in alieno territorio commiſſo, gaudent priuilegio fori M.C.*

110 *Iuriſdictio intelligitur conceſſa, facta ſeparatione terrarum.*

Prorex Regni Neapol. quæ facere nequeat.

RVBRICA XII.

1 FAcultas ſuprema Proregibus tributa, quæ ex ſpecialibus recenſitis obſeruatur, in nonnullis particularibus coarctatur, & ſunt, quæ ſequuntur.

2 Primò tenetur Prorex inſtructiones, quæ ipſi dantur ad literam ſeruare, reiecta omni contraria interpretatione, vt docet *tex. in* §. *vt autem, auth. de Præſ. Pyſidiæ*; ſiquidem inſtructiones dantur ad

3 limitandam Proregis poteſtatem, quæ in eius commiſſione legitur ampliſſima, vndè non debet illam ampliare; inducta

4 enim ad diminutionem, non poſſunt operari

Digitized by Google

rari augumentum, *l. legata inutiliter, ff. de adim.legat. Reg.Tap.decis.2. Sup.Conf. num.68.* & optimè *Reg. Sanfel. decis. 62. num.113.*

5 Hinc eſt, quod quando S.M. àliqua Proregi imponit, vt in caſu quodam particulari obſeruet, non poteſt in alijs ſe extendere, vigore clauſularum generalium in literis, ſeù patentibus contentarum, ſic inquit *Gl. in l. ſciendum, verſ. compelli, ff. qui ſatisd. cogan.* vbi *Iaſ. nu.5.* cum alijs relatis *per Decian. conſ.44. n.1. lib.5.*

6 Inſtructiones enim non debent recipere declarationem à literis patentibus, quæ amplam poteſtatem Proregi concedunt: cum S.M. intentio ſit, vt ad literam ſeruentur, aliàs declaratur nullum, quod 7 factum fuit contra inſtructiones, & de hoc adeſt particulare *cap.175.* in eiſdem inſtructionibus Proregi datis, vt inquit *Reg.Tap.d.deciſ.3. Sup.Conſ. nu.68. & 70.*

8 Nec ex clauſula *alter nos*, in literis patentibus deſcripta, poſſunt Proreges aliquid diſponere contra ordines S.M. quia 9 dicta clauſula potiùs ad decorem Dom. Proregis apponitur, non autem vt poſſit 10 omnia, quæ ipſe Rex poteſt, vt firmat *ex Diu. Thoma de regim. Princ. lib.3. cap.10. Reg.Tap.d.deciſ.3. nu.22. Reg. Sanfel. deciſ. 62. num. 124.*

11 Imò idem *Tap.* ibidem addit, quod ex dicta clauſula, *alter nos*, non intelliguntur conceſſa, quæ Regi competunt in ſignum ſuæ Supremæ poteſtatis.

12 Secundò in omnibus negotijs iuſtitiæ, & patrimonij S.M. nihil Prorex facere, & concludere poteſt ſine Regentium Regiam Cancellariam votis, vt patet ex literis Imperat. Caroli V. datis Barchinonæ die 30. Octobris 1542. & Regis Philippi II. datis Bruxelles die 10. Ianuarij 1559. de quibus meminit *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de delegat. cauſ. nu.12. 13. & 14.* & de iure firmat *Reg. Tap. dec.3. Sup. Conſ. nu.91.*

13 Et ratio eſt, quia Regentes Regiam Cancellariam ſunt de latere Principis, & pars corporis eius, vt *in l. quiſquis, C. ad* 14 *leg. Iul. Maieſ.* habentque eandem ſupremam, & ordinariam iuriſdictionem cum ipſo Prorege, quia vnicum eſt Conſilium 15 Collaterale, quod conſtat ex tribus, vel quatuor Regẽtibus, quibus præeſt Dom. Prorex, vt habetur *in cap.9. inſtruct.* quæ Proregi dantur, & notat *Reg. Tap. cit. dec. 3. Sup. Conſ. Ital num.90.*

16 Quamobrem non poteſt Prorex delinquentes aggratiare, & delicta indulgere, abſque prędictorum Regentium voto, vt expreſsè habetur *in cap. 176. inſtruct.* ſic notat *Reg. Tap. deciſ.3. nu.100.*

17 & ſi talis gratia ſequeretur abſque Regentium ſuffragio, nulla redderetur, proùt declaratum fuit per S. M. nullas eſſe & inualidas gratias factas à Prorege abſque Regentium voto, in anno 1620 vt teſtatur *Reg. Tap. cit. deciſ.3. Sup. Conſ. nu.101.* Quodque fuit confirmatum peculiari lege, in Regno noſtro, vt *in prag. 4. & 7. de fide memor.* ibi enim dicitur, quod gratia delicti conceſſa à Prorege abſque interuentu Collateralis Conſilij, non ſubſiſtat.

18 Idemque deciſum me patrocinante in cauſa D. Portiæ Sanſeuerino, & Victoriç de Studio, quærelantis contra Franciſcum Antonium Perretta; fuit enim ordinatum per Collaterale Conſilium coram Domino Duce Medinæ de las Torres, tùnc Prorege Neap., quod M.C. iuſtitiam faciat in cauſa inquiſitionis dicti Perretta, non obſtante gratia delicti cõceſſa per Dom. Comitem Montisregij prædeceſſoris Proregis, dùm gratia illa non proceſſit cum voto Collateralis Cõſilij, & fuit deindè confirmatum in gradu reclamationis, vt ego teſtor *in reſp. 37. tom. 2.*

19 Ratio eſt, quia intereſt Reipublicæ, vt delicta puniantur; vndè quando agitur de delictis condonandis, tractari debent in Collaterali Conſilio cauſæ, quæ Proregem mouent ad gratiam impartiẽdam, vt notat *Reg. Tap. dicta deciſ.3. Sup. Conſ. num. 101.*

20 Tertiò non poteſt Prorex, nec etiam ipſe Rex, de plenitudine poteſtatis tollere, quæ iuſſit Regia Cancellaria, *Auendan. de exequen. mand. lib.1. cap.19. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de delegat. cauſ. nu.18. Reg. Tap. d. deciſ.3. Sup. Conſ. nu.95.* nàm poteſtas Regalis Cancellariæ eſt adeò lata, quod videtur æqualis cum ip- 21 ſo Rege. Hinc eſt, quæ omnes Regiæ prouiſiones Proregi directæ, continent clauſulam (omnia fieri, & explicari cum 22 voto Regentium Regiam Cancellariam) vt aiunt *Reg. de Ponte, & Reg. Tap. loc. cit.*

Re-

Digitized by Google

Regentes enim Reg.Cancell.vt diximus, vnitam habent poteſtatem cum Domino Prorege, quod etiam habetur in *capit.*7. 8.9. & 10. inter conceſſa Ciuitati noſtræ in anno 1554.

23 Quartò non poteſt Dom.Prorex ex ordinaria poteſtate gratiam delinquentibus concedere abſque partis offenſæ remiſſione: niſi cauſa publica aliter ſuadeat, ſic dixerunt *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.tit.* 1. *de diuer.prouiſ.* §.4. *num.*11. 36.& 37. *Præſ.de Franch.deciſ.*379.*Iudex Taſſon.de anteſ. verſ.*2. *obſer.* 2. *num.*99. *Nouar.in prag.*4.*de compoſ.Reg.Capyc.lat. conſult.*92.*nu.*37.*to.*2. *Seſſe de inhibit.c.*1. §.5. *nu.*11. *cum ſeqq. & deciſ.*178. *par.*2. *Theſ.dec.*21.*Guazzin.de pac.p.*1.*queſt.*38. cum alijs relatis *per Reg.Rouit. in rub. de abolit.in fine, & in prag.*7.*de compoſ. nu.* 18. *per Reg.Sanfel.deciſ.*55. *nu.*16.

24 Imò ſi concederetur, nulla erit *Cabed. deciſ.luſit.*75. *Nouar.in prag.*4. *de compoſ.* & poſſunt Officiales, ad quos ſpectat, il-
25 lam exequutioni non demandare,vt obſeruant *Taſſon. loc.cit. num.*99. *Præſ. de Franch.deciſ.*370.Princeps enim non po-
26 teſt intereſſe partis remittere, *l.venia*, §. *cum igitur,C.de in ius vocan. Rebuff.in repetit.l.vnica,C.de ſentent.quæ pro eo quod intereſt num.*3. *Mierez de maiorat.par.*4. *quæſt.*1.*nu.*118. *Reg.Capyc.latr. deciſ.*192. *num.*37.*lib.*2.

27 Imò ſpeciali ordine S.M.de anno 1621. ex literis directis Cardinali Zapata tùnc Regni Proregi fuerunt reuocatæ gratiæ conceſſæ per D. Ducem Oſſunæ, & Cardinalem Borgia, retro Proreges abſque partium remiſſione,& amplius S.M. prohibuit illas in futurum concedi, vt teſtãtur *Taſſon.d.verſ.*2.*obſer.*2. *num.*99. *Reg. Tap.cit.deciſ.*3. *Sup. Conſ. nu.* 101. & ità
28 fuit deciſum per Collaterale Conſiliũ, in gratia delicti à Dom. Comite Montiſregij conceſſa ſine partis remiſſione, vt fateor *reſp.* 37. *to.* 2. vbi plura ad mate-
29 riam adduxi, vt eſt videre. Solet tamen delicta indulgere, data tamen dilatione ad obtinendam pacem, vt inquit *Reg. Sanf.d.deciſ.*55.*nu.*16.

30 Sed Princeps Biſiniani particulare priuilegium à Rege habet, quo conceditur poteſtas indulgendi delicta in ſuis terris, etiam parte non concordata, & dicto priuilegio, quoque vtitur Venerabile Monaſterium Cartuſiæ Sancti Nicolai in Valle Clarimontis, vti Baro Terræ Frãcauillæ Prouincię Baſilicatæ,quia ab eodem Principe Biſiniani cauſam habuit, vt notant *Præſ.de Franch. cit. deciſ.*370. *Iudex Taſſon. d.verſ.*2.*obſer.*2.*nu.*99. *in fine*.

31 Quintò tenetur Prorex mandata ſui prædeceſſoris ſeruare, nec illa reuocare debet, vt inquiunt *Bal.conſ.*126.*col.*3.*lib.* 1. *Muta in proem.conſuet.Panorm. nu.*60. *&* 61. *& cap.*4. *nu.*34. Et ratio eſt, quia
32 imperium prædeceſſoris, & ſucceſſoris vnicum dicitur: & *tex. in cap.*1. *qui ſucc.*
33 *tenean.in vſib.feudor.* procedit in mutatione dominij, non autem in mutatione Officialium ſub eodem dominio; Princeps enim ſi ſua cupit obſeruari manda-
34 ta, prædeceſſorum ordinibus veneration-nem, & cuſtodiam præſtare debet,& illa non ſeruans, materiam præbet, ſua geſta per ſucceſſores diſſoluendi; itaùt contraueniens, ſibi contrauenire dicatur, *c. inſtitutionis* 25. *quæſt.*2.*Taſſ.in pragm.de anteſ.verſ.*2.*obſer.*2.*num.*129. *& verſ.*3.
35 *nu.*211. *verſ. nec ſucceſſor.* Hinc eſt, quod tenetur Prorex exequutioni demandare aſſenſum datum à ſuo prædeceſſore, vt notat *Camer. in cap. Imperialem fol.* 59. *lit. R.* licèt *Capyc. deciſ.*151. id in dubium reliquerit.

36 Sextò vxorem in Regno ducere non poteſt. *l.ſi quis officium* 38. *ff.de ritu nupt. Nicolaus Vigel lib.*14. *ff.cap.*2.*except.* 24. *fol.*38.*p.*2. *Taſſon.de anteſ.verſ.*2.*obſer.*2.
37 *nu.* 136. Sed Regis diſpenſatio requiritur, quemadmodum illa neceſſaria fo-
38 ret, ſi filium in matrimonio collocare vellet, *l. qui in prouincia, ff. de rit. nupt.*
39 Verùm ei non interdicitur, filias in Regno maritare, *l. ſi quis officium, ff. de rit. nupt.* Et ratio eſt, quia tutori, vel cura-
40 tori prohibetur matrimonium contrahere,inter ſuum filium, & pupillam adultam; ſed tamen poteſt ſuam filiam pupillo adulto in vxorem dare, *l. curatorem,C.de interdic.matrim.*

41 Prohibetur etiam Proregi in Regno, quod regit,ædificia noua conſtruere, niſi Regis interfuerit permiſſus præcedente conſultatione Collateralis Conſilij, ità de iure communi conſtat *in l.vnic. C. de contract.iudic. l. aufertur ei* 46. *ver. quid à Præſide in fine, ff.de iur.fiſc. Taſſon. in prag.*

Digitized by Google

pragm. de antef. verſ.2. obſer.2. num.157. idemque peculialiter cauetur *in prag. à Rege ſancita* 11.§.11.*de offic.quæ ijs prohib.*

42 Nec etiam naues, & triremes cõſtruere poteſt, *l. aufertur* 46. *verſ. nam & nauem,ff.de iur. fiſc.* Sed Dux Oſſunæ, dùm

43 Regnum moderabat, quatuor triremes in Regno conſtruxit, quas deindè vendidit Regiæ Curiæ, vt teſtatur *Taſſon. in pragm.de antef.verſ.2.obſer.2.nu.157.*

44 Neque poteſt Prorex bona vendere, aut illa conducere, *l.non licet* 46. *ff. de contrahen.empt.*& notat etiam *Iudex Taſſon.loc.cit.*

45 Septimò, non poſſunt Proreges donationes accipere, *l.plebiſcito* 18.*ff.de offic. Præſ.l.quod contra legem* 8. *ff. ad leg. Iul. repetun. l.6.* §.*non vero, ff.de offic.Proconſ. vel legat.*

46 Hinc prohibetur, Proregi donatiua fieri in Comitijs publicis, vt cauetur *in pragm.* condita ſub die 18. Nouembris 1617. per quam renouantur aliæ editæ

47 per Philippum II. de anno 1565. niſi ex cauſa publicæ lætitiæ aliquid modicum daretur,*ex tex.in d.l.plebiſcito* 18.*de offic. Præſ.l.vnic.C.vt publ.lætitia lib.*12.& licèt

48 *tex.*loquatur in portãtibus nuncium lætitię,poteſt etiam ad gubernantes extendi, vt fundat pluribus citatis diſputato articulo,*P.Diana moral.reſol.trac.3.reſol.29. fol.* 103. *Taſſon. in prag. de antef. verſ.2. nu.*126.*&* 134.

49 Sed accedente Regis permiſſu,poſſunt donatiua Proregibus indiſtintè fieri in publico parlamento, vt adnotant *P.Diana, Maſtrill.& Taſſon. loc.cit.* verùm in illis eſt expectandus communis omnium conſenſus, quia ſi vnus diſſentiret, dona-

50 tiuum non teneret, maior enim pars, & ſi ſufficiat ad concludendum,donatiuum Regi præſtandum:non tamen ſufficit pro donatiuo Proregi præſtando,quia huiuſmodi donatiua omninò voluntaria ſunt, vt aduertit P.*Diana,& Iudex Taſſ.loc.cit.*

51 Sed contrarium dicerem, nàm exiſtente licentia Regis ad donatiuum faciendum, maior pars minori præiudicat *ex l.quod maior, ff. ad municip.* & procedit etiam in actibus voluntarijs, vt notat pluribus citatis *Præſ.de Franch.deciſ.2.*

Octauò, tollere non poteſt Prorex recuſationem Iudicis ſuſpecti, quia eſſet defenſionem remouere, vt inquiunt *Gemin.in c. penult. de offic.deleg. Nouar. in prag.1. de ſuſpict.Official. nu.3. Hipol.de*

53 *Marſil.ſing.*292. Hinc eſt, quod non poteſt cauſam delegare cum clauſula, *appellatione, vel recuſatione remota, Hipol. de Marſil. ſing.* 292. *Taſſon. de antef. verſ.2. obſer.2. nu.*107.

54 Nec etiam prouidere poteſt, vt fiſci Patronus R.C. non interueniat in aliqua cauſa, vbi fiſcus eſſet actor, vel reus, vt ait *Reg.Rouit.in prag.5.de ſuſpict.Official.* & cauetur in literis S. M. de menſe Maij 1606. quas refert, & inſerit *Reg. Rouit.* ibidem, & etiam teſtatur *Iud.Taſſon. d. verſ.2.obſer.2.nu.*133.

55 Poteſt autem Prorex, vt ſuſpectus recuſari, *Port.Imol.conſ.*91. *Caualc.de brac. Reg. p.3.nu.*315.*Decian.conſ.*21.*lib.*1.*Barbatia tract. de Card. leg. quæſt.* 3. *Roman. conſ.*3.*R.Rouit.in pragm.*1.*de ſuſpict.Offic. n.*8.*Taſſon.in prag.de antef.verſ.2.obſer.2.*

56 *nu.* 114. Et fuit ſeruatum pluries in Regno Siciliæ,vbi Prorex fuit ſuſpectus allegatus, vt teſtantur *Anton.de Bal. lib.* 5. *tit.de recuſ.Iudic. nu.*26. *fol.*205. *Lancell. de attentat.p.2.c.6.nu.*41.*Giurba deciſ.*27.

57 Idemque practicatum in Regno Neapolis, nàm Dux Albæ huius Regni Prorex fuit ſuſpectus allegatus, vt refert *Taſſon.d.verſ.2.obſer.2.nu.*114.

58 Nunquid autem, admiſſa ſuſpictione Proregis, Tribunalia cætera Regni, tanquam membra capitis ſuſpecta erunt? Et affirmatiuè reſpondent *Giurba deciſ.* 27. *n.9.Brun.conſ.*31.*n.9.Menoch.reſp.2.cauſ. finarien.n.*90.*&* 91.*& conſ.*90.*n.*11.*lib.*1.

59 Sed hoc,hodie non ſeruatur, nàm per literas S. C. M. fuit reſcriptum, recuſato Prorege,non eſſe Conſiliarios ſuſpectos, imò poteſt delegare cauſam, in qua procedatur abſque eius interuentu, vt teſtantur *Reg. Rouit. in pragm.*1. *de ſuſpict. Offic.nu.*8. *Maſtrill. deciſ.*151. *num.*76. *& deciſ.*235.*l.*3. *Caſtil.deciſ.*53.*nu.*10. *Conſ. Staib.to.*2. *reſol.for.*110. *nu.*14.*&* 15.

60 Nono,Officiales perpetuos Prorex creare non poteſt, quia id ſoli Regi licet, §.*ſi*

61 *quis autem,auth.de iudicib.* Et ipſe tãtummodò nominationẽ habet;Rex verò vnũ eligit ex tribus per Proregem nominatis, illiq; dignitatem confert, vt notant *Reg. Rouit.in rub.de offic.ad Reg. Maieſt. & Viceregis Collat.ſpect. nu.*5.*fol.*352. *Taſſon. prag.de antef.verſ.*14. *obſer.*2. *nu.*10.

Digitized by Google

6 Nec poteſt Proconſiliarios, vel Propræſidentes Reg. Cameræ creare, *Taſſon. in prag. de antef. verſ. 2. obſer. 2. nu.* 38. *verſ. ſed quidquid ſit, & verſ. 14. obſer. 2. num.* 8. ibique refert, quod Dux Oſſunæ
63 tùnc Regni Prorex, plures Proconſiliarios, & Propræſidentes R. C. conſtituit, qui in aduentu Dom. Cardinalis Borgia ſucceſſoris ordine S.M. fuerunt ſublati.
64 De Iure autem communi, poteſt Prorex concedere adminiſtrationem officij illi, quem Regi in eodem officio nominauit, *l. ſi quos iudicetur, C. de offic. Præfect. orient.* & habetur quoq; *in cap. Reg. incip. item quod prædicti Officiales non ordinent pag.* 322.
65 Sed hoc non eſt vſu receptum, poteſt tamen Proregentes in Collaterali Conſilio creare, & etiam Propræſidentem S.C. facere, & Prolucumtenentem R.C. conſtituere, vt firmat *Taſſon. loc. cit. verſ.* 14. *obſer. 2. nu.* 7.
66 Ratio diſparitatis eſt, quia Conſiliarij, & Præſidentes R.C. à Rege creantur pro iuſtitia, populis adminiſtranda; Regentes verò Collateralis Conſilij principaliter ſunt conſtituti pro conſulendo Proregem, & ideò dùm Prorex aduertit in eius Throno, ſeù Conſilio, plenum, & accuratum dictamen deficere, pro ſeruitio S.M. ac recta adminiſtratione, & Gubernatione Regni, & Superintendentia negotiorum, poteſt prouidere, ſupplere, & addere, vt probat *tex. notab. in l. licet* 12. *C. de aſſeſſor.* Prorex enim caput eſt Senatus, & de numero Conſiliariorum,
67 *l. Ius Senatorum* 8. *C. de dignitat. lib.* 12, & Imperator in Conſulem Romanum eligi ſolebat, quemadmodum Iuſtinianus ter Conſul fuit, vt inquit, *gl. in l. vltima, C. vt publ. latit. lib.* 12. Proindè eius Senatum ſupplere, & alios ei ſubrogare poteſt.
68 Sed non poteſt Prorex prouidere officia vacatura poſt aduentum ſucceſſoris, *Cancer. var. reſol. cap.* 15. *n.* 54. *&* 55. quia eſſet ponere manus in ſegetem ſucceſſoris, *Taſſon. in pragm. de antef. verſ. 2. obſer. 2. nu.* 5. licet vſque ad aduentum, & poſ-
69 ſeſſionem captam mediante iuramento adminiſtret, vt inquiunt *Petr. Rebuff. in prax. benefic. tit. de Simon. in reſignat. n.* 19, *fol.* 380. *Præſ. de Franch. deciſ.* 543.
70 Decimo, non poteſt Prorex diſpenſare diſpoſitioni *Regia pragmaticæ* 1. *tit. de priuil. infr. ann. exhiben.* qua irritantur priuilegia à Rege conceſſa, ſi infrà annum non producantur, & exequutio non
61 petatur; ſed ſolet à S.M. expediri ſuper carta, vt dixerunt *Reg. de Ponte conſ.* 3. *nu.* 30. *lib.* 1. *Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *tit. quis dicat. Dux in alleg. pro Regente Albertino nu.* 68. *Reg.* Rouit. *in cit. pragm.* 1. *nu.* 5. *tit. de priuil. infrà ann. exhibend.* Reg. *Galeot. controu.* 17. *lib.* 1. Reg. *Capyc. Latr. conſult.* 52. *nu.* 19. *conſult.* 80. *nu.* 38. *& deciſ.* 154. *nu.* 63. *lib.* 2.
72 Vndecimo, non poſſunt Officiales, qui tanquam arbitri in aliquo negotio interueniunt ex Proregis beneplacito, trigeſimam accipere, vt habetur in literis S.M. ſub die 18. Iulij 1625. aliaſque recenſet Reg. *Sanfel. deciſ.* 365. *nu.* 10. Imò attentis peculiaribus literis S. C. M. non poſſunt nec præcedēte diſpenſatione, in arbitros eligi, nec baliatum, aut tutelæ regimen eis comendari.
73 Neque poſſunt Proreges diſpenſare, vt Miniſtri Regij aliquid accipiant à quauis perſona pro quauis cauſa contrà Reg. *pragm.* 12. *ſub tit. de Official. & quæ eis prohib.* vt fundant Reg. *de Ponte conſ.* 146. *nu.* 32. *vol.* 2. *Taſſon. in pragm. de antef. verſ. 2. obſer. 2. num.* 104. Reg. Rouit. *in prag.* 12. *cit.*
74 Verùm ſi iuſta cauſa diſpenſandi acceſſerit, puta ſi interceſſerit labor omni remuneratione dignus, tùnc ceſſaret ratio pragmaticæ prædictæ, & poterit Prorex diſpenſare, licèt Pragmatica prohibuerit Proregi facultatem diſpenſandi, vt not. Reg. Rouit. *in cit. pragm.* 12. *nu.* 5. *& Tiraq. in tract. ceſſante nu.* 138. *&* 139. & inſuper refert, quod id fuit diſcuſſum, & concluſum tempore viſitationis generalis Archiepiſcopi Compeſtelli.
75 Poterit quoque Prorex ordinare, vt liceat Miniſtris recipere mercedem, non excedentem quantitatem debitam pro ſtipendio ordinario muneris, pro delegationibus iniunctis vltra adminiſtrationem, & onus proprij officij; cum illæ non cohereant officio ſuo, quod de Iure com. muni fund. *Maſtrill. de magiſtrat. cap.* 31. *nu.* 79. *lib.* 1. & habetur ex particularibus literis S.M. quas refert *Reg. Sanfel. deciſ.* 365. *nu.* 12. *cum ſeq.* ibique etiam teſtatur, quod in earum exequutione fuit pluries

per

Digitized by Google

per Proreges, eiuſque Collaterale Conſilium Officialibus permiſſum.

76 Et inſuper poterit Prorex ex cauſa diſpenſare, vt Miniſtro Regio detur duplicatum ſalarium, quando bina officia exercet, licèt id ex literis S.M.prohibeatur, vt affirmat *Reg.Sanſ.d.dec.365.n.19.*

77 idemque confirmat *Reg. Rouit. in prag. 15. de Official. & quæ eis prohib. num.18.* dicens poſſe Officialem, qui iuſſu Superioris, vel priuilegio aliquo duo exercet officia, duo exigere ſalaria, quod de Iure defendit. Vndè Conſiliarius

78 Decanus S.C. qui iuſſu Principis munus Præſ. S.C. exercet, poteſt vtrumque ſalarium conſequi, quod non licet, ſi tale officium exerceret de natura Decanatus, qui annexum habet onus exercendi munus Præſ. S. C. ob illius mortem, vel aliud impedimentum, vt notat *Reg.Ro-*

79 *uit.in cit.prag.15.nu.18.* & vidimus obſeruatum non ſolùm in Decanis S.C.ſed R.C. Nàm Præſ. Io: Baptiſta Amendola illius Tribunalis Decanus, dùm per aliquos menſes exercuit officium Locumtenentis R. C. ex particulari commiſſione Excellentiſs. Comitis Pegnarandatùnc noſtri Proregis, habuit vtrumque ſalarium.

Prætereà ad prædicta eſt notandum id quod *Reg.Rouit. in d.pragm.12.nu.1.* ſcripſit in hac materia, vt ſcilicet prohibitio expreſſa in *dicta prag.12.* ne poſſint Proreges diſpenſare, vt valeant Officiales recipere munera à quolibet genere perſonarum, non comprehendit Regen-

80 tes Regiã Cancellariã, & rationem aſſignat, quia in diſpoſitiuis dictæ prohibitionis non fit expreſſa mentio de Regentibus, ſed tantùm de Conſiliarijs:& licèt ſequantur verba,*ni a otro Miniſtro*,intelliguntur de Officialibus ſimilibus, iuxtà naturam dictionis *alijs*,proùt ſunt Præſidentes R. C. Iudices M.C.V. non autem porrigitur dictio illa ad Regentes, qui maiores ſunt dignitate cæteris omnibus: tantò magis quia in alijs pragmaticis vbi voluit legislator comprehendere Regentes,eos expreſſit;ideò ſuccedit regula,vbi voluit, dixit. Sed credo hanc doctrinam *Reg. Rouit.* non vigere, eſt enim in hac materia ſuſpectus: nàm cum ipſe erat munere Reg. R.Cancell. decoratus, potius ex dictis videtur decorem dignitatis, quam veritatem defendere voluiſſe: & de iure non procedit eius ſcriptum,nàm *dicta prag.12.* nil noui addit,ſed tantummodò expreſsè prohibet Proregi, ne poſſit diſpenſare, vt Officiales recipiant munera, quod antea fuit vetitum etiam reſpectu Regentium, & Conſiliariorum. Cum autem prohibitio accipiendi mune-

81 ra omnes comprehendat,& præcipuè Regentes, vt *in prag.2.& 3.de muneribus* legitur; ſequitur ergò,quod in eadem prohibitione diſpenſationis Reg. ſint comprehenſi, eò magis quia cauſa prohibitionis fuerunt diſpenſationes, quæ à Proregibus geſtę fuere reſpectu Regentium. Vndè ſi illud quod Regentibus fuit elargitum à Prorege, Rex in poſterum prohibuit, quare igitur ipſi comprehendi non debeant, ſunt enim Officiales, & iuſtitiam adminiſtrant ſicut alij.

82 Duodecimo,diſpẽſare nec poteſt Prorex,vt Miniſtri Regij valeant mercaturas exercere, etiam ſi eſſent in eorum terris, iuriſdictionibus, vel defenſis, aut nemoribus, quoniam hoc expreſsè Proregi prohibetur ex literis S.M. quas recenſet *Taſſon.in prag.de anteſ.verſ.2.obſer.2.nu.* 104.*verſ.*3. plura ad materiam confert *Reg. Rouit. in prag. 2. de mercat. Official. prohib.* vbi *Laganar.in addit.*

83 Decimotertio, Licentiam ædificandi in loco publico, neq; poteſt Prorex concedere, *l.1.C.de diuerſ.prad.vrban.lib.*11. *l.3.* §.*planc,ff.quod vi, aut clam, l.2.* §.*ſi quis à Principe,ff.ne quid in loc.publ.* vbi

84 diſponitur, quod Præſes Prouinciæ non poteſt facultatem cõcedere in publicum ædificare, idemque affirmat *Afflict. in conſt. Reg. beneficium nu.* 4. Quod etiam procedit in Locumtenẽte,& Vicegerẽte, vt ait *Luc.de Pen. in l.1. C.de diuerſ.prad. vrban. lib.*11. & in Prorege extendit *Capyc.in repet. c.Imperialem car.*32. *à t. ver. ſeptimo notandum, & in inueſt. feud.fol.* 277. *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit. de abund.Ciuit.*§.4.*nu.*5. *Taſſon.in prag.de anteſ.verſ.2.obſer.2.nu.*91.

85 Ratio eſt; quia ſolus Princeps hoc concedere poteſt, & ſolet: vel ille, cui ſpecialiter hæc poteſtas tributa fuit, *l.2. & l.ſeruitores,* §.*publico, ver.an Princeps, ff. de ſeruit.*

86 Imò non poteſt licentiam concedere ædificandi per ſpatium cannarum cen-

Digitized by Google

tum circum circa mœnia Ciuitatis Nea-
87 polis, proùt etiam in Suburbijs Ciuita-
tis, nàm ità Sereniſſimus Philippus II. pe-
culiari ſuo ordine mãdauit; & ratio fuit,
ne Ciuitas Populo augeretur, Regnumq;
comminueretur, & focularia deperderẽ-
tur in damnum functionum fiſcalium,
poſtquam ſtantibus grauaminibus per
Regnum, commiſſis tàm à Baronibus,
quàm à Commiſſarijs, omnes aufugiunt,
& Neapolim veniunt, & in dies coaleſcit,
& idem firmant *Reg. de Ponte loc.cit.n.6.
Taſſon. ibidem nu.21. verſ. nec etiam*, &
confert optimus *tex.in* §.1. *auth. de Quæ-
ſtore conſt.*80.

88 Et ità fuit practicatum tempore Præ-
ſidatus D. Comitis Mirandæ, nàm Dux
Seminariæ facultatem ædificandi contra
tales prohibitiones à Prorege petijt, &
fuit ordinatum, vt S. M. adiret, à qua
fuit deindè huiuſmodi licentia denega-
ta; licet in ſui beneficium præceſſerit cõ-
ſultatio facta à Prorege, eiuſque Colla-
terali Conſilio, vt teſtantur *Reg. de Ponte
loc.cit.n.6.* vbi ſubdit, quod demum Pro-
reges ſucceſſores hoc nõ ſeruauerunt, ſed
male, ſtante notorio poteſtatis defectu.

89 Vlteriùs ſub hac prohibitione ædifi-
candi in Suburbijs Ciuitatis, tãquam pu-
blicum bonum concernente, comprehen-
duntur etiam Clerici, vt aiunt *Molin. de
iuſt. & iure tract.2. diſp.*31. *Menoch. conſ.*
100. *nu.*3. ſed *Reg. de Ponte ibidem nu.*10.
90 affirmat ſub tali prohibitione fabricandi
Eccleſias non includi, nàm ità ſpecialiter
fuit prouiſum per Catholicum Monar-
cam noſtrum.

91 Neque poteſt Prorex licentiam ædifi-
candi concedere in lictore maris, ſi in-
cõmodum publicum eueniret, quemad-
modum ædificari nõ poteſt infrà centum
pedes in conſpectu Vrbis, vt aiunt *Capyc.
in inueſt. feud. fol.*277. *Taſſon. in pragm. de
antef. verſ.*2. *obſer.*2. *ver. nec etiam.*

92 Verùm licentiam ædificandi dare vã-
let, quando ſic conſuetudo loci dictaret,
vt inquit *tex. in l.*3. §. *plane, ff. quod vi, aut
clam*, & notat *Reg. de Ponte loc.cit.nu.*5.

93 Et inſuper poteſt eandem facultatem
concedere, ſi peteretur pro refectione
domus, vt docet *tex. in c.*3. vbi *gl. extr.
de Iudeis, Taſſon. loc.cit.nu.*9. Et ratio eſt,
quia reficere eſt, quod corruptum extat,
in priſtinum ſtatum reſtaurare, *l.*1. *ver.
reſicere, ff. de riuis*, & ſub prohibitione de
94 non conſtruendis ædificijs non cõtinen-
tur refectiones veterum ædificiorum,
*Noüar. in pragm.*2. *de ædif. priuat. prohib.*
95 *verſ. ſed ſi quis*, verùm ampliora fieri
non poſſunt, *gl. in c.*3. *de Iudeis, & in c.
conſuluit eod. tit.*

96 Decimo quarto, vendere non poteſt
Prorex Caſtra, vel Terras Regias, vel
Regi deuolutas abſque ſpeciali mandato
S.M. quod ad tempus ſolet concedere,
vt firmant *Reg. de Ponte conſ.*49. *circa fi-
nem vol.*1. *Taſſon. de antef. verſ.*2. *obſer.*
2. *nu.* 125. Et ità tradunt ſeruatum fuiſſe
97 tempore, quo Regnum moderabat Do-
minus D. Petrus de Toledo, nàm fuit ei
mandatum iniunctum per Inuictiſſimum
Imperatorem Carolum V. ſub die 18. Iu-
lij 1552. ad alienandum terras deuolutas
ob rebellionem Principis Salerni D. Fer-
dinandi Sanſeuerini, vt videre poterit
in venditione facta de Ciuitate Marſici
98 in demanium. Verũ tempore neceſſita-
tis, inquit *Taſſon. ibidem*, aliter credere,
nàm & Roma ob pecuniæ penuriã Co-
99 mitatum Capuæ vendidit, teſte *Tito Li-
uio lib.*8. *decad.*3. *fol.*334. *lit.C.*

100 Nec poteſt Prorex vendere iuriſdi-
ctionem criminalem alicuius Terræ, *An-
na in repet. conſtit. Diuæ memoriæ nu.*72.
101 quinimò ſi vnus Baro haberet primas
cauſas, non debent ſecundæ cauſæ alteri
concedi, vt notant *Reg. de Ponte de poteſt.
Proreg. tit. de aſſenſ. ſuper dot.* §.2. *fol.*272.
*Taſſon. prag. de antef. ver.*2. *obſer.*2. *nu.*98.

102 Neque poteſt Prorex vnire, vel diui-
dere Prouincias Regni abſq; Regis ſcien-
tia, quemadmodùm non poteſt legatus
Diœceſes vnire, aut diuidere ſine Ponti-
103 ficis notitia *Io: Brunel. in tract. de poteſt.
legati concluſ.*13. Principi enim compe-
tit diuiſiones prædictas facere, vt habe-
tur *in auth. de deſcript. quatuor Præſ. Ar-
meniæ collat.*10. *Taſſon. in prag. de antef.
verſ.*2. *obſer.*2. *nu.*113.

104 Verùm Proregi licitum eſt Villas, &
Caſalia à Ciuitate, cui ſubſunt ſeparare,
*Socc. iun. conſ.*126. *nu.*10. *vol.*3. *& conſ.*1.
*nu.*76. *vol.*4. cum alijs relatis *per Maſtril.
de magiſtrat. lib.*3. *cap.*4. *nu.*270. *Cauale.
deciſ.*4. *nu.*50. *par.*2. *Staib. conſ.*17. *nu.*15.
*Camil. de Medic. conſ.*149. *nu.*36. *Cutell.
dec. Sicil. orat.*21. *nu.*11. & etiam iuriſ-
105 dictiones non ſolùm ſingularum perſo-
narum,

Digitized by Google

narum, verùm etiam Ciuitatum diuidere ad notata per *DD. in l. 1. C. de Metrop. Birit. lib. 11. & in l. omnes populi, ff. de iust. & iure*, post multos relatos *per Mastrill.*
106 *d. lib. 3. cap. 2. nu. 21.* nisi ex hac separatione grauiter lęderetur dignitas, & status ipsius Principis, *Mastrill. d. c. 4. n. 270. Surd. cons. 325. n. 22. to. 3.* & eleganter agit *Reg. Merlin. controu. for. to. 1. cap. 99.*
107 Tamen facta huiusmodi separatione iurisdictionis, quòad munera, cæteraque priuilegia, loca prædicta separata, eiusq; Ciues gaudent antiqua ciuilitate, *d. l. 1. C. de Metrop. Birit. lib. 11. Vinc. de Franch.*
108 *decis. 316.* loquens in Casalibus huius Ciuitatis Neapolis, quæ licèt ob venditionem eorum factam particularibus videãtur separata à Ciuitate, tamen fruuntur eisdem priuilegijs, & prærogatiuis, quibus anteà potiebantur, & hoc sequũtur *Camill. de Medic. d. cons. 149. nu. 33. 34. & 35. Caluac. loc. cit. num. 54. Horat. Mont. in repet. cap. Imperialem, §. præterea ducatus nu. 102. de prohib. feud. alien. per Feder. Fabius de Anna cons. 59. vol. 1. Reg. Merlin. controu. for. cap. 99. nu. 14.* quo lo-
109 có etiam agit, quod Ciuis Casalis Panifcoculi huius Ciuitatis pro delicto cõmisso in Casali Iuliani, pertinentiarum Ciuitatis Auersæ, debet ad instantiam illius Rei remitti ad M.C., dùm vigore priuilegiorum huius Ciuitatis sui ciues siuè agant, siuè conueniantur, iudicium suscipere non tenentur, nisi in Tribunalibus Regijs Neap. existentibus, quo priuilegio fruuntur etiam Casalia, licèt ob venditiones sint separata.
110 Iurisdictio autem facta separatione, intelligitur concessa, quia alias esset acephalum, & iurisdictio residet in castro, tanquam nebula super palude, *Socc. cons. 74. par. 1. vers. primo quia, Franc. Marc. decis. 565. nu. 33. Card. Tusc. in concluss. iur. ver. castra, concluss. 118. Camill. de Medic. cons. 149. nu. 12. ad idem Reg. Merl. loc. cit. num. 15.*

Assensum super alienatione feudorum quando Prorex concedere nequeat. Ad ornatum prag. 4. de feud.

RVBRICA XIII.

SVMMARIVM.

1 *Feudalia bona non sunt in commercio nostro, & distrahi non possunt.*
2 *Feudi alienatio absque Regis assensu est nulla, & feudum tùnc Regi aperitur.*
3 *Prorex potest præstare omnes assensus tam, quam Vicarius Regis.*
4 *Prorex potest facere ea, quæ Regi reseruata sunt.*
5 *Assensus alienandi feudum Prorex concedit cum Collaterali Consilio.*
6 *Collaterale Consilium absente Prorege, concedit assensus.*
7 *Assensus recipit vires à subscriptione Principis.*
8 *Assensus expeditur sub nomine Regis, & à Regentibus subscribitur, & quare.*
9 *Assensus concedendi facultas Proregi fuit limitata in nouem casibus.*

Assensum super alienatione feudorum quando Prorex concedere nequeat. Ad ornatum prag. 4. de feud.

RVBRICA XIII.

1 FEudalia bona, quæ à nobis possidentur, in commercio nostro non sunt: ità iura communia, & municipalia præscripsere, vt legitur *in c. 1. verb. commercium de prohib. feud. alienat. per Lothar. & in constit. Regni constitutionem Diuæ memoriæ*; Non possumus itàque feudum distra-

diſtrahere, vel donare, vel obligare, aut alium actum ſuper feudo dirigere procul Domini Regis noſtri conſenſu; vndè ſi feudum diſtraheretur, donaretur, vel
2 obligaretur ſine Regis aſſenſu, actus huiuſmodi nullitatis vitio laboraret,& feudum Regi aperiretur, vt iura ſupradicta decreuerunt, & ſatis lepide, omiſſis alijs, tractat *Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. de refut.feudor.* §.11. *nu.*6.7.& 8.

Hoc tamen nullitatis vitium etiam remouetur, ſi Domini Proregis huius Regni interueniret conſenſus ſuper diſtractione rei feudalis; ſi quidem poteſt Pro-
3 rex tanquam Regis noſtri Vicarius præſtare omnes, & quoſcumque aſſenſus ſuper bonis feudalibus, vt notant *Andr. in c.Imperialem nu.*11. *in fin. verſ.ſed an Vicarius, & nu.* 22. *de prohibit.feud. alien. per Feder.* & ibidem *Camerar.car.*26. *col.* 4. *Reg. de Ponte conſ.*1. *nu.* 2. *vol.* 1. *Reg. Rouit.in pragm.*3.*de feud. nu.*20. *Reg.de Marinis reſol.quot. lib.*1. *c.*21.*nu.*3.*in fin.*

Ad Vicarium enim Principis ſiuè Regis vniuerſaliter, ac ad omnia conſtitu-
4 tum, cuncta tranſeunt ſiuè ſolita ſint, ſiuè inſolita, etiam perſonalia, & quæ eidem perſonæ Principis ſunt reſeruata in ſignum præeminentiæ, & ſuperioritatis, vt notat *Andr. in c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Federic.Camerar.ibidem fol.*77. *col.*1. & tractat *Horat. Montan. in repet.eiuſdem leg.Imperialem n.*112.*& ſeq.*

5 Cenſuit tamen *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.tit.de aſſenſu,*§.5. *nu.*3. quod hæc
6 poteſtas aſſentiendi cõceſſa videtur tàm Proregi, quàm Collaterali Conſilio, ſed hoc procedit abſente Prorege, quo in caſu Collaterale Conſilium Proregis vices ſubſtinet, proùt ipſe *Reg. de Ponte* inferiùs indicat, Præſente verò Prorege id fallit; ſiquidem Regentes Regiam Cancellariam aſſiſtentes perſonæ eiuſdem Principis, etſi ſubſcribant aſſenſus, hoc videtur per eos expleri tanquàm Conſultores; conceſſio autem ſumit vires
7 à ſubſcriptione Principis: ſiquidem aſſenſus cum gratia ſit, & de reſeruatis Principi, vt ait *Andr. in c.*1. *col.*2. *qualit. olim poſſit feud.alien.*nõ includitur in conceſſione iuriſdictionis meri, vel mixti Imperij, quæ Regijs Miniſtris fuit demandata, idemque ſequitur *Montan. in d. l. Imperialem nu.*213. & ità videmus in praxi obſeruari; quod priuilegium aſſenſus
8 ſemper concipitur ſub nomine Regis, ſiuè Proregis,& verba conceſſionis in eius perſonam referuntur, licèt cum Prorege ſubſcribant Regentes, vt *in prag.* 1. *de fide memorial.* & notat *Horat.Montan. in d.repet.l.Imperialem nu.*213.

9 Verùm huiuſmodi ampla, & generalis poteſtas aſſentiendi ſuper qualibet rei feudalis alienatione, in nouem caſibus fuit limitata, & à prædicta generali facultate, Proregi tributa, nouem caſus fuerunt excepti, vigore cuiuſdam particularis ſanctionis, quæ fuit per Sac.Cathol. Maieſtatem edita ſub die 17. Octobris 1531. & eſt *prag.*4.*ſub tit.de feud.*

Vndè ad ornatum materiæ, de qua in præcedenti rubrica tractauimus, hic recenſere placet,quinàm ſint caſus illi,quibus rationibus nitantur, quando procedant, quando ceſſent, an hodie ſeruentur, & an derogauerint diſpoſita iuris communis feudorum.

Primus caſus Reg.prag. eſt; vbi bona feudalia ad Eccleſiam, Monaſteria,vel Vniuerſitates deuenire poſſent.

§. I.

SVMMARIVM.

10 *ASſenſus non conceditur,vbi feudum peruenire ad Eccleſiam,Monaſteria, vel Vniuerſitatem.*

11 *Prorex non præſtat aſſenſum ſuper emptione feudi,facta per Cardinalem.*

12 *Vniuerſitates non admittuntur ad domanium, niſi terras deſcribant in capite particularium.*

13 *Aſſenſus iuſtè denegatur per Regem, ſi feuda ad Eccleſiam peruenirent.*

14 *Aſſenſus Rex præſtare poteſt in beneficiũ Eccleſiæ, quando aliqua quantitas ei ſoluitur, vel releuium ſingulo quindennio, nu.*15. *quod declarari debet in priuile-*

Digitized by Google

uilegio, nu.16. alioquin videtur remissum releuium, nu.17.

18 *Feuda possunt esse Ecclesiæ, dummodò describantur in faciem Laici, & quare, num.19.*

20 *Ecclesiæ, & Monasteria, quæ in Regno retinent feuda, referuntur.*

21 *Assensus super obligatione feudorum in beneficium Ecclesiæ Prorex concedere, potest, & de ratione.*

22 *Actio ad feudum idem est, quod feudum.*

23 *Actio ad feudum peruenire potest ad hæredes extraneos, etiam quod non sint hæredes in feudalibus.*

24 *Ecclesiæ, & Monasteria ex hypotheca super feudo contracta non possunt, prætestu venditionis illud possidere, sed vendere debent personis habilibus, & stylus Cancell. recensetur, nu.25.*

Primus casus Reg. prag. est; vbi bona feudalia ad Ecclesiam, Monasteria, vel Vniuersitates deuenire possent.

§. I.

10 ET ratio, qua fulcitur, hic primus casus est, quia non potest Prorex ea concedere, quæ tendunt ad diminutionem dominij Regis nostri, ità *Bouad. in polit. lib.5. c.5. n.6. Bellug. in specul. Princ. rub. 9.* vndè si Prorex assentiret super alienatione feudi, facta in beneficium Ecclesiæ, vel Vniuersitatis, deueniret feudum ad manus mortuas, vel semper viuas, & Regi nostro derogaretur dominium feudi, & ius deuolutionis, quia Ecclesia, vel Vniuersitas nunquam desinit esse hæres, *Andr. in cap.1. de alienat. feud.* Quare non potest Prorex in casu prædicto assensum suum præstare, vt ex nostris de obseruantia testantur *Reg. de Ponte de potest Proreg. tit.7. de assens. Reg. §.7. nu.2. Reg. Galeota respon. fisc. 29. num.22. Reg. Capyc. Latr. consult. 140. nu.11. & 18. to.2.*

11 loquens, quod Prorex nec etiam valet assensum dare super emptione feudi, facta per Cardinalem, *Reg. Rouit. in prag. 63. de offic. procurat. Cæsar. nu.29.*

12 Imò inquit idem *Rouit. ibidem*, quod non possunt Vniuersitates Regni admitti ad Regium Domanium sine Regis nostri assensu; & amplius subdit, quod instante Regio Fisco per Collaterale Consilium fuit ordinatum, vt omnes Vniuersitates, quæ præcedente Proregis assensu fuerũt admissæ ad Regium Domanium, venderent terras, vel illas transferrent in capite particularium, eligendorum per easdem Vniuersitates, stante quod assensus Proregis eis non iuuabat, sed requirebatur, vt Regis interuenerit assensus; idemque affirmat *Iudex Tasson. in prag. de antef. vers. 2. obseru. 2. nu.115.*

13 Quinimò in hoc casu nec Rex teneretur assensum præstare, & haberet iustam causam illum denegandi ad hoc, ne feudum duret apud Ecclesiam in infinitum, *Bal. in c. Imperialem col.3. vers. quæro ergò de prohib. feud. alienat. per Feder. Afflict. not. 12. nu.46. & in constit. hæc edictali, Camerar. in eodem cap. Imperial. car.23. col.2. lit. H. & O. Andr. in c.1. de alienat. feud.* vbi *Liparul. lit. D. in addit. Bellug. in specul. princ. rub.14. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gl.12. nu.25. fol.298. tom.1.* siquidem venditio feudi in beneficium Ecclesiæ amortizatio nuncupatur; ideò Rex non tenetur assentire, *Reg. Galeota resp. fisc.29. nu.13. Fontanell. loc. cit. n.25. Petr. Pecchius in tract. de amortizat. c.14. in tract. tom.11. par.1 fol.324.*

14 Verùm obligaretur Rex assensum præstare, si Ecclesia, vel Vniuersitas soluerent aliquam conuenientem quãtitatem ad beneficium Regiæ Curiæ, *Egid. in tract. decis. insign. de amortizat. c.1. nu.4. in tract. to.13. par.2. fol.458. Iudex Tasson. in prag. de antef. vers. & obser.2. nu.119.* ibique affirmant, hanc quantitatem ex constitutione Regis Caroli francorum in tertiam partem æstimationis rei feudalis constitutam fuisse.

15 Vel si soluerent adhoam, & releuium singulo quindẽnio, *Afflict. in d.c. Imperialem, vers.16. quæro nu.2. Frecc. de subfeud. lib.2. in 3. author. Baron. nu.15. circa med. fol.318. Petr. Pecchius d. tract. de amortizat. nu.4. Iudex Tasson. loco cit. num.121. Reg. de Marin. in obser. ad decis.404. Reg.*

Reuer-

Digitized by Google

Reuerterij num. 3. ſubdens, quod volens Dominus Rex noſter ſuper huiuſmodi feudi diſtractione aſſentire, tenetur ſpecificè declarare in ipſo priuilegio aſſen-
16 ſus, vt Eccleſia illa, cui feudum tranfertur, ſingulis quindecim annis releuium ſoluat Regię Curiæ. Vndè ſi de hoc onere verbum vllum in aſſenſu ſiuè conceſſione non proferatur, Rex ſic aſſentiens
17 ſaltem videtur releuium remittere; ſciebat enim feudum ad Eccleſiam deuenire, quæ nunquam moritur, ſicque ei obſtat regula, .ſ. in cõtractibus omiſſum haberi pro omiſſo in damnum ſtipulantis, cum in poſſe ipſius erat, verba latiùs concipere, & ſibi prouidere *ad tex. in l. quidquid adſtringendæ, ff. de verbor. obligat. in l. ſi extraneus, ff. de condit. ob cauſ. in l. ſi cum dotem in princ.* vbi *Alex. nu.* 14. *ff. ſol. matrim. Bart. in l. ſi coſtante nu.* 53. *ff. eod. tit.* & alij penès *Surd. decif.* 202. *nu.* 9. *&* 10. & ità in noſtro propoſito aduertit *Reg. de Marin. in obſeru. ad decif.* 204. *Reg. Reuerter. nu.* 3.

18 Præterea ſi Eccleſia, aut Vniuerſitas ponerent feudum in capite Laici, vel cuiuſdam particularis, tùnc poteſt Prorex aſſenſum Regium interponere, *Taſſon. in prag. de anteſ. verſ.* 2. *obſeru.* 2. *à nu.* 117. *Reg. Capyc. Latr. conſult.* 140. *nu.* 11. *&* 18. *tom.* 2. *Reg. Rouit. in prag.* 63. *de offic. Procurat. Cæſar. nu.* 28.

19 Et ratio eſt, quia tùnc feudum remanet obnoxium Regi, eique deuolueretur, ſi Eccleſia non adimpleret, *Andr. de Barulo in l. vlt. nu.* 2. *C. de exactor. tribut. lib.* 11. & hoc in caſu teneretur Rex aſſentire, *Luc. de Penna in l. ſi qui, C. de diuer. præd. lib.* 11. *Petr. Pecchius in trac. de amortizat. c.* 14. *in trac. to.* 11. *par.* 1. *fol.* 324. *Paris de reintegrat. feud. tit. aſſenſum an cogatur Rex præſtare nu.* 1 *fol.* 144. *col.* 4. *in fin. & ſequenti, Bouad. in polit. to.* 1. *lib.* 2. *c.* 17. *nu.* 14. *fol.* 675. *Egid. tract. deciſ. inſign. de amortizat. c.* 1. *nu.* 4. *in tract. to.* 13. *par.* 2. *fol.* 454. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 12. *nu.* 25. *fol.* 298. tali enim pacto poteſt feudum ab Eccleſia detineri, ſicut à quocumque alio §. *fin. de his qui feud. dar. poſſ. c.* 1. *de natura feudi, Andr. in conſtit. Iuſtitiarij nomen, & normam col. fin. verſ. ſed quid in Eccleſia, & Liparul. in addit. ad Andr. in* §. *inde poteſt de alienat. feud. titul. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 7. *de aſſenſ. Regio,* §. 8. *num.* 3.

20 Accedant inſuper ad confirmandã prædicta nonnullæ deciſiones, in diuerſis temporibus interpoſitæ, ac præcipuè ſuper venditione feudorum Montis Pauonis, & Sanguinarij, facta à Duce Nuceriæ in beneficium Venerabilis Monaſterij Sancti Martini Ordinis Ciſtercienſis, fuit per Sacram Catholicam Maieſtatem præſtitus aſſenſus, ſolutis per Monaſterium in beneficium Regij fiſci ducatis octomille, & releuijs ſingulis quindecim annis, præcedente conſultatione facta in hac cauſa per Dominum Ducem Oſſunæ tùnc Regni moderatorem, cum voto Collateralis Conſilij, adiuncto Tribunali R. C. ſic teſtatur *Iudex Taſſon. verſ.* 2. *obſeru.* 2. *nu.* 224. *de anno* 1619.

Et idem aſſenſus fuit per Suam Maieſtatem conceſſus ſuper emptione Caſalis Apranij pertinentiarum Ciuitatis Auerſæ, facta per Venerabile Monaſterium Montis Oliueti cum onere ſoluendi releuium ſingulo quindennio, vt affirmat *Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ.* 404. *Reg. Reuert. nu.* 4. ac nuper Rex noſter conceſſit feudum Suriani Monaſterio Sancti Dominici eiuſdem Terræ cum ſolutione certæ quantitatis.

21 Poteſt autem Prorex Regni noſtri aſſenſum concedere ſuper obligatione feudorum, contracta in beneficium Eccleſię, Monaſterij, vel Vniuerſitatis, *Schader. de feud.* 7. *par. c.* 2. *nu.* 26. *& c.* 3. *nu.* 10. *Reg. Lanar. conſ.* 84. *Capyc. deciſ.* 10. *nu.* 10. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 7. *de aſſenſ. Reg.* §. 8. *nu.* 3. Et ratio eſt, quia non agitur de feudo, ſed de hypotheca, quæ eſt obligatio acceſſoria ad principalem, & pro ea nulla recognitio debetur, nulla fidelitas præſtatur, & nulla recipitur inueſtitura, ità *Schader. loc. cit. & par.* 7. *c.* 3. *num.* 10. Quamobrem aliqui dixerunt, quod diſponere poſſumus de iure hypothecæ ſuper feudo abſque Domini aſſenſu, ità *Hartam. Piſtor. in ſuis quæſt. iur. lib.* 1. *q.* 33. *Cacheran. deciſ. Pedemon.* 27. & poteſt in illa quilibet ſuccedere, tanquã res allodialis, ſiuè ſit capax feudi, ſiuè incapax, vt notat *Schader. ibidem*, quam opinionem, *Reg. de Ponte* non ſequitur, dicens, quod licèt non ſit feudum formatum, eſt tamen ius feudale, de quo nulla poteſt fieri diſpoſitio abſque aſſenſu,

Digitized by Google

22 su, & idem iudicatur de feudo, quod de actione ad illud, & propterea regulabitur successio, & dispositio secundum legem feudi. Verùm in hoc videtur *Reg. de Ponte* sibimet contradicere, nàm si verum est, quod ipse fatetur, vt Monasterium non possit succedere in feudo, nec illud acquirere, si ergò actio ad feudum regularetur quòad successionem iuxtà terminos feudi; Monasterium nec etiam poterit illam acquirere, quod negat *Reg. de Ponte*, dicens, quod potest actionem hypothecariam super feudo acquirere; igitur videtur sibi contrarius.

23 Attamen non potest Monasterium virtute huiusmodi obligationis super feudo contractæ feudum habere, & possidere,

24 sed solummodò valet iura sua experiri, vt feudum personæ habili vendatur, vt indè possit ius suum consequi, vt notat *Capyc. decis.* 10. *nu.* 10. idemque sequitur in proprio casu *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. §. 8. *n.* 4. Quamobrem inductus mos est in Regia Cancellaria, in casibus præstandi huiusmodi assensus clau-

25 sulam adijcere, vt scilitet adueniente casu exercendi iura super feudo, minimè feudum possideat Ecclesia, sed vendatur personis habilibus, vt testatur *Reg. de Ponte loc. cit. nu.* 9. Sed quando non ageretur de feudi dominio penès Monasterium perpetuò retinendo, & seruitium indè præstandum, esset naturæ talis, vt possit æque præstari per Monasterium, sicut per Vassallum, tùnc Monasterium potest illud possidere durante vita feudatarij, vt notat *Capyc. decis.* 10. *nu.* 10. & sequitur idem *Reg. de Ponte d. tit.* 7. §. 8. *num.* 4.

Secundus casus est, vbi is qui de bonis suis feudalibus disponit, aut tractat, certo, ac legitimo successore careat, qui iuxtà constitutionem Regni in feudo succedere deberet.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *FEudum non potest alienari ab eo, qui legitimo successore caret, nec Prorex assentire, & de ratione, nu.* 2.

3 *Assensum præstare Rex non tenetur super alienatione feudi, gesta à carente successore, quid si alienatio fieret in morte, n.* 4. *quid in vita, n.* 5.

6 *Assensus an præstari possit à Prorege super obligationibus feudorum factis à carente successore, & stilus Cancellariæ refertur, n.* 7.

8 *Assensus præstatur super obligatione feudi pro pretio debito à feudatario carente successore.*

9 *Assensus præstatur super cessione actionis hypothecariæ super feudo, facta à carente successore, & de ratione, nu.* 10.

11 *Assensus an requiratur super cessione hypothecæ, acquisitæ super feudo cum consensu Domini.*

12 *Assensus requiritur super cessione, etiam data facultate alienandi, & cedendi feudum, licet alij contra.*

13 *Assensus conceditur super alienatione facta à carente successore, quando legitimè sperare possit successorem, & de ratione, nu.* 14. *quid si esset naturaliter castratus, vel senex, vel largo tempore filios non genuerit, n.* 15.

16 *Statuti verba non extenduntur, nec restringuntur.*

17 *Assensus vt concedi valeat, requiritur,*

vt ſucceſſores habeat tempore conceſſionis aſſenſus, non mortis, nu. 22. & de ratione, n.18.

19 *Diſpoſitio vt valeat, attenditur, vt requiſita interſint tempore actus, non autem quod indè euenire poteſt.*

20 *Refutatio vt valeat in proximè ſucceſſurum, ſufficit, vt tempore actus ſit proximè ſucceßurus.*

21 *Aſſenſu dato cum clauſula quòad bona feudalia, in quibus habet ſucceſſores, attenditur tempus præſens.*

23 *Aſſenſum non valet Prorex concedere ſuper diſtractione feudi, condita ab eo, qui ſucceſſorem habet, morbo laborantem, & alium non habet ſucceſſorem, & de ratione, nu.24.*

25 *Aſſenſus non conceditur ei, qui habet ſucceſſorẽ, qui eſt de alio ſucceſſore deſperatus, cõtrarium n.30. & ità pluries obſeruatũ, n.31. & reſoluũtur argumẽta, n.34.*

26 *Aſſenſum non poteſt dare Prorex, vbi Rex habet ſpem debolutionis feudi per lineam de proximo extinguendam, & ità deciſum per Collaterale Cõſilium, n.27.*

28 *Aſſenſus eſt gratia, & iuſta ſuadente cauſa poteſt denegari: Et quæ ſit iuſta cauſa, nu.29.*

32 *Succeſſoris verbum intelligitur de primo, & immediato ſucceſſore, non de ſucceſſore ſucceſſoris, & nu.33.*

34 *Deuolutionis ſpes remota non habetur in conſideratione.*

35 *Aſſenſus iuſtè denegatur, quando ſucceſſor, ſucceſſore caret, ſed ſi fuerit conceſſus à Prorege, valet conceſſio.*

36 *Aſſenſum an præſtare valeat Prorex ei, qui ſucceſſorem habet Clericum in minoribus ordinibus, nu.37.*

38 *Clerici in minoribus ſuccedunt in feudo, ſi habitum dimiſerint re integra ante motam controuerſiam.*

39 *Clericis ſolet concedi tempus ſex menſium ad deliberandum, ſi velint in feudo ſuccedere, & Clericatum renunciare.*

40 *Clericus eſt in potentia legitimus ſucceſſor in feudalibus, quando vult.*

41 *Aſſenſus non denegatur ei, qui habet ſucceſſorem Clericum, & poteſt à Prorege præſtari.*

42 *Feudatarius, Clericatum aſſumens, priuatur feudo; ſecus eſt, ſi ante deuolutionem feudi erat Clericus, & re integra habitum dimiſerit, nu 43.*

44 *Clericus, qui re integra habitum dimiſerit, non dicitur habitum aſſumpſiſſe.*

45 *Religioſus trium votorum Societatis Ieſu, qui poſt mortem Patris à Religione migrauit, fuit admiſſus ad ſucceſſionem feudi, excluſo fratre ſecundogenito.*

46 *Aſſenſus ſubſtinetur, ſi fuèrit conceſſus ei, qui ſucceſſorem habet Clericum in feudo ſuccedere nolentem, nec ipſe renũciauit Clericatum, imò prædeceſſit, & ità deciſum per Collat. Conſ. nu.47.*

48 *Aſſenſu conceſo alienanti feudum, qui habebat filiam monialem, ſed non profeſſam, quæ poterat ſuo arbitrio à Monaſterio exire, valet alienatio, etiam ſi dicta filia poſt alienationem profeſſionem emiſerit.*

49 *Clericus beneficiatus an dicatur legitimus ſucceſſor in feudo.*

50 *Clericus beneficiatus ſine conſenſu Prælati beneficium renunciare nequit.*

51 *Clericus beneficiatus non habet liberam poteſtatem dimittendi clericatum.*

52 *Beneficij renunciatio abſq; conſenſu Prælati non valet, nec beneficium dicitur vacare.*

53 *Aſſenſus poteſt præſtari à Prorege ſuper alienatione celebrata ab habente ſucceſſorem Clericum beneficiatum.*

54 *Clericus beneficiatus poteſt ad libitum habitum dimittere, & in feudo ſuccedere, non expectato conſenſu Superioris.*

55 *Clericus beneficiatus tacitè videtur renunciare clericatum, & beneficium, ſi matrimonium contraheret, aut miles fieret, & de ratione, nu 56.*

57 *Clericus beneficiatus excluditur à ſucceſſione feudi, quando tempore quo feudum deuoluitur, beneficium obtineret.*

58 *Aſſenſus, vt validus exiſtimetur, attenditur, vt ſucceſſor ſit habilis tempore expeditionis, licèt in eadem habilitate non permanſerit, nu.59. & 101.*

60 *Aſſenſus ſuper alienatione feudi, celebrãda non valet, ſi contractus ſequutus non fuerit infra tres menſes, & quid ſi feudum mutaret ſtatum, quod non procedit in aſſenſu Sua Maieſtatis, nec in alienatione facienda pro confirmatione contractus præcedentis, nu.61.*

62 *Aſſenſus præſtitus ſuper contractu faciẽdo, mutato feudi ſtatu, quo erat tempore aſſenſus, non valet.*

Aſſen-

Digitized by Google

63 *Assensu præstito super alienatione feudi ob aliquam causam, an illa cessante substineatur, & quid actu consummato.*

64 *Assensus cõcessus super feudo, empto à Titio, quem Dominus putabat esse viuum, qui reperitur mortuus, vel super concessione facta de feudo Tityj, quem putabat mortuum, & erit viuus, non valet.*

65 *Assensus verba sunt interpretanda, proùt cantant, nec est licita extensio.*

66 *Assensus est strictè intelligendus, nec extenditur de persona ad personam, nec comprehendit heredem nominati, licèt sit eadem persona cum defuncto.*

67 *Assensum petens videtur cogitare de herede, sed non Dominus concedens.*

68 *Assensus expeditus super venditione facta à Titio, non operatur super venditione facienda eidem Titio.*

69 *Assensu præstito super venditione facienda à Titio, qui habebat successorem, si ante venditionem Titius decesserit, hæres potest ex dicto assensu vendere feudum, etiam si careat successore, & de ratione, nu. 70.*

71 *Assensu impetrato à feudatario ante contractum, hæres eius, celebrando contractum, vtile dominium acquirit.*

72 *Assensus impetratus post mortem contrahentis non substinetur, nisi nouus contractus cum hærede interueniat.*

73 *Feudatarius si licentiam habuit alienandi feudum Regio interueniente assensu, vtrum Rex super alienatione secuta teneatur assentire, & num quid possit impetrari à Prorege, si careat successore, num. 78.*

74 *Concessionis verba (cum potestate alienandi Regio assensu interueniente) important requiri assensũ pro notitia personæ.*

75 *Assensus concessus tranferendi feudum ad quoscumque successores, operatur etiam, si successores singulares sint.*

76 *Assensum Prorex præstare nequit super alienatione facta à carente successore, etiam si feudatarius habuit facultatem alienandi in concessione feudi.*

77 *Assensus continens clausulam (feudi natura non mutata) quid operetur.*

79 *Assensus licèt sit gratia, est tamẽ impartiẽdus, quãdo nulla causa denegandi adest.*

80 *Assensum Rex non tenetur præstare, si iusta adest causa denegandi.*

81 *Assensum iusta causa denegãdi est, si adest præiudicium tertij, vel Vocatorum in inuestitura, vel penderet lis.*

82 *Assensu impartito, consideratur in eo interesse voluntatis.*

83 *Assensus non præsumitur cõcessus in actu expleto à carente successore, & quare.*

84 *Licentia data in concessione feudi alienandi illud cum Regio assensu, nihil ponit in esse, & quid importet*

85 *Feudum alienandi licentia data interueniente Regio assensu, non facit, vt Rex teneatur assentire.*

86 *Feudo dato illi, qui successorem non habebat cum facultate alienandi cum assensu, secuta alienatione, Rex tenetur assentire.*

87 *Assensus datus per Regem super alienatione feudi, facta à carente successore, non dicitur subrectitius, etiam si in precibus non fuerit expressa talis carentia, sed contrarium substinetur, nu. 88.*

89 *Rex per assensum nihil intendit de nouo concedere, nec sibi in aliquo præiudicare.*

90 *Assensum concedens videtur tantummodò tollere obstaculum.*

91 *Dominus simpliciter assentiendo non videtur remittere ius directi dominij, nec sibi præiudicat, nec aliquid videtur dare de suo.*

92 *Assensus datus super actu facto à carente successore, dicitur dispensatio, & iuris correctionem importat.*

93 *Dominus assentiendo non dicitur insolita concedere, nec à lege inuestituræ recedere.*

94 *Feudo vendito ad instantiam creditorum debitoris successore carentis, illis satisfactis, quod supereſt, implicari debet in emptionem loco deuolutionis feudi.*

95 *Assensus concessus super alienatione feudi hæreditarij facta à carente filijs, non præiudicat legitimis successoribus, etiã si essent fœmina, & feudatarius lineam masculinam prospexerit, n. 96.*

97 *Feuda hæreditaria de nouo acquisita possunt ab acquirẽte donari, si filios non habet, in præiudicium legitimi successoris.*

98 *Feudum ex pacto, & prouidentia potest alienari inuito filio successore; quando est acquisitum ab ipso alienante.*

99 *Feuda hæreditaria possunt alienari cum assensu, etiam contradicentibus successoribus, siuè filij sint, siuè Collaterales.*

Digitized by Google

100 *Feudi ſucceſſio ex noua gratia protrahitur vſq; ad quartum gradum lineæ Collateralis incluſiuè,& ceſſat* Pragmatica *prohibitionis aſſenſus in carente ſucceſſore ſecundùm* Conſt.Reg.

101 *Feudi diſpoſitio prohibita carenti ſucceſſore dicitur condictionalis,& quem ſtatum conſideret prohibitio, quo quis caret ſucceſſore, quid ſi ex noua gratia detur ſucceſſor.*

102 *Statuti mens, & ratio attenditur,non verba.*

103 *Aſſenſus præſtitus cum clauſula (vt ſucceſſio feudi non extendatur, niſi ad gradus comprehenſos in Conſtitutione, & Capitulis Regni) non extẽditur ad gratias, deindè ſuper venientes, quibus ampliatur ſucceſſio.*

104 *Feudi conceſſio cum ſpeciali clauſula (vt extendatur vſque ad tertium gradum) non extenditur ad quartum gradum ex generali gratia comprehenſum.*

105 *Aſſenſus comprehendit futura, licèt non exprimantur,in certis tamen caſibus.*

106 *Aſſenſu præſtito à Rege in teſtamento, quo à feudalium ſucceſſione excluduntur fœminæ,vocatis maſculis,iuxtà gradum à conſtit. præſcriptũ, ſi maſculi in quarto gradu exiſterent, fœminæ in tertio gradu, ipſæ ſuccederent.*

Secundus caſus eſt, vbi is qui de bonis ſuis feudalibus diſponit, aut 1 tractat, certo, ac legitimo ſucceſſore careat, qui iuxtà conſtitutionem Regni in feudo ſuccedere deberet.

§. II.

HÆc diſpoſitio expreſſa in dicto ſecundo caſu à iure cõmuni quoq; ſancita,vt *in l.1.§.permittitur,ff.de aqua quot. & æſtiu.* optima nititur ratione; 2 nàm Proregi tantùm permittitur aſſentire ſuper feudorum alienatione, non tamen poteſt alienare rem, vel ius Domini directi, illiuſque rem ab illo abdicare, & in alium transferre, aut præiudicium eidẽ inferre, *Andr.in c.1.de eo qui ſibi,vel hared.ſuis, & in c.Imperialem nu.12. Camerar. in c.Imperialem car.79.col.4. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.tit.7. de aſſenſu Regio,* §.*3.nu.14. & tit.8.de refut.feudor.* §.*11.nu.26. Conſil.Carleual.de iudic.to.2. lib.1.tit.3. diſp.23.nu.49.* Si ergò Prorex aſſentiret in huiuſmodi feudorum alienationibus, à carentibus ſucceſſore celebratis, remitteret ius deuolutionis, illudque à Rege noſtro abdicaretur; proindè non poteſt in his feudorum alienationibus aſſenſum præſtare, proùt ſic in praxi obſeruari teſtantur ex noſtris, *Capyc.in c.Imperialem col.101.in fin.verſ. limita, Afflict.in d.cap.Imperialem not.16. quæſt.17.in fin.Camer.in eodem c.Imperialem fol.86.col.2. verſ. quinta concluſio, Loffred.de prohib.feud.alienat.per Lothar. col.1. in medio, verſ.ſuper dubio autem tacto, Frecc.de ſubfeud.lib.2.authorit.29. nu.7. in fin.* idem affirmat *Andr.in c.1.* §.*neceſſitate qual. olim poter.feud.alien.& in c.1.de eo qui ſibi, vel hared.ſuis, Reg. Lanar.conſ.6. Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.7.de aſſenſu Regio,* §.*3.num.14. & tit.8. de refutat.feud.* §.*11. num.26. Reg. Rouit.in prag.4.de feud.nu.33.Reg.Reuert. deciſ.284 & deciſ.352.nu.1.& 2.ex collect. per Reg.de Marin.*

3 Imò in hoc caſu, quo feudatarius ſucceſſore caret, nec tenetur Rex aſſenſum præſtare,ſed poteſt illum denegare,& iuſtã dicitur habere cauſam denegandi,idcircò nõ videtur petenti aſſenſum iniuriã inferre, *Camer.in c.Imperialem car.29.& 20.Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7.* §.*3.nu.13.*

Sed in contrarium ſic arguitur,etenim litera eiuſdem prohibitionis in dicto ſecundo caſu, cum videatur ratiocinari de 4 diſpoſitione rei feudalis facta à carente ſucceſſore, cenſetur tantummodò includere ſub prohibitione diſpoſitionem illam, quæ in morte fit, quia verbum *diſponere* morientium proprium eſt, *auth. vt licet matri,& auiæ.* §.*1. l.1.C. de imponen. lucrat. deſcript. lib.10. Napod. in conſ.*

Digitized by Google

cons. etsi testator, verb. disponere, vndè non comprehendit actum alienationis, quæ à viuente feudatario carente successore celebratur, & proindè potest super illo Prorex assensum concedere.

5 At respondetur primò, quia non verba legis, sed ratio illius, quæ anima legis dicitur, prospicienda est; cumque ratio huiusmodi prohibitionis, quam supra annuimus, ne dùm actum dispositionis, sed cuiuslibet alienationis recludit: ideò in omnibus militat prohibitio. Secundò, quia verbum *disponere*, trahitur ad omnem alienationem, *c. cum satis in princ. extr. de reb. Eccles. non alienan.* siquidem quoties agitur de bonis nostris à nobis separandis, & transferendis in alium, possumus dici disponere de eis, quasi separatim à nobis ponere, & notat idem *Napod. in d. cons. etsi testator verb. disponere*, vbi etiam inquit, quòd qui condit legem, dicitur disponere, *l. extraneus*, §. *fin. ff. de iure dot. auth. de nup.* §. *nobis ergo coll. 7.* vnde verbum *disponere* est generale, & multa comprehendit, & ideò non obstat obiectum.

Hinc est obseruandum, quod non solùm Proregi interdicitur assentire super feudi alienatione, facta à carente successore, sed neque valet assensum concedere super obligationibus feudorum ab
6 eodem carente successore celebratis, tùm quia verba prohibitionis obligationem quoq; bonorum feudalium comprehendunt, nàm ibi dicitur, qui de bonis suis feudalibus disponit, vel tractat; tùm etiã quia vrget eadem ratio deuetus: nàm si Prorex assentiret super obligationibus feudalium, priuaretur Rex Dominio feudi proximè aperiendi, illudq; Regi fraudaretur; siquidem ob æs alienum cum assensu super feudo contractum, cogeretur fiscus feudum vendere, vel illud creditoribus assignare, vt satisfierent.

7 Quamobrem inoleuit stilus in Regia Cancellaria in assensibus expediendis, tàm super feudorũ alienationibus, quàm obligationibus apponere clausulam, scilicet (quòad ea bona feudalia, in quibus habet feudatarius successores) vt testatur *Reg. de Ponte dec. Collat. cons. 4. nu. 1.*

8 Verùm si ageretur de obligatione feudi pro ipsius pretij solutione, tùnc poterit Prorex super huiusmodi obligatione assensum interponere, licet actus celebraretur à carente successore, vt tradit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. de assensu Regio*, §. 4. *nu.* 12. & rationem ponit, quia prohibitio habet locum in feudis acquisitis, nõ autem in acquirendis, vndè pragmatica prohibens assensus præstationem ei, qui non habet successorem, intelligitur in eo, qui tempore alienationis est Dominus feudi, non autem in eo, qui in acquisitione feudi illud obligat pro pretij solutione.

Quemadmodùm Proregi nec prohibetur assentire super translatione, seù cessione actionis hypothecariæ tantùm
9 super feudo, facta ab habente solũ actionem hypothecariam ad feudum, licèt hic successore careat, vt fundat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Regio*, §. 8. *nu. 5. Reg. Lanar. cons. 8. Reg. Rouit. in pragm. 4. de feud. nu. 2. & 17.*

10 Et ratio est, quia non dicitur feudum formatum, & cessat interesse deuolutionis, seruitij, & fidelitatis, ac releuiorum, & cessante ratione, cessat prohibitio, vt ait *Reg. Rouit. in d. prag. 4. nu. 17.*

Imò *Schrad. de feud. part 7. c. 2. nu. 26.*
11 tenet, quod in alienatione pignoris acquisiti super feudo cum consensu Domini, consensus nouus non exposcitur, quia reputatur res burgensatica: sed hoc nostrates reprobarunt, & erasse existimauere *Schrad.* quia scilicèt nouus Domini cõsensus requiritur in alienatione actionis ad feudum, vt docent *Præs. de Franch. decis. 75. Anna allegat. 127. Cons. de Georg. in repet. feud. c. 33. nu. 26. Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. nu. 12. & 17.*

12 Quod adeò est verum, vt requiratur assensus super cessione, etiam si data fuerit cedenti ampla facultas alienandi, scilicet cedendi, vel alio modo transferendi, vt probat optimis innixus medijs *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refutat. feud.* §. 11. *nu. 15. vers. contrariam*, contra *Capyc.* aliter sentientem *in decis. 51. & inuest. verb. necessitas, vers. quæro secundo.*

13 Vlterius poterit Prorex assentire super alienatione feudi, quæ fieret à carente successore, qui rationabiliter quoque modo, legitimum posset sperare successorem, vt inquit *Andr. in c. Imperialem*, §. *præterea Ducatus circa princ. vers. secus si tempore diuisionis de prohib. feud. alienat.*

per

Digitized by Google

per Federic. Afflict. ibidem in 3. notab. nu. 13. Reg. de Ponte tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. de aſſenſu Regio, §. 3. num. 29. Reg. Rouit. in prag. 4. nu. 18. verſ. nam quando rationabiliter Reg. de Marin. reſol. quot. c. 21. nu. 2. Conſ. Staiban. reſolut. foren. 33. nu. 24. tom. 1.

Et ratio eſt, quia paria ſunt habere filios, vel eſſe aptum ad illos procreandũ;
14 ſufficit enim, quod alienans, ſit validus, & aptus ad procreandum, nec attenditur, quod deindè non procreauerit, experientia enim docet, vt vidimus cum multis, qui cũ vna vxore filios nõ genuere, & demum cum alia habuerunt, & ſic è contra vidimus cũ mulieribus: nàm idẽ eſt, vt inquit *Andr. in d. §. præterea Ducatus*, habere filios, quàm rationabilem ſpem illos habendi, & *Conſil. Staibanus d. reſol. 33. nu. 24.* ad hoc propoſitum ſubdit, ſemper quod adeſſe poteſt aliqua ſpes generandi, non poteſt aſſenſum negari, quoniam tunc poteſt denegari, quãdo deuolutio ad Dominum eſſet certa, vtpotè quando naturaliter eſſet caſtratus, vel adeò ſenex, quod communiter deſperatus de prole cenſeretur, vel dubitatur non eſſe generaturum, vt quia longo tempore vxoratus filios non genuerit, vt ait *Camerar. in d. c. Imperialem, §. præterea Ducatus car.* 106. Sed hoc vltimum improbatur authoritate *Regentis de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. nu.* 3. Fretus doctrina *Andr. in d. §. præterea Ducatus*, ſufficere inquit, vt ſit habilis ad procreãdum; cum illi, qui cum vna vxore filios non habuerunt, cum alia procreauerunt.

16 Sed ego in hoc certamine aliter ſentirem, ſiquidem verba ſtatuti non ſunt extendenda, nec reſtringenda contrà formalem eorum ſenſum, vel intentionem ſtatuentis, ſed ſunt eodem modo, & forma, quà concipiuntur, accipienda, & intelligenda; in noſtra ſanctione in ſecundo caſu diſponitur, quod vbi is, qui de bonis feudalibus diſponit, aut tractat, certo, ac legitimo ſucceſſore careat: ex quibus verbis deſumitur, quod tempore quo diſponitur, aut tractatur diſponi de re feudali, requiritur, vt verè, & actualiter ſucceſſor viuat, ad hoc, vt valeat Prorex aſſentire: ſed ſi feudatarius hoc tempore præexiſtente, non habeat ſucceſſorem, certè Prorex non poteſt aſſentire. Vndè ex eiſdem verbis non videtur fuiſſe permiſſum Proregi, vt poſſit aſſenſum dare, quando feudatarius eſt habilis, & aptus ſuſcipiendi filios, imò hoc excluditur per requiſitam præexiſtentiam ſucceſſoris tempore, quo actus celebratur.

Quod itidem confirmatur, nàm cau-
15 tum eſt, vt ſubſtineatur aſſenſus à Prorege datus, requiri, vt habeat feudatarius in bonis feudalibus ſucceſſores tempore aſſenſus præſtiti, licèt tempore mortis feudatarij non ſuperſint, *Camer. in c. Imperialem car. 30. à ter. lit. P. Andr. in d. c. Imperialem, §. præterea Ducatus, Afflict. ibidem in 3. notab. Marcell. de Mauro alleg. 17. num. 2. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 4. nu 7. & dec. 4. Collat. Conſ. nu. 22. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 42. nu. 14. & in conſult. 75. nu. 182. & 183.* ſubdens, quod tali caſu nec poteſt fiſcus feudum ab emptore vendicare, ſequitur *Reg. de Marin. in obſer. ad deciſ. 407. Reg. Reuerter. to. 2.* idem obſeruat *Conſ. Staib. reſol. for. 33. nu. 33. & 34.* ac deciſum per S.C. teſtatur.

Ratio eſt, nàm vbi lex requirit aliquid fieri, vel adeſſe certo, & determinato
18 tempore, punctualiter illud tempus exequendum eſt, & alia tempora non curantur, *l. eum qui, §. publiciana, ff. de public. in rem actio, Ang. in l. ſciendum, §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. Dec. conſ. 25. Marcell. de Mauro d. alleg. 17. nu. 2.* præcipuè in aſſenſibus, & quòad poteſtatem diſponendi, ac actus validitatem ſemper attenditur ſtatus præſens, nec quod deindè
19 euenire poteſt, conſideratur *ad tex. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram*, vbi *Bar. & Iaſ. in 2. notab. ff. de verbor. obligat. in l. 1. ff. de in litem iurando, Reg. Reuert. dec. 99. nu. 2. in fine ex collec. per Reg. de Marin.* idem notant *Camer. in c. Imperialem fol. 30. lit. P.* ſequitur idem *Reg. de Marin. reſol. quot. c. 150. to. 1.*

Quemadmodum conſtitutum eſt, in refutatione feudorum, quæ vt valeat
20 tanquam facta proximè ſucceſſuro, ſufficit, vt is cui fit refutatio, immediatus ſucceſſor ſit tempore ipſius refutationis, non autem mortis refutantis, ità *Camer. loc. cit.* ſequitur *Reg. de Marin, ibidem*, licèt in hoc contrarium ſenſerit *Io: Vincentius de anna in repet. c. 1. de vaſſall. decrep. ætat. num.* 187. tamen eius ſententia re-

pro-

Digitized by Google

probat *Reg. de Ponte decis. 4. num. 22.*

Accedat etiam prædictis, quod assensus à Prorege datus, continet clausu-
21 lam, ex stilo Regiæ Cancellariæ, vt diximus, scilicèt (quòad bona feudalia, in quibus habet successores) quę verba tempus præsentem respiciunt, non verò futurum, ideò si tempore actus gesti successores non habeat, assensus redditur nullus, tùm ex defectu potestatis, tùm etiam ex defectu voluntatis.

Ex quibus desumitur ad casum nostrum, quod superexistentia successoris
22 requiritur tempore, quo assensus datur, non autem sufficit habere spem suscipiendi successorem, nàm si hoc esset, sequeretur, quod assensus firmitatem reciperet post mortem feudatarij, quod est contra iura, & contrà disposita in secundo casu *Regiæ sanctionis 4. de feud.*

23 Nunquid autem Prorex possit assensum concedere, vbi feudatarius alienare volens feudum, habeat successorem, qui in ea ætate esset, vel mala constitutus valetudine, vt non modò alium post se non habeat successorem, verùm vt nec etiam probabilem spem teneat, illum habere posse.

Et in hoc articulo negatiuè respondit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 7. de assensu Regio*, dicens, vt quemadmodùm non potest Prorex assentire, successore carenti, idem etiam in eo, qui in successorem habet senem, aut de filijs desperatum; siquidem militat eadē spes proximę deuolutionis, quam habet Rex per lineā de proximo extinguendam, *Camer. in c. Imperialem car. 79. col. 4. in fine, Andr. in d. c. Imperialem nu. 13. vers. quia ergo prohibuit de prohib. feud. alienat. per Feder.*
24 & paria sunt non habere successorem, vel illum habere inhabilem quòad effectum tollendi deuolutionem; verba enim legis debent intelligi quòad effectum, *l. 1. §. hæc autem, ff. quod quisque iuris*, ibi, *hæc autem verba, quod statuerit, qui iurisdictioni præest cum effectu accipimus, non verbotenus*, ad idem est *tex. in l. non putauit, §. non quauis, ff. de bonor. possess. contra tabul. Bal. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* Cumque ratio inducendi prohibitionem Proregi, ne possit assensum præstare super alienatione feudi, inita à carente successore, fuit ad hoc, vt Rex non priuetur iure deuolutionis feudi; quod per mortem feudatarij sine successore veniret aperiendum: & hæc ratio militat quoque, si successor feudatarij
25 sit de alio successore prorsus desperatus; nàm adhùc perderet Rex ius proximæ deuolutionis, vndè cum effectus rationis ob quam fuit emanatum statutum, concurrat etiam in hoc themate, proindè concurrere, & procedere debet dispositio prohibitiua.

Et amplius quia quādo eadem militat ratio, licèt simus in correctorijs, ex identitate rationis fit extensio per viam comprehensionis, *l. commodissime, ff. de liber. & posthum. l. si vero, §. de viro sol. matrim. Andr. in c. sed & res, per quos fiat inuest. nu. 11. Camerar. in repet. cap. Imperialem, car. 51. & 52.* vbi insuper inquit, quod successor feudatarij alienantis, ad hoc, vt Prorex valeat assentire super alienatione feudi, opus est, vt filios habeat.

26 Prædicta etiam comprobant notata per *cit. Camerar. in c. Imperialem car. 79. col. 4. in fine*, vbi declarat doctrinam *Andr.* dicentis *in cap. Imperialem num. 13. vers. quia ergo prohibuit de prohib. feud. alienat. per Federic.* quod Vicarius Regis habet prohibitionem, ne alienet rem, vel ius Domini, & *Camerar.* inquit, quod per illam vocem *rem* intelligitur de dominio, & per illam vocem *ius* intelligitur de iure forte aperiendo: & sic de illa spe deuolutionis, quam habet Rex per lineam de proximo extinguendam. Vndè desumitur, quod in omni casu proùt in præsenti, in quo adest spes probabilis deuolutionis feudi ad Regem, non possit Prorex præstare assensum ex prohibitione huius *pragmatica.*

Vlteriùs idem *Reg. de Pont. loco cit.* refert hunc articulum pro dicta opinione
27 negatiua decisum per R. C. facta relatione in Collaterali Consilio in causa Fabritij Stendardi olim Domini Casalis Sancti Antami cum Regio Fisco, & de hac eadem decisione recordatur *Consil. Staiban. resol. foren. 33. nu. 22. tom. 1.*

Hanc quoque opinionem negatiuam firmauit *Reg. Reuert. decis. 99.* ex collect. *per Reg. de Marin. to. 1.* subdens fuisse hūc articulum disceptatum in R. C. sed non decisum, quia feudatarius, qui assensum petebat super alienatione feudi, quam

agere

agere intendebat, audiens huiuſmodi oppoſitionem, quòd ſcilicèt ſucceſſor, quem in feudo tenebat, erat de alio ſucceſſore omninò deſperatus, declarauit, nolle feudum alienare; tamen pro hac opinione negatiua concludit ipſe *Reg. Reuerter.* & alteram rationem ad con-
28 firmationem addit, quia aſſenſus eſt gratia *Affl.deciſ.*398. *Camer.in c.Imperialem fol.*29. *&* 30. vndè iuſta ſuadente cauſa poteſt denegari, *c. bonæ il primo*, vbi *Abb. de poſtulat.Prælat.Loffred.in c.*1. §.*donare qual.olim poter.feud.alien.* Sed iuſta cauſa diceretur, quando feudatarius legitimo caret ſucceſſore, cum ille, qui de iure
29 poterat ſuccedere, ſenex eſt, hæredemque legitimum non habet, ideò aſſenſus à Prorege præſtari non poteſt, quod procedit etiam ſi in conceſſione feudi, fuerit conceſſa alienandi facultas, interueniente Regio aſſenſu: nàm adhùc non poterit aſſentire, ſi feudatarius ſucceſſorem, quem habet, ſit alio ſucceſſore orbatus; ſiquidem hæc facultas nihil operatur, cum ſolùm inducat quandam monitionem, & declarationem: non autem neceſſitatem, niſi proùt alias de iure tenebatur *ad tex.in l.*3.*ff.de legati.*& firmat *Reg.Reuert.deciſ.*99. *nu.*31. *in fine ex collectis per D.Reg.de Marin.tom.*1.

Sed affirmatiuam ſententiam in hoc
30 articulo ſequor, quam tenet *Reg. Rouit. in prag.* 4. *de feud. num.* 18. & hanc opinionem pluribus rationibus exornat, ac in conſulendo, & iudicando ſeruandam eſſe aſſeuerat, & inſuper reſpondit deciſioni, & rationibus *à Reg. de Ponte* relatis, ſubdens in fine idem *Reg. Rouit.* eius opinionem adeò eſſe verã, vt *dictus Reg. de Ponte* vti veritatis amator hoc diſcuſſo articulo cum *P. Andr. Molfeſio Theatino* ſententiam mutauit, & cum eodem *P.Molfeſio* firmauit, benè poſſe Dominos Proreges ſuper diſtractionibus feudorum aſſenſum præſtare, etſi ſucceſſor, quem tenet, alio ſucceſſore ſit deſperatus, vt teſtatur idem *P. Molf. in addit. ad par.*2.*ſuper conſuet.Neap.tit.de ſucceſſ. ex teſtam.quæſt.*1.*nu.*19. ibiq; refert, quod pluries ſic fuit obſeruatum, & exequutum ſignanter in alienationibus duarum
31 terrarum cuiuſdam Illuſtris Dominæ, quam nominare noluit, ſed *Reg. Rouit.* dicit, quod fuit Duciſſa Cerchiæ, quæ filios non habens, ſed tantùm duas Amitas ſenes Monaſterium ingreſſa fuit, & in ſuorum feudorũ diſtractionibus Collaterale Conſiliũ aſſenſum prẽſtitit: idẽq; ſequuntur *Reg.de Marin.quot.reſol. lib.*1. *cap.*21.*nu.*4. *& in obſeru.ad deciſ.*99. *Reg. Reuerter.nu.*2.*tom.*1. *Nouar.in collect.ſuper prag.tit.de feud. collect.*5. *num.*9.*verſ. tamen.*

Et ratio eſt præter alias rationes doctè, & copiosè exaratas per *Reg. Rouit. loc. cit.* nàm ante huius noſtræ *pragm.*4. *ſub tit. de feud.* emanationem poterant Proreges vti Regis Vicarij cunctis feudorum alienationibus aſſentire, etiam vbi alienantes ſucceſſoribus carerent; cumque deindè hanc poteſtatem voluiſſet Rex noſter reſtringere, nouem excipiendo caſus, in ſecundo caſu dixit hæc verba, *Secundo vbi is, qui de bonis feudalibus diſponit, aut certo, aut legitimo ſucceſſore careat.* Hæc enim verba nõ important, vt alienantis ſucceſſor habeat ipſe, quoque legitimum ſucceſſorem, ſed ſim-
32 pliciter dixit legislator, & contentus remanſit, vt ipſe feudatarius alienare cupiens legitimum habeat ſucceſſorem; ergò non poteſt extendi huiuſmodi diſpoſitio ad ſucceſſorem ſucceſſoris, de quo ſtatutum non loquitur, eò magis quia in correctorijs exorbitantibus à iure communi, proùt ſunt caſus in dicta *pragmatica* comprehenſi, talem non permittunt extenſionem *ad tex.in l.*1.§.*hæc autem verba*, vbi *DD.ff.quod quiſque iur.l.ſi vero*, §.*de viro*, *ff.ſol.matrim.*

33 Præterea verbum, *ſucceſſor*, in dicta *pragmatica* expreſsum, de ſui propria ſignificatione intelligitur de primo, & immediato ſucceſsore; non autem de ſucceſsore ſucceſsoris; quemadmodum verbum, *hæres*, de propria ſignificatione intelligitur de primo, & immediato hærede, non autem de hærede hæredis, *l. qui liberis*, §. *hæc verba*, *ff. de vulg. & pupill.* per quem *tex.* ità determinat *Bal. in l.*1. *col.*1. *nu.*3. *verſ. quæro an dicatur*, *C. de condit.inſert. Dec.in l.qui per ſucceſſorem*, *nu.*3. *ff.de regul. iuris*, & notant in proprio caſu *Reg.Rouit.in dicta prag.*4.*de feud. nu.*20. *Reg.de Marin.reſol.quot.tom.* 1.*cap.*21. *nu.*4.

Contrarijs autem argumentis *à Reg.de*
34 *Ponte* relatis licèt accuratè reſpondeat

Reg.

Digitized by Google

Reg. Rouit. *in d. prag.* 4. *à n.* 4. tamen præter ibi relata euidenter constat, illa non obstare, ea ratione, quia tunc Prorex videretur remittere ius deuolutionis feudi: & proindè non poterit ipse assentire, quando ageretur de iure aperiendo per ipsem proximam, & immediatam: non autem per ipsem remotam, & mediatam; & ideò cum in hoc casu non proxima, sed remota spes deuolutionis consideretur, proindè potest assentire, vbi feudatarius habeat successorem, qui de alio sit desperatus, vt notat *Reg. Rouit. ibid. nu.* 39.

Nec obstant adnotata in contrariũ per *Reg. Reuerter. cit. decis.* 99. tùm quia articulus ibi non fuit terminatus, tùm etiam quia iura, & rationes per eum coaceruata ad suam opinionem fundandam, nihil concludunt, nàm solummodò probant, quod non possit Prorex assentire, vbi feudatarius careat successore, idq; etsi sit de iure indubitatum, & disputationem non mereatur: tamen nihil confert ad casum nostrum.

35 Verùm idem *Reg. Rouit.* qui hanc nostram sententiam optimè tuetur, tamen indè vt verum insequatur, declarat in *dicta prag.* 4. *nu.* 33. *de feud.* quod iusta causa esset, vt Prorex denegaret assensũ, si successor alienantis successorẽ habeat, spe alterius successoris prorsus orbatum; vndè ille, cui eatenus denegatur assensus, non potest conquęri, quod fieret sibi iniuria, ex regula *tex. in l.* 1. §. *permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiu.* & faciunt tradita *per Capyc. in cap. Imperialem fol.* 101. *in fin. vers. limita, Afflict. ibid. notab.* 16. *quæst.* 17. *in fine, Camer. in d. cap. Imperialem fol* 86. *col.* 2. *vers.* 3 *concl. Loffred. de prohib feud. alien. per Lotharium col.* 3. *in medio vers. super dubio autem tacto, Frecc. de subfeud. lib.* 2. *authorit.* 29. *nu.* 7. *post. Andr. in cap.* 1. §. *necessitatem, qualiter olim poterat feudum alienari*, & ad hunc sensum adaptantur iura, & rationes, quas considerat *Reg. Reuert. cit. decis.* 100.

Attamen postquam assensus est præstitus etiam per verbum, fiat in forma, non potest in dubium reuocari, quin sit legitimè præstitus; & ad hunc casum nõ refertur prohibitio in nostra sanctione circumscripta, vt annuit *Reg. Rouit. in prag.* 1. *nu.* 33. *de feud.*

Vlteriùs est obseruandũ, nunquid possit Prorex assẽsum præstare super alienatione feudi, facta ab eo, qui in successorem habet Clericum minoribus ordinibus insignitum? 36

Et certè, quod non potest, quia Clerici ex iuris dispositione feudorum incapaces sunt, & illa retinere nequeunt, *c.* 1. *de vassall. milit. qui arm. bel. depos.* & si habuerint, statim amittunt *cap.* 1. *de feud. fœmineo*: idemque sancitur *in c.* 1. §. *qui Clericus, tit. si de feud. defunc. controu. sit*, quibus concordat ius municipale, vt *in const. errores eorum.*

Quam conclusionem licet aliqui dixerint, vt procedat in Clerico in Sacris Ordinibus constituto iuxtà *tex. in c. porrectum extr. de regular. & in c.* 1. *de voto in* 6. *Affl. decis.* 320. *Capyc. decis.* 10. *&* 32. *Staiban. cons.* 55. *nu.* 1. *Reg. de Ponte dec.* 4. *Collat. Cons.*

Tamen idem esse in Clericis primæ tonsuræ, cum adhùc illi à feudorum successione excludantur, proùt etiam Cardinales, vt tradit Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. §. 4. *nu.* 10. *& decis.* 4. *nu.* 2. *in fine, Cons. Staiban. resol. for.* 33. *nu.* 4. *tom.* 1.

Sed contraria opinio est verior, nàm 37
Clerici in minoribus ordinibus constituti, defuncto feudatario succedunt in feudis, si re integra habitum dimiserint, *Andr. in c.* 1. *nu.* 5. *de feud. fœmin. in c.* 1. *de vassal. milit. qui arm. bellic. depo. in c.* 1. *an mut. vel alias imperfect. Aluarot. in c.* 1. *col.* 3. *cit. tit. de vassall. milit. &c. Iacob. de Beluis. in c.* 1. *ver. quæritur de feud. fœmin.*

38 dicens hanc esse cõmunem opinionem, & de consuetudine seruandam, vt Clericus succedat in feudo, si dimiserit habitum re integra, idest ante motam controuersiam super feudi successione, Reg. *Tap. in auth. ingressi in ver. sua, c.* 14. *n.* 22. *Menoch. de arbitr. cas.* 231. *nu* 10. *Vesembec. cons.* 55. *nu.* 21. *vers. sit àque minus, l.* 2. *Clar.* §. *feudum q.* 78. *nu.* 5. *Intrigl. tract. de feud. cent.* 2. *art.* 1. *n.* 172. *Carol. de Grass.* innumeros allegans *de effect. cleric. effect.* 4. *n.* 82. *Io: Vinc. de Anna alleg.* 98. Reg. *de Ponte lect.* 4. *nu.* 35. *& decis.* 4. *nu.* 12. Reg. *de Marin. in obseru. ad decis.* 99. Reg. *Reuert. nu.* 2 *in fine*, ego ipse *resp.* 67. *nu.* 9. *to.* 1.

Et solet concedi spatium sex mensium huiusmodi Clericis ad deliberandum, si 39
clericatui renunciare velint, ac in feu-

Digitized by Google

do ſuccedere, proùt fuit practicatum in cauſa Abbatis delli Caruuni ob mortem Baronis Languſiorum eius fratris, teſte *Io:Vinc.de Anna alleg.98.*& ſequitur Reg. *de Marin. quot. reſol. lib.1. cap.21.num.7. verſus finem.*

Hinc deſumitur, quod Clericus in minoribus, qui ad feudorum ſucceſſionem admittitur, benè dicitur in feudalibus legitimus ſucceſſor:Et licèt non ſit in actu; negari non poteſt,quin ſit in potentia, dùm ipſe quandocumque vult ad ſui libitum poteſt ad ſeculum redire, *cap. hi qui poſt Sanctum 30. diſtin. Mart. Vran. conſ.9. lib.1. Carol.de Graſſ. d.effect.4.nu. 83.* & idem iudicatur de potentia de facili reducibili ad actum, quod de ipſo actu, cò magis, quia noſtra *pragm.4. in ſecundo caſu*, quæ requirit exiſtentiam ſucceſſoris tempore alienationis, vt Prorex poſſit aſſentire, non intellexit de ſucceſſore in actu, cùm viuente alienante non detur ſucceſſio, ſed de ſucceſſore in potentia,reſpiciendo tempus futuræ ſucceſſionis, vt ait Reg.*de Marin. reſol. quot. lib.1.c.21. nu.7.in fine*, ideò poterit Prorex aſſentire ſuper alienatione feudi facta ab eo, qui in ſucceſſorem habet Clericum in minoribus,proùt de iure reſpõderunt, *Conſ.Staiban.reſol.for.33. nu.13.* Reg.*de Marin.reſol.quot.lib.1.cap.21.n.7. in fine, & in obſeru. ad deciſ. 99.* Reg. Re*uerter.tom.1.*

Nec in contrarium vrget, quod Clerici primæ tonſuræ à feudalibus repelluntur. Nàm procedit, quando feudatarius feudum poſſidẽs, clericatus inſignia, vel Religionis aſſumpſerit, tùnc enim feudo priuatur *Carol. de Graſſ. d.effect.4. in prima ampliat.* & meritò, nàm facit actum contrarium, & adeſt incompatibilitas ſtatus *l.volũtarie, ff. excuſat.tutor.* Neque feudum recuperat, ſi deindè ſe penituerit, & habitum dereliquerit,vel è Religione exierit, vt notat *Dom. Conſil. Staiban.d.reſol.33. nu.5.*

Secus eſt, ſi ante delationem feudi reperiatur Clericus,nàm tùnc, vt diximus, ſi re integra ante habitam feudi quæſtionem, habitum dimiſerit, ſuccedit in feudis, vt diſtinguit Reg. *de Ponte de poteſt. Proreg. tit.7. §.4. nu.13. & deciſ.4. nu.4. Affl.in cap. qui Clericus num.11.ſi de feud. defunct.milit. Luc.de Penna in l. nulli, C. de muner. lib. 12. Conſil.Staiban.in addit. ad Staiban.ſeniorem eius patruum cõſ. 55. nu.12.*

Ratio eſt,quia Clericus,qui poſt mortem patris, vel alterius feudatarij habitum re integra dimiſerit, non videtur priùs habitum, ſeù clericatum aſſumpſiſſe,vt docet *Andr.in d.c.1.de Vaſſall.milit.* & ideò ſequitur, quod nullã vnquam habuit reſiſtentiam in acquiſitione dominij, & ſemper illud ſtetit penès ipſum ſucceſſorem,manifeſtatum ex declaratione voluntatis.

Et in fortioribus terminis celebris eſt notanda deciſio, nàm in Regno Siciliæ quidam filius primogenitus, qui tempore mortis patris reperiebatur Religioſus trium votorum in Societate Ieſus,& poſt aliquot menſes à dicta Religione migrauit, petijt in Senatu, vt admitteretur ad feudorum ſucceſſionem,excluſo fratre ſecundogenito, qui bona illa occupauit; quod obtinuit per Senatum, fuitque admiſſus ad ſucceſſionem feudorum excluſo ſecundogenito, teſte *Caſtil. deciſ.201. lib.3.nu.1. verſ.ſed ex parte*,& confirmat *Cutell.de donat.contemplat.matrim.tract. 1.diſcurſ.2.partic.4.nu.16. vſq; ad finem.*

Nec minus obſtat id, quod aliqui dicunt, poſſe ſcilicèt euenire, vt hic Clericus habitum non dimittat poſt feudatarij mortem,vel quod præmoriatur in eodem habitu, itaùt ſemper inhabilis cenſeatur.

Nàm reſpondetur, ſatis eſſe ad rem noſtram, quod tempore ſucceſſionis nõ ſit omninò, & perpetuò excluſus, ſed ſucceſſibilis,eo volente, quia etſi poſteà præmoriatur, vel in feudo ſuccedere nollet, aut in clericatu permaneret, hoc erit ex futuro euentu, quod attendi non debet, ad tradita *per Bal.in l.precibus, nu.6. C.de impuber. & alijs ſubſtit. & in auth.ſed quis nu.6. C.de ſecund.nupt. Socc. in l. cognatis,C.de reb.dub.* & in noſtris terminis ſic reſponderunt *Reg.de Ponte cit.deciſ.4. Reg.Rouit. in prag.4. nu.39. verſ. inſuper quatenus de feud.Reg.de Marin.reſol.quot. tom.1.c.21.verſus finem.*

Quodque ſic pluries fuit iudicatum,& primò per Collaterale Conſilium in cauſa Marchionis Briatici, vbi fuit validus declaratus aſſenſus præſtitus alienationi feudi,facta ab habente Clericum ſucceſſorem in feudo, vt teſtatur *Reg. de Ponte lect.*

Digitized by Google

lect.4.de feud. tit.de his qui feud. dar.poss. nu.35.& decis.4.nu.12. Reg.de Marin. resol.quot.to.1.c.21.nu.7.in fine.

Idemque fuit per R.C. pronunciatum
48 in causa D.Lucretiæ Petrarola cum Regio fisco, vbi tractabatur, quod venditis per dictam D.Lucretiam duobus Casalibus, quæ possidebat in Prouincia Hidruntina, & expedito assensu per Dominum Proregem, fuit fisco instante sequestratum pretium depositatum per emptorem, eo supposito, quod non poterat D. Prorex super prædicta alienatione assentire; si quidem dicta D. Lucretia venditrix non habebat in successorem, nisi D. Ioannam Petrarolam, quę dùm erat Monialis in Monasterio Sancti Ioannis Euãgelistæ Ciuitatis Litij, à feudorum successione repellebatur; tamen quia fuit deductum, quod dicta Monialis professionem in dicto Monasterio non emiserat, vndè poterat ad sui arbitrium à dicto Monasterio exire, quamobrem per R.C. fuit ordinatum, quod tollatur sequestrũ factum super pretio dictorum Casalium, quapropter assensus vt legitimè expeditus fuit habitus, vt refert *Consil. Staiban. resol.for.34.nu.37.& per tot.resol.*

Quid autem erit dicendum, si Cleri-
49 cus ille, quem in successorem habebat feudatarius feudum alienare cupiens, sit beneficiatus, nùm adhuc posset Prorex assentire.

Ratio dubitandi est, quia Clericus beneficiatus absque licentia, & consensu
50 Prælati beneficium renunciare non potest, *c.admonet,& c.nisi cum pridem, §.verũ de renunc.Innoc. Io:Andr.Abb.& Butr. ibidem in 3. notab.* idemque fuit confirmatum per *Pontificem Pium V. in bulla de anno 1568. incip.* Quanta Ecclesia Dei, quæ legitur apud *Quarãta in summ. bullar: ver.beneficiorum resignationes fol.* 123. & in dicta bulla aliquæ aliæ continentur causæ, quæ specificè requiruntur, vt Prælati similes renunciationes admittere possint, vt plenè tractaui *in resp.67. nu.5.to.1.*

Vndè Clericus beneficiatus non dici-
51 tur habere liberam potestatem dimittendi clericatum, ac beneficium, & sic in feudis succedere nequit, dùm pendere videtur eius status mutatio ab alieno arbitrio, *Abb.in c.fin.nu.3. de Postulat.Prælat.* Imò si beneficium huiusmodi renun-
52 ciaret, & habitum dimitteret, non solùm renunciatio non teneret, nec diceretur beneficium vacare, sed posset Præ latus illum cogere, vt habitum reassum eret, *Abb.in c.ad aures de his quæ vi col.penult. Card. in c.quod in dubijs de renunc. Felin. in cap. nostra col.34. de rescript. Cassiador. decis.2. de renunc. Nouar. in c.accepta de restit.spoliat.nu.23. Rebuff.in prax.tit. de resignat.expres.n.11.& 13. Fusc. de visitat. lib.2.cap.10.nu.19. Azor.instit.moral. p.2. lib.7.c.29. quæst.4. Leo in thes. iur.Eccles. par.2.cap.3.nu.66. Garzia de benef.par.11. c.3. nu.223. P. Laiman in summ. Theolog. moral. tit.de Eccles.benefic.cap.17. num.3. Maynard. decis.Tholos.63. Borrell. summ. dec.tom.1. tit.26.nu.116.& 121. Gam.dec. lusit.28. nu.11.*

Nihilominus contrarium est de iure. Verius, vt scilicet possit Prorex assensum
53 præstare super feudi distractione facta ab illo, qui in successorem tenet Clericum beneficiatum, sic testantur *D.Reg.de Ponte dec.4.Collat.Consil. nu.12. vers. ex aduerso, D.Reg.de Marin.quot.resol. to.1. cap.21.nu.5.& in obser.ad dec.99.Reg.* Reuerter.to.1. *in obser.ad decis.103.& idem* Reg. Reuert. *decis.563.& in dec.94.* quod limitat, si in Sacris Ordinibus constitutus esset *ex tex.in c.1. §.qui Clericus si de feud. defunct. content. sit int. Domin.& agnat.vassal.c.1. de vassal.milit. qui arm. bel.depos.c.1. an mutus, vel alias imperfectus.* Et ità fuit iudicatum per Collaterale Consilium, nàm fuit declaratus validus assensus per Dominum Proregem, præstitus super alienatione terræ Briatici, factæ in beneficium Ioannis Alphonsi Bisbal tempore, quo venditor in successorem feudorum non habebat, nisi fratrem Clericum beneficiatum, sic testatur *D.Reg.de Ponte d.decis.4. in fine.*

54 Et ratio est, quia Clericus beneficiatus ad sui libitum potest habitum dimittere, & beneficium renunciare, non expectato consensu, aut alia licentia Superioris, *Hostiens. in c.ad monet. nu.4. vers. tamen Ioannes de renunc. Abb. ibidem nu. 12. vers.& prædicta dicit Hostiens. Ioan. Andr.nu.16.Butr.nu.13.Anchar. nu.2. in fine, Imol. num.7. vers.& prædicta dicit Hostiens.D.Reg.de Ponte dec.4.nu.13.* vbi subdunt, quod *tex.in c.admonet de renũc.*

Digitized by Google

ſuperiùs in contrarium allegatus,non eſt in obſeruantia , nàm Superiores non curant,quod beneficiati recedant de beneficijs, ſed potius contentantur,vt poſſint beneficia alijs conferre , idemq; declarat *Bellam.in d.c.admonet nu.3. verſ.quid dicendum, Butr. 2.col. verſ.oppono ad hoc,Io: Vinc. de Anna alleg.98. nu.8.*

Imò non ſolùm poteſt Clericus bene-
55 ficiatus expreſsè beneficium ad ſui velle renunciare, ſed etiam tacitè,ac illud cẽſetur renunciaſſe , ſi matrimonium contraheret, vel miles fieret, aut alium actũ contrarium gereret , quo in caſu beneficium perdit, & illud vacare dicitur , *tex. in c.1.de cleric.coniug.gl.1.in c.qualiter de cleric.non reſident.Capp.Tholoſ.deciſ.239. Camill. da Medic. conſ.2.12. & 107.* conferunt notata *per Abb.in cap. ex ore de his quæ fiunt à maiore parte capit.* dicens , quod vera ratio perditionis beneficij eſt renunciatio tacita, faciendo actum contrarium , quia reddit ſe impotentem ad vtrique ſeruiendum , & ſic per actum
67 contrarium amittitur beneficium,& hãc eſſe communem limitationem *ad tex.in c. admonet. idem Abb.* ſubdit , & ſequitur *Io:Vinc.de Anna alleg. 98.* vbi amplius inquit, quid Clericus beneficiatus petendo inueſtituram feudi ſui fratris præmortui videtur renunciare , ac dimittere Clericatum, & beneficium , idemque ſectatur optimis innixus medijs *Camil. de Medic. conſ.2.nu.110.*

Nec obſtat, quod Clericus beneficiatus à feudorum ſucceſſione excluditur,vt affirmant *Carol.de Graſſ.* alijque innumeri *DD.* per ipſum allegati *effect. Cleric.4.*
57 *num. 91.* quia id procedit , quando vno eodemq; tempore, quo feudum ad eum deuoluitur , beneficium Eccleſiaſticum acceptauit , tùnc enim inconueniens eſt, vt quis eodem tempore habeat beneficium , & feudum , ideò non admittitur ad ſucceſſionem. Contrarium eſt, quãdo antequam ei perueniat feudi ſucceſſio, Clericus beneficiatus reperiatur , nàm tùnc poteſt, aperta ei feudorum ſucceſſione,re integra beneficium renunciare, & feudum acceptare, vt fundant cæteris omiſſis *Reg.de Ponte deciſ.4.Anna cit. alleg.98. Camil.de Medic. conſ.2. num.107. cum ſeq.*

58 Præterea eſt obſeruandum , quod aſſenſus per Proregem cõceſſus ſuper alienatione feudi facienda ab habente ſucceſſorem , non ſubſiſtit , ſi alienatio indè fieret tempore , quo idem feudatarius reperitur ſucceſſoribus orbatus, *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.8.§.5.num.19. vbi Io:Baptiſta de Thoro in addit.fol.235. Ann.alleg.35.nu.3. & 4. Reg. Reuert.dec. 407.* ibiq; *Reg.de Marin. in obſeru.*

Ratio eſt, quia quando res deuenit ad
59 caſum, à quo incipere non poteſt, actus reuocatur, *Bar.in l. pluries,§.& ſi placeat, ff.de verb.obligat.* & licèt dici poſſet,gratiam fuiſſe perfectam, non tamen vltima cõſummatione conſummatam,cum non contraxerat,dùm legitimus ſucceſſor exiſtebat,ideò aſſenſus nequaquam prodeſt, vt in noſtro caſu aduertit *Reg. Reuert. d. deciſ.407.to.2.* facit etiam,quod in aſſenſu videtur ineſſe clauſula (ſi in eadem habilitate, & ſtatu , conceſſionarius permanſerit) *Andr.in c.1. quæ ſit prima cauſa beneſ.amitt. nu.13. poſt verſ. audiui iudicatum, & in c.1. ex quib.cauſ.feud.amitt. & in c.1.verſ.intellegebatur,quid duraret de controu. inter vaſſall. & alium de beneſ.&c.*

Qua in re habemus in Regno noſtro particularem ſanctionem *10.ſub tit. de*
60 *feud.* vbi diſponitur,quod licentia impetrata alienandi feudum,non operatur , ſi cõtractus initus non fuerit poſt tres mẽſes immediatè ſequentes, ex ratione ibi, Verùm huiuſmodi Regia ſanctio cauſam hęſitandi non tollit , ſi quidem datur caſus , vt intra curſum trimeſtris feuda in eadem qualitate,& ſtatu non permaneãt, quo erant tempore impetrationis aſſenſus , idcircò ſi talis aſſenſus ſubſiſteret ſuper alienatione, tanquam facta intra trimeſtre , cederet in damnum, & fraudem Regiæ Curiæ.

61 Vndè aliqui dixerunt,quod hæc pragmatica non eſt in obſeruantia , & contrà illam fuit deciſum pro validitate aſſenſus ſuper alienatione facta poſt tres menſes, vt teſtatur *Io: Vinc. de Anna d. alleg. 55.* & idem firmat *Reg. de Ponte d. tit. 8. n.22. Reg.Rouit. conſ.12. nu.28. tom.1.* & amplius *nu. 27.* inquit dictam *Regiam Pragm.* vindicare locum in illis tantummodò aſſenſibus, qui impetrantur à Proregibus, & ſuper alienationibus faciendis per viam principalis, & noui contractus,

Digitized by Google

ctus, non autem quando assensus impartiretur à Rege nostro, vel quando alienationes faciendæ respicerent confirmationem contractus præcedentis pro actus validitate, quod probat idem *Reg.Rouit.* verbis eiusdem pragmaticæ, quæ recolet.

Tamen ego teneo, quod actus nunquam circumscribitur tempore, si res in
62 eodem statu permaneat, sed si res proùt erat tempore assensus non permanet, etiã si momentum temporis interceserit, non iuuaret assésus, vt sonant verba eiusdem Regiæ sanctionis in assignãda ratione ibi (sed differunt in tempus, in quo feuda in eorum non permanent statu, & qualitate, &c.) & sic firmat *Reg.de Ponte d.tit.* 8. §. 5. *nu.*19. 20. *&* 23. *vers. & licet*, quibus facit conclusio, quod cessante causa cessat assensus, & quælibet concessio *Paris de Put. de re integr. c. si fiat venditio post annum impetrati assensus car.*55. *num.*5. dicens, quod licentia impetrata intelligitur reuocata, si ante ipsius vsus res non permanet in eodem statu; semper enim quod rei status mutatur, reducitur res ad statum secundum, quem Rex non concessisset, nec in tali casu concedere animum habuisset.

Prædicta cõfirmantur decisis per Col-
63 lat.Cons. ad relationem R.C. in beneficium fisci, qui cum prætendisset ob mortem Comitis Burgentiæ Alphonsi Caraccioli sine filijs apprehendere possessionem Terrarum Valuani, & Reciglia-ni, opposuit Iacobus Caracciolus defuncti feudatarij ex fratre Barnabo præmortuo nepos, dicens, esse ipsum in dictis feudis legitimum successorem, ex quo Comes Patruus in suis Codicillis vigore potestatis, quam obtinuit à Domino Prorege Regni disponendi tàm per contractum, quàm per vltimam voluntatem in vnum ex filijs dicti Barnabi sui fratris vtrinque coniuncti, disposuerat in beneficium dicti Iacobi; sed replicante fisco, potestatem huiusmodi Comiti tributam nullius esse monenti, siquidem tempore quo Prorex assensum præstiterat Comiti disponendi de dictis feudis, habebat ille fratrem vtrinque coniunctum, qui legitimus dicebatur successor, iuxtà *const. Regni, vt de successionibus*, sicque poterat Prorex cuilibet dispositioni assensum præstare, nàm aliàs assensum dare non potuisset tùnc temporę; sed quia tempore dispositionis frater mortuus reperiebatur, ideò cum cesset causa, quare Prorex assentijt, assensus ille reuocatur; & licet ex parte conuenti fuerit responsum, quod habito respectu ad Dominum Proregem, qui assensum concesserat, res erat perfecta, & cõsummata, & nil vltra erat faciendum ex parte Regis Dñi directi, & ideò non videtur, quod actus ex superueniẽti casu potest reuocari, cũ à principio res perfecta sit, ad quod potest expendi, *tex.in l. qui in potestate*, §. *mutus, & surdus, ff. de testam.* vbi si quis tempore habili testamentum condiderit, licèt demum mutus, & surdus efficiatur, testamentum quidem non irritatur, quamuis res deueniat ad eum casum, à quo incoari non poterat, quia mutus, & surdus testamentum condere non potest, cõfert etiam ad materiam, *tex.in l.sicut*, §. *si debitor, ff.quib.mod.pign.vel hyp. soluit.*

Tamen vt dixi per R.C.in Collaterali Consilio relata causa coram Domino Prorege fuit in fauorem fisci pronunciatum: verùm deindè Dominus Prorex mandauit, vt dictus Iacobus Caracciolus de dictis Castris inuestiretur solutis Regiæ Curiæ ducatis duodecim mille, vt testatur *Reg.Reuert. decis.*407. *tom.*2. *in collect.per Reg.de Marin.*

Hæc autem contentio cessat hodiè ex iure nouarum gratiarum, quibus mediantibus nepos ex fratre, vel sorore, siuè ex vtroque latere, siuè ex altero tantùm in feudo nouo patrui, vel auunculi benè succedit; quamuis inuestitura canat pro se, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, vt *in prag.* 25. *&* 29. *de feud.* ad cuius ornatum videndi sunt, *Cõs. Theodor.alleg.vlt.* Reg.*Rouit.dec.*32. *Reg. Vrsin.de succes.feud. par.*2. *quæst.*4. *art.*3. *nu.*26. *Reg.de Marin.lib.*1. *resol. cap.*126. *num.*55.

64 Ex quibus dictis etiã desumitur, quod assensus concessus super feudo empto à Titio, quem Dominus putabat esse viuũ, non operatur, si reperiatur mortuus, *Reg. Rouit.in pragm.*1. *de fide memor. num.*27. quemadmodùm concessio facta Sempronio de feudo Titij, quem putabat mortuum, non confirmatur, si postea moriatur, *Andr. in c. minoribus si de feud. fuer. controu.*

Digitized by Google

*controu. Frecc. de ſubfeud. lib.2. author.1. quæſt.11.nu.6.*Reg.*Rouit.loc.cit. n.26.Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. de regal. impoſ.*§.*7. nu.13.*

Ratio eſt,quia in materia aſſenſus verba ſunt interpretanda,proùt cantant,nec
65 eſt licita vlla extenſio,& quod eſt omiſſum, h abetur pro omiſſo, *Andr. in c.Imperialem nu.5. circa finem, Camer.ibidem car.44. col.1.in 2. concluſ.*

Ad quod etiam facit, nàm aſſenſus eſt ſtrictiſſimè intelligendus, *Loffred. conſ.9.*
66 *nu.* 21. & non extenditur de perſona ad perſonam, *Camer. poſt Andr. in c. Imperialem car.* 44. *in* 2. *concluſ.* Nec etiam comprehendit hæredem nominati in aſſenſu, qui aliàs dicitur eſſe eadem perſona cum defuncto, ſed re vera eſt diuerſa perſona non eadem *Paul.conſ.*197.*lib.* 3. *Dec.in l. hæredem, & l.qui per ſucceſſionem, ff.de regul.iur.Frecc.lib.2.de ſubfeud. author.1.quæſt.5. nu.7.Reg.Rouit.in prag.* 1. *de fide memor.nu.*24.*&* 25. licèt impe-
67 trans aſſenſum videatur cogitare de hærede, tamen Dominus, qui dedit aſſenſum, cogitare non cenſetur de hærede eius, vt expreſsè ponderat *Camerar. in in c.Imperialem car.46.col.4. lit.S.* ſequitur *Reg.Rouit.in d.prag.1. nu.29. de fide memor.*

Et adeò eſt ſtricta huiuſmodi materia aſſenſus, nàm ſi fuerit præſtitus ſuper venditione facta Titio, non operatur ſu-
68 per venditione facienda eidem Titio, & ſic non ſuffragatur aſſenſus, licèt ſit eadē perſona, cui acquiritur, & idem genus contractus, *Frecc. de ſubfeud. author.* 1. *quæſt.* 11. *Reg.Rouit.in d.prag.*1. *nu.*23.

Verùm ſi Rex aſſenſum præſtiterit in beneficium Titij,vt vendat feudum Sempronio tempore,quo ipſe Titius habebat ſucceſſorem, ſed ſi ante factam venditionem ipſe Titius decedat, huius Titij hæ-
69 res in feudo poterit vti eodem aſſenſu, & vendere feudum Sempronio, licèt ipſe hæres tempore quo vendit, non habeat ſucceſſorem in feudo, *Frecc. de ſubfeud. lib.*3. *diff.*8. *inter feud.ex pac. & hæredit. fol.*449. *Liparul.ad Andr.in l.Imperialem nu.*4. *in fine,ver.hæredi,* licet idem *Frecc.* videatur hoc in dubium reuocare *lib.* 2. *ſubfeud. author.*1. *quæſt.* 5. tamen hæc eſt communis opinio Peritorum Regni,teſte *Reg.Rouit.in prag.*1.*de fide memor, nu.*32.

Et ratio habetur apud *Camerar. in l. Imperialem car.46.col.3. in 5.concluſ.*quia
70 aſſenſus cōceſſus Titio tàm actiuè,quàm paſſiuè tranſit etiam ad eius hæredem, & ſic hæres Titij poteſt emere,& vendere feudum cum aſſenſu conceſſo Titio.

Sed prædictis repugnant, quæ paulò ſupra diximus, quod materia aſſenſus adeò eſt ſtrictiſſimè interpretanda,quod non extenditur de perſona ad perſonam, etiam ſi eſſet hæres nominati de cuius perſona, etſi præſumatur conceſſionariū cogitaſſe, non autem cogitaſſe videtur Dominum concedentem.

Nihilominus Reſpondetur,quod prædicta non procedunt, quando aſſenſus
71 eſt impetratus ante contractum, & ſic hæres celebrando contractum,ſtatim acquirit dominium, quia aſſenſus præcedens facit ceſſare obſtaculum, cum interuenit tempore congruo ad acquirendum dominium, vt inquiunt *Anna alleg.* 67. *nu.*8. *Reg.de Ponte conſ.*81.*nu.*22.*lib.*1.

Benè tamen procedunt,quando aſſenſus eſt impetratus poſt contractum, & poſt mortem cōtrahentis, & ſic tempore
72 incongruo ad acquirendum dominium, & vt aſſenſus operetur effectum ſuum,debet interuenire congruo tempore, *Andr. in l. Imperiam in addit. ante nu.* 17. *Reg. Rouit.in prag.*1.*de fide memor. nu.*35. vbi quoq; accuratè agit, & ſatis lepide, quod aſſenſus impetratus poſt mortem emptoris feudi,non ſubſtinetur, niſi nouus contractus cum hærede emptoris interfuerit, & ità concludit pluribus innixus rationibus *à nu.*17.*contra Affl.in c.Imperialem poſt* 12.*notab.quæſt.*34.*nu.*45.*Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.loc.cit.*

Prætereà eſt obſeruanda altera non inutilis quæſtio, nunquid ſuper alienа-
73 tione feudi à carente ſucceſſore facta, valeat Dominus Prorex aſſentire, ſi ille in conceſſione eiuſdem feudi facultatem obtinuerit feudum alienandi, obligandi, vendendi, donandi, ac in dotem dandi, Regio interueniente aſſenſu.

Et videtur affirmandum, ſiquidem data huiuſmodi facultate, tenetur Rex ſuum aſſenſum præſtare in caſu alienationis, itaùt ſi requiſitus denegaret, habetur eo caſu aſſenſus pro præſtito; quia dùm Rex ipſe conſentire promiſit, ſe obligauit obſtaculum ſuum tollere,quod

ſi

Digitized by Google

si non facit, iudicatur factum, aliàs enim facultas huiusmodi data deseruiret de vento, si hunc effectũ non induceret, ità *Andr. in const. si quis post litem, & in c. 1. §. quid ergo de alienat. feud.* quod procedere subdit in omni alio casu, in quo Dñus assentire tenetur ex necessitate, sequitur *Affl. in const. si quis post litem nu. 12. & in c. 1. §. feudum ea lege si de feud. defunct. fuer. controu. Camerar. in c. Imperialem fol. 29. lit. P. Loffred. in c. 1. §. donare qual. olim poter. feud. alien. Capyc. in c. Imperialem, fol. 22. col. 1. Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. in 29. author. nn. 7. Marcell. de Mauro alleg. 18. nu. 4.* & ibi *Abb. Io: Hieron. de Mauro eius filius in addit. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 11. nu. 15. & conf. 2. num. 6. vsque ad 10. & conf. 81. nu. 54. lib. 1. Reg. de Marin. in obser. ad dec. 252. num. 1. Reg. Reuert.* & idem *Reg. Reuerter. in decis. 264. Conf. Marcian. conf. 9. nu. 20. to. 2.* vbi amplius subdit, quod illa verba (Regio interueniente assensu) nihil aliud important, nisi quod intelligantur apposita ad cognoscendam nouã personam, qua cognita, & comperta, non esse
74 illam Regi nostro odiosam, assensus erit necessariò concedendus, aliàs habetur pro præstito, vt diximus, & vltrà citatos allegat *Minad. in decis. 43. nu. 9. circa finẽ, & in conf. 10. nu. 38. & post nu. 43. Reg. Lanar. conf. 40. nu. 9. & conf. 30. n. 13.* idem fundat *Reg. Rouit. conf. 17. nu. 3.* & insuper inquit, quod feudum supra posita facul-
75 tate concessum, ad quoscumque successores transit cum eadem natura, & facultate, etiam si successores singulares sint ex *Frecc. lib. 3. de subf. in 2. form. inuest. post nu. 2. vers. contrariam tamen partem, Corbul. in rub. de caus. priuat. ob alienat. ampl. 2. num. 18.*

Si ergo tenetur Rex casu posito assensum dare, potest etiam in huiusmodi casu illum Prorex præstare, nàm iste casus non comprehenditur in prohibitione, quæ procedit, & intelligi debet eo casu, quo Rex non tenebatur assensum concedere, & sic in casu voluntario, & non necessario, in quo cessat fraus, & ratio illius pragmaticæ, quamobrem potest Prorex in casu prędicto assentire per *tex. in l. si hominem, ff. mandati.*

Nihilominus veritas est in contrariũ,
76 vt etiã in casu præmisso nequeat Prorex assensum concedere, duplici ex capite. Alterum ex defectu Potestatis, quia Prorex facultate caret assentiendi his, qui successores non habent, vt *in prag. 4. de feud.* quod etiam priùs ei non licuerat, vt dixit *Camer. in cap. Imperialem, fol. 79. lit. V.* sequitur *Reg. Reuert. decis. 83. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens.* Reg. §. 3. *nu.* 10. Alterum caput est ex de-
77 fectu voluntatis, nàm ex clausula, quæ in quolibet assensu apponitur, nempè, *feudi natura in aliquo non mutata*, non videtur Prorex assensum voluisse concedere, quoties feudi natura in aliquo lædatur; vndè cum in casu præsenti feudi natura mutetur, cum feudi natura ità se habeat, vt ad successores ex corpore illud transeat, si indè decedente feudatario absq; successore ex corpore feudũ ad eum, qui ex corpore successor non est, transiret, feudi natura mutaretur, quamobrem stante hac clausula, nedùm non videtur Prorex cõsentijsse super huiusmodi alienatione, sed expressè dissentijsse censetur *Reg. de Ponte conf. 3. nu. 38. vol. 1. Affl. in c. feudum ea lege si de feud. fuer. cont. nu. 1. Anton. de Alex. relatus à Capyc. in c. Imperialem fol. 22. de prohib. feud. alienat. per Federic. Minad. conf. 10. nu. 46. Thor. in comp. dec. to. 3. par. 1. verb. assensus fol. 70.*

Imò Rex in casu præsenti iustã quoq; dicitur habere causam contradicendi, &
78 denegandi assensum, nec tenetur super huiusmodi alienatione assentire, etiam data facultate alienandi, &c. ità contra *Camerar.* aliter sentientem *in cap. Imperialem car. 48. 3. col.* tenuerunt *Reg. Lanar. conf. 6. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 11. nu. 15. vers. contrariam, Reg. Reuerter. decis. 352.* vbi relatis contrarijs eorumque dictis resolutis, pro hac opinione concludit, eamque tuetur, & secundùm illam decisum fuisse testatur, sequitur *Reg. de Marin. in obser. ad dictam decis. 352. Consil. Staiban. resol. for. tom. 1. cap. 1. nu. 92. & c. 2. nu. 51. Thor. in compẽd. decis. tom. 3. par. 1. verb. assensus fol. 70.* Conferunt etiam tradita per *Reg. de Ponte in conf. 42. vol. 2.* vbi hanc opinionem confirmat. In vno tamen contradicit, scilicet carere assensum subreptione in non exprimendo illum, à quo fiebat feudi alienatio, successorem non habere, & de hoc inferius.

Et

Et ratio eſt, quia aſſenſus licèt gratia ſit, tamen eatenus eſt impartiendus, quatenus nulla cauſa adeſt, ex qua poteſt
79 denegari, quia tùnc tenetur Dominus aſſentire, & gratiam facere, ne vaſſallus iniuria afficiatur, *Præſ. de Franch. deciſ. 605. nu. 3. & 4. Reg. Lanar. conſ. 6. nu. 10. & 12. Staiban. ſenior conſ. 62. n. 3.* Si verò iuſta cauſa contradicendi, & denegandi
80 concurrat, tùnc aſſentire non teneretur, *Io: Vinc. de Anna alleg. 39. per tot.* ſequitur *Conſ. Staiban. reſol. for. 1. n. 4. & n. 99. to. 1.* Et amplius idem *Staiban.* ſubdit, iuſtam fore cauſam denegandi, ſi tractaretur de præiudicio tertij, vel penderet lis ſuper
81 prælatione petita per agnatum in alienatione feudi facta per feudatarium, vel inferret præiudicium alijs vocatis in inueſtitura feudi, qui ipſi, vel eius prædeceſſores Regi noſtro inſeruierunt, vt videre eſt apud *dictum Conſil. Staiban. d. reſol. 1. nu. 95. cum ſeqq. & reſol. 2. nu. 19. & 51.*

Sed alij prædictam concluſionem altera confirmant ratione, quia in feudis, &
82 præcipuè in materia aſſenſus conſideratur intereſſe voluntatis, & eo caſu intelligitur Rex aſſenſum præſtare voluiſſe, quo feudatarius legitimo non careat ſucceſſore, ſiquidem non præſumitur aſſenſum concedere voluiſſe in caſu talis ca-
83 rentiæ, quia tùnc non diceretur ſimplex aſſenſus, ſed rem ſuam futuram dare videretur, quod non præſumitur, niſi apertis verbis exprimatur, ità *Andr. in c. 1. qui ſucceſſ. tenean. Reg. Reuert. d. dec. 352.* & ibi *Reg. de Marin. in obſeru. to. 2.*

Et dictum pactum ſiuè licentia conceſſa, vt ſcilicet poſſit feudum alienare,
84 vendere, obligare, & in dotem dare, &c. interueniente Regio aſſenſu nihil ponit ineſſe, & indicare videtur, quod de iure communi cauetur, vt ſcilicèt non poſſit feudum diſtrahi ſine Regio aſſenſu; vndè ſi hoc pactum ſiuè facultas data aliter intelligeretur, nempè quod Princeps teneatur conſentire, vbi non adeſt iuſta cauſa denegandi, tale pactum corrigeret ius commune ſtatuens Principem non teneri conſentire, ſed ſic eſt, quod quando in pactum deducitur illud, quod erat de iure communi, nunquam pactum illud inducit læſionem iuris communis ex *l. qui mutuam, ff. mandat.* & intelligitur appoſitum cauſa tollendæ dubitationis, ideò dictum pactum, ſeù licentia alienā-
85 di interueniente Regio aſſenſu non intelligitur, vt Princeps teneatur conſentire, ſed potiùs gratia dubitationis tollendæ, ità notat *Affl. in cap. feudum ea ſi de feud. fuer. controu. inter Domin. & agnat. n. 43.* ſequitur *Conſ. Staiban. reſol. for. 2. nu. 15. & ſeqq.* vbi ex dictis *per Affl.* ipſe infert, quod verba illa (Regio interueniente aſſenſu) conditionem, potiùs quam Domini promiſſionem inducere videntur.

86 Verùm ſi tempore conceſſionis feudi cum huiuſmodi poteſtate alienandi conceſſionarius legitimum in feudalibus ſucceſſores non habebat, tùnc tenetur aſſenſus ſuper huiuſmodi alienatione interponere, ſic notat *Thor. compend. dec. to. 1. fol. 54. verb. aſſenſus col. 2. Reg. de Marin. in obſer. ad dictam deciſ. 352. Reg. Reuer.* ſubdens in hoc caſu procedere dicta *per Reg. de Ponte conſ. 42. nu. 16. lib. 2.* & ratio eſt, quia tùnc Rex ſciebat, vel ſcire debebat feudatarij conditionem.

Prædictis quoque conferunt notata *per Reg. Rouit. in conſ. 12. nu. 18. to. 1.* vbi referendo dicta *per Reg. de Ponte conſ. 2.*
87 *nu. 42. in fine*, inquit, quod non poteſt de ſubreptione iudicari aſſenſus ſuper feudi alienatione à Rege impetratus per feudatarium ſucceſſore carentem, quamuis talis carentia in precibus expreſſa non fuerit, quia hoc ſatis fuit expreſſum per ſolum acceſſum ad Regem pro huiuſmodi aſſenſu, qui aliàs fuiſſet inutilis, ex quo Prorex potuiſſet illum præſtare in caſu, quo habuiſſet legitimos ſucceſſores, ad quod idem *Reg. Rouit.* allegat *Affl. in §. in generali ſi de feud. fuer. controu. n. 28. Marcabr. conſ. 26. nu. 269. Milanenſ. dec. Sicil. 1. num. 138. circa fin. 2. par.* Et amplius ſubdit idem *Reg. Rouit.* quod dùm conſtat de corpore, non eſt in conſideratione qualitas omiſſa, quæ etiam tacita non inducit diſſenſum, *l. in venditionibus, ff. de contrah. empt.*

Sed contrarium eſt verius, vt ſcilicet non ſubſtineatur aſſenſus ſuper aliena-
88 tione feudi à Rege conceſſus ad inſtantiā feudatarij tempore præſtationis ſucceſſore carentis, niſi huiuſmodi carentia fuerit in ſupplicatione expreſſa, quodque non ſolùm probat idem *Thor. in compen. deciſ. to. 3. par. 1. verb. aſſenſus fol. 71.* &

docet

Digitized by Google

docet Reg. Reuerter. *decis.* 352. *ex collec. per* Reg. *de Marin. tom.* 1. ea ratione, quia causa iusta denegandi assensum, est successorum defectus, ideò nunquam præsumitur assensum cõcedere voluisse, nisi talis defectus ipsi Regi expressè notus fuerit.

Et insuper hęc opinio probatur ex traditis per eundem Reg. *de Ponte in tract. de potest. Proreg. de refutat. feudor. tit.* 8. §. 11. *nu.* 17. vbi ad nostrum propositum
89 inquit, quod Dominus per assensum nihil intendit de nouo concedere, neque sibi in aliquo præiudicare, sed tantùm assentitur alienationi, quę fit per vassallũ iuris feudalis, penès ipsum vassallum residentis eo modo, quo vassallus illud habet, & tenet, ità *Andr. in c. Imperialem, nu.* 12. *vers. sed si venderetur de prohib. feud. alienat. per Feder. idem Andr. in c.* 1. §. *sed nec est alia iustior nu.* 38. *quæ sit prima caus. benef. amitt. Camer. in cap. Imperialem fol.* 74. *à ter. vers. nunc Isern.* subdens,
90 quod Dominus assentiendo videtur, tantummodò tollere legis prohibitionem, quę feudi alienationem interdicebat, qui Dominus assentiendo nihil alienat, sed vassallus ius suum transfert, & Dominus consensum præstat, idemque confirmat *Andr. in d. cap. Imperialem nu.* 13. 5. *col. vers. consensus Domini*, ibique declarans, quid operetur in alienatione feudi, Domini consensus, concludit, quod videtur consentire in hoc, vt venditor, qui sine suo consensu non potest vendere, nec alienare, transferat in emptorem ius, quod habet, scilicet vtile dominium, & ibidem *Add. ad Andr.* latiùs declarant, quod Dominus nihil transfert, & nihil concedit assentiendo, sequitur *Camerar. in d. c. Imperialem, fol.* 44. *vers. secunda conclusio, & fol.* 52. 2. *col. in princ.*

Hinc est, quod Dominus simpliciter
91 assentiendo, non videtur remittere ius directi dominij, *Andr. in d. c. Imperialem nu.* 15. vbi etiam tradidit, quod si feudum esset deuolutum, & Dominus sciens assentiret alienationi factę per vassallum, nihilominus sibi non præiudicat, quia per assensum nunquam intelligit, aliquid dare de suo, & sequitur Reg. *de Ponte cons.* 3. *in princ.* 1. *vol. & de potest. Proreg. tit. de refutat. feud.* 8. §. 11. *nu.* 20.

92 Vndè si assensus, qui petitur ad tollendum obstaculum alienationi iuris feudatarij se extenderet in casu deficientiæ successoris, operaretur duo, nempè concessionem iuris Domini, & mutationem naturę feudorum, & illud quod importaret gratiam, nunc importaret dispensationẽ, & iuris feudorum correctionem, ad quæ nullo modo assensus extenditur, vt inquit *Andr. in c.* 1. *qui succes. teneant.* Reg. *de Ponte d. tract. de potest. Proreg. tit.* 8. *de refutat feudor.* §. 11. *nu.* 23. non enim
93 cogitauit Dominus assentiendo insolita concedere, nec à lege inuestiturę recedere, nisi expressè loquatur, imò omnes inuestiturę erroneæ præsumuntur, quæ à prima deuiant, vt affirmat idem Reg. *de Ponte d. tit.* 8. §. 11. *nu.* 23. *in fine.*

Prædictis quoq; accedat, quod si contingerit feudum, vendi ad instantiam
94 creditorum, in quorum beneficium illud obligatum fuit ab eo, qui successore caret, tùnc demum illis satisfactis, quod superest, implicari debet in emptionem loco feudi subiectam iuri deuolutionis, *tex. in cap.* 1. *de inuestit. de re alien. fac. c.* 1. *si de feud. vassal. ab aliquo inter. fuer.* Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit.* 4. §. 7. *nu.* 8.

Vlteriùs sciendum est, quod in feudis hæreditarijs, quæ ad libitum alienari
95 possunt à patre, vel à fratre, si de illis vult fieri dispositio, dùm filijs carent, assensus denegatur, & si detur, cum sit gratia, quoquo modo successoribus non prę-iudicat, ità annuit Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit.* 10. *de diuers. prouis. num.* 8. ad quod comprobãdum plura adducit exẽpla, & inter alia practicatum fuisse testatur cum Beatrice de Ebulo, quæ dùm alios non habebat successores, nisi so-
96 rorem eiusque filios, voluit feuda alienare, fuit denegatus assensus, quia desperata de filijs alienationem faciebat in successorum præiudicium, fuit etiam denegatus assensus alijs, qui feuda hæreditaria habentes pro successoribus vtriusque sexus, volebant masculina facere, cum qualitate tamen hæreditaria in exclusionem fœminarum, licèt non tractabatur de alteratione naturæ successionis in reliquis, & erat in beneficiũ fisci, quia restringebatur successio. Ni-
97 hilominus non fuit assensus impartitus, hoc tamen in feudis hæreditarijs de nouo acquisitis fuit aliquando dispensa-

Digitized by Google

tum, vt poſſit primus acquirens illa donare, quando filijs caret, cui melius viſum fuerit in prejudicium fratrum legitimorum ſucceſſorum, proùt apparet ex aſsenſu expedito per Suam Maieſtatem præcedente conſultatione Collateralis Conſilij ad inſtantiam Marchionis Mottæ Boualinæ, qui habens fratres, & nepotes ſucceſſores in feudalibus, de illis diſpoſuit in beneficium vxoris, vt teſtatur *Reg.de Ponte d.tract.de poteſt. Proreg. de diuerſ. prouiſ. tit.* 10. §. *de legitimat, ſeù reſtit.natal.nu.*8.

Quodq; in feudo nouo eatenus procedit,quia fuit acquiſitum ab ipſomet alienante, vndè etiã ſi eſſet ex pacto, & pro-
98 uidentia, & haberet filium ſucceſſorem, poſſet illud alienare inuito filio, *Andr.in c.*1. §.*& ſi bellum nu.*9.10.*&* 11. *de alien, feud.pater.& in c.*1.§.*quid ſi Titius in fin. ſi de feud.defunct.fuer.controu.Loffred.cõſ.* 8.*nu.* 23.*& conſ.*14.*num.*53.*& conſ.*52. *nu.* 1. vbi fatetur neminem ab hac concluſione diſcrepare, *Cornaz.deciſ.Lucenſ.* 40.*&* 150.*Gam.deciſ.Inſit.*84. *in fin.Petr. de Gregor. de conceſſ.feud. par.*3. *quæſt.* 7. *cum alijs per Reg. Rouit. conſ.* 36. *num.* 7. *tom.*2.

Sed in hac quæſtione contrariam veriorem exiſtimo opinionem, vt ſcilicet poſſit feudatarius totum corpus feudi
99 cum aſſenſu in alium transferre,ſiuè ſucceſſores ſint filij, ſiuè collaterales, nec aliter immediatus ſucceſſor contradicere poteſt, ità omiſſis alijs hanc opinionem tuentur *Reg.Rouit.conſ.*36. *to.*2.*Reg. de Marin.ad Reg.Reuert. obſ.ad deciſ.*532. *nu.*2.*to.*2.& de hoc inferius diſſeruimus.

Prætereà ad materiam noſtræ Regiæ ſanctionis in ſecundo caſu eſt adnotandum,quod licèt vigore eiuſdem ſanctionis Proregi prohibeatur aſſenſum interponere ſuper contractibus de re feudali celebratis à carente ſucceſſore, qui iuſta conſtitutionem Regni in feudo admittitur, & proindè videatur includere illos, qui ſunt coniuncti in tertio gradu,in vlterioribus verò videtur prohibitionem locum vindicare.

100 Attamen quia poſt dictam Regiam pragmaticam ſuperuenerunt nouæ gratiæ, quæ ampliauerunt ſucceſſionem col. lateralem in bonis feudalibus vſque ad quartum gradum incluſiuè de iure ciuili, ideò huiuſmodi prohibitiò non vltra tertium, ſed vltra quartum gradum viget, vt dixerunt *Reg.Rouit.in d.prag.*4.*de feud. num.* 40. *verſ. ſed veritas*, & idem latiùs fundat *in conſ.*83. *nu.*7.*lib.*2. *Reg.de Marin. quot.reſol. to.*1.*cap.*21.*in fine, Nouar. in collect.ſuper prag.tit. de feud.collect.* 5. *nu.*9. *verſ.tamen.*

Ad quod *Regens Rouit. ſuper dicta prag.*4.*nu.*40. rationem expendit,dicens,
101 quod intentio Regis reſtringentis poteſtatem non fuit diſtinguere tempus præſens, aut præteritum à futuro, ſed denegare aſſenſum non habenti ſucceſſorem; hinc eſt, quod quotieſcumque de poteſtate Proregis in aſſentiendo, quæreretur; locus fit diſpoſitioni huius pragmaticæ inſpecto tempore,quo accidit caſus, non autem tempore editæ pragmaticæ, itaùt ſi tempore petiti aſſenſus adſit ſucceſſor de Iure Regni, quamuis introducto poſt hanc pragmaticam, poteſt Prorex aſſenſum præſtare etiam ſi inſpecto iure, quod vigebat tempore legis conditæ, ſucceſſor non adeſſet; idemque probatur ex ſinodali doctrina *Io: Andr. in c. ne aliquid de priuil.in* 6. In *d.tex.* diſponitur,quod priuilegia cõceſſa cuiuis perſonę, nè interdici,aut excõmunicari poſſit, non comprehendunt ſententias ordinariorum, & ſic *tex.* loquitur de priuilegijs conceſſis pro præterito, & quæ reperiebantur conceſſa tempore illius conſtitutionis promulgatę;ſubdit tamen *Io:Andr.* ibi,quod comprehendit etiam priuilegia conceſſa poſt illam conſtitutionem editam, & ſic etiam ea, quæ non vigebant tempore legis conditæ, ſed fuerunt de nouo conceſſa, & rationem addit, quia intentio legis non fuit diſtinguere tempus præteritum à futuro, ſed vt quotieſcumq; de viribus alicuius priuilegij dubitari contingeret, locus fit diſpoſitioni illius *tex.* proindè ſequitur in caſu noſtro, quod dùm legislatoris intentio non fuit diſtinguere tempus præteritum à futuro circà gradum ſuccedendi, ſed tantùm decernere, ne valeat Prorex aſſenſum præſtare tempore, quo alienans caret ſucceſſore, videtur ergò includere ſucceſſores,qui per gratias de nouo conceſſas vocantur in feudalibus.

Alteram etiam rationem ibidem adducit idem *Reg.Rouit.*quod ſcilicet diſpo-

ſitio

Digitized by Google

102 sitio huius pragmaticæ est in diem, imò conditionalis, dùm considerat tempus, & statum, quo quis careat legitimo successore, sed quotiescumque dispositio est in diem, vel conditionalis tùnc non dispositionis tempus, sed ipsius diei, vel cõditionis euentus attenditur, vt loquitur *tex. in l. eum qui, ff. de condit. & demostrat. l. non oportet, ff. de leg. 2. gl. in extrauag. antiquorum de pœniten. & remiss. & in extrauag. communibus verb. confitebuntur circa med.* ideò sequitur, quod dùm tempore alienationis venditor habere comperitur successorem per nouas gratias concessum, non vindicat propterea locum prohibitio dictæ pragmaticæ.

103 Sed circumscriptis prædictis alia fundatur ratione magis ad propositum congruente, nàm scilicet mens statuentis, & ratio statuti, non autem verba illius, ex quibus statutũ concipitur, spectanda sunt *ad tex. in l. digna vox cum seqq. ff. de legibus*; Cumque ratio prohibitionis in dicta pragmatica sit, quia Regi ex tali contractu alienationis feudi tolleretur ius proximè deuolutionis eiusdem feudi, quod statim ipsi Domino acquireretur sequuta morte dicti alienantis, dùm alijs successoribus in feudalibus caret; sed hæc ratio in casu, de quo agitur, non militat, quia dùm coniuncti in quarto gradu ad feudalium successionem admittuntur, nõ videtur ex huiusmodi contractu alienationis Regi tolli deuolutionem feudi, & proindè dùm ratio, & causa statuti deficit, deficit etiam prohibitio ibidem contenta.

104 Sed ad rem hanc in contrarium facit, quæ scripsit *Consil. Marcianus cons. 16. to. 1. nu. 14.* agens, quod apposita in assensu clausula, vt scilicet successio feudi non extendatur, nisi ad gradus comprehensos in constitutionibus, & capitul. Regni, quæ iura tempore assensus præstiti vigebant; ex gratijs verò deindè superuentis, ex quibus fuit ampliata successio vsque ad quartum gradum, non poterit assensus extendi vsque ad dictum quartum gradum, etenim clarum est, assensum esse stricti iuris, *Andr. in c. 1. §. donare, qualiter olim feudum poterat alienari, & in const. Regni, si vassallus, Frecc. de subfeud. in 2. lib. quæst. 20. nu. 8.* nec ex maioritate rationis extenditur, *Camer. in c. Imperialem lit. R. fol. 60.* maximè in non expressis, idem *Camer. lit. C. fol. 62.* neque assensus trahitur ab incogitata, *l. cum aquiliana, ff. de transact. Andr. in c. Imperialem col. 4. Frecc. d. lib. 2. quæst. 4. nu. 5.* proindè quia Rex expressè concessit assensum quòad eos, qui comprehenduntur in gradibus contentis in constitutionibus, & sic in tertio gradu, non potest extendi ad quartum gradum, de quo nõ loquitur, & quando assensus exprimat

105 casum specialem respectu illorum, qui sunt in tertio gradu, ius superueniens nõ prodest, *Camer. in c. Imperialem lit. P. fol. 56.* Imò si verum est, quod assensus non extenditur de persona ad personam, vt est notissimum, arctior est extensio, quæ fit de gradu ad gradum, quàm de persona ad personam, *Aretin. & Iason. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis, & posthum. Tiraq. in l. si vnquam verbo libertis nu. 26. & seqq. C. de reuocandis do-*

106 *nationibus.* Futura etenim tùnc in assensu comprehenduntur, licèt non exprimantur, quando illa tempore assensus euenire possunt ex prouidentia legis, & Rex assentiens eo tempore scit, vel scire præsumitur, venire futura, sicut diximus in assensu generaliter præstito in obligatione feudorum, in quo licèt non fiat mentio futurorum, illa tamen comprehenduntur ex iuris ministerio, & assensus tùnc operatur tanquam in connexis, ità *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 3. nu. 5.* quod diuersum est à specie, de qua agimus cũ tempore prẽstiti assensus prorogatio ista, nedùm aliquo iure non poterat excogitari, quod succedere potuisset, ideòque assensus ad illam extendi non poterit.

107 Verùm prædictis respondetur, loquitur enim *Consil. Marcianus* in casu, quo quis super testamento condito de re feudali, assensum obtinuit, & ex illo feudalium successio defertur masculis de domo testatoris, exclusis fœminis, onere solummodò adiecto dotandi illas, itaùt in futurum fœminę nullo vnquam tempore succedant, sed tantùm masculi, quorum successio, fuit tamen præscriptum, vt non extendatur, nisi ad gradus comprehensos in constitut. & capitul. & non vltrã. Euenit, quod masculi prætendentes successionem coniuncti erant in quarto gradu, & aderant fœminæ priori gradu cõ-

iunctæ, inquit *Conſil. Marcianus*, quod maſculi prædicti, quia nec expreſsè, nec tacitè cogitati fuerunt, non poſsunt excludere fœminas. Contrarium eſt in caſu noſtro, ſi poſset Prorex aſsenſum concedere in contemptũ dictæ prohibitionis ſtante dicta noua gratia, & in hoc caſu non poteſt hæſitari, quin Prorex poſſit, non obſtante dicta prohitione, aſsenſum dare, proùt annuit idem *Conſil. Marcianus d.conſ.16,to.1,nu.15.*

Tertius caſus eſt, vbi feudi alienatio fit in eũ, qui, aut ipſe parum fidelis fuerit, aut à non fidelibus originem trahit.

§. III.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus à Prorege præſtari non poterat ſuper diſtractionem feudi facta in perſonam, quæ parũ fidelis fuit, vel originem traxit à non fideli, hodiè tamen hoc fuit derogatum.*

Tertius caſus eſt, vbi feudi alienatio fit in eũ, qui, aut ipſe parum fidelis fuerit, aut à non fidelibus originem trahit.

§. III.

HIc autẽ caſus hodiè nõ obſeruatur, nàm huiuſmodi diſpoſitio *per prag. 7. ſub tit. de feud.* fuit derogata, & contrarium ibi cautum, quod ſcilicet poſſint

1 Proreges aſsenſus interponere ſuper cõtractibus donationis, venditionis, vel obligationis feudorum, factis his, qui fuiſsent parum fideles, aut originem traherent ab infidelibus, non obſtante quò ad hoc, *prag.4. de feud.* in tertio caſu, ad quod ornatum plura enucleãtur *per Reg. Rouit.in cit.prag.4.*

Quartus caſus eſt, vbi natura feudi mutatur, ſucceſſorem extrà terminos conſtitut. Regni inſtituendo.

§. IV.

SVMMARIVM.

1 *ASſenſus non datur à Prorege, quando feudi natura mutatur ex diſtractione facta à feudatario; & quando ſic dicatur, nu.2. exploſa littera ſanctionis reiecto, contrario intellectu, n. 3.*
4 *Feudatarius ex aſſenſu Proregis nũm valeat in contractu feudi naturam mutare, quid in diſpoſitione facta in morte, & nu.5.*
6 *Feudatarius non poteſt contrahere ſub alia forma, & natura feudi, quam ipſe habet, nec alterare naturam inueſtituræ, num.7.*
8 *Feudorum nouas inueſtituras Prorex facere non poteſt, & quare.*
9 *Aſſenſus datus à Prorege clauſulam continens,* feudi natura non mutata, *conditionalis dicitur, nu.10.*
11 *Feudi diſpoſitio contra eiuſdem feudi naturam non valet.*
12 *Aſſenſus cum clauſula* feudi natura, in aliquo non mutata, *explicat intentionem Regis.*
13 *Aſſenſus cum clauſula* feudi natura non mutata, *non extenditur ad ea, quæ expreſsè ſunt mutata, & conceſſa, & de ratione, nu.14.*
15 *Aſſenſus non videtur derogare primam inueſtituram, niſi expreſsè ſit dictum.*

16 *Aſſen-*

Digitized by Google

16 *Assensus à Prorege præstitus nunquam derogat primam inuestituram.*

17 *Assensus à Rege præstitus cum clausula* feudi natura non mutata, *videtur limitatè concessus.*

18 *Assensus non substinetur, si non fuerint narrata Regi feudi natura, & qualitates, sed si expressa fuerint, dicitur voluisse derogare primam inuestituram, nu.19.*

20 *Feudi naturam mutare est maximum interesse Regis.*

21 *Feudi concessio cum clausula* feudi natura non mutata, *non operatur in expressis, in quibus remanet alterata ex voluntate Regis, & habet locum in alijs, quæ non sunt expressa.*

22 *Assensus continens clausulam* iuribus nostræ Curiæ reseruatis, *non interpretatur contra expressè concessa.*

23 *Assensu dato super contractu, in quo feudi natura mutatur, censetur feudum in manibus Regis refutatum, & deindè concessum.*

24 *Feudum nouum dicitur ex forma nouata, ac natura mutata nu.25.*

26 *Assensum Prorex dare non potest, vbi feudum natura alteratur in minimo.*

27 *Feudi dispositio quando dicatur alterare naturam ipsius feudi.*

28 *Feudi natura quando valeat quòad tempus mutare.*

29 *Feudi institutio præter vocatos in constitutionibus Regni non valet, & assensus est præstandus à Rege.*

30 *Feudi immissio datur proximo legitimo successori, nulla dispositione defuncti existente, & habet locum remedium* legis final.C.de edict.Diui Adr.tol.

31 *Feudi dispositio contra legem inuestituræ operatur, vt nec etiam æstimatio debeatur.*

32 *Feudi dispositio in beneficium secundogeniti an valeat cum assensu Proregis, & an requiratur consensus primogeniti.*

33 *Feudum potest Pater alienare, siuè nouũ, siuè antiquum, contradicente filio primogenito, & per S.C. decisum valere assensum, nu.34. contrarium probatur, nu.35. & per Collaterale Consilium decisum, nu.36.*

37 *Primogenitus solus succedit in feudo in Regno, vbi viuitur iure francorum, & instituto secundogenito, dicitur institutus extraneus contra formam pragmaticæ, nu.38.*

39 *Pater non potest feudum in secundogenitum donare, nec in feudo vbi viuitur iure longobardorum cauere, vt solus primogenitus succcedat, nu.40.*

41 *Feudum alienare potest Pater etiam primogenito contradicente, sed non donare secundogenito, quia in primo casu lex, & natura feudi non subuertitur, limitatur, si adest consensus primogeniti, nu.42. nec assensus Domini requiritur, nu.43. & de ratione, nu. 44. & an sufficiat consensus tacitus, vel requiratur expressus, nu.45.*

46 *Feudum non potest pater donare secundogenito in testamento, vel donatione causa mortis absque Regali beneplacito, secus in donatione inter viuos, vbi sufficit assensus Proregis, nu.47. Et quæ sit ratio disparitatis, nu.48.*

49 *Feudo donato secundogenito non consideratur fraus Domini, nec successoris.*

50 *Feudum hæreditarium potest alienari inter viuos cum assensu, & successores siuè filijs, siuè collaterales non possunt contradicere, nu.51. Et fuit datus assensus donationi factæ vxori, nu. 52. & referuntur exempla decisa, nu.53. & 54.*

55 *Feuda possunt masculo remotiori relinqui, & fœminas proximiores excludi ex gratia Neapolitanis concessa; quod procedit etiam, vt filia fœmina possit excludi, & masculus proximior vocari, etiam si feuda sint titulo decorata, & tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos, nu.56. & quæ requirantur, vt habeat locum dicta gratia, nu.57.*

58 *Feudatarius, vt ritè excludat à feudorum successione fœminas proximiores virtute gratiæ, an exprimere debeat, velle vti dicta gratia.*

59 *Dispotio præsumitur fieri secundum ius municipale, non autem secundum ius commune, & quis censentur velle, vti potestate, vt actus substineatur, n.60.*

61 *Feuda, vt masculus vigore gratiæ acquirat cõtra fœminam proximiorem, requiritur, vt sit in gradu successibilis.*

62 *Feudum potest relinqui masculo, excluſa fœmina proximiori, licèt dictus masculus non succederet ab intestato.*

63 *Fœmina exclusa vigore gratiæ ei relinqui debet dos, aut aliquid amoris causa, si sit dotata.* 64 Feu-

Digitized by Google

64 *Feudatarius habens vnicam filiam, ac nepotem ex fratre ſecundogenito præmortuo, & fratrem tertiogenitum viuum, an poſſit dictum fratrem tertiogenitum inſtituere hæredem vigore gratiæ.*

65 *Feudatarius habens filios maſculos, & fœminam, nùm diſponere poſſit vigore gratiæ, vt maſculo moriente ſine liberis, ſuccedat alius maſculus de ſua familia in gradu ſucceſſibili; ſed contraria argumenta referuntur, nu.67. & 68. & indè refelluntur nu.69. de veritate, nu.70.*

66 *Feudatarius non poteſt ſubſtitutionem facere in feudis.*

71 *Feudatarÿ diſpoſitio ſemper eſt interpretanda, vt minus noceat concedenti, nec facienda eſt extenſio ad fauorem conceſſionarÿ.*

72 *Feudatarius an poſſit vigore gratiæ in feudis nouis filiam excludere, & fratrem inſtituere, etiam ſi inueſtitura eſſet concepta pro hæredibus ex corpore, num.73.*

74 *Feuda noua empta à Regia Curia, vel particularibus, poſſunt in eis ſuccedere fratres, & ſorores, etiam conſanguinei tantùm, vel vterini tantùm, ac eorum filij ex gratÿs conceſſis Regno, non obſtante clauſula, ex corpore, quod in omni alio feudo extenditur, nu.75.*

76 *Feudo à Rege donato, non ſuccedunt fratres: nec in feudo nouo de iure conſtitutionis Regni, ſed vigore gratiarum ſic: in feudo antiquo ſecus, non obſtante clauſula, ex corpore, nu.77.*

78 *Feuda noua circa ſucceſſionem fratrum regulantur ſecundum feuda antiqua vigore gratiarum.*

79 *Fratres vterini, & conſanguinei excluduntur à ſucceſſione feudi noui ab vtrinque coniunctis.*

80 *Feudo relicto maſculo remotiori, excluſa fœmina proximiori vigore gratiæ, an eo mortuo ſine filÿs detur ſucceſſio in beneficium fratris, ſororis, & nepotis vigore gratiæ.*

81 *Gratiæ ſtrictè ſunt intelligendæ, & quare, Gratiæ pro ſucceſſione feudorum conceſſæ, ſufficit, vt adimpleantur in prima ſucceſſione.*

82 *Feudi ſucceſſio diſpenſata vigore gratiæ fauore certæ perſonæ in alÿs ſucceſſionibus retinet rectam naturam feudorum.*

83 *Feudum in perſonam maſculi vigore gratia eſt antiquum; & proindè ſucceditur vltimo morienti.*

84 *Feudum antiquum datur deſcendenti ex communi ſtipite feudi acquiſitoris.*

85 *Feudi natura alterata fauore certæ perſonæ, in alÿs perſonis retinet rectam feudalem naturam.*

Quartus caſus eſt, vbi natura feudi mutatur, ſucceſſorem extrà terminos conſtitut. Regni inſtituendo.

§. IV.

EX hoc caſu deducitur cõcluſio, quod ſcilicet tùnc prohibitio prædicta vigeat, quando feudatarius vellet aliquem hæredem inſtituere in feudalibus, 2 qui eſt coniunctus vltrà gradum conſtitutionis Regni, vel reſtringere ſucceſſionem ad maſculos; ſed quando feudi natura in alio mutatur, vtpotè ſi feudum ex pacto fieret hæreditarium, vel hæreditarium ex pacto, vel res feudalis allodialis, fieret, tùnc non habet locum dicta prohibitio, & poteſt Prorex in contractibus, vbi talia fierent, aſſentire, quemadmodũ etiam poterit, quando diſponeret quis de feudo legando, vt inquit *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 1. num.30.*

Et ratio colligitur ex verbis eiuſdem prohibitionis, 3 nàm hæc ſanctio eatenus cõceſſionem aſſenſus Proregi prohibuit, quatenus natura feudi mutatur extrà terminos conſtitutionis Regni; cum ergò conſtitutio Regni diſponat modum, & & formam ſucceſſionis in feudalibus, nõ autem ſtatuit, vt res feudalis non poſſit fieri allodialis, vel quod natura feudi ex pacto non poſſit mutari in naturam feudi hæreditarij, & è contra, ideò dùm talia conſtitutio non diſpoſuit, non videtur in his egredi terminos conſtitutionis Regni

Digitized by Google

gni, & succeſſiuè non eſt locus prædictæ prohibitioni.

Sed veritas eſt incontrarium, quia verba illa pragmaticæ (ſucceſſorem extra terminos conſtitut. Regni inſtituēdo) ſunt poſita exemplificatiuè, non autem reſtrictiuè, vt teſtatur *Reg. Capyc. Latr. conſult. 70. nu. 30. to. 2.* nàm aliàs ſequeretur abſurdum, quod poſſet feudatarius in vita contrahendo feudi naturam mutare extra terminos conſtit. Regni, quod eſt falſiſſimum; ſi quidem non poteſt vaſſallus alio iure dare, niſi quo ipſe habet *c. 1. §. porrecto de leg. Corrad.* ideò ſupradicta non procedunt, & vtrumque ſub prohibitione comprehenditur, vt ſcilicèt non poſſit aſſentire, nec inſtituendo extrà terminos conſtitutionis Regni, nec aliter contrahendo, vel diſponendo feudi naturam mutare. 4

Vndè cum lex noſtra vtrumque modum ſub prohibitione includat. de vtroque conuenit ratiocinari.

Ad primum ſcilicet, vt non poſſit Prorex virtute huiuſmodi prohibitionis aſſenſum concedere ſuper contractibus alienationis feudorum, vbi in aliquo quomodocumque mutatur natura faudi, in priuilegio inueſtituræ circumſcripta, ità dixerunt, *Præſ. de Franch. deciſ. 1. n. 25. Reg. de Marin. reſol. quot. to. 2. cap. 30. nu. 18. Capyc. deciſ. 100. & 156. Reg. Marcian. diſput. 80. nu. 5. to. 2. Reg. Capyc. Latr. to. 2. conſult. 79. nu. 3. 23. & 26.* idemq; etiam probat ius commune, ſtatuitur enim in §. *porrecto de lege Corrad.* vt quando tractatur de alteratione naturę feudalis, ſpectat aſſenſus conceſſio ad ſolum Principem, ſimile diſponit *tex. in c. 1. de ſucceſſ. feud. & in c. 1. §. donare qual. olim feud. pot. alien.* vt ſcilicet feudatarius non poſſit formam, & originem feudi mutare, quod etiam latè comprobant *Martin. Laudenſ. in c. 1. in principio col. 1. qui feud. dar. poſſ. Bald. in d. c. 1. §. donare qual. olim feud. pot. alien. & in c. imperialē in princ. col. 6. de prohib. feud. alienat. per Feder. Aluarot. in c. 1. col. 4. an agnatus, Reg. de Ponte de poteſtate Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper alien. §. 3. Lanar. conſ. 15.*

Et ratio eſt, quia feudatarius non poteſt ſuper feudo contrahere ſub alia natura, & forma, quam ipſe habet *cap. 1. §. porrecto de leg. Corrad. Bald. in c. 1. §. vaſſallus poſt nu. 4. ſi de feud. defunct. milit. fuer. controu.* mutare enim naturam feudorum, & eis nouam imponere formam ſoli Regi, & non feudatario permittitur, vt inquit notabiliter *Gulielm. de Pern. in conſ. 18. incip. circa feuda nu. 5. & 6.* & ſequitur *Reg. Capyc. Latr. conſult. 81. n. 16. to. 2.* imò nec etiam Rex ſine conſenſu vaſſalli mutare, vel alterare poteſt naturam inueſtituræ, *Andr. in conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus col. 2. in princip. Bal. conſ. 82. vol. 1. incip. proponitur, quod inueſtitura*; etenim poſtquam feudum habet ſubſtantialia, & naturalia ex contractu inito inter Regem, & vaſſallum, non poteſt vnus ſine alio mutare deducta in cōtractu, & naturalia illius, *Andr. in c. 1. col. penult.* ibi, *ſi verò quod conceſſit de controu. feud. apud par. term. Loffred. conſ. 37. num. 5.* & proindè non poteſt vaſſallus abſq; Regis conſenſu de feudo diſponere citrà formam illius collationis. 7

Sed melius alia comprobatur ſpeciali ratione, nàm non poteſt Prorex nouas facere inueſtituras, & conſtituere de nouo feuda, quia inueſtiendo de nouo, videtur feudum donare, vt habetur *in c fin. de offic. Vicar.* & firmat *Camerar. in c. Imperialem, fol. 79. col. 2. lit. H. ver. quia inueſtiendo ipſe donat,* Prorex autem non poteſt donationes facere, *gloſ. in c. fin. in ver. non poteſt de offc. Vicar.* in mandato enim quantumcumque generali, & generaliſſimo non venit poteſtas donandi, *l. contra iuris, §. fin. de pactis.* 8

Quamobrem inoleuit vſus Regię Cācellariæ in aſſenſus priuilegio apponere clauſulam *natura feudi in aliquo non mutata*, vt teſtatur omiſſis alijs *Reg. Capyc. Latr. conſult. 79. num. 40.* & hæc clauſula importat conditionem, cum ſit poſita per ablatiuum abſolutum, ex quo oritur conditio, *l. euictis agris, ff. de acquir. rer. domin. l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat.* ſed alij dixerunt, quod huiuſmodi clauſula facit aſſenſum nullum, non autem conditionalem, quia hæc conditio non ſuſpendit aſſenſum, dùm non in futurum, ſed in præſens confertur *ad tex. in l. itàque, ff. ſi cert. petat. l. inſtitutio talis, ff. de hæred. inſtituen.* & in noſtro propoſito probant *Reg. Lanar. conſ. 15. nu. 11. Reg. Capyc. Latr. conſul. 80. nu. 40.* Quidquid tamen ſit, ſemper cenſetur ex vi dictæ 9 10

Digitized by Google

11 ctæ clauſulæ, vt quatenus diſpoſitio ſit facta contra naturam feudorum, non valeat, etiam ſi minimum naturæ mutaretur propter illud verbum, in aliquo, vt inquit *Frecc.de ſubfeud. 2.lib. 1.quæſt. incipit ſupereſt, num.* 10. *&* 11. *fol.* 122. eſt enim tantæ potentiæ dicta clauſula, vt in nihilo videatur receſſum à prima inueſtitura, vt declarat *Afflict.in c.1. 6. col. qui ſucceſſ. teneant.* & ex hac clauſula videtur declarare, mentem ſuam intelligere non voluiſſe in minimo, quidem ſolitam, & veteram feudi naturã in aliquo modo immutare, & quod eius intentio eſt in
12 tantum aſſentire, in quantum feudorum natura non mutatur iuxtà Regiam ſanctionem, vt inquiunt *Andr. in c. 1. nu. 7. qui ſucc. ten. Frecc. de ſubfeud. quæſt.* 12. *nu.*12. *Imola in cap.1. de pact.* Reg. *Capyc. Latr. conſul.* 80. *num.* 83. *& conſul.* 82. *num.*45.

Sed in contrarium vrget, quod clau-
13 ſula iſta intelligitur de alijs, præter illa, quæ expreſsè alterant naturam feudorum, ne videatur Prorex incontinenti ſe corrigere, & mutare voluntatem *ad tex. in l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. Andr. in c.1. qui ſucceſſores teneantur.*

Sed bifariam reſpondetur primò, quia
14 non eſt verum, quod Prorex priùs concedit, & deindè clauſulam ſuperaddit, nàm antequam aſſentiat, illam apponit expreſsè, & deindè aſſentit, vt fatetur, Reg. *Capyc.Latr. conſult.* 82. *nu.*46. *verſ. nàm reſpendetur.*

Secundò, quia non videtur, quis aſſen-
15 tiendo velle derogare primæ inueſtituræ, niſi expreſsè hoc dicat. *Bal. in l. penult. per illum tex. C. per quas perſ. nob. acquir. Dec.conſ.*390.*nu.*3. *&* 498. *nu.*18. Hinc *gl. Paris* §.35.*n.*10.*in fin.*dicit, quod attenditur prima inueſtitura, & quatenus reperiatur alterata, præſumitur ex errore, niſi expreſsè fuerit mutata animo nouum ſtatum rei inducendi ab habentibus poteſtatem, & illud quod verbis claris, & expreſſis in aſſenſu non conceditur, videtur denegatum, *Frecc.lib.2.quæſt.*5. *col.*4. *in princ. fol.* 131. & propterea aſſenſus ſimpliciter præſtitus non alterat feudi naturam, ſed illa firma in omnibus remanente facit tranſire feudum in accipientem, proùt penès alienantem, quod aliter transferri non potuiſſet, *Iſer. in* §. *ſed nec alia iuſtior col.3. quæſit prima cauſa benef.amitt.*

16 Prætereà ſupradicta in contrarium relata, nullatenus procedere poſſunt in aſſenſu à Prorege præſtito, quia cum Prorex careat huiuſmodi poteſtate, non poteſt parti opitulari, tàm ex defectu poteſtatis, quàm voluntatis *ad tex. in l. 1. & 2. C. ſi à non compet. Iudic. cap.1. ext.de ſent.& re iudic.* Prorex enim præſumitur aſſenſum præſtare voluiſſe modo permiſſo, & non prohibito *ad tex.in l.2.C.de petit.hæred.Bart.in l.non ſolum,* §. *ſed vt probari nu.3. de nou.oper.nunciat Reg.Capyc.Latr. conſul.*81. *nu.*50. *to.*2. quod indicare videntur verba illa, *feudi natura in aliquo non mutata*, nàm eatenus voluiſſe cenſetur aſſenſum concedere, quatenus natura feudi non mutatur, nàm ſi in aliquo mutatur, noluiſſe aſſenſum concedere, apertè ex illa clauſula dignoſcitur.

Imò ſi Rex aſsẽſum daret ſuper huiuſ-
17 modi contractibus, vbi feudi natura mutatur, addita prædicta clauſula *feudi natura in aliquo non mutata*, videtur aſſenſum limitaſſe, *Andr. in c. 1. col.* 4. ibi, *ſed ſi generaliter qui ſucceſſ. teneantur*, quem refert, & ſequitur *Lanar. conſ.* 60. *nu.* 125. & etiam cenſetur non intendere eam naturam immutare, quæ feudo eſt aſſignata à lege, vel ab homine; ideò præſtans aſſenſum ſub ea conditione, nè feudi natura mutetur, diſponere videtur, vt ſcilicet quæ erant in alienante, remaneant in accipiente, vt inquit *Frecc.lib.*2. *de ſubfeud.quæſt.*1.*incip.ſupereſt.num.*10. *fol.*122. præſertim ſtante clauſula in eodem aſſenſu appoſita, quòad expreſſa tãtùm, quæ reſtringit vires aſſenſus ad ſpecificata, vt inquit idem *Frecc.lib.2.quæſt.* 3.*&* 15.*in fine.*

Et amplius eſt notandum, quod Rex
18 debet certiorari de antiqua feudi natura, nàm ſi qualitas, qua feudatarius poſſidebat feudum in precibus Regi porrectis, non exprimatur, etiam ſi Rex ſuper nouo contractu de feudo inito aſſentiret, aſſenſus, non ſubſiſteret, vt firmant *Gozadin.conſ.*26. *nu.*41.*verſ.primo quia non fuit narratum, Loffred.conſ.*11. *nu.*38.*ver. nec etiam obſtat, Afflict. deciſ.*195. *col.* 2. *verſ.ſecundo dicebat, Dec.conſ.*390.*nu.*30. *Reg.Capyc.Latr.conſul.*82. *num.*53.*tom.*2.

quia

Digitized by Google

quia omnia tenentur exprimere, aliàs assensus ex his redditur nullus vitio subreptionis, si talis qualitas non exprime-
19 retur, nàm Rex non videtur assentire, cum in dubio non præsumatur, voluisse derogare primę inuestiturę, mutando naturam feudorum in præiudicium vocatorum, & sui: dùm maximum adest interes-
20 se Regis in mutatione naturæ feudi, proùt est in feudo ex pacto, in quo non est aperta in omnibus casibus deuolutio, sicuti in feudo hæreditario, vt latissimè distinguit *Camerar. in cap. 1. an agnatus fol.* 378. *nu.* 58. idemque in proposito firmant *Frec. de subfeud. lib. 2. quæst. 15. nu. 4. fol.* 143. *Reg. Capyc. Latr. consult. 82. n. 54. tom. 2.*

21 Sed animaduertendum est, quod concesso per Regem assensu, addita huiusmodi clausula, *feudi natura non mutata*, illa non operatur in expressis, in quibus remanet alterata feudalis natura ex voluntate Regis assentientis, benè tamen procedit in alijs, quæ non sunt expressa, vbi feudum retinet propriam naturam, *c. 1. de feud. non hab. propr. feud. natur. Frec. de subfeud. lib. 2. author. 1. quæst. 12. nu. 13. Camer. in c. Imperialem fol. 35. lit. I. Lanar. cons. 69. nu.* 138. *&* 140. *Anna alleg. 41. nu. 13. vsque ad* 37. *Reg. de Ponte cons. 49. nu. 14. lib. 1.* quod etiã procedit in omnibus clausulis reseruatiuis, & præcipuè in
22 clausula *iuribus Curiæ, & alienis semper saluis, Andr. in c. 1. §. sed nec alia iustior nu. 35. quæsit prima cauf. benef. amitten. & in c. 1. nu. 9. qui succes. tenean.* & sufficit alteratio absq; expressione mutationis naturæ feudi, quoniam alteratio fit ex pacto contrahentium, & in expressis non regulabitur pactum à natura, sed natura à pacto, *Camer. in c. 1. an agnatus quæst. 21. nu.* 144. *fol.* 462. *Vrsill. ad Affl. decis.* 112. *nu. 7. Cons. Marcianus cons. 69. num. 55.*

Vlterius dato Regio assensu super cõtractu, ex quo alteratur feudalis natura,
23 censetur feudum in manibus Regis concedentis refutari, & indè per Regem denouo concedi sub alia forma, ità quod occultari videtur vnus actus, *Bal. in c. si facta col. 1. si de feudo defuncti militis, Andr. in cap. 1. §. sed nec alia iustior col. 3. vers. quia cum dicant moderni, quæ sit prima causa beneficij amittendi, Affl. decis.* 112. *vers. secundo casu, Reg. Lanar. cons. 15. nu. 3. Consil. Marcian. cons. 69. num. 16.*

24 & noua causa, & noua forma facit nouum feudum *Affl. decis.* 148. & licèt assensus simpliciter præstitus sit gratia; tamen quando per assensum, nedùm tollitur obstaculum voluntatis Domini, sed etiam tollitur obstaculum naturæ ipsius feudi, alterando illius primæuam naturam, tùnc dicitur noua concessio, *Reg. de Ponte cons. 3. num. 91. Reg. Rouit. cons. 1.*
25 *nu. 15.* & facta huiusmodi concessione feudorum sub alia forma ex contractu feudatarij cum Regis assensu; attenditur hæc noua forma tãquam principium, & radix, *Curtius in tract. feud. 2. p. 7. quæst. Affl. decis. 195. nu. 5.* quod fundamentum inspiciendum est, vt primus stipes, & cõsensus Domini concedentis, *Curt. senior cons. 49. col. 9. vers. nec mirum*, vndè alia subsequens inuestitura regulatur à prædicta, *Paris. cons. 23. nu.* 64. *&* 65. *vol. 1. Petrus de Gregorio de concessione feudi p. 3. quæst. 10. nu. 3.*

Et ex his etiam desumitur ad confir-
26 mationem supradictorum, quod scilicet non possit Prorex assensum præstare, vbi mutatur natura feudi, vel vbi illius qualitas alteratur, & quęlibet alteratio, quamuis minima sufficit ad mutationem naturæ rei feudalis, *c. 1. de feud. non hab. propr. nat. feud. Bal. in cap. 1. §. si vassall. nu. 9. si de feud. def. milit. Reg. Capyc. Latr. consult. 80. nu. 67.*

Vndè si feudatarius vellet per indire-
27 ctum eximere feudum à solutione onerum, & quod succedens haberet illud præcipuum: esset mutare naturam feudi, cum ad successorem absq; titulo hæreditario feudum transiret, vt ait *Guglielm. de Perno in 4. notab.* quem refert *Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. de assensu, Reg. super dicto §. 3. Præs. de Franch. dec. 1. nu. 25. Reg. Capyc. Latr. consul. 79. nu. 22. &* 72. idemque procedit, si feudum venderet, illudque eximeret à solutione onerum, nàm licet emens non habeat feudũ ex titulo hæreditario, tamen tenetur ratione feudi ad onera, cum sit illud oneribus obnoxium, vt discurrit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de refut. feud. §. 8. nu.* 18. eumque sequitur *Reg. Capyc. Latr. consult. 79. nu. 19. to. 2.*

28 Verùm si tractetur de mutatione feu-

Digitized by Google

di ad tempus, & non perpetuò, non requiritur aſſenſus Regis, quia facilius permittitur naturam mutari ad tempus, cum ad priſtinum ſtatum certo ſit reuerſurũ, ità *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 35. nu. 19. & 20. Capyc. deciſ. 64. num. 8. Reg. Capyc, Latr. cit. conſult. 79. nu. 32. to. 2.*

29 Ad ſecundum caput contentũ in quãrto caſu noſtræ ſanctionis, quod ſcilicèt non poſſit inſtituere alios, præter vocatos in conſtitutionibus Regni, facit ad confirmationem *tex. in c. 1. de ſucceſſ. feud.* vbi cauetur, quod ad Principem ſpectat aſſenſum concedere, vbi tractatur de diſpoſitione rei feudalis, præter perſonas in lege inueſtituræ contentas: & ratio eſt, quia mutare legem inueſtituræ, & nouam imponere formam, Regi ſoli permittitur; feudatarius autem non poteſt de feudo diſponere ſub alia natura, & forma, quam ipſe habet, *c. 1. §. porrecto de leg. Corrad. Gugliel. de Perno in conſ. 18. incipit circa feud. nu. 5. & 6.* & faciunt tradita *per Reg. Capyc. Latr. conſult. 81. nu. 16. tom. 2.*

30 Hinc eſt, quod poſt mortem feudatarij immittendus eſt in poſſeſſionem feudi proximus, & immediatus ſucceſſor, nulla ordinatione, vel alia diſpoſitione defuncti ſine aſſenſu Regis valente, vel manente, vt docet *tex. cit. in d. cap. 1. de ſucceſſ. feud.* quod etiã comprobant *Andr. in c. Imperialem, §. illud, Reg. de Ponte conſ. 20. nu. 6. Conſ. de Georg. in repet. feud. c. 48. nu. 12. in princ.* & conferunt plenè tradita *per Conſ. Staiban. reſol. for. 199. nu. 4 & 99. to. 2.* ibique ſubdit, quod licèt in feudis habeat locum remedium, *l. fin. C. de edic. Diui Adrian. toll.* iuxta dicta *per Aſſl. deciſ. 119.* id procedit, quando inſtituitur is, qui eſt immediatus ſucceſſor, vt notat idem *Aſſlict. ibi nu. 2.* & tradunt *Minad. in conſtit. Regni in aliquibus nu. 22. verſ. ideòque ſi pater, Staiban. ſenior conſ. 81. nu. 13. & 14. & Conſil. Staibanus dicta reſol. 199. nu. 7.*

31 Imò facta diſpoſitione rei feudalis in beneficium perſonæ, cui non defertur feudi ſucceſſio, non debetur eidem æſtimatio, ità *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 6. de aſſenſ. Regio ſuper dot. §. 1. nu. 7. verſ. alioquin, ex tex. in l. apud Iulianum, §. fin. de legat. 1.* ſequitur *Conſ. Staiban. reſol. for. 99. nu. 38. to. 1.* Et ratio eſt, quia nulla eſt diſpoſitio de re feudali ſine aſſenſu, etiam quòad æſtimationem, quando aſſenſus non eſt ſolitus concedi, *Camer. in c. Imperialem car. 27. lit. E.*

Prætereà quid dicendum, ſi feudatarius in feudalibus filium ſecũdogenitum
32 inſtituerit, an vt ſubſiſtet inſtitutio, ſufficiat Proregis aſſenſus.

Et affirmatiuè reſponderi prima fronte videtur; ſiquidem feudum ex pacto, & prouidentia adhùc pater poteſt donare ſecundogenito, accedente cõſenſu primogeniti; ſed feudum hæreditarium poteſt pater donare ſecundogenito, non ſolùm abſque conſenſu primogeniti, ſed etiam ipſo primogenito contradicente, proùt abſq; hęſitatione firmarunt *Conſ. Gizzar. deciſ. 22. Minad. in conſtit. in aliquibus num. 27. & 28. Reg. de Ponte de poteſtate Proreg. tit. 6. de aſſenſ. Reg. ſuper dotib. §. 2. num. 14.* vbi *Thor. in addit. qui moltos allegat.* hanc quoque opinionem ſequitur *Conſil. Marcian. conſ. 3. nu. 7.* ad id expendens, *Andr. in c. 1. de alienat. feud. pater*, vbi rationem indicat, etenim lex feudalis non prohibet, quod pater non poſſit donare feudum filio ſecundogenito cum aſſenſu, quia feudi natura non mutatur: ſed eadem durat etiam ex lege poſita in aſſenſu; natura nàmq; feudi non eſt, vt pater in vita cum aſſenſu diſponere non poſſit, vt feudum ad alium filium perueniat, vndè cum eadem primæua natura durat in recipiente, quæ erat in tradente; non dicitur ergò alterata.

33 Imò poteſt pater feudum hæreditariũ ſiuè nouum, ſiuè antiquum in extraneum alienare, accedente Proregis conſenſu, licèt filius primogenitus futurus hæres, & ſucceſſor contradicat, ſic inquit, *Andr. in c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. in c. 1. §. Titius ſi de feudo defunc. milit. Reg. Rouit. in pragm. 1. nu. 124. vſque ad 128. de titul. ab vſu, & in conſ. 39. lib. 2.* vbi refert, ſic bis fuiſſe iudicatum per S.C.

Prætereà conferunt dicta *per Marin. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. in 1. quæſt. incip.*
34 *ſupereſt vt prima*, vbi refert, quod fuit in S.C. diſceptatum, an ſubreptitius ſit iudicandus aſſenſus impetratus ſuper feudi donatione per patrem ſecundogenito facta, dùm in ſupplicatione nulla de primogenito fuit facta mentio, & concludit optimis frætus rationibus, aſſenſum varele,

Digitized by Google

lere, nec subreptitium iudicari posse; & licèt contrarium fuit per S.C. iudicatum, tamen fuit reclamatum, & pendente reclamatione partes articulum iudicandũ compromiserunt Regẽti Reuerterio, qui deindè pro assensus validitate pronunciauit, quemadmodum aliàs S.C. decreuit, vt ipse *Frecc.* refert, ideò sequitur in casu nostro, quod dùm assensus Proregis sufficiat in donatione, alium non debet exposci in institutione.

Sed in contrarium vrget communis
35 opinio, vt scilicet Regis requiratur assensus, tàm super testamento à Patre condito, vbi in feudalibus instituit hæredem secundogenitum, quàm super donatione facta ab eodem, in beneficium eiusdem, excluso primogenito, ità dixerunt *Tusson. pragm. de antef. vers. 2. obser. 2. nu. 130. fol. 67. Reg. de Marin. resol. quot. lib. 2. cap. 29. nu. 10. Octau. Bambac. ad tit. si de feud. defunct. content. sit inter Domin. & agnat. vassall. c. omnes filij in quæst. 4. per tot. fol. 103.*

Idemque probat *Camerar. in c. Imperialem fol. 44. lit. C. & fol. 57. lit. C. vers.*
36 *nec iudicio meo*, vbi etiam testatur, quod per Collaterale Consilium nunquam fuit assensus concessus super donatione feudi hæreditarij facta à patre in beneficium filij secundogeniti, excluso primogenito, & quod tali facultate Prorex careat, sed tamen quandoq; fuit assensus præstitus, vbi tria essent feuda, & pater vellet de tribus vnum secundogenitum donare, de quo etiam testatur *Reg. de Marinis loc. cit. nu. 5. & 9. in fin.*

37 Et ratio huius opinionis est, quia in feudis, in quibus viuitur iure francorum, primogenitus solus succedit, vigore Regni constitutionum, cum onere vitæ militiæ secũdogenitis tribuendæ, dùm ergò instituitur secundogenitus, feudi natura mutatur, non enim Cõstitutiones secundogenitos immediatè vocarũt, sed ætatis prerogatiuam attendi mandarunt, proindè dùm illi instituuntur, institutio
38 fieri dicitur in personam successoris extra terminos constitutionis, quo in casu Proreges assentire nequeunt, vt expressè cauetur in supradicto quarto casu *nostræ pragm. 4. de feud.* & ità firmarunt *Bambacar. Tusson. Reg. de Marinis loc. cit.*

39 Prædictis accedat, quæ eleganter, ac diffusè scripsit *Cannet. in repet. c. volentes Regni Siciliæ fol. 83. vers. At retenta opinione nu. 6.* vt scilicèt pater non solùm feudum in secundogenitum donare nequeat, sed in primogeniti perniciem nec alienare, quod etiam comprobat *Reg. de Marin. resol. quot. to. 2. c. 97. nu. 9.* vbi ad-
40 dit, non posse patrem testamento cauere, vt in feudo, vbi viuitur iure longobardorum, vt solus primogenitus succedat, ad quod fundandum inserit scripta in hac materia, *per Io: Angelum Pisanellũ* pro fundanda dicta sententia, proùt ibi est videre.

Nec supra in contrarium relata ad-
41 uersantur, nàm etsi possit pater in extraneum feudũ alienare, etiam filio primogenito contradicente, non per hoc sequitur, quod potest secundogenito donare, quia in primo casu feudi lex, & natura nõ subuertitur, quod secus est in secundo: & ratio diuersitatis est, quia quando pater vendit feudũ extraneo, pecunia ex dicto feudo vendito redacta, in hæreditate reperitur, nullaq; afficitur iniuria filius primogenitus, dùm voluit secundogenitum in pretio æquare: sed quando vult donare secundogenito, in re, & pretio grauatur primogenitus, & proindè id fieri non potest, *Andr. in c. si omnes filij si de feud. defunct. milit. Guglielmus de Perno cons. 7. col. 2. vers. vnde licet, & cons. 12. col. 3. vers. non obstat, Reg. de Marin. loc. supra cit.*

42 Verumtamen hæc omnia tùnc locum habent, quando absque consensu primogeniti fit alienatio in secundogenitum: sed si fieret cum consensu primogeniti, tùnc non solùm dispositio subsisteret;
43 imò nec assensus Domini opus erit; quia sublato de medio primogenito, remanet secundus primus, & resoluitur donatio in vim veræ refutationis, *cap. præterea quibus modis feudum amittatur*, vbi *glos. & Andr.* nec assensus Domini requiritur in hoc consensu primogeniti, quia non
44 habet ius formatum in vita patris, sed spem tantùm, ac etiam consensus huiusmodi resoluitur in vim refutationis in beneficium secundogeniti, & proindè assensu non indiget, vt adnotat *Reg. de Ponte de potestate Proreg. tit. 8. de refutationibus feudorum*, §. 10. *nu. 25. Loffred. cons. 11. num. 46. Ioann: de Lignano inter cons. 77. Frecc. lib. 2. subfeud. cap. pluribus*

Digitized by Google

autem modis limit.24. Reg.Ronit. conſ.31. num.5.

45 Nunquid autem conſenſus tacitus ſufficiat, vel expreſſus requiratur, & an ille inducatur, ſi ſcientiam habuit de huiuſmodi alienatione, & tacuit per annum, accuratè pertractat articulum, *Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*8.§.9. *nu.*26.& diſtinctionem ponit inter feudum ex pacto & hæreditarium,ad quæ me remitto.

46 Sed circumſcriptis prædictis poſtrema hæc ſententia, & ſi vera ſit, procedit tantummodò, quando in teſtamento,vel donatione cauſa mortis dantur ſecundogenito feuda, excluſo primogenito, illæ etenim diſpoſitiones, quæ poſt mortem Patris feudatarij in beneficium ſecundogeniti ſortiuntur, Regale expoſcunt beneplacitum, vt notant ex noſtris, *Reg. de Ponte de poteſt.Proreg. tit. de refutat.feud.*8.§.10. *nu.*15. *Montan.de regal.§.fin. nu.*12. *verſ.ſed tunc inſpexit fol.*326.

Sed in donatione inter viuos ſecus eſt,

47 nàm vt valeat donatio inter viuos de feudo hæreditario filio ſecundogenito, per Patrem facta, excluſo primogenito, ſufficit, vt Proregis interueniat aſſenſus, nec illum de ſubreptione argui poteſt, ſi non exprimatur exiſtentia filij primogeniti, vt copioſè tractat, varijſque modis, & iuribus exornat, *Reg. de Ponte loco cit.* §.10.*per tot.* & ad illum me remitto, ne ſcriptis ſcripta faciamus.

Et ratio diſparitatis,cur Pater donans

48 inter viuos, vel alienans feudum ſecundogenito cum aſſenſu Proregis, non dicatur diſponere contra naturam feudi,& ſubſtinetur diſpoſitio, ſi autem inſtituat hæredem ſecundogenitum cum aſſenſu Proregis, corruit diſpoſitio ex defectu poteſtatis in aſſentiente, tanquam contra naturam feudi, illa eſt apud *Reg.de Ponte ibidem n.*14.*&* 15.quia natura feudi eſt, vt cum aſſenſu Domini ſit illud in commercio, & ſic alienabile, quo fit, vt tàm ex parte alienantis, quàm aſſentientis,nõ alteretur natura, dùm natura eſt talis, quod ſecus eſt, quando diſponitur in vltima voluntate inſtituendo alium, quàm vocatum ex lege inueſtituræ, tunc enim ſuccedit, qui ſuccedere debet ſecundùm naturam feudi, proindè incidit actus in prohibitionem *Reg.Pragm.*4.*de feud.*

Sed hanc diuerſitatis rationem impugnat *Horat.Montan.loc.cit.* dicens, rationem prędictam differentiæ non probare, quia ſi cum aſſenſu Domini feudum eſt in commercio, & natura ipſius eſt alienabilis, ſequitur ergò, vt quocumq; modo fiat diſpoſitio, ſiuè per viam contractus, ſiuè vltimæ voluntatis, non dicitur contra naturam feudi,dùm verbum hoc, in commercio,ſiuè verbum,alienare,ſunt verba generalia, & importãt quamcumque translationem dominij.

Vndè alia ratio diſparitatis affertur, quæ efficax eſt, nàm in diſpoſitione in actu vltimæ voluntatis videtur alterari naturam feudi, quia cum in feudo hæreditario filius primogenitus ſit comprehenſus in inueſtitura, in actu ſucceſſionis videtur ipſe, & non ſecundogenitus vocatus, proindè quando vigore diſpoſitionis factæ à patre, ſecundogenito peruenirent feuda, videretur ſuccedere perſona non vocata in inueſtitura, ideòque diſpoſitio corruit; diſpoſitio autem in contractu inter viuos in aliam perſonam facta,quam in hęredem vocatum ex lege inueſtituræ, non dicitur contra naturam feudi, quia dùm Dominus, & primus acquirens primogenitum vocauerunt poſt mortem; in vita feudatarij non dicitur vocatus filius primogenitus ex tenore inueſtituræ, & ſic filius primogenitus non habet ius in hoc feudo hæreditario, vt inquit *Andr.in c.*1.§. *etſi libellum nu.* 11.*de alienat. feud. paterni,* proindè diſponens in vita, non dicitur facere actum contra naturam feudi, vel contra tenorem inueſtituræ, à qua feudum naturam capit, *c.*1.*de duobus fratribus,à Capit.inueſtit.* & hanc rationem differentiæ refert *Horat.Montan. ibidem,* illamque vt ſuam expendit,impugnando aliam ſupradictam poſitam *per Reg. de Ponte.* Sed ſi benè aduertatur, & legantur ſcripta per *Reg. de Ponte loc. cit.* hanc eandem rationem diſparitatis, quam *Montanus* ibidem in ſuam extollit. idem *Reg. de Ponte* verbis compẽdioſis vtens, ibidem directè conſtituit, vt ex illismet verbis clarè liquet, vndè peſſimum eſt alienos labores abrogare, & ſibi ipſi inſcribere.

49 Accedat etiam prædictis ex huiuſmodi donatione in ſecundogenitum, nec reſpectu Domini, nec reſpectu ſucceſſoris,

Digitized by Google

ris fraus consideratur; siquidem respectu Domini tùnc consideraretur, quando fieret fraus de contractu ad contractum, vt puta si quis sub specie contractus refutationis, seù infeudationis, feudum venderet, *c. beneficium vbi Andr. si de feud. defunct. mil. controuer. fuerit, c. 1. §. commercium de prohibita feudi alienatione per Lothar.* Respectu verò successoris si ageretur de feudo ex pacto, & prouidentia, quod debetur successori filio, vel agnato, siuè velit, siuè nolit feudi possessor, & tùnc non esset permissa alienatio, quia per alienationem priuaretur successione ille, cuius iura non dependent à persona defuncti, sed à pacto maiorum, & prouidentia legis, quibus non potest derogare possessor. Vndè in tali feudo ex pacto, & prouidentia fraus est considerabilis, ità vt non debeat permitti alienatio, per quam talis successor fraudaretur feudo sibi debito, etiam si possessor vellet refutare directo Domino, *Andr. in c. 1. §. etsi libellum nu. 6. vers. sed nunquid ergo existente filio, de alienatione feudi paterni, & in c. 1. §. sed & res, per quos fiat inuestitura, Anna in rubr. de vassall. de crepitæ ætatis nu. 131.*

In feudo verò hæreditario secus erit, cum per contractum inter viuos poterit
50 feudatarius illud alienare cum assensu, siuè successores essent filij, siuè collaterales, nec possunt contradicere, *Andr. in c. 1. §. etsi libellum num. 9. vers. sed quid si acquisiuit, Reg. Rouit. cons. 36. nu. 3. Frecc. de subfeud. lib. 3. de diferentijs inter feudum ex pacto, & prouidentia, & feudum hæreditarium differ. 2. Reg. de Marinis in obseruat. ad decis. 532. Reg. Reuertorij n. 2. tom. 2.*

51 Et ratio est, quia in feudo hæreditario nullum ius acquiritur, aut acquiri potest huiusmodi filijs, vel collateralibus, nisi quatenus illud remanserit in hæreditate defuncti; porrò in vita nullum habent interesse considerabile, per quod impugnare possint dispositionem feudatarij cum ius illorum non possit metiri, nisi mediante persona defuncti, vt pluribus probat *Frecc. loco citato d. differ. 2.* aliam subdens rationem, quia in his feudis hæreditarijs illa formula inuestituræ non prouidet posteris, vt posteris, sed recipienti tantùm, & suis hæredibus, si recipiens vult, etsi nolit, quia in vita distrahit, non læditur hæres de suo; ergo si non adest læsio, non potest cõsiderari fraus successoris, eo fortius quia feudum hæreditarium iudicatur, vt res allodialis, quando in dispositione adaptatur Domini voluntas, nemo enim tùnc læditur, cum dispositio fiat ab eo, qui potest liberè disponere, accedente licentia Domini, vt notat *Frecc. d. tract. de subfeud. de differentijs inter feudum ex pacto, & prouidentia, & feudum hæreditarium, differ. 33. Reg. Rouit. d. cons. 35. nu. 6. & in pragm. 2. de titul. seù inscript. abusu nu. 121. cum seq.*

Quibus terminis attentis idem *Reg. Rouit. d. cons. 35.* refert fuisse concessum
52 assensum super donatione Terræ Boualinæ, facta in beneficium D. Beatricis Vrsinæ per Marchionem eiusdem Terræ eius virum, habentem fratrem, & nepotes successores in feudalibus.

Idemque obseruatum cum Principe Montis Caueosi, ad cuius instantiam fuit
53 à Domino Rege nostro præstitus assensus donationi factæ vxori suæ, de omnibus feudis, etiam titulis decoratis, non obstante cõtradictione eius fratris vtrinque coniuncti, qui huiusmodi donationem fraudolentam annuebat, dictamque donationem nullam declarari efflagitabat, sed indè S. C. iunctis aulis pro validitate respondit, definitiua sententia mediante, vt refert *Thorus in compendio p. 3. verbo dispositio feudalis fol. 308.* & hoc pariter obseruat *Reg. de Marinis ad dictam decis. 532. Reg. Reuertorij.*

Et quamquam hic in casu relato per R. Rouit. assensus fuerit præstitus per Suã Maiestatem, tamen alia causa non successit, nisi quia tractabatur de donatione feudi, facta in beneficium extranei per feudatarium habentem fratrem, eiusque filios in feudalibus legitimos successores, & idem in casu relato *à Thoro* de eadem donatione agebatur, & insuper feuda, quæ donata proponebantur, erant titulo decorata; vndè validè fuit impetratus assensus à Sua Catholica Maiestate.

In re autem, de qua agimus, donatio feudi proponitur facta in beneficium filij secundogeniti comprehensi, & expressè contemplati in inuestitura feudali.

Vndè in proprio casu R. C. facta relatione

tione in Collaterali Consilio decreuit, posse patrem in vnum ex filijs secundogenitis, quem eligeret in vita, feudum donare, vt refert *Reg. Reuerter. decis.* 458. in causa D. Federici Carrafa Marchionis Sancti Lucidi, idemque refert pluries per S.C. decisum, *Reg. Rouit. in prag. 2. n. 119. tit. de titul. script. abusu.*

54 Et in casu fortiori fuit pro validitate donationis pronunciatum per Regium Collaterale Consilium, referente Regia Camera in causa Constantiæ Bonifacio, quæ cum possidebat Casalem Fringiani Parui, ex donatione cum Regio assensu, sibi facta à Mutio Mormile eius filio, mortuo dicto Mutio sine filijs, comparuit in Regia Camera D. Victoria Mormilis soror defuncti, & instetit inuestiri de dicto Casali, asserens ipsam fuisse filiam primogenitam quondam Antonij Mormilis eius Patris, à quo feudum illud prouenerat, & sororem consanguineam dicti Mutij, & proindè ad eam spectabat huiusmodi successio, eo fortius, quia donatio celebrata in beneficium Constantiæ, futilis erat, vti facta in fraudem legis, nimirum nostræ Regiæ sanctionis, iubentis, ne Regni huius Proreges assentire possint illis feudorum dispositionibus, quæ mutata feudi natura fiunt, vtpotè quando extrà terminos cõstitutionis Regni feudatarius alios ad successionem vocat, idcircò in casu proposito Constãtia mater filio suo in feudo prædicto succedere non poterat, *c. 1. de natura succ. feud.* proindè per illam donationem fuit fraus commissa, & de contractu ad contractum, *l. si sponsus, §. circa, ff. de donationibus inter virum, & vxorem.*

Excipiebat tamen Constantia donataria, validitatem donationis ipsi factam supponens, nullatenus de ea dubitari posse, nàm cum feudum prædictum non nisi hæreditarium esset, benè permissum erat Mutio de illo per quemcumque contractum disponere, siuè donando, siuè vendendo, siuè permutando, Regio tamen interueniente assensu, nec aliquis requirebatur agnati consensus, *Andr. in c. 1. §. si libellus de alienatione feud. paterni.* Idemque permittitur etiam, si in extremis esset constitutus, cum nulla lege caueatur, vt infirmus etiã in nouissimo vitæ spiritu positus, donationem inter viuos facere non possit *ad tex. in l. scia, §. fin. ff. de donation. causæ mortis, Bart. & Bal. in l. quæ dotis, ff. soluto matrimonio*, nec dici poterat in fraudem legis fuisse factã, quia postquam ego vtor iure meo, lege permittente, in pœnam aliquam non incido, *l. Graccus, C. ad leg. Iul. de adulter.*

Quapropter in Collaterali Consilio coram Domino Duce Albæ tùnc Prorege fuit iudicatum donationem factam à Mutio Constantiæ matri, fuisse, & esse de iure validam, & assensum potuisse præstari, neque Regiam Pragmaticam obstare, concordantibus in hoc decreto omnibus Præsidentibus Regiæ Cameræ, discrepantibus verò duobus Dominis Regentibus, scilicet Polo, & Villano, prout testatur *Reg. Reuerter. decis. 532. ex collectis per Reg. de Marin. to. 2.*

Præterea quid erit dicendum, si feuda-
55 tarius masculum remotiorem in feudalibus instituret, & fœminas proximiores successione feudalium priuaret, nunquid talis dispositio subsisteret.

Porrò hodie illa subsistit per gratiam Ciuitati concessam, quæ recensetur *in pragm. 33. de feudis*, qua attenta potest feudatarius, qui in immediatum successorem habet fœminam, illam à feudi successione excludere, & masculum remotiorem, in gradu tamen successibili instituere, sic pluries obseruatum fuisse, tradunt *Lanar. in addit. ad Regentem eius Patrum in repet. c. 1. nu. 2. de succes. feud. Reg. Rouit. decis. 94. nu. 3. Montan. in c Imperialem, §. præterea Ducatus num. 28. de prohib feud. alienat. per Feder. & de Regal. §. fin. nu. 7. cum seq. Reg. Sanfel. decis. 242. par. 1. Reg. de Marin resol. quot. to. 1. q. 126. nu 75. Consil. Staiban. resol. foren. 199. in princ. to. 2. Ego resp. 44. to. 1.* vbi ad hæc plura retuli exempla.

56 Imò vigore dictæ gratiæ potest feudatarius filiam fœminam à successione feudali repellere, & masculum remotiorem in illa vocare, tàm in actu vltimæ voluntatis vt diximus, quàm inter viuos, etiã si feuda titulo decorata essent, vt notãt verba eiusdẽ gratiæ, & tradiderunt *Fulu. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. in rep. c. 1. n. 2. de succes. feud. Ego resp. 44. n. 2. in fin. to. 1.* & ratio fuit conseruare feuda, tàm titulata, quàm nõ titulata in familia Masculina, & ad hoc, vt ea quæ per multum tem-

poris

Digitized by Google

poris spatium, ac cum laboribus, & seruitijs pluribus acquisita erant in propria familia acquirentium manutenerentur, quæ cũ obtineri non poterant, si fœmina proximior succedebat, cum illa se nuptui tradendo viro extraneo in alienas familias feuda trãsferebat; idcircò ad petitionem Ciuitatis in comitijs publicis fuit feudatarijs tributa licentia disponendi de dictis feudis in beneficium masculi, licet in gradu vlteriori, ad hoc, vt feuda in eorum familia conseruarentur, proindè gratia prædicta latissimè est etiam interpretanda, vt inquit *Consil. Staiban. resol. 199. to. 2. nu. 70.*

Sed vt gratia hęc effectum pareat, tria copulatiuè concurrere debent. Primò,
57 quod feudatarius in eius testamento expressè dicat, velle vti huiusmodi gratia, & secundùm illius tramites disponere. Secundò, quod masculus in feudalibus institutus, esset ab intestato successurus, fœminis non existentibus. Tertiò, quod fœminæ, quæ successione feudali priuantur, relinquatur dos, vel aliqua quantitas amoris causa, si nupta sit: his deficientibus locum non habere gratiam prædictam, tenuerunt ex nostris *Reg. de Marin. resol. quot. c. 126. nu. 75. tom. 1. Reg. Capyc. Latr. to. 2. consul. 86. nu. 24. Cons. Staiban. resol. 199. per totam to. 2. ego resp. 44. to. 1.* vbi in materia latè scripsi, ibique tamen tradidi, quod ex clausula, omni meliori modo in testamento apposita videtur vigore gratiæ prædictæ expressè dispositũ, & quod etiam potest fieri mentio de gratia prædicta in codicillis, ibique quòad hoc institutionem declarare, & alia ibi scripsi in hac materia, substinẽs tutamen D. Io: Baptistæ Bucca de Aragona Ducis Montis nigri contra D. Lucretiam Buccà de Aragona, pro qua scripsit *Consil. Paulus Staibanus, vt habetur in sua resol. 199. tom. 2.*

Nihilominus vt verùm fatear, non
58 omnia tria supra exarata, gratia prædicta perneccssaria habet, vt illius effectum sortiatur: nàm primum, quod scilicet fiat expressa mentio, velle feudatarium disponere seruata forma gratiæ, præcisè nõ exposcitur; siquidem gratia prædicta dicitur lex municipalis, cum sit inclusa in Regijs sanctionibus huius Regni, vt in puncto faciunt dicta per *Montan. de regal. §. fin. nu. 7. vers. num possit in fine*, quod scilicet assensus dictæ pragmaticæ sit legis dispositio, & ego dixi *in cit. resp. 44.*
59 *nu. 12.* Cùm igitur vnusquisque in dubio præsumatur disponere, & testamentum facere secundùm ius municipale, non autem secundum ius commune, vt multis probat *Card. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 4. tit. 10. nu. 8. & lib. 6. tit. 7. per tot. Simon. de Petr. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. fol. 3. nu. 4. Molf. par. 3. quæst. 3. nu. 3.* idem firmant *Bart. in l. hæredes mei, §. cũ ità, ff. ad Trebell. Loffred. cons. 39. nu. 18. Affl. decis. 129. est tex. in l. prædiorũ, C. de agric. & cens. lib. 11.* nàm appellatione iuris intelligitur de iure statutario, quod est attendendum tanquàm posterius, & corrigens ius commune, vt docet *Bertazzol. de clauf. instrum. clauf. 4. gl. 35. Grat. discept. foren. cap. 99. Costa de clauf. conuent. clauf. 24.* subdens, quod si disponens dixisset, secundùm ius ciuile velle disponere, videtur iuxtà legem statutariam disposuisse, cum appellatione iuris ciuilis, veniat statutum, & consuetudo, adducit *Castren. in l. non ambigitur, C. de legibus*, ideò sequitur, semper quod feudatarius disponit iuxta tenorem, ac formam gratiæ, non requiritur, vt de illa fiat specifica mentio, nàm forma, & tenor seruatus expressè arguit, feudatarium illa vti voluisse, vt inquit *Montan. ibidem nu. 7.*

Præterea quia semper censetur dispositionem fieri virtute illius potestatis, ex
60 qua substineri potest, licèt non exprimatur, sic in simili inquit *Molina de primo. gen. hispan. lib. 2. c. 7. nu. 69. & 70.* & in nostris terminis *Reg. Capyc. Latr. consult. 140. nu. 12. to. 2.* eo magis, quiá hæc gratia est dispensatio concepta in fauorem Baronum, vt eorum feuda in agnatione, & familia conseruentur, vt inquit *præcit. Montan. d. §. fin. nu. 7.* ideò cum sit fauorabilis, semper præsumitur feudatarium virtute illius facultatis disponere voluisse, licèt non exprimat, vt inquit *tex. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & posthum. l. cum creditor, ff. de furt. Corn. cons. 237. nu. 3. vol. 1. Reg. Capyc. Latr. consult. 65. nu. 329. & 330. to. 1.*

61 Quòad secundum requisitum, vt scilicet masculus in feudalibus institutus, esse debeat ab intestato successurus, si fœmi-

næ

Digitized by Google

næ non extarent; Certum eſt, quod ità tradiderunt noſtrates, vt teſtãtur *Reg. de Marin.reſol.quot. c.126.nu.75.to.1. Reg. Capyc.Latr.conſult.86. to.2.Conſ Staiban. reſol.for.199.to.2.Ego reſp.46.to.1. Horat. Montan.tract.de regal. §.fin.nu.7.* certum eſt etiam, quod hoc deſumitur ex verbis eiuſdem gratiæ, ibi, *Poſſano tanto in atto inter vivos, quanto d'vltima volontà diſponere delli detti feudi, e tituli in beneficio di quel maſcolo delle loro famiglie, quale nel tempo della diſpoſitione ſuccederà, non eſſendoci femina in proximiori gradu*; hinc eſt, quod gratia expreſsè requirit, vt ille inſtituatur, qui, fœminis in proximiori gradu deficientibus, eſſet tempore diſpoſitionis feudatario ſucceſſurus.

Verùm negari non poſſunt verba, quæ indè ſequuntur in huiuſmodi gratia, ibi, *Non oſtante ci fuſſero donne ſimilmente in gradu ſucceſſibili, & proximiori, alle quale donne poſſa detto feudatario ſopra detti ſuoi ſtati, e feudi ſtabilire tanto, quanto li parerà per la ſua dote, ò eſſendo maritata per amoreuolezza di donarli, e laſciarli, ſopra le quale diſpoſitioni per il preſente capitolo s'intenda dato il Reg.aſſenſo, quali feudi reſtino antichi, & hereditarij, per queſto ſi proroghi la ſucceſſione più di quello ſi conuiene nelle conſtitutioni, capitoli, e gratie, nè apportarà danno alcuno al ſuo Real Patrimonio, atteſo, che come ſoccederia la femina, ſocceda il maſcolo, ne cauſaria molto danno alla femina, poßendoſi hoggi grauare vſque ad valorem feudi.*

62 Ex his verbis hanc conſtituo concluſionem, quod licèt maſculus ſuperſtes in feudalibus inſtitutus, non eſſet ab inteſtato ſucceſſurus in eiſdem bonis feudalibus, fœminis proximioribus non exiſtentibus; Tamen poteſt ſeruata forma dictæ gratiæ fieri diſpoſitionem in feudalibus in eius beneficium, & valida remanet, nàm verba gratiæ ſupra relata, *in beneficio di quel maſcolo delle loro famiglie, quale nel tempo della diſpoſitione ſoccederà, non eſſendoci femina in proximiori gradu*, referuntur ad ſucceſſionem bonorum burgenſaticorum, non autem feudalium.

Quod verùm eſſe dignoſcitur ex verbis illis, *per queſto ſi proroghi la ſucceſſione più di quello ſi conuiene nelle coſtitutioni, capitoli, e gratie*; non enim erat neceſſarium prorogare ſucceſſionem in feudalibus pluſquam à conſtitutionibus, capitulis, & gratijs fuit terminata, ſi requireretur, vt ille inſtituatur, qui eſſet ſucceſſurus ab inteſtato in feudalibus, fœminis non exiſtentibus. Ratio eſt, quia agnatus, qui eſt legitimus ſucceſſor in feudalibus, fœminis non exiſtentibus, opus non habet, vt ei prorogetur ſucceſſio pluſquam à legibus ſtatuta, cum ipſe ſit in legibus comprehenſus, ideò dùm voluit lex in agnato inſtituto prorogare ſucceſſionem intellexit, de illo, qui non erat ſucceſſurus in feudalibus, fœminis deficientibus, proindè ſequitur, quod etiam non concurrente ſecundo requiſito, gratia prædicta ſuum habet effectum.

63 Quòad tertium requiſitum non eſt immorandum, cùm interuenire debeat, ſic dictant verba gratiæ, ibi, *alle quale donne poſſa detto feudatario ſopra detti feudi ſtabilire tanto, quanto li piacerà per la ſua dote, ò eſſendo maritata per amoreuolezza di donarli, e laſciarli*; vndè etſi dicatur *per amoreuolezza*, quæ verbo non important obligationem, tamen neceſſarium eſt, vt aliquid fœminæ relinquatur amoris cauſa, vt inquit *Reg.Capyc.Latr. conſult.86. to.2. Ego cit.reſp.44. to.1. Reg.de Marin. d. c. 126. nu.75. Conſ.Staib.cit.reſol.199.*

Circumſcriptis prædictis ex littera huiuſmodi gratiæ aliæ deducuntur quæ-
64 ſtiones. Et prima, an poſſit feudatarius vnicam habens filiam, ac nepotem ex fratre ſecundogenito præmortuo, & fratrem tertiogenitum iam viuum, fratrem ipſum tertiogenitum, attenta gratia prædicta inſtituere hæredem.

Et reſpondetur, non poſſe, dictamque diſpoſitionem nullã habere firmitatem, vt notat *Reg.de Marin. quot.reſol. tom.2. c.29. nu.11.* & rationem aſſignat, quia gratia prædicta aliud non dixit, niſi vt poſſit feudatarius illum de familia inſtituere hæredem, qui fœmina non exiſtente, diſpoſitionis tempore, ſecundùm leges Regni eſſet legitimus ſucceſſor, ſed in illo caſu diſpoſitionis tempore ſecundùm leges Regni legitimus ſucceſſor erat nepos ex fratre ſecundogenito, ergò illum poterat, filia excluſa, inſtituere hæredem, gratia enim voluit, vt in hac ſucceſſione feudi natura (fœmina de medio ſublata) omninò ſeruetur; ſed ſi verè fœmina non extaſ-

Digitized by Google

extasset, in viuentibus de iure francorum non poterat, nisi nepotem ex secundogenito instituere: cum ille dicatur legitimus immediatè successor secundùm iura Regni, ideò dispositio in fauorem fratris tertiogeniti celebrata, existente nepote ex secundogenito, futilis est.

Nec dicas, quod versamur in re gratiosa, ac proindè non esse rigorosè procedendum, sed sat est, quod instituatur persona, quæ esset in eodem gradu cum illo, qui ætatis prærogatiua attenta ab inteſtato succederet; nàm bifariam obiectioni occurritur. Primò, quia gratia iam disposuit, vt diximus, vt ille masculus possit in feudo hæres instituì, qui esset legitimus successor, fœmina non existente dispositionis tempore, & sic ad alium, qui eo tempore non posset succedere, quamuis in eodem gradu cum immediatè successuro, extendi non potest. Secundò respondetur, nàm licèt persona instituta sit comprehensa in inuestitura, tamen non est proxima, & immediatè successura: siquidem in inuestituris solitus Cancellariæ Regni, & Regularis stilus est, pro te, & hæredibus ex corpore legitimè descendentibus, sexus, & ætatis prærogatiua seruata, quod etiam statutum est *in constitut. vt de successionibus*, vndè eo ipso, quod ætatis prærogatiua in feudi successione non seruatur, feudi natura ab homine inuestiente, & à lege Regni data, mutata censetur; ideò cum frater tertiogenitus non dicatur immediatè successor existente nepote ex secundogenito propter ætatis prærogatiuæ defectum; proindè meritò inualida debet censeri talis dispositio, proùt in simili ratiocinatur *Bammacarius in comment. ad tit. si de feud. defun. conten. sit inter Dom. & agnat. in c. omnes filij nu. 63. & 64.*

Neque prædicta videntur contradicere illis, quæ supra annuimus, cum dispar ratio concurrat: etenim superius exarata locum obtinent vnico tantummodò superexistente masculo proximiori, remotis fœminis; verùm paulò ante dicta locum vindicat pluribus masculis concurrentibus, segregatis fœminis, quibus existentibus, non potest feudatarius de feudo disponere, nisi ætatis prærogatiua seruata.

65 Secunda quæstio, si feuda tenens haberet filios, masculum, scilicet & feminã, nùm instituendo masculum, valeat in vim huius gratiæ disponere, vt eo moriẽte sine liberis succedere deberet alius masculus de familia feudatarij in gradu successibili, itaùt casu occurrente, quod defuncto sine liberis filio, ad eius sororis exclusionem in vim substitutionis admittendus veniat masculus substitutus.

Et respondetur talem dispositionem nullam habere posse subsistentiam, vt inquit *Reg. de Marin. resol. quot. to. 1. c. 126. num. 76.*

Idque trifariam probatur; primò, quia nullibi in gratia illa legitur hoc feudatario permitti, fuit enim ille tantùm habilitatus, quod vbi fœminam haberet in immediatum successorem, & haberet etiã masculum de familia, etsi remotiorem, sed in gradu successibili, vt fœminæ dote assignata, posset masculum de familia instituere, at in casu proposito feudatarius non aliter habebat fœminam in immediatum successorem, sed masculum, quem instituit, ergò verba gratiæ hunc casum non comprehendunt. Secundò, quia voluit Rex in gratia prædicta, vt posset feudatarius illum de familia instituere hæredem, qui fœmina non existente dispositionis tempore esset legitimus successor, sed in casu posito dispositionis tempore legitimus successor erat ille, qui fuit institutus, non autem substitutus, ergò dispositio inualida est. Tertiò, quia
66 si diceretur talem valere dispositionem, sequeretur, licere feudatario substitutionem in feudis facere, sed hoc est expressè prohibitum, vt *in pragm. 4. cap. 6. de feud.* & nos infra; ergò vndique remanet inanis dispositio huiusmodi, tùm quia in præfata gratia non comprehenditur, tùm etiam quia expressam habet iuris resistentiam.

Eisdem fretus rationibus in hoc articulo respondit *Horat. Montan. de regal. §. fin. nu. 7. vers. sed num possit in simili quæstione*, vt scilicet non possit feudatarius ex gratia prædicta instituere masculum proximiorem, omissa fœmina, quæ illum præcedebat, ac eidem masculo substituere alium masculum remotiorem comprehensum tamen in gradibus successionis.

Digitized by Google

67 Sed duo in contrarium ſupradictis vrgent, Primò, quod poſſit fieri multiplex diſpoſitio, quia aſſenſus huius pragmaticæ eſt diſpoſitio legis, quæ non impletur in primo actu, & diſpoſitione, ſed multiplicari poteſt ſecundùm *Iaſ. in l. duobus*, §. *ſi ei qui nu.*20. *ff. de iur. iurando.*

68 Secundò, quia cauſa expreſſa in dicta gratia, ſcilicet conſeruatio bonorum in familia feudatarij, fortiùs concurrit in pluralitate diſpoſitionum, dùm plura bona conſequitur maſculus familiæ, quo fit, vt ſi cauſa legis cõcurrat, dicitur permiſſa diſpoſitio ex mente, vt inquit *Præſ. de Franch. deciſ.*302. *circa finem*, *Montan. in repet. l. Imperialem, nu.*33. *& ſeq.*

69 Verùm prædictis accuratè reſpondet idem *Montan. de regal.* §. *fin. nu.*7 *fol.*322. *col.*1. *verſ. contraria opinio*, dicens, quod impleta eſt gratia in prima diſpoſitione, & non poteſt multiplicari *ex Minad. conſ.* 8. *nu.*56. *Loffred. conſ.*7. *nu.*6. *in fine*, & adducit *tex. in l. matrimonij*, *ff. qui & à quibus*, quæ lex loquitur in diſpoſitione legis ad acquirendum, & negat multiplicitatem actus, ſeù diſpoſitionis.

Sed aliter, & melius contraria reſoluuntur, nàm etſi ratio conſeruationis feu-
70 dorum in familia, quę dedit cauſam gratiæ, concurrat tàm in inſtitutione facta in perſonam maſculi remotioris, quàm in ſubſtitutione concepta in beneficium alterius maſculi; attamen non poteſt extendi in ſubſtitutione, cùm ſolummodò lex reſpiciat inſtitutionem: ſiquidem incorrectoris, in quibus lex loquitur in vno caſu, non extenditur ad ſimilem, etiam ſi ſubſit eadem ratio, *Calderin. conſ.* 147. *aliàs conſ. vnic. vt lite pendente*, *verſ. per prædicta*, *Portol. in tract. de conſort. & fideicomm. cap.*6, *num.*15. *Card. Tuſc. pract. concluſ. lit. R. concluſ.*31. *nu.*43. *Barboſa tract. var. axioma* 198. *nu.*6. Cùm igitur in hoc caſu verſemur in correctoris, dùm aliter leges Regni ſucceſſionem ſtatuerunt, ideò non poteſt fieri huiuſmodi comprehenſio.

Prætereà reſpondetur, quia conceſſio ſemper eſt interpretanda, vt minus no-
71 ceat concedenti, non enim debet fieri extenſio, etiam ex vi comprehenſiua, in fauorem conceſſionarij, ſed in odiũ concedentis, eiuſque perniciem, *Menoch. de præſumpt. lib.*3. *præſ.*13. *nu.*7. *Maſcard. de probat. concluſ.*1272. *Pariſ. de reſignat. benefic. lib.*1. *quæſt.*18. *nu.*23. *Molfeſ. in comment. ad conſ. Neap. to.*1. *tit. de renunciat. quæſt.*1. *nu.*45. Sed ſi fieri permitteretur ſubſtitutio, læderentur iura Regalia, & mutaretur feudi natura; ſiquidẽ porrigeretur ſucceſſio feudalium ad eos, quos leges Regni non vocàuerunt: ideò gratia prædicta ex indemnitate eiuſdem rationis non extenditur ad ſubſtitutionem, & conſequenter obiectiones ceſſant.

72 Tertia quæſtio eſt, an proſit huiuſmodi gratia feudatarijs in feudis nouis conceſſis pro ſe, & hæredibus ex corpore, itaùt poſſint in illis filiam fœminam excludere, & fratrem admittere.

Et reſpondetur affirmatiuè, nàm ex
73 gratijs à Rege noſtro conceſſis huic Regno, frater, ſoror, eorumque filij ſuccedunt fratri in feudo nouo, etiam ſi inueſtitura concepta eſſet pro hæredibus ex corpore, vt habetur *in pragm.* 19. *&* 24. *de feud.* & ex noſtris tradiderunt *Præſ. Mormil. in conſtit. in aliquibus nu.*3. *Montan. de regal.* §. *fin. num.*14. *& in rep. leg. Imperialem*, §. *præterea Ducatus nu.*87. *in fine*, *Reg. Rouit. in pragm.*11. *nu.*9. *ver. Reges enim de feud. Reg. Galeota reſp. fiſc.*4. *nu.*19. Cùm ergò frater ſit proximus ſucceſſurus etiã in feudo nouo, poſito, quod filia fœmina non exiſteret, conſequens eſt, vt poſſit vigore dictæ gratiæ illum in feudo nouo admittere, excluſa filia fœmina.

74 Verùm non in omni feudo nouo pro hæredibus ex corpore conceſſo gratiæ prædictæ preſcribunt ſibi vim, ſed in feudis emptis à Regia Curia, vel à particularibus, ſic enim loquuntur reſcripta Regia. Primum fuit de anno 1570. à Philippo Secũdo impartitum, vt *in lib. capit. huius Cilit. & Regni fol.*169. *cap.*3. regiſtratum *in prag.*18. *ſub tit. de feud.* & hoc reſcriptum ponere falcem ad radicem, inquit *Montan. loc. cit.* nàm ibi fuit petitum, quod in feudis emendis ſuccedat frater, & ſoror, & ad alliciendum Regem, ad ſic concedendum, fuit tradita ratio, eſſe ſcilicet impeditum commercium emendi feuda à carentibus prole, cùm frater non ſuccedat emptori, ſtante clauſula *ex corpore*; quodque Rex conceſſit in feudis emendis à Regia Curia, ſi tempore celebrati contractus emptores ca-

reant

Digitized by Google

reant liberis, quæ clausula fuit deindè sublata, & insuper ampliata gratia in emptoribus à particularibus, vt *in prag. 22. de feud.*

Alterum fuit rescriptum ab eodem Rege Philippo II. concessum, quod habetur *in prag. 27. de feud.* vbi fuit hac forma supplicatum, *Perche nelle precedenti gratie è stato per V. M. concesso, che nelli feudi nuoui ancorcorche l'inuestitura dica pro se, & hæredibus ex corpore, possono soccedere li fratelli, e sorelle, e li loro figli vtriusque sexus, e dubitandosi, si se includeuano in detta gratia li fratelli, e sorelle consanguinei tantùm, & vterini tantùm, e li loro figli vtriùsquè sexus, si supplica dichiararsi, quod includantur.* Et Rex cõcessit *per verbum placet.*

Ex hac petitione generali, non solùm
75 apertè deducitur, quod huiusmodi successio in feudis nouis etiam ad fratres vterinos, & consanguineos, eorumque filios porrigitur; sed alterum desumitur ex verbis illis, *che nelli feudi nouui*, & ex concessione simplici *per verbum placet*, quod in omni feudo nouo concesso cum clausula *ex corpore*, frater succedit fratri, vt dixerunt *Fabius de Anna conf. 125. vol. 2. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit de successione mulier. §. 1. Conf. de Georgio alleg. 21.* Tamen hoc suppositum non est verum, quia petitio hæc licèt generica est relatiua ad gratias præcedentes, ibi, *Perche nelle precedente gratie è stato per V. M. concesso, che nelli feudi nuoui*. Sed ex gratijs præcedentibus facta est concessio in certa specie feudi noui, scilicet emendis à Regia Curia, vel à particularibus, ergò petitio prædicta declaratur, & restringitur ex relato ad feuda emenda iuxta tradita in simili *per Dec. in l. iubere cauere nu. 8. ff. de iurisdict. omn. iudic.*

76 Hinc sequitur, quod non solùm in feudis à Rege donatis fratri, non succedit frater, vt enunciatur *in prag. 18. de feud.* sed etiam in feudis donatis à particularibus cum assensu Domini, & ratio datur *à Montano in tract. de regal. §. fin. nu. 16.* quia dispensatio fuit in certa specie feudi noui, qua excepta cæteræ species remanent sub lege prohibitiua, non succedendi in feudo nouo.

Nunquid autem attenta Regni *constitut. vt de successionibus* frater succedat fratri in feudo nouo, disputant accerrimè nostrates, & *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de succes. mulier. §. 1.* affirmatiuam tenet opinionem, etiam si inuestitura dictaret *pro te, & hæredibus ex corpore*. Contrarium defendit *Montan. d. §. fin. nu. 14. vers. conati sunt*, vbi multis rationibus suam tuetur opinionem impugnando dicta *per Reg. de Ponte*. Verùm limitat, si inuestitura sonaret per verba *pro te, & hæredibus*, nàm tùnc procul dubio succederet frater vigore *Constit. Re-*
77 *gni*, etiam si esset vterinus, vel consanguineus, proùt etiam succederent in feudo antiquo fratres vtrinque coniuncti, etiam si in inuestitura haberentur verba, *pro te, & hæredibus ex corpore*, quia tùnc non est necessarium, vt sit ex corpore vltimi morientis, sed sufficit hanc qualitatẽ adesse respectiuè ad primum acquirentem, vt notat *Reg. de Ponte loc. cit. nu. 15.* & in hoc concordat *Montan. ibid.* Verum fratres vterini, vel consanguinei licèt vigore dictæ *Constit. Reg.* succedant fratri in feudo antiquo, concesso pro te, & hæredibus, etiam si sit obuentum ex alio latere, quam ex eo, quo coniuncti sunt, vt inquit *Andr. in d. const. & de successionib. Cumia in c. si aliquem Regni Sicil. ver. non communibus fol. 88. Reg. de Ponte. ibidem nu. 6. Montan. loc. cit. nu. 16. in fine.* Tamen in eodem feudo antiquo, cuius dictaret inuestitura *pro te, & hæredibus ex corpore*, non succedit vterinus eiusque filij fratri sibi coniuncto non ex latere feudi, vt probant multas coadunando rationes, *Reg. de Ponte d. tit. 9. de succes. mulier. §. 1. nu. 11. Montan. ibidem num. 16. vers. sed ex gratijs dictarum pragmaticarum*, vt ibi est videre.

Prætereà prædictis accedit, quod hu-
78 iusmodi gratiæ super successione fratrũ, sororum, eorumq, filiorum in feudis nouis emptis, regulantur iuxtà successionem feudi antiqui, tàm respectu prærogatiuæ sexus, quàm ætatis, itaùt masculus præfertur fœminæ, & filius fratris primogeniti iure subingressionis, excludit alium fratrem minorem feudatarij, sic inquit *Montan. tract. de regal. §. fin. nu. 18. & in repet. l. Imperialem, §. prætereà ducatus nu. 121.* & probat *Andr. in c. sciendum in verbo successione in princ. de feud. cognit.*

ſicq; deciſum per S. C. refert *Anna conſ. 123.n.58.& ſeq. vol. 2.* & nouiſſimè *Reg. Rouit. deciſ. 32.*

Sed fratres vterini, vel conſanguinei
79 excludũtur à ſucceſſione feudi noui exiſtentibus fratribus vtrinque coniunctis, tùm quia ex præſumpta voluntate acquirentis, vt bona conſeruentur in familia, tùm etiam quia in illis maior prædilectio concurrit, vt copiosè defendit idem *Mon. tan. d. §. fin. nu.18. & in repet. leg. Imperialem, §. præterea ducatus nu.124.* & docet *Andr. in conſtit. vt de ſucceſſionib. verbo fratres col.2. Cumia in cap. ſi aliquem Regni Sicil. ver. non communibus nu.11. in fine, Conſtant. Capriolus in tract. de ſucceſſ. feud. lib.3. nu.133.* & diffusè rem pertractat *Reg. de Marin. reſol. quot. tom.1. c.126.* Verùm inter fratres conſanguineos, & vterinos attenditur latus feudi, vt ille ab altero excludatur, qui coniunctus eſt ex latere, vndè feudũ obuenit, dũ in eo illud conſeruatur, vt obſeruant *Montan. loc. cit. alÿque DD. ſup. cit.* & copiosè *idem Reg. de Marin. d.c.126.*

Quarta quæſtio oritur ex ſupradictis, dùm enim poteſt emptor feudi vigore
80 *Regiæ prag.31. de feud.* fœminam à ſucceſſione feudi repellere, & in beneficium maſculi proximioris de eo diſponere, & hic dicitur frater, nepos, etiam vterinus vigore gratiæ noſtro Regno elargitę, qua attenta omnes hæ perſonæ poſſunt ſuccedere in feudis. Nunquid facta diſpoſitione in maſculum proximiorem, impleta ſit litera huius Regiæ ſanctionis, ità quod ſi moriatur deindè maſculus ſine liberis, non detur ſucceſſio ex gratijs prædictis in beneficium fratris, ſororis, & nepotis.

Et reſpondetur affirmatiuè, quia feudum in perſonam huius maſculi eſt in ſua recta feudali natura; quamobrem per clauſulam *ex corpore*, excluduntur collaterales: nec eſt locus gratijs prædictis, cùm iam impletæ ſint per illam diſpoſitionem factam per emptorem in beneficium huius maſculi, non enim potuiſſet emptor diſponere in hunc maſculum, ſi hic maſculus non potuiſſet illi ſuccedere, vt dicitur *in dicta pragm. 31.* ſic illa diſpoſitio ſubrogata in locum ſucceſſionis permiſſę ex gratijs, implet gratias, quę de prima vice intelligendæ ſunt, vt latè agit in noſtro propoſito, *Mõtan. de regal. §. fin. nu.7. & nu.21. ver. exiſtimamus & ver. hinc infertur fol.349.*

Quod etiam probatur, quia ſi ſuccederet maſculo inſtituto eius frater, eſſet multiplicare diſpenſationes, dùm emptori ſucceſſit frater nempè Caius, qui nõ eſt de corpore illius, ecce vna diſpenſatio, Et Caio deindè mortuo ſine liberis, ſi ſuccederet eius frater, vel ſoror, qui pariter non ſunt deſcendentes ex corpore nec Caij, cui ſuccedere intendunt, nec primi acquiſitoris feudi, eſſet altera diſpẽſatio. Et Rex in gratijs prædictis clarè ſentijt de vna diſpenſatione ad fauorem emptoris feudi, vt alliciãtur ad emenda, vt *in pragm.18. tit. de feud.* ideò ad aliam
81 non extenditur; Eo magis quia gratia hæc eſt diſpenſatio aduerſus rectam feudorum naturã, quæ requirit, vt ſucceſſor deſcendat à corpore primi acquirentis, & proindè ſtrictè intelligenda eſt in caſu expreſſo, ideò ſequitur eſſe impletam in prima ſucceſſione, quę fit emptori *ad tex. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignif. l. hac cõditio filiæ meæ, ff. de condit. & demonſtrat.* in materia enim reſtringibili, & ſtricti iuris, conceſſio intelligitur facta de prima vice, & vnico actu, & non de pluribus, *Alberic. de roſat. in 2. par. ſtat. quæſt.182. incip. per Dom. fratrem, Archidiac. in c.1. de fil. presbyt. in 6. Alex. conſ. 16. vol.4. facit tex. in c. non poteſt, §.1. de præbend. in 6.*

Idemque altera confirmatur ratione, quia per hanc diſpenſationem conceſ-
82 ſam emptoribus feudorum, vt in illis habeant ſucceſſorem fratrem; non eſt data, & præſcripta natura huic feudo, vt tranſeat ſucceſſio de fratre in fratrem, ſed diſpenſauit fauore certæ perſonæ, ſcilicet emptoris, ità quod in alijs ſucceſſoribus retinet rectam naturam feudorum, quod tuetur *ex tex. in c.1. de benefic. fœminæ*, vbi *Andr. in princip.* inquit, quod ſi Rex concedat feudum fœminæ, non ex hac vice dicitur diſpenſatum in ſequentibus ſucceſſoribus, vt etiam fœmina ſuccedat in hoc feudo, ſed mortua illa fœmina, ſuccedet maſculus iuxtà rectam naturam feudalem.

Sed in contrarium vrget, nàm ſi in per-
83 ſona maſculi inſtituti vigore gratiæ, de cuius ſucceſſione agitur, feudum erat quæſitum ſucceſſione, nàm ſucceſsit feudi

Digitized by Google

di emptori, feudũ ideò in persona huius masculi est antiquum, & per consequens frater huius masculi vltimo loco mortui succedit, nàm in feudo antiquo datur successio inter fratres, §. *his verò de gradib. succed. in feud.*

84 Tamen bifariam respondetur, & Primò, quia non ex quo feudum antiquum denominatur, collaterales admittuntur ad illius successionem, sed eo feudo antiquo succedunt, quod descendit ex communi stipite ipsius feudi acquisitoris, sic dictat idem *tex. in* §. *his verò de succes. fratr.* aliàs incipit *de gradib. succedentium in feudo*, & sequitur *Rosenthal de feud. par. 1. concluf. 13. nu. 1. & 4.*

85 Secundò respondetur, quia feudi natura, alterata fauore certæ personæ, in alijs personis retinet rectã sui feudalem naturam, vt inquit *tex. in c. 1. de benefic. fœmin.* quem in proposito extollit *Montan. de regal.* §. *fin. nu. 21. vers. sed contra fol.* 347. ideò quia feudum non dicitur propriè antiquum, cùm non dependeat à communi stipite, quia etiam in alijs præter primam personam contemplatam, retinet rectam sui naturam, consequenter facta dispositione, non potest institutus in alium virtute huiusmodi gratiæ de feudo disponere.

Quintus casus est, vbi feudum, quod ab vno tenetur, in duos, tres, vel plures insolidum, aut pro parte, vel retento vsufructu, vel dominio transfertur.

§. V.

SVMMARIVM.

1 *FEudi alienatio in plures personas facta, vel retento vsufructu non valet.*

2 *Vsufructuarius dicitur Dominus, cùm pars dominij vsusfructus sit.*

3 *Feudum est indiuiduum, & duo esse non possunt Domini illius, & de ratione, n. 4.*

5 *Prorex non potest Domini conditionem deteriorem facere, etiam si in meliorem statum esset mutata.*

6 *Feudatario prohibetur constituere ius in rem feudalem, nec seruitutem in feudo; neque illud diuidere in plures personas.*

7 *Feudi diuisione cessante, cessat dispositio* pragm. 4. de feud.

8 *vsusfructus retentio in feudo prohibetur, licèt non inducat diuisionem.*

9 *Assensus Regis non requiritur in dispositione feudi à feudatario facta, retenta aliqua annua præstatione, ex fructibus feudi; & de ratione, nu. 10.*

11 *Feudalis non dicitur reseruatio annuæ præstationis, ex fructibus feudi à feudatario facta.*

12 *Fructuum perceptio, eorumque commoditas in feudalibus absque assensu alienari potest.*

13 *Assensu Regis non indiget dispositio feudi facta à feudatario reseruatis aliquibus fructibus pro annua præstatione soluenda.*

14 *Fructus tanquam à solo separati in feudo dicuntur burgensatici.*

15 *Vsufructu fundi legato, poterit legatarius propria authoritate percipere fructus.*

16 *Feudatarius in dispositione feudi rectè sibi reseruare potest fructus feudi, vt percipere valeat; tanquàm procurator feudi possessoris.*

17 *Feudi distractio reseruatis etiam fructibus, non indiget assensu Regis.*

18 *Fructuum reseruatio, & alienatio feudi retento vsufructu differunt.*

19 *Feudatarius de fructibus feudi potest disponere pro toto tempore vitæ suæ, nec Domino præiudicare dicitur, etiam translato feudo alteri, nu. 20.*

21 *Assensus Regis requiritur facta donatione feudi retentis cũctis redditibus ipsius cum facultate libera disponendi, n. 22.*

23 *Fructuum concessio ad longum tempus facta per feudatarium, non valet absque Regis assensu, etiam cum clausula reseruationis vtilis dominij, nu. 24.*

25 *Refutatio feudi per contractum inter viuos facta proximo successori valet, si simplex, & pura sit, etiam cum reseruatione*

Digitized by Google

uatione aliquorum fructuum, non manu propria percipiendorum per refutantem, nu.26. ſed ſi fieret cum retentione vſufructus, indiget Regis aſſenſu, n.27. contrarium nu. 28. & an reſeruatio vſufructus irritetur, & refutatio firma remaneat, nu.29.

30 *Vtile per inutile non vitiatur in feudis.*

31 *Pacta extranea, & ſeparata in refutatione non valent, & refutatio ſubſiſtit; ſed correſpectiua refutationem annullant.*

32 *Refutantis indiuiduum voluntatis conſideratur.*

33 *Refutatio in proximè ſucceſſurum valet: cætera pacta, ideſt cæteri contractus, qui cum extranei fiunt, non valent, contrarium, n.34.*

35 *Refutationes, quæ fiunt filijs contemplatione matrimonij, cum aliquibus reſeruationibus valent, & Prorex poteſt aſſenſum præſtare ex gratia conceſſa Neapoli, quæ procedit etiam in feudis titulatis, n. 36. ac etiam ſi ſint facta donationes ex nunc pro tunc ſequuta morte donantis, num. 37. verùm gratia viget cum duabus clauſulis, & quæ n.38.*

39 *Gratia petita per Ciuitatem in materia aſſenſus ſuper refutatione feudi contemplatione matrimonij fuit contra ipſam.*

40 *Donatio feudi ex nunc pro tunc ſequuta morte transfert dominium, & poſſeſſionem à die donationis, nec inducit feudi diuiſionem, & poteſt Prorex aſſentire ex gratia facta Ciuitati.*

41 *Releuium non eſt ſoluendum ex refutatione facta inter viuos.*

42 *Refutatarius non priuatur feudo ex delicto refutantis, etiam ſi refutatio fuerit facta ex nunc pro tunc ſequuta morte.*

43 *Refutatio feudi facta contemplatione matrimonij ex nunc pro tũc ſequuta morte refutantis, valet etiam ſine aſſenſu Proregis, & ità deciſum, nu.44. quid attenta gratia Ciuitati conceſſa, n.45.*

46 *Gratia petita per Ciuitatem Regi, & non obtenta, eidem Ciuitati non præiudicat.*

47 *Actus nullitas non inducitur ex adhibitione maioris cautelæ.*

48 *Aſſenſus impetratus ſuper contractu, in quo non erat neceſſarius, in nihilo præiudicat.*

49 *Donato feudo contemplatione Matrimonij, ſi illa eſt nulla, an debeatur æſtimatio.*

50 *Feudo legato an debeatur æſtimatio in vltima voluntate, quid in contractu inter viuos, & ratio diſparitatis, num.51.*

52 *Legatum acquiritur ſine facto legatarij.*

53 *Feudalis contractus in tribus perſonis conſiſtit.*

54 *Dominus non tenetur alium recipere Vaſſallum, niſi quem ipſe vult.*

55 *Donationes contemplatione matrimonij pro lege ſunt obſeruandæ, & iudicantur acta correſpectiua cum dote, nu. 56. & quare, nu.57. ſunt irreuocabiles, illiſq; præiudicium inferri non poteſt à marito, vel filijs, & annullantur cautelæ contrariæ, nu. 58. habent cauſam oneroſam, vt decenter viuant n.59. Donato feudo contemplatione matrimonij non debetur æſtimatio, nu.60.*

61 *Feudum in dotem dari non poteſt abſque aſſenſu; etſi abſq; aſſenſu daretur, æſtimatio debetur, & quare, nu.62.*

Quintus caſus eſt, vbi feudum, quod ab vno tenetur, in duos, tres, vel plures inſolidum, aut pro parte, vel retento vſufructu, vel dominio transfertur.

§. V.

RAtio, qua munitur hic quintus cãſus, eſt quia facta feudi alienatione in plures, vel cum vſusfructus retentione, vſufructuarius dicitur Dominus, cùm vſusfructus pars dominij ſit, *l.4.ff.de vſufruct. l.qui vſumfructum, ff.de verbor. obligat.* Vndè vnius feudi, duo eſſent Domini, vtpotè vſufructuarius, & alter proprietarius vtilis dominij cõtra propriam naturam feudi, quod eſt indiuiduum, vt inquit *Sigiſmund.Loffred.conſ.3.num.13.* proindè quemadmodum non poteſt Prorex feudi naturam mutare, ità etiam non poteſt

Digitized by Google

potest in dicto casu assentire.

4 Præterea ex huiusmodi alienatione damnum Domino oriretur, quia si interea Domino feudum aperiretur, non rediret illud integrũ ad eum, vt notat *Loffred.loc.cit. nu.*40. & vassallo imò Prore-
5 gi, non licet Domini conditionem facere deteriorem, vt *in d. c.* 1. §. *Profecto de leg. Corrad.* Etiam si in meliorem statum res commutata sit, nàm adhùc dicitur illa deterior fieri, vt habetur, *in l. fin. ff. de vsu, & habit. l. penul. & fin. ff. si ex noxal. causa agat. l. soluendo, ff. de negot. gest. l. quamuis melius, ff. de vsufruct. & quemad. & cæt.* meritò ergò non potest tali casu, vbi feudum in plures, vel reseruato vsufructu transfertur Prorex assentire.

6 Quod etiam de iure communi exploratum est, Ius enim prædictum prohibet feudatario alteri constituere ius in rem super feudo, præcipuè imponere super illo seruitutem, eiusdemq; dominij conditionem deteriorem facere, diuidendo feudum in duas personas, nimirùm vtilis Domini, & vsufructuarij, ità *in l. arboribus, ff. de vsufructu, l. fin. C. de rebus alien. non alienandis,* & testatur *Andr. in c. Imperialem in princip.* 1. *col. de prohib. feud. alienat. per Feder.* & alij relati *per Loffred. d. conf.* 3. *nu.* 11. *&* 14. Et in terminis nostræ Regiæ sanctionis idem firmant *Reg. Rouit. conf.* 59. *lib.* 2. *Conf. Fab. de Anna conf.* 46. *Conf. Theodor. alleg.* 4. *nu.* 14. *Reg. Galeota controuer.* 6. *lib.* 2. *Ego to.* 1. *resp.* 100. *nu.* 21. *Reg. Marcian. tom.* 2. *disp.* 80. *nu.* 7. *idem* Reg. *Rouit. in prag.* 4. *nu.* 46. *de feud. Montan. in c. Imperialem nu.* 4. *& seq.* idem probat *Nouar. in pragm.* 7. *de feud. collect.* 8. vbi insuper inquit *nu.* 6. reseruationem vsusfructus intelligi etiam per illa verba, *voglio essere Padrone, sino che io viua.*

7 Sed in contrarium vrget opinio *Bolognet. in conf.* 6. vbi pluribus fundare conatur, vt ex retentione iuris vsusfructus, feudi diuisio minimè inducatur, vndè videtur dicendum, quod dispositio prohibitiua pragmat. dùm fundatur super euitanda feudi diuisione, cessante feudi diuisione, cessare etiam debet prohibitio.

Nihilominus respondetur, quod opinio *Bolognet.* non procedit in casu nostro particulari, vbi distinctè prohibuit Rex Proregibus assensum præstare, tàm super
8 diuisione, & dismembratione feudi, vt inferiùs dicemus, quàm super retentione vsusfructus, quasi vnus casus ab altero differat; vndè non potest ex hoc euitari nullitas assensus, quoniam dicta pragmatica vtrumq; voluit prohibere, scilicet diuisionem, vt *in* 7. *cas.* de quo infra, & retentionem vsusfructus, & hoc non ratione diuisionis euitandæ, sed speciali ratione, qua motus fuit Rex, ad ità decernendum. Propterea ad vnguem erit obseruanda dispositio, etiam si ex vsusfructus retentione non induceretur diuisio, vt videntur sentire Reg. *Rouit. prag.* 4. *nu.* 6. *&* 8. *de feud.* Reg. *Marcianus disp.* 80. *nu.* 17. *tom.* 2.

9 Verùm si feudatarius de feudo disponens, sibi reseruauit aliquam annuam perceptionem de fructibus feudi, tùnc nõ indiget talis contractus Regis assensu, vt fundant *Fab. de Anna conf.* 46. *nu.* 25. *Reg. Tap. ad prax.* 20. *de feud. collocata sub tit. de refutat. feud. lib.* 6. *ius* Regni *nu.* 5. *&* 6. *Reg. Merlin. controu. for. cent.* 2. *c.* 57. *nu.* 14. *Reg. Marcian. disp.* 80. *nu.* 9. *Ego resp.* 100. *cent.* 2. *nu.* 24. quamuis contrarium aliquando consuluit *Reg. de Ponte conf.* 12. *nu.* 5. qui deindè seipsum correxit, vt latius est videre *in dicto tractatu de potest. Proregis tit. de refutat.* §. 1. *per tot.*

10 Ratio est, quia reseruatio præfatæ annuæ perceptionis, non est actio ad feudũ, nec vsusfructus, sed tantùm annua præstatio ab hærede soluenda, vt considerant *Conf. Theodor. alleg.* 30. *nu.* 10. *&* 11. *Reg. Galeota controu.* 6. *nu.* 23. *&* 24. *lib.* 2. *Reg. Merlin. cit. cap.* 57. *nu.* 14. *Reg. Marcian. dicta disput.* 80. *nu.* 11. vndè ex tali reseruatione nil aliud acquiritur, nisi sola personalis actio contra alienantem, vel concedentem ad illam pensionem tradendam, quæ nihil penitùs feudum
11 afficit; annua enim illa perceptio in pecunia reseruata, non dicitur feudalis, nec pars feudi, cum consideretur, vt fructus à solo separati, vt sentiunt vltra citatos *Loffred. conf.* 3. *num.* 39. *Reg. Galeota lib.* 2. *controu. c.* 6. *nu.* 16. *Molin. de Hispan. primogen. lib.* 1. *c.* 20. *nu.* 11. *Peregrinus de fideicommiss. art.* 4. *num.* 117. *Camer. in cap. imperialem fol.* 18. *lit. D. ex tex. in c.* 1. §. *etsi libellum de alienat. feud. pater.* quã-
12 obrem potest huiusmodi fructuũ commoditas, siuè perceptio etiam in feudali-

bus

bus concedi, & alienari absque assensu, vt dicunt *Andr. in c. Imperialem nu.2. de prohibit.feud. alienat.per Federic. Afflict. ibidem num. 2. & 13. Cur.de feud. par.4. quæst.15.nu.106. Tiraq.de retract.lignag. §.3.glos.7. n.42.Capyt.in inuestitur.verb. feud.alienationes fol.37. limitat.70. & in verb. feudi fructus fol. 205. Anna in repetitione constit.Diuæ memoriæ nu.245. Menoch.de recup.poss.rem.9.nu.260.*& cæteri quos citat *Rosenth.de feud. c.9. membr.1. concluf.10.lit.A.*

13 Idemque patet, quia huiusmodi reseruatio non importat vsumfructum formalem, nec constituit ius in re, siuè in corpore feudi, sed considerantur fructus,
14 ex quibus percipi debet annua præstatio, tanquam à solo separati, qui Burgensatici nuncupantur, vt affirmant *Loffred. cons.3.nu.39. Alex.cons.19. vol.5. Isern.in c.1. §.si vero nu.5. de pace tenend.Camer. in c. Imperialem fol. 57. col.3. vers. primo igitur,Reg.Galeota controu.6. nu.8. cum seqq.lib.1.* Reg.*Rouit.in pragm.4.de feud. nu.15. & 16. Præs. Merlin.c.52. num.14. lib.2.controu.Ego resp.100. cent.1.*

15 Sed in contrarium arguitur,quod vsusfructus fundi legatus censetur, quando legatarius poterit propria authoritate fructus ex feudo percipere:sic inquit *glos. in l.fundi Trebatiani* 38.*ff.de vsu, & vsufructu leg. & in l. siquisità* 23. *ff.de vsufruct. & quemadmodum,&c. Menoch. lib. 4.præsumpt.136. Pinel.in l.1.par.2.nu.11. cum seq. C. de bon. mater. Anna cons. 46. nu.19.cum seqq.* idemque tradit *Bart. in l.cotem ferro, §.quis maximos nu.9.& 10. ff.de publicanis, & vectigal.*

16 Attamen respondetur, quod in casu huiusmodi reseruationis videtur quis exigere fructus vti procurator emptoris, aut possessoris feudi,quod est permissum, vt fundant *Afflict.in constit.constitutionē Diuæ memoriæ col.7.ver.itē quæro,Gomes. ad leg.Taur.in l.40. nu.84.Gram.dec.223. nu.3, Theodor.allegat.3.nu.7.Ego respons. 100. nu.22.*

17 Quinimò opus non erit Regis assensus,si feudatarius sibi reseruauit tot feudi fructus, vt fundant *Cons. Anna cons. 46. nu.10. & seqq.* Reg.*Rouit. in pragm.4. de feud. nu.16.* Reg.*Galeota lib.2. controu.6. nu.9.* Reg.*de Marin.resol.quot.to.1.c.119.* Reg.*Marcian.disp.80.nu.14. tom.1.* Et ratio est, quia satis differunt inter se feu-
18 dum alienare retento vsufructu,vel illud distrahere reseruatis fructibus, vt notant *Andr.in c.imperialem in princ.nu.2.in fin. & nu.3.de prohibit.feud.alienat.per Feder. Camerar.ibidem fol.17.col.2. vers.quinta conclusio,Reg.Rouit. loco cit.* non enim videtur relictum ius vsusfructus, fructibus relictis, sed tantùm fructuum perceptio relicta censetur,*d.l.fundi Trebatiani,ff.de vsufructu legat.* præcipuè quando relicta est certa pars fructuū, tùnc hoc sine dubio locum obtinere firmarunt *Bart. in d. l.fundi Trebatiani nu.1.vers.secundo casu, Alber. in l.defuncta,* §. *Sempronio, ff. de vsufructu,* & est *tex. in l.siquis ità, ff. eod. l.cum ità,ff.de vsufruct.legato.*

19 Ideòq; potest feudatarius de fructibus feudi disponere, quamdiù feudum sibi permanserit, & sic pro toto tempore vitæ suæ, vt firmant *Andr.in c. Imperialem col.1.* vbi *Afflict de prohibit.feud. alienat. per Federic.Io:Vinc.de Anna in repet.dicti cap.Imperialem nu.245. Capyc.in inuestit. fol.37.col.1. Consil.Anna cons.46. num.11. Frecc. de subfeud. lib. 2. in limitat.ad constit.constitutionē Diuæ memoriæ nu.42.fol. 159. Reg.de Marin.quot.resol.c.119. nu.2.* quodq; Domino directo præiudicium non irrogat, nàm casu quo feudū ei aperiretur, cessaret huiusmodi fructuum perceptio:resoluto enim iure datoris, resoluitur ius acceptoris, vt in specie inquit *Andr.in constit.Regn.constitutionem Diuæ memoriæ, Camerar. in c. Imperialem de prohibit.feud. alienat. per Frideric.fol.18. lit.D.* hinc sequitur, quod sicut vassallus potest de fructibus disponere,feudo apud
20 se; vel alium existente, sic etiam poterit in feudo alteri trāslato retinere fructus, qui considerantur, vt separandi, vel à solo separati, vt arguit *Consil.Anna dicto cons.46. nu.17.* & ego latè super articulo scripsi pro Domino Principe Schalæ, vt est videre *resp.100. tom.1.*

21 Verùm contrarium est, si feudatarius sibi reseruauit omnes fructus, & reditus terræ donatę,vel aliter distractæ,tùnc enim ex prefata reseruatione,vsusfructus constitutus dicitur, ideò talis pactio Regis indiget assensu, probant *ex Bart. in l. fundi Trebatiani nu.1.ff. de vsufruct. leg. per tex. in l. cum ità* 41.*ff. de vsu, & vsufruct.leg.*ibi dicitur, *cùm ità legatum esset*

fructus

Digitized by Google

fructus annuos fundi Corneliani Publio Meuio do, lego, perindè putat accipiendum esse labeo, ac si vsusfructus fundi similiter esset legatus, quia hæc mens fuisse testatoris videtur, concordat etiam *Vlpianus in l. si quis ità 23. ff. de vsufruct. & quemadmodum, &c.* vbi *siquis*, inquit, *ità legauit fructus annuos fundi Corneliani, Caio Meuio do, lego, perindè accipi debet hic sermo, ac si vsusfructus fundi legatus esset*, idemq; cauetur *in l. cotem ferro*, §. *qui maximos nu. 9. de publican. & vectigal. vers. si verò omnes fundi*, ibiq; *Castren. vers. quartus casus, Menoch. lib. 4. præs. 136. nu. 4. Scarder. de feud. 2. p. nonæ par. princ. section. 4. nu. 56.* & ex nostris *Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. nu. 46. Reg. Marcian. disp. 80. n. 14.*

22 vbi quoq; subdit, prædicta fortiùs procedere, si fuerit reseruata facultas de prædictis fructibus disponendi liberè, & proùt melius placuerit, & videbitur, & etiam, vt illi sint in sua libera dispositione, & potestate, hæc enim verba clarè inducunt translationem, siuè constitutionem iuris vsusfructus, vt optimè respondit *Alex. cons. 214. n. 2. vers. pro hoc etiam, & cons. 175. nu. 9. lib. 6. Gozzadin. cons. 21. nu. 17. & cons. 91. nu. 7. Socc. iun. cons. 72. nu. 4. lib. 2. Menoch. cons. 330. nu. 9. & cit. præs. 136. nu. 9. vers. septimus casus.*

23 Idemq; procedit, si esset per feudatarium facta concessio fructuum feudi per longum tempus, quia hoc casu vtile dominiũ, vel saltim ius in re dicitur translatum, & constitutum iuxtà *tex. in l. filio familias*, §. *si vir in quinquennium, ff. sol. matrim.* Imò in specie ius ipsum vsusfructus censetur inductum, & alienatum, proindè in huiusmodi concessione Regis interuenire debet assensus, vt tradunt *Iacobinus in tract. de feud. vers. ità etiam n. 13. Affl. in constit. constit. Diuæ memoriæ nu. 19. vers. concludo ergo, Corbul. de iure emphit. c. 14. ampliat. 49. nu. 20. Hartam. Pistor q. 15. nu. 47. lib. 1. Reg. Marcianus disp. 80. num. 28.* idemq; firmat *Bal. in c. Imperialem nu. 7. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* dicens, concessionem huiusmodi ad longum tempus non valere,

24 absq; Regis assensu, etiam si fuerit expressè dictum, vt scilicet vtile dominium, vel ius aliquod non transferatur, quia hæc reseruatio, siuè protestatio censetur in fraudem legis apposita, ad notata *per Din. in l. codicillis*, §. *intestato, ff. de leg. 2.* idem *Bald. in c. 1. nu. 23. & 24. de his qui feud. dare poss. Tiraq. de retract. lignag.* §. *1. gl. 2 nu. 38.*

Contrariam tamen opinionem *Felin.* tenet *in c. quæ in Ecclesiarum col. 3. vers. sexta declaratio de constitut.* eumq; sequitur *Ruin. cons. 57. nu. 9. lib. 1. Camerar. in c. Imperialem car. 18. à ter. lit. F. cum seqq.* inquientes, vt per locationem ad longus tempus non intelligatur translatum vtile dominium, si hoc expressè caueatur, vt non intelligatur translatum, quia censetur eo casu solummodò translata commoditas fructuum, dùm ità expressè contraxerunt, non autem in fraudem factum videtur, sed hanc opinionem multis medijs impugnat, & reprobat *Reg. Marcian. disp. 80. nu. 29. vers. verum*, vt ibi est videre.

Quid autem dicendum in refutatione feudi, quæ per contractum inter viuos fieret in beneficiũ proximi, & immediati successoris; illa vtiq; nùm subsisteret accedente Proregis assensu, si cõtineret reseruationem vsusfructus, aut alia pacta, ius in feudo constituentia.

25 Porrò refutatio facta in fauorem proximi, & immediati successoris sine assensu valeret, si simplex, & pura esset, nulla conditione, aut reseruatione admixta, itaùt refutans omninò tollat se de medio, & refutatarius omnem feudi commoditatem in se recipiat, ità *Bald. in c. 1. num. 6. de alienatione feudi paterni*, facit *tex. in c. 1. de eo qui fecit finem agnato*, §. *præterea quibus modis feudum amittatur, Reg. de Ponte cons. 12. num. 16. & 17. Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. nu. 8. idem Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de refutationibus feud.* §. *1. Reg. Merlin. controu. foren. centur. 2. c. 57. nu. 5. Reg. Marcian. disp. 80. nu. 19. ad idem Præs. de Franch. dec. 3. n. 9. Molfesius ad consuetud. Neapol. p. 4. tit. de renunciat. q. 1. nu. 6.*

26 Proùt etiam valeret talis refutatio, si contineret reseruationem aliquorũ fructuum, itaùt non possint manu propria per refutantem percipi, sed per refutatarium, tradi debeant, vt notãt *Cons. Anna cons. 46. nu. 25. Cons. Staiban. resol. foren. 99. nu. 79. tom. 1.*

27 Si autem retento vsufructu formali, super feudo, refutatio collata fuerit, tùnc

Digitized by Google

ſine aſſenſu Regis non cõfirmatur, etiam ſi in beneficium primogeniti concipiatur, ità Reg. *de Ponte d. conſ.* 12. *& cit.* §. 1. *Conſ. Georg. alleg.* 17. *nu.* 45. *Molf. in conſuetud. Neapol. in rub. de renunciat. qu.* 1. *nu.* 5. *Conſ. Paſcal de viriḃ. patr. poteſt. p.* 4. *c.* 1. *nu.* 55. *Camill. de Medic. conſ.* 49. *n.* 8. vbi Reg. *Cap. Galeot. in addit.* Reg. *Rouit. conſ.* 59. *lib.* 2. *nu.* 6. idemq; in puncto firmarunt *Loffred. conſ.* 3. *per totum, & conſ.* 9. *nu.* 16. *&* 17. *Cannet. in cap. volentes fol.* 162. *Camer. in cap. Imperialem fol.* 32. *col.* 2. *lit. G. Conſ. Anna conſ.* 41. *nu.* 6. Reg. *de Ponte d. tit.* 8. *de refutat. feud.* §. 1. *nu.* 22. *verſ. caſus*, Reg. *Marcian. diſp.* 80. *nu.* 19.

28 Sed in contrarium proponitur doctrina *Andr. in c.* 1. §. *etſi libellum de alienat. feud pater.* vbi inquit, *In quantum refutatur agnato, valebit ſine conſenſu Domini, catera pacta non, per conſtitutionem iſtam.*

29 Vndè dixerunt DD. quod valet refutatio etiam ſine aſſenſu Regis, reſeruatio autem vſusfructus ſolummodò annullatur, ità *Frecc. de ſubfeud. quæſt.* 16. *nu.* 4. *&* q. 34. *nu.* 5. *Io: Vinc. de Anna in allegat.* 35. *in princ. Conſ. Georg. allegat.* 17. *nu.* 44. *Intrig. ſing.* 33. *lib.* 2. *Bambac. in repet. c. beneficium nu.* 23. *ſi de feud. fuer. controu. Præſ. de Franch. deciſ.* 591. *nu.* 2. *Camil. de la Rath. in theatr. feud. p.* 8. *dilucid* 79.

30 *nu.* 5. Et ratio eſt, quia in feudo vtile per inutile non vitiatur, vt inquit *tex. in c.* 1. §. *profecto de reg. Corrad. & in c.* 1. *de allod.* idemq; intelligit *Loffred. conſ.* 3. *nu.* 1.

Verùm *Camer. in c. Imperialem fol.* 33.

31 *in fin. col.* 1. declarat *Andream*, dicens, quod verba illa *catera pacta* intelliguntur, vt cætera pacta extranea, & ſeparata ab ipſa refutatione non valeant, ſed valida ſit refutatio; ſecus quando pacta ſunt correſpectiuè ad refutationem, & refutans non eſſet aliàs refutaturus, tùnc etiã

32 refutatio corruit, eo quod in indiuiduis vtile per inutile vitiatur *ad tex. in l. quod ſi vno, ff. de in diem addict.* idemque affirmant *Conſil. Theodor. alleg.* 4. *num.* 15. *Fab. de Anna conſ.* 41. *nu.* 9. *Bambacar. in c. beneficium ſi de feud. fuer. controu. qu.* 1. Reg. *Tapia ad prag.* 20. *de feud. collocatam ſub tit. de refutat. feud. lib.* 6. *iur.* Reg. *nu.* 5. *&* 6. Reg. *Rouit. conſ.* 41. *nu.* 13. *lib.* 1.

Sed circumſcripta hac declaratione,

33 *Camer.* alij aliter doctrinam *Andr.* intelligunt, vt ſcilicet valeat refutatio, & ſub eius nomine omnis cõtractus cum agnato proximè ſucceſſuro initus ſine Domini conſenſu, quia reſoluuntur in vim refutationis, & in illa nullum Domini, nec agnatorum intereſſe conſiderari poteſt; cętera verò pacta, id eſt cæteri cõtractus, qui cum extraneis fiũt, prohibiti cenſentur ſine conſenſu Domini *per conſtit. conſtitutionem Diuæ memoriæ*, & hanc interpretationem *Andr.* excogitauit *Loffred. conſ.* 3. *nu.* 18. ſed eam docet Reg. *de Ponte de poteſtate Proreg. tit. de refutatione feud.* §. 1. *nu.* 20. *vſque in finẽ dicti* §. 1. eamque ſequitur Reg. *Lanar. conſ.* 73. *nu.* 3. *&* Reg. *Merlin. controu. foren. cent.* 2. *c.* 57. *nu.* 15. *cum ſeqq.* qui hunc intellectum *ad Andr.* à Reg. *de Ponte* traditum inconcuſsè defendit multis medijs, vt eſt videre.

34 Sed pace tanti viri intellectus huiuſmodi nihil declarat doctrinam *Andr.* ſed confirmat, vt refutatio valeat, & pacta inualida ſint, ſiquidem traditur à ſupradictis DD. quod omnis contractus, qui cum agnato initur, valet ſine Domini conſenſu, nàm reſoluitur in vim refutationis: ex quo ſequitur, quod licèt cum agnato fiat contractus refutationis feudi, conditionatus, & pactionatus, reſoluitur in ſimplicem refutationem, & ſucceſſiuè annullantur pacta, vndè iuxtà hanc declarationem refutatio conditionata, & pactionata, ac cum reſeruatione vſusfructus valet, vt ſimplex refutatio: ſed pacta, conditioneſque irritantur.

35 Quidquid autem ſit de hac quæſtione, in Regno noſtro hodie tollitur omnis difficultas per gratiam conceſſam huic Ciuitati à Sua Maieſtate de anno 1535. ex qua poteſt Prorex aſſentire refutationibus feudorum, quæ fiunt filijs per patrem, aut matrem contemplatione matrimonij per eoſdem filios contrahendi cum dictis reſeruationibus dominij, vel vſusfructus, vt conſtat *in prag.* 7. *de feud.* ibique fuit expreſsè reuocatum, quod antea fuit prohibitum *in cit. cap.* 5. *dictæ prag.* 4. & ità practicari teſtantur Reg. *de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refutat. feud. nu.* 1. Reg. *Galeota controu.* 6. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Reg. *Rouit. in pragm.* 4. *nu.* 5. *& prag.* 7. *de feud. Conſ. Anna conſ.* 41. *nu.* 26. *Ego reſp.* 100. *tom.* 1. *n.* 31. quodque pro-

36 cedit, etiam in feudis titulatis, tùm quia prohibitio contenta *in pragm.* 4. *de feud.*

lo-

Digitized by Google

loquebatur in feudis titulatis,tùm etiam quia gratia prædicta elargita fuit ad supplicationem factam per Barones, & titulatos, vt fateor *d.resp.*100.*nu.*32.

Idemque fuit concessum per aliam
37 specialem gratiam nostræ Ciuitati impartitam de anno 1557. in eisdem donationibus contemplatione matrimonij, quæ fiunt ex nunc pro tunc sequuta morte donantis,nàm adhuc super illis potest Prorex assensum concedere, vt habetur *in prag.*16. *de feud.*& ex nostris testantur *Reg.de Ponte de potest.Proreg. tit.*7. *de refutat feud.nu.*1.*Reg.Capyc.Latr.consult.* 80. *num.*34. *tom.*2. *Ego resp.*42. *num.*28. *tom.*1. *Cons.Staiban.resol.for.*172. *n.*469.

Verùm vt dicta gratia suum obtineat
38 locum, duas clausulas in huiusmodi assensu Proregis describi oportet; Altera quod adueniente casu successionis soluatur releuium, altera quod succedente casu deuolutionis in personam refutantis,illa gratia habeatur pro non facta, ità specificè prouidetur per dictam *prag* 16. *de feud.* & notarunt nostrates supra citati.

39 Quamobrem dixerunt *Reg. de Ponte d tit.* 8. *de refutat feud. nu.*2. *Reg.Capyc. Latr. d. consult.*80. *nu.* 34. *tom.*2. *Consil. Staiban.ibidem nu.*49.quod Ciuitas gratiam contrà ipsam impetrauit; siquidem Proregibus vetitũ erat per nostrã Regiã sanctionem dictam *delli noui capi* assentire refutationibus, quæ fiebant reseruato dominio, vel vsufructu, nàm cum ex hoc inducebatur diuisio feudorum,propterea fuit prohibitum; super quo postea per Cæsaream Maiestatem fuit dispensatum, ac prouisum, vt Proreges possint in casibus prædictis assentire, super donationibus contemplatione matrimonij celebratis, vt supra diximus demum in anno 1557. petitur, quod possint assentire donationibus faciendis contemplatione
40 matrimonij ex nunc pro tunc, sequuta morte, quodque non erat necessarium efflagitari: nàm ex regulis iuris donationes huiusmodi sunt puræ, & transferunt dominium, & possessionem ex nunc, & solùm exequutio dilatatur in morte, ità quod non adest diuisio feudorum,secundum vulgatum consilium *Oltradi*,& multa cumulat ad propositum *Frecc.*3.*lib. de subfeud.* 3.*auth. nu.*17.ideò in huiusmodi donationibus non erant prohibiti Proreges assentire, nec illę donationes assensu indigebant, quod præter DD. superius allegatos fundat *Reg.Rouit.cons.*31.*nu.*5. *tom.*1. etiam si pro facienda prædicta refutatione interueniret pretium, *Camer. in cap. Imperialem carta* 33.*lit.N. idem Reg.Rouit.cons.*21. *nu.*9.*to.*1.

41 Nec releuium erat soluendum cum feuda refutata, quis habet ex contractu inter viuos, non autem successione, quapropter nõ tenebatur ad solutionem releuij, quod ex more introductum tantum fuit, quando succeditur defuncto,secundum communem doctrinam *Andr.in c.*1. §. *sed & tres, per quos fiat inuestitura, Frecc.de subfeud.lib.*2.3.*author.nu.*17.*Reg. Rouit.in prag.*2. *nu.*9. *de officio Procuratoris Cæsaris, Iacobus de Franchis in prælud ijs feudorum rub.species feudorum n.*185. *Maurus iunior allegat.*35.*nu.*11.*Reg. de Ponte de potestat. Proreg. tit.*8.*de refutationibus feudorum num.*3. *& repetitione feudali lectura* 2.*nu.*50. *&* 52. *Thorus in addit.ad Reg.de Ponte d.tract.de potestat. Proreg.tit.*8.*nu.*3.*&* plenè materiam disserui *in resp.*43.*n.*9.*& resp.*52.*n.*7.*to.*1.

42 Præterea vigore huiusmodi donationis factæ ex nunc pro tunc sequuta morte, dùm transfertur dominium perfectè in vita in refutatarium, non poterat ex delicto superueniente in personam refutantis dari pœna deuolutionis feudi,iam acquisiti refutatario,proùt prouisum fuit per *capitulum* 6.*Catholicæ Maiestatis anni* 1558.*fol.* 161. *inter capitula Neapol.* & idem notat *Reg.de Ponte d. tit.*8. *de refutationibus feudorum nu.*8.

Vndè vigore dictæ gratiæ necessariò depromitur refutantem, & refutatarium adstrictum censeri in illis, quibus non obligabatur, idcircò benè concludunt DD. sentientes gratiam prædictam, non fuisse necessariam postulari.

43 Nihilominus nullatenus suffragante gratia prædicta, donatio, siuè refutatio feudorum contemplatione matrimonij facta, adiecta clausula ex nunc pro tunc sequuta morte, non vitiatur, etiam si super ea assensus Proregis non fuerit obtentus, vt copiosè fundat *Fabius de Anna cons.*39. *nu.*1. *vsq; ad nu.*18. *& nu.* 19. sic
44 iudicatum fuisse testatur in causa Federici Tomacelli, & insuper rationem po-

Digitized by Google

nit, nàm illud capitulum fuit petitum reſpectu aſſenſus Proregis ad euitandum dubium, ſi requirebatur, vel non require-
45 batur aſſenſus, vt caſu quo requireretur, poſſet per Proreges præſtari, ideò non inducit, neceſſarium aſſenſus interuentum, nàm dixerunt DD. in proprijs ter-
46 minis, ſupplicationem Ciuitatis factam Regi pro obtinenda aliqua gratia, illa non obtenta, in nihilo præiudicare, ſi de iure dicta gratia non erat neceſſaria, & tunc cenſeri Ciuitatem ſupplicaſſe pro maiori cautela, & ad euitandam omnem diſceptationem, & dubietatem, *Andr. in cap.* 1. *§. ſed nec alia iuſtior poſt nu.* 38. *quæ ſit prima cauſ. benefic. amitt. Reg. de Ponte d. tract. de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refutat. feudor.* §. 5. *nu.* 4. *Staiban. conſ.* 82. *nu.* 30. 31. *&* 32. & de iure conſtitutum eſt, quod
47 ex adhibitione maioris cautelæ, illa non ſuffragante, non inducitur nullitas actus, nec tollitur beneficium contractus de iure validi, ità in noſtris terminis, *Camerar. in cap. Imperialem fol.* 28. *lit. S.* allegat *Andr. in c.* 1. §. *quid ergo de inueſtit. de re alien. fac.* quemadmodùm in ſimili di-
48 citur, quod aſſenſus impetratus ſuper contractu, in quo non erat neceſſarius, in nihilo præiudicat, & æſtimatur ſicut verba ſuperflua in ſupplicatione, *Andr. in c.* 1. §. *ſed nec alia iuſtior nu.* 38. *quæſit prima cauſ. benef. amitt. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. *de refutat. feudor.* §. 5. *nu.* 4. *Staiban. d. conſ.* 82. *à nu.* 26. *vſque ad* 32. prædicta quoque comprobat *Conſil. Paul. Staiban. reſol. for. tom.* 2. *reſol.* 172. *nu.* 50. *cum ſequent.*

Sed in locis vbi gratia ſupra enarrrata locum non vindicat, & ſeruatur diſpoſi-
49 tio iuris communis feudorum, annullans quaslibet diſpoſitiones, celebratas de re feudali ſine aſſenſu, vt *in cap. Imperialem de prohibit. feudi alienat. per Federicum*, hęſitari ſolet, nũquid donato feudo contemplatione matrimonij procul aſſenſu Domini, debeatur æſtimatio illius.

Certum eſt, quod ardua fuit quæſtio, an legato feudo debeatur æſtimatio, & in
50 hac quæſtione Noſtrates varias conſtituerunt ſententias, vnam ab alio longè diuerſam, vnaquæque copioſo numero DD. munitur, ac ſolidiſſimis rationibus roboratur, vndè vix diſcerni poteſt, quenam ſit communis, & rationabilis; quid quid tamen ſit in actu vltimæ voluntatis, vbi aliqui voluerunt æſtimationem deberi, quos recenſet *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 6. *de aſſenſu Regio ſuper dotibus*, §. 1. *nu.* 17. licèt ipſe mordicus contrarium tueatur, in contractu verò inter viuos æſtimatio nullo modo debetur.

51 Ratio diſparitatis præter illas congeſtas per *Regentem de Ponte ibidem*, ea eſt, quia in contractu inter viuos imputatur ſtipulatori, quare ſtipulatur rem, cuius commercium haberi non poteſt, quæ ra-
52 tio ceſſat in legatario, cũ ſine eius facto legatum fiat, *Bart. in l. multum intereſt*, vbi *Imola ff. de verbor. obligationib. Camer. in cap. Imperialem cart.* 8. *à ter.* vbi etiam hanc concluſionem altera ratione confirmat, dicens, quod contractus feu-
53 dalis conſiſtit ex tribus perſonis, ſcilicet dantis, recipientis, & Domini conſentientis; indubitatum enim eſt, infeudationem eſſe contractum nominatum ſecundum *Andr. in pralud. feud.* & dùm Vaſſallus vigore primi contractus inueſtituræ eſt Domino obligatus, quando demum vult alienare, venit eximendus ab obligatione contracta cum Domino, alium ſui loco ſubrogando, & ſic quod
54 Dñus alium recipiat in Vaſſallum, ipſe Dñus hoc facere non tenetur, cũ non cogatur in vaſſallum recipere alium, quàm quem ipſe vult, & obligatio contracta primo loco per vaſſallum infeudatum, quæ erat voluntaria, ex poſtfacto dicitur neceſſaria, & cum natio prouocat, & deterret, proſpicere debet Dominus, cum quo contrahit, cùm in feudis Domini intereſt, ſi placet, vel diſplicet: vndè ſi contractus perficitur ex conſenſu contrahentium, & antea non eſt contractus, quia defuit ſubſtantia, & eſſentia; vndè cùm inter cæteros contrahentes ſit Dominus, ideò ipſius conſenſu deficiente non dicetur contractus, nec concluſus, nec perfectus, & conſequenter ex contractu imperfecto, & non firmato non poteſt oriri actio ad æſtimationem, ideòque in donationibus factis contempla-
55 tione matrimonij à patre in filium, idem eſſe cenſendum, vt copioſè ſcripſit *Reg. Rouit in prag.* 2. *tit. de Titul. ſeù in ſcript. abuſu à nu.* 129.

Tamen contrarium, vt fatetur *Reg. de Ponte de poteſtate Proregis tit. de aſſenſu*

Digitized by Google

assensu Reg. super dot. §. 1. *& 2. & Cons. Gizzar. decis.* 22. dicens, vt debeatur æstimatio feudi donati, siquidem tales donationes sunt pro lege seruandæ, & censentur pars contracti matrimonij, sine quibus matrimonium non esset contractum, & aliàs contrahentes decepti remanerent, vndè dixit *Guid. Papa dec.* 145.
56 quod illa sunt pacta correspectiua apposita in contractibus dotalibus, eritque contractus innominatus, do tantam dotem, vt facias tantam donationem, & ob id oritur actio in factum adinteresse, matrimonio iam consũmato irretractabiliter, & dote consequuta, *ad tex. in l. naturalis,* §. *& siquidem, &* §. *at cum do, ff.*
57 *de præscriptionibus.* Et de generali cõsuetudine habito respectu ad dotes, & etiã ad qualitatem matrimonij fiunt similes donationes, vt latiùs explicat *Præs. de*
58 *Franch. dec.* 436. dicens, has donationes, taliter esse firmas, & irreuocabiles, vt neque mariti, aut filij possint mulieribus præiudicare, propter quod fuerunt semper annullatæ cautelæ factæ in præiudicium talium donationum, idemque tradit idem *Præs. de Franch. decis.* 705. vbi refert, sic passim iudicatum, habet enim vxor insimul cum filijs, & cæteris coniunctis causam onerosam, *tex. notab. in l.* 1. *C. de imponend. lucrat. description. lib.* 10.
59 Ideò cum hæ donationes sint pars contractus matrimonialis, fiant vt mulieres, ac filij commodè viuant, ac decentem vitam ducant, habeantq; causam onerosã, proindè omninò æstimatio de-
60 bebitur. Quod etiã probatur ex dictis *per Andr. in c.* 1. §. *contrario col. fin. de inuestitura de re aliena facta,* qui loquens in quarta, constituta in feudo absque assensu, subdit, quod re eiicta debetur vxori æstimatio, quia est causa onerosa, & respectiuè ad dotes constituta fuerat quarta, licet absque assensu in feudi constitui non poterat, idem sequitur *Camer. in c. Imperialem carta* 28. *col.* 2. *in fin. vers. sed quid verbis moror, Frecc. in differ. feud. ex pacto, & prouidentia, & hæreditarij in* 12. *differentia.*

Faciunt etiam notata per idem *Andr.*
61 *in c.* 1. §. *donare, & in additione qualiter olim poterit feudum alienare,* vbi inquit, quod licèt non possit dari feudum in dotem absq; assensu, si tamen fuerit datum, etiam cum scientia tàm viri, quàm vxoris, fauore matrimonij debetur æstimatio, non obstante nullitate contractus, & ratio est, quia huiusmodi scientia, vt scilicet sit res feudalis, mulieri nocere non debet, nàm ipsæ scire non consueuerunt
62 rigorosas has prohibitiones feudorum, vt notant *idem Andr. in d.* §. *donare qualiter olim poterit feudum alienare,* subdens, ad hoc limitari disposita *in c. Imperialem,* idemque tradit *Andr. in constitut. Regni fratribus,* & sequitur *Capycius in repet. Imperial. fol.* 16. *vers.* 4. *notandum, Reg. de Ponte de potestat. Proreg. tit.* 6. *de assensu Regio super dotibus,* §. 1. *nu.* 24. *vers. sed magis.*

Sextus casus est, vbi in testamento, vel contractu adest substitutio.

§. VI.

SVMMARIVM.

1 *Substitutiones de re feudali in testamento, vel in contractu appositæ, non valent, & feudum ad legitimum successorem spectat, non obstantibus substitutionibus, legatis, & fideicommissis, nu.* 2.
3 *Feudi successio defertur nulla ordinatione defuncti valente, nec manente, nec testamentum factum de re feudali ad beneficium extranei substinetur, nu.* 4. 5. *&* 6.
7 *Delictum vnius quòad priuationem feudi alijs non nocet.*
8 *Fideicommissum in feudis sine assensu Regio non substinetur, cum feudatarius non possit contra legem inuestitura disponere.*
9 *Hæres non tenetur habere ratam dispositionem defuncti factam de re feudali.*
10 *Feudi dispositio sine assensu, nec etiam pro anima valet.*
11 *Fideicommissum cum Regis assensu potest fieri in feudo, siuè hereditarium sit, siuè ex pacto, & prouidentia, nu.* 12. *cum consensu tamen vocatorum, nu.* 13.

14 *Fru-*

Digitized by Google

14 *Fructus feudi poßunt diſtrahi, vel de illis diſponi valet abſque conſenſu Domini; dummodò feudatarius ſucceſſor poſſit honorificè viuere, & ſeruitia præſtare, n.15. contrarium, n.16. & quare nu.17. ſed prima ſententia eſt verior, n.18. & de ratione, nu.19.*

20 *Fructus rei poſſunt vendi à prohibito rem alienare; & ratio datur, nu.21. nec decretum requiritur, ſi à minore vendantur, n.22. vel ab Eccleſia. nu.23.*

24 *Aſſenſus Domini non requiritur in alienatione fructuum feudi, & ratio nu.25.*

26 *Delegari poteſt ius exigendi fructus feudi ſine aſſenſu, durante vita legatarij, & ità deciſum refertur.*

27 *Aſſenſus Regis non requiritur, ſi de fructibus feudi diſponatur, vt fiat multiplicum; & de ratione, n.28.*

29 *Feudatarius poteſt grauare primogenitũ ſucceſſorem in feudalibus, vt fructus diuidat cum alijs fratribus; contrarium nu.30. niſi filij diſpoſitionem approbauerint num.31. ſed requiritur aſſenſus nu.34.*

32 *Teſtatoris diſpoſitio nulla, approbata per hæredes redditur valida, & indè talis conſenſus reuocari non poteſt.*

33 *Feudatarius poteſt de fructibus feudi noui diſponere ad beneficium ſecundogenitorum ratione partis pretij.*

34 *Aſſenſus Regius non requiritur ſuper diſpoſitione facta de fructibus feudi, quando ius ſuper feudo non conſtituitur, & de ratione n.35.*

36 *Legatario profructibus feudi ei relictis datur actio perſonalis contra hæredem in feudalibus.*

37 *Feudatarius poteſt grauare ſucceſſorem vſque ad valorem feudi; nec aſſenſus requiritur, dummodò non ſit filius, cui debetur legitima in feudo ſine onere nu.38.*

39 *Feudi ſucceſſor tenetur ad omnia onera hæreditaria vſque ad valorem feudi, etiam ſi inuentarium confecerit, vel in feudo ſucceſſerit contrà eius voluntatem nu.40. ſed in eo quod excedit valorem feudi grauamina, nec legata ſuſtinentur nu.41.*

42 *Feudi ſucceſſor tenetur ad grauamen impoſitum, ſi bona fide, & ſincerè ſine odio, & fraude fuerit indictum, & fraus, quando præſumatur nu.43. contrarium num.44. & quare num.45.*

46 *Legitima filij eſt totum feudum, contrarium nu.47. nàm licèt feuda ſint indiuidua, legitima eſt tertia pars feudi, nu.48. limitatur in feudo ex pacto, & prouidentia ſimplici, vbi legitima eſt totum feudum, nu.49. in feudo autem hæreditario dempta tertia parte prætij feudi pro legitima primogeniti, alia duæ remanent ad diſpoſitionem teſtatoris, num.50.*

51 *Feudum ex pacto, & prouidentia poteſt à primo acquirente grauari, nec inuentarium ſucceſſorem releuat, nu.52. ſed contrarium eſt verius, nu.53. Itaùt neq; etiam pro anima grauari poſſit, nu.54. & de ratione, nu.55. & hoc feudum eſt ſeparatum ab hæreditate, n.56. neque requiritur, quod ſucceſſor ſit hæres, ſed tantùm filius, & deſcendens, n.57.*

58 *Inuentarium ſucceſſori in feudo ex pacto, & prouidentia prodeſt, & ſecundũ alios etiã eo non confecto, nõ tenetur ad onera, n.59. limita reſpectu primi acquirentis, quando diſpoſuit cum aſſenſu Dñi, n.60.*

61 *Feudatario contrahente ſuper feudo ex pacto, & prouidentia, datur creditoribus actio perſonalis, ex qua nec fructus feudi exequi poſſunt.*

62 *Feudo conceſſo Titio, & liberis, Rex videtur prouidere liberis ex propria perſona, & nullus adeſt fauor acquirentis, nec tenẽtur habere ratum factum defuncti, & limitatur* textus in l. cum à matre, C. de reiuend. *n.63.*

64 *Feudatarius non poteſt relinquere annuã præſtationem ex fructibus feudi, quando ex ea tranſfertur ius ſuper corpore feudi; ſecus quando hæres grauatur, vt præſtet fructus legatario, nu.65.*

66 *Feudatarius poteſt ordinare, vt legatarius feudum retineat, donec ei quantitas legati ſoluatur; ſed contrarium, quod ſine aſſenſu hoc non permittitur, nu.67. ſed prima opinio ſuſtinetur, n.70.*

68 *Iuriſdictio eſt de regalibus, etiam in poſſe Baronis, & eorum Officialis Regius dicitur, & ad inſtantiã creditoris aßẽſu carẽtis non poteſt ſequeſtrari, nec valet legatũ, vt ea pignoretur ſine aſſenſu, n.69.*

70 *Feudi tenuta, & naturalis poſſeſſio ipſius poteſt legari.*

71 *Tenuta feudi, quæ conſiſtit in ſola commoditate percipiendi fructus, poteſt tranſ-*

Digitized by Google

transferri, & legari etiam incapaci successionis feudi, nec possessor tenetur ostendere esse haredem, nu.72.

73 *Fœmina licèt de iure communi sit incapax successionis feudi, potest tamen pendente controuersia cum agnato retinere possessionem feudi.*

74 *Creditor feudatarij, qui feudum obligatum non habet, potest obtinere immissionem super commoditate percipiendi fructus feudi.*

75 *Feudi tenuta legatario relicta donec soluatur certa quantitas, legatarius potest exercere iurisdictionem nomine Domini.*

76 *Procurator constitui potest ad administrandum feudum sine assensu.*

77 *Locatio feudi potest fieri sine assensu, etiã cum iurisdictione.*

78 *Legatarius tenuta feudi habet commoditatem percipiendi emolumenta iurisdictionis, quod est diuersum ab exercitio iurisdictionis, n.79.*

80 *Emptor feudi cum aliena pecunia si in beneficium Domini pecuniæ instrumentum recognitionis celebrauerit, non dicitur Dominus, nec Baro; neque cogit Vassallos ad adiutoria præstanda nu.81. sed Dominus pecunia emptor, & Baro denominatur, & in parlamentis accedit, & mortuo sine legitimo successore feudũ ad Dominum reuertitur, & ab eo exigitur releuium, nu.82.*

83 *Recognitione feudi facta ad beneficium illius, cuius pecunia feudum fuit emptũ, potest consequi immissionem super commoditate percipiendi fructus, ac exercendi iurisdictionem feudi.*

84 *Tenuta feudi validè legari potest, donec certa quantitas legatario soluatur ex pura opinione* Regentis de Marinis, *& contra ipsam iudicatum refertur, nu.85.*

86 *Testator potest disponere de fructibus feudi separatis, vel separandis, & potest grauare haredem vsque ad feudi valorem, & legatarius possessionem ingredi, nu.87. & potest dictus legatarius æstimationem feudi petere, n.88.*

89 *Tenuta feudi legata, nõ extinguitur morte legatarij, sed ad hæredes transit, quia illa commoditas percipiendi fructus de sui natura ad hæredes transit, n.90.*

91 *Legatarij dispositio in morte potest assensu conualidari, sed requiritur consensus hæredis successoris in feudo, nu.92. & quare, n.93.*

94 *Hæredes Feudatarij possunt compelli ad præstandum consensum pro impetratione assensus super dispositis per testatorem, & ipsis recusantibus potest adiri Iudicem, vt deputetur persona pro stipulatione actus, n.95.*

96 *Feudatarius potest iniungere hæredi, vt ratificet disposita ad hoc, vt super illo consensu, impetretur assensus: verum in contrariũ refertur practicatũ respectu feudi relicti vxori vita durante, & post mortem fuit denegatus assensus, nu.97. sed declaratur, nu.98.*

99 *Testamentum est indiuiduum, nec potest hæres pro parte acceptare, secus quando plures sunt dispositiones, seù legata, nu.100.*

101 *Sententia licèt sit indiuisibilis, tamen quando diuersa capitula continet, potest pro parte valere, & pro parte non, & tot sunt sententiæ, quot sunt capitula, nu.102.*

103 *A sententia, quæ pro parte aliquem condemnauit, & pro alia absoluit, non obstante executione in parte, potest pro parte reclamari.*

104 *Hæres non tenetur obseruare præcepta testatoris, quæ iuri repugnant, & euertunt naturam feudalem, nu.105.*

106 *Hæredis consensus super dispositione à defuncto facta, non requiritur specificus, sed sufficit generalis.*

107 *Assensus nunquam operatur in damnum directi Domini.*

108 *Assensus non requiritur in dispositione de annuis redditibus super fructibus feudi.*

109 *Census constitutus super feudo requirit assensum Regis specialissimum.*

110 *Annui introitus venditi super feudo, non spectant ad primogenitum, sed ad omnes filios; nec ex eis exigitur releuiũ per Fiscũ, explosis dec.* Prel. de Frãch. *n.111.*

112 *Annui introitus venditi super feudo cum Regio assensu non sunt feudales.*

113 *Hypotheca contracta super feudo ex venditione annuorum introituum super eo, transit ad quoscumque hæredes etiam extraneos, ex gratia concessa per Catholicam Maiestatem de anno* 1589.

114 *Gratia Suæ Maiestatis, vt hypotheca pro annuis introitibus super feudo cum assensu*

Digitized by Google

sensu contracta, transeat ad haeredes extraneos, & ad omnes fratres, etiam procedit ad beneficiũ forensiũ, n.115. sed alij dicũt extẽdi solùm ad beneficiũ Regnicolarũ tãtum, n.116. contrariũ quia gratia conceditur Ciuitati, & Regno, & contractibus, qui in eo celebrantur, vndè extenditur ad quascumque personas in eo contrahentes, nu.117. & ità decisum refertur, n.118.

119 *Annui introitus venditi in feudum super feudo, remanent feudales.*

120 *Concessiones annuorum introituum super feudo percipiendorum, vel alibi in feudũ expresè non factæ, ex quibus clausulis feudales diudicentur, n.121. & 122.*

123 *Refutans feudum reseruata certa quantitate disponendi cum Regio assensu, non potest de dicta quantitate testari sine nouo assensu.*

124 *Actio ad feudum non potest in testamento relinqui, nec de ipsa substitutio fieri sine assensu.*

125 *Assensus impetratus super dispositione facienda super feudo in beneficium certarum personarum, an habeat locum in dispositione facta in testamento cum substitutione, & quid in concursu creditorum cum assensu, n.126.*

127 *Assensus in dispositione facienda in testamento, vt sustineatur, debent exprimi personæ, & modũ dispositionis, contrarium, nu.128. & præcipuè si agatur de actione ad feudum.129.*

130 *Assensus in refutatione præstitus, vbi adest potestas disponendi, operatur super dispositione facta in testamento, & ità decisum per S.C.*

131 *Assensus datus super facultate disponendi de certa summa in beneficium certæ personæ, non opitulatur substitutioni factæ inter easdem.*

132 *Assensus datus super dispositione facienda ad beneficium certæ personæ, si dispositio sequatur in beneficium alterius, non prodest, n.136.*

133 *Assensus non extenditur de contractu ad contractum, nec de casu ad casum, nec de tempore ad tempus, nec de præsenti in futurum, & præcipuè ex clausula in eo posita (quòad expressa tantùm) n.134. quæ etsi non sit apposita, etiam id operatur, nu.135.*

137 *Feudatarius potest filium secundogenitum in feudalibus instituere cum consensu primogeniti, nec requiritur assensus, & de ratione, num.140.*

138 *Primogenitura potest cedi, & vendi.*

139 *Nepos ex filio primogenito excludit patrum filium secundogenitum.*

141 *Refutationes si fiant secundogenitis, vel illis, qui non immediatè succedunt cum consensu primogeniti valẽt sine assensu, dummodò consensus interueniat in ipso actu refutationis, n.142. sed alij contra vt possit subsequi consensus. n.143.*

144 *Ius superueniens in feudis, an & quando non opituletur in n.142.*

145 *Primogeniti consensus pretio acquisitus, post refutationem feudi factam alijs, valet refutatio.*

146 *Feudatarius non potest filium secundogenitum instituere etiam cum consensu primogeniti absque Proregis assensu; & de ratione, n.147.*

148 *Iuris feudalis remissio indiget assensu.*

149 *Refutatio feudi facta vlteriori agnato cum consensu citerioris agnati, non valet sine assensu.*

150 *Feudi hereditarij successor nõ potest impugnare factum defuncti.*

151 *Assensus Regis requiritur, si per actum vltimæ voluntatis feudum datum sit vlteriori agnato, cum consensu proximioris agnati.*

152 *Successor in feudo non potest transferre ius illud absque assensu.*

153 *Filius si in vitâ patris renunciauit hereditati, non sibi præiudicat post mortem in feudo.*

154 *Feudi natura dicitur mutata, quando primogenitus non instituitur in feudo.*

155 *Testatoris dispositio de feudalibus in plures filios non valet, vbi viuitur iure francorum.*

156 *Feudi institutio in proximè successurum valet sine assensu, & institutus immittitur in possessionem.*

157 *Dispositio feudi facta à matre in beneficium filij secundogeniti, etiam cum consensu primogeniti, non valet absque Regio assensu.*

158 *Refutatio feudi facta à patre in beneficium secundogeniti, cum consensu primogeniti substinetur absque assensu; & ità decisum per Regiam Cameram, quæ decisio refellitur, n.159.*

160 *Feudo inuestito agnato remotiori cum con-*

Digitized by Google

*consensu proximioris, eidem proximiori non datur regressus ad succedendum in feudo,n.*161.

162 *Feudum ad Dominum reuertitur, quando agnati nolunt illud.*

163 *Inuestitura nouiter facta à Domino, consentiente agnato proximiori, valet.*

164 *Refutatio facta ad beneficium secundogeniti, vel alterius agnati vlterioris gradus, non requirit assensum, si adsit consensus primogeniti ex sententia* Regentis Rouit. *quæ impugnatur,nu.*165.

166 *Successor legitimus in feudo vt quis dicatur, attenditur tempus mortis feudatarij.*

167 *Filio, vel agnato nulla datur actio super feudo, viuente patre.*

168 *Assensus requiritur super qualibet dispositione feudi, cum interest, vt Dominus sciat, cui feuda, transferantur,nu.*169.

170 *Assensus requiritur in translatione feudi, non autem super extinctione iuris proprij super feudo, nondùm delato.*

171 *Ecclesia quando possit alienare bona, aut transferre iura absque assensu Apostolico,n.*172. *&* 173. *& quid dicendum super cessione,n.*174. *&* 175.

176 *Prælatus cum capitulo potest repudiare hæreditatem, & legatum factum Ecclesiæ, sine solemnitate; & ità decisum per Rotam,nu.*178.

177 *Monasterium potest conuiuentibus oculis pati, vt hæreditatem delatam monaco alij possideant; secus si Monasterium adiuit, & postea hæreditatem cessit; super qua cessione requiruntur iuris solemnitates,n.*179.

180 *Filio primogenito renunciante feudum in manibus patris fratri secundogenito, non indiget talis actus assensu; & de ratione,nu.*181.

182 *Refutatio feudi in proximè successurum non indiget assensu.*

183 *Filius renuncians successionem feudalem, non dicitur donare, sed tantùm hæreditatem repudiare.*

184 *Repudiatio hæreditatis non dicitur donatio.*

185 *Filia renuncians patri, nihil in renunciatarium transfert, sed dicitur renunciatio extinctiua.*

186 *Renunciatio successionis feudi antequam fuit delata, non indiget assensu; & de ratione,n.*187.

188 *Feudatario instituente filium secundogenitum in feudo cum consensu primogeniti, indiget institutio Regis assensu; secus in refutatione facta in vita; & ità decisum per S.C.nu.*189.

190 *Renunciatio feudi facta à primogenito patre viuente, valet absque assensu; & ità refertur decisum per Regiam Cameram.*

191 *Filius primogenitus si noluerit consentire refutationi factæ per patrem de feudo ad beneficium secundogeniti; potest pater in vita illud donare cum assensu Proregis.*

192 *Refutatio dicitur præmatura successio.*

193 *Donatio feudi in vita feudatarij ad beneficium secundogeniti valet, absque consensu primogeniti,cum assensu.*

194 *Fideicommissum, & prohibitio facta super feudo, non valet, nisi legitimus successor eam acceptauerit, & tunc tenet in vim pacti, sed feudum non ligat, neque ad æstimationem,nu.*195.

196 *Hæres alienando rem legatam,tenetur ad æstimationem legatario in allodialibus, nu.*197.

198 *Legato feudo, an debeatur extimatio, in quo articulo facienda est consultatio Suæ Maiestati, & opinio magis recepta est, vt non debeatur, neque corpus, neque æstimatio, nu.*199. *secus si constet de voluntate testatoris,n.*200.

201 *Alienationis prohibitio in feudalibus licèt non liget successorem; tamen præbet causam Regi ad denegandum assensum ad instantiam interesse habentis.*

Sextus casus est, vbi in testamento, vel contractu adest substitutio.

§. VI.

1 EX hoc casu, quamquam prohibitio dirigatur contrà substitutiones de re feudali in testamento, vel contractu ordinatas; nihilominus prædicta prohibitio comprehendit etiam institutiones fideicommissa, legata, aut alias quascũque dispositiones, super feudis circum-

Digitized by Google

2 ſcriptas, ſiquidē is in feudis ſuccedit, qui legitimus, & immediatus ſucceſſor eſt, iuxta diſpoſita per cōſtitutionem Regni, & illi remedium edicti Diui Adriani cōpetit; ſi autem teſtamentum incontrariū per feudatarium factum fuerit, illud nullate-
3 nus ſubſtinetur, vt cauetur *in c.1. de ſucc. feud.* ibi, *nulla ordinatione defuncti valente, vel manente; Reg. de Ponte conſ.20.n.6. Minad. in conſtit. Regn. in aliquibus, verſ. ideòque ſi pater, Conſ. de Georgio in repet. feud.c.48. nu.11. ad idem Bald. conſ.356. vol.4. & in d.c.1. de ſucceſſ.feud. Reg Rouit. in prag.4. de feud. nu.51.57. & 81. Conſil. Staiban reſol for.60. nu.14. reſol.61.n.45. tom.1. reſol.172. nu.74. & reſol.199. nu.4. tom.2.* idem probant *Capycius deciſ.64. Magon. deciſ.Floren.54. nu.20. Nouar. in collect. ſuper pragm. 4. de feud. collect. 5. nu.9.*

Vndè licèt fuerit inſtitutus hæres in feudalibus extraneus, qui accipitur pro
4 omni eo, qui non eſt proximus, & immediatus ſucceſſor; tamen non obſtante teſtamento feudum ſemper obtinet, qui habet pro ſe legem inueſtituræ, cum teſtamentum nihil operetur in beneficium perſonæ, quæ iure aperto excluderetur à ſucceſſione feudi, *Andr. in c.1. §. inter filiam ſi de feud.defuncti militis, Reg. Tapia dec.S.C.1. nu.26. Conſ.de Georg.in repetit feud.d.c.48. nu.20 & 27. allegat.12. nu.36. ad idem Afflict.deciſ.119. Reg. de Ponte conſ.22. nu.7. & 8. Staiban.conſ.81.* & plenè ad hanc materiam *Conſ.Staiban. reſol.foren. to.1. reſol.99. nu.8. cum ſeqq.* vbi pluries etiam deciſiones glomerat, & idem *tom.2. reſol.99. nu.12. Conſ.Marcian.conſ.26. nu.7. lib.1.* complures DD. in propoſito congerentes.

5 Et ratio eſt, quia inſtitutio, ſeù ſubſtitutio, aut legatum de feudo in beneficiū extranei, importat illius alienationem, *Andr. in c.1. verſ.filij tamen nu.2. de conceſſione feudi*; & proindè cùm prohibita ſit alienatio ſine aſſenſu, prohibita etiam erit teſtandi factio, & ideò inſtitutio, & legatum ſine aſſenſu vitiantur, *Reg. de Ponte de poteſtate Proregis tit.8. de refut. feudor. §.2. nu.17. & 18. & tit.6. §.1. nu.11. Conſ.Staiban.reſol.foren.99.n.11. & 199. num.16.*

Sed hæc ratio ad noſtrum propoſitum non benè confert, cùm adhùc ſuper alienatione feudi poſſit Prorex aſſentire, dummodò alienans non careat legitimo ſucceſſore; vndè ratio, quæ dubium tollit, eſt, quia dato aſſenſu ſuper huiuſmo-
6 di fideicommiſſo, aut alia diſpoſitione de re feudali, facta in teſtamento, non dicitur amplius res feudalis, ſed mere burgenſatica, & libera allodialis, ac de ea iudicatur, proùt de re burgenſatica, *Frecc.de ſubfeud.lib.3.in 6.diff.in fin. Camer.in c.1.an agnatus, q.22. nu.155. verſ. fend.tamen hæreditarium*, ſequitur *Conſ. Marcianus d. conſ.69. nu.51.* & in huiuſmodi feudis fideicommiſſo ſuppoſitis fideicommiſſarius admittitur iudicio teſtatoris, quemadmodum in quolibet fideicommiſſo conſtitutum eſt, per quod teſtatori, & non grauato ſuccediture, *l. coheredi, §.cum filia, ff.de vulgari, & pupillari*, & ità in peculiari caſu notat *Camill. de Medic. conſ. 2. nu.43.* Hinc eſt,
7 quod delictum vnius alteri non nocet quòad priuationem feudi, vt notat *Andr. in c.1. poſt nu.5. ſi vaſſall.feud.priuet. Camill.de Medic. conſ.2. nu.* 4. etiam ſi fuerint appoſita verba, *fidelitate noſtra ſemper ſalua*; idem *Camill. de Medic. conſ.2. nu.51. ex Andr.in c.1. §.hoc quoque nu.5. de ſucceſſ. feudi*, licèt contrarium ſentierint *Camill.de Curte in diuerſ.feud fol.34. nu.22. Reg. Galeota lib.2. controuerſ.49. nu.20. lib.2.* & ratio depromitur ex ante dictis, quia cum ſint feuda illa debita iudicio teſtatoris, quilibet venit iure proprio ex propria perſona, & quot ſunt perſonæ, tot cenſentur eſſe donationes ad tempus factæ, *l.3. C.de donat. quæ ſub modo*, facit ad propoſitum, *c.1. §. vaſſall. culpam ſi de feud. fuerit conorouerſia, c.1. vbi Andr. ſi vaſſall.feudo priuetur*, idem notat *Andr. in c.1. §. hoc quoq; poſt nu.5. verſ.hac differentia, & in c.1. poſt nu.1. de eo qui ſibi, vel hæredibus ſuis*, proindè culpa vnius alijs damnum inferre non debet: quamobrem non poteſt Prorex ſuper huiuſmodi diſpoſitionibus taliter alterantibus, & ad nihilum reducentibus naturam feudi, aſſenſum concedere.

8 Hinc deſumitur, quod non ſubſiſtit fideicommiſſum ſuper feudis impoſitum ſine Regis aſſenſu, etiam ſi fieret inter deſcendentes illos, qui eſſent vocati ad ſucceſſionem, licèt contrarium teneant aliqui relati *per Conſ.Staib. reſol.for.158. nu.1.*

Digitized by Google

nu.1.to.2. quia si feudum subiectum esset fideicommisso, etiam in beneficium vocatorum, nō sic de facile deuolueretur,& proindè non potest Prorex assentire,*Reg. de Curte de feud.2.p.c.5. nu.*170. *Reg. Galeota lib.2.controu.*49.*nu.*19.*&* 20. idem notat *ex Camer. in c.1. an agnat. nu.*125. *vers.finem, Reg.Capyc.Latr.decis.*170. *nu.* 53. aliam rationem assignans, quia prouidentia illa hæreditaria transfunderetur de voluntaria restitutione in necessariam: & quamuis in assensu esset apposita clausula, *feudi natura in aliquo non mutata,*intelligeretur præterquam in expressis, *c.1. de feud. non haben. propr. nat. feud.* & feudo remanente in sua natura hæreditaria,dispositio tantùm interdiceretur huic feudum tenenti, postquam necessariæ restitutioni est subiectum,proindè Regis requiritur assensus, ad idem *Consil. Marcian. cons.*69. *tom.* 2. *nu.*53. & ità decreuisse R.C. refert *Reg.Reuert. decis.*476. *tom.*2. facta relatione in Collat. Consil. in causa Marchionis Sancti Lucidi, cui per Comitem S. Seuerinæ fuit donata Ciuitas Vici æquensis, eo pacto adiecto, vt in dicta Ciuitate succedere deberent descendentes masculi Marchionis, gradus, & ætatis prærogatiua seruata, fœminis exclusis, ad hoc, vt dicta Ciuitas perpetuò permaneret penès descendentes, cum prohibitione alienationis, nisi inter eosdem donatarij descendentes ; nihilominus fuit ordinatum per R. C. dictam Ciuitatem fideicommisso subiectam non esse, & posse illā etiam extraneo obligari, licèt super dicta donatione assensus Proregis concurrebat.

9 Nec potest feudatarius de feudalibus disponere alio modo,quàm in inuestitura designato, *Reg. de Ponte cons.*20. *nu.*6. *Cons.de Georgio in repet.feud.c.*48. *nu.*14. *in princ. Cons.Staib.resol.*199. *nu.*4.*to.*2. etiam si feudum hæreditarium sit, quia non tenetur hæres ratum habere factum defuncti nullum, & à iure improbatum, & in dicto casu limitatur dispositio, *tex. in l.cum à matre, C. de rei vendicatione*, pròut in dicta materia voluit *Reg.de Ponte de potest.Proreg. tit.de assens.Reg.super dot.*§.1.*nu.*17. *&* *in cons.*61.*nu.*31.*Lucas de Penna in l. quemadmodum, C.de agric. & censit lib.*11. *Pistorius quæst. iur. lib.*2. *quæst.*11.*n.*49. *Reg.Tapia in decis.seorem. Italiæ Senat. decis.*2. *nu.* 395. *Reg. Capyc. Latr.consult.*23.*nu.*15.*to.*1.

10 Neque potest super feudo grauamen imponere, & si fuerit sine assensu impositum, non tenebit,etiam si fauorem animæ respiceret, *Frecc.de subfeud.lib.*3.*in differ.inter feud. hæredit. & feuda ex pacto differ.*5. *Reg.Capyc.Latr.consul.*23.*nu.* 10. *to.*1. *Reg.Rouit. in pragm.*4. *de feudis nu.*51.*&* *latius nu.*77. *&* 78. *Cons. Staibanus resol.foren.*172.*nu.*74.

11 Verùm accedente Regis assensu,potest feudatarius liberè de feudo hæreditario disponere etiam per fideicommissum, *Frecc.de subfeud. lib.*3.*in* 6. *differ.feud. ex pacto fol.*441. *in nouissimis Camer. in cap. Imperialem fol.*60. *à ter. lit.N. Cannet.in c.volentes,* §.*at non erit inutile nu.*80. *in fin. Clarus in* §.*feudū quæst.*85.*Intrigliol. de feud.cap.*7. *q.*1.*&* 11. *Afflict.decis.*186. *nu.*3. *Thomas Gramat. decis.*103. *nu.*110. *Nicolaus Reusnerius in dec. German.*1. *nu.* 12. *lib.* 2. *Pirrus Angleber. in consuetud. Aurelian.tit.de feudis,c.*2. *Lopidius in alleg. decis.*117. *Iacob. de S.Georgio in inuest. feud. in verbo, & cum pacto de ipso feudo, Curtius de feudis* 4. *part. quæst. pen. Guglielmus Hannettonius iuris feudorū lib.*2. *c.*10 *Franc.Sonsbec.ad vsus feud. p.*13. *nu.* 149. *Matthias Coler.in decis.German.*12. *nu.*59. *Reg.Capyc.Latr.consult.*23.*nu.*8.*&* 9. *Consil.Marcian.cons.*69.*nu.*51.

12 Idemque est in feudo ex pacto,& prouidentia, in quo licèt possit primus acquirens,nedùm filijs,sed omnibus descēdentibus præiudicare iuxtà aliquorum DD.sententiā,vt *per Afflict.in c.Imperialem,* §. *præterea Ducatus n.*75. *de prohib. feud. alienat. per Federic. Io: Antonium Cannettum in c. volentes Regni Siciliæ, vers. quibus explicatis fol.mihi* 80. *Thomam de Marinis de generibus, & qualitate feudorum de feud.ex pacto,& prouidentia tit.*3. *Hart. Pistorium quæst.iurisd. lib.* 2. *cap.* 4. *per totum* ; tamen verius est, vt alienatio, siuè obligatio super huiusmodi feudo contracta, non substineatur, nisi Domini consensus accesserit, *Afflict. & ibi addent.in decis.*112.*Ias.in l.*2.*C.de iur. emphyt.nu.*214. *Camer.in d.c.Imperialem,* §. *præterea Ducatus car.*97. *lit. B. Sigismund.Loffred.in cons.*1. *&* *cons.*51. *Thom. de Marinis d.tit.*3. *de feud.ex pact.& prouid.*

Digitized by Google

uid. verſ. ſic quid dicemus, Piſtorius quæſt. iurid. c.4.lib.2.nu.75. Vincent.de Franch. deciſ.1.n.30. Iacob. Thomingius in deciſ. Lipſienſi 2. n. 30. & deciſ. 23. n. 3. Octau. Bambacar. in tit. ſi de feudo defuncti controu. fuer. c. omnes filij quæſt. 2. num. 46. cum ſeqq. Io: Franc. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de refutat. feud. §.10. n. 14. Reg. Capyc. Latr. conſult. 23. n. 7. to. 1.

13 Imò in caſu quo huiuſmodi feudi alienatio fieret ab eiuſdem feudi poſſeſſore, non ſolùm interuenire debet conſenſus Domini, ſed cæterorum vocatorum in inueſtitura, vt latiſſimè fundat *Io: Koppen. deciſ. German. 39. per totum*, ſequitur *Reg. Capyc. Latr. d. conſult. 23. n. 61.* ſolus enim conſenſus Domini in ipſius feudi alienatione non poteſt aliquod præiudicium agnatis inducere, ſed eorum ius ſemper ſaluum intelligitur, *Andr. in c. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Feder. Hartaman. Piſtorius quæſt. 15. nu. 29. Petrus de Gregorio de conceſſ. feud. p. 3. quæſt. 6. n. 9. Cannet. in cap. volentes, §. procedit etiam n. 14. prag. 77. Ioan. Koppen. deciſ. German. 39. n. 17. Reg. Tappia deciſ. 2. n. 303.*

14 Præterea poteſt vaſſallus ſine permiſſu Domini de fructibus feudi diſponere, & licèt cõtrarium tueatur *Vulteius in c. 1. de feudis n. 57. & 58.* exiſtimans inhibitionem *Lotharij, & Federici*, ex quibus fuit introducta prohibitio alienationis feudorum, ne honor Imperij minuatur, & debita ſeruitia perdantur, comprehendere etiam fructuum diſpoſitionem, ſine
15 quibus Vaſſallus non poterit honorificè viuere, & Domino ſuo ſeruire; ſiquidem ſeruitia militaria debita Domino feudi metiri ſolent ad menſuram fructuum, qui ex feudo percipiuntur, *c. 1. §. ſimiliter de c. Corradi, c. Imperialem, §. firmiter de prohibita feudi alienatione per Federic. Andr.*
16 *in c. 1. in fine, quis dicatur Dux*, vndè ſi ceſſat fructuum perceptio, non poſſunt ſeruitia militaria circumſcribi, & proindè ſine aſſenſu Domini non poteſt feudatarius de illis diſponere.

17 Adſtipulantur etiam prædictis, quod fructus ſunt acceſſorij ad feudum, idque patet, nàm obligata re, tacitè cenſentur etiam fructus obligati, *l. 3. C. ex quibus cauſis, pignus tacitè contrahatur*, & vendito feudo, etiam cenſentur venditi fructus illius, *l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. de actionibus empti, & legato feudo, ſimiliter veniunt fructus pendentes, l. ſi pendentes, ff. de vſufructu*, & ideò fructus rem ſequũtur, vt fundus, & fructus non plures, ſed tantùm vnam rem conſtituant, *tex. eſt ſingularis in l. fin. §. fructus, ff. de his quæ in fraudem creditorũ*, ſi ergò fructus ſunt ad rem acceſſorij, & rei pars, eadem erit ratio totius, quàm partis, *l. quæ de toto, ff. de rei vendicatione*, & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, *l. Lucius, ff. qui potiores, l. cum principalis, ff. de regulis iuris*, & ideò quemadmodum prohibita eſt feudi alienatio, ſimiliter cenſetur interdicta fructuum diſtractio,

18 Verumtamen non eſt recedendum à ſuprafirmata concluſione, vt ſcilicet valeat diſpoſitio ſine aſſenſu de fructibus feudi, quam concluſionem conſtituerunt *ex tex. in c. 1. §. donare qualiter olim poterat feudum alienari, Iacob. de Beluiſio, Bal. Aluarot Afflict. in d. §. donare, gloſ. in conſtitut. Regni, hac edictali la 2. in fin. gloſ. in conſtit. Regni conſtitutionem Diuæ memoriæ verbo locare, Andr. in c. Imperialem n. 3. de prohibita feudi alienatione per Federic. & in conſtitut. conſtitutionem in verbo tranſactionis, Camer. in c. Imperialem. fol. 18. in 3. caſu, lit. K. Frecc. in conſtit. conſtitutionem n. 42.* ibi *Anna n. 245. Loffred. conſ. 46. n. 9. &* 10. *Anna conſ. 27. 31. &* 115. *Amicangel. q. feud. 18. n. 4. Conſ. Marcian. conſ. 26. n. 13. to. 1.*

19 Et ratio eſt, quia fructus feudi, ſiuè à ſolo ſeparati ſint, ſiuè vt ſeparandi, iudicantur ſemper burgenſatici, & non feudales, *c. 1. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis, Camerar. in cap. Imperialem fol. 19. lit. T.* Vndè licèt conſtitutum ſit, vt ſoluto matrimonio fundus dotalis reſtituatur hæredibus mulieris cum fructibus, tamen fructus illius vt ſeparati à lege iudicantur, adeò vt non ſequantur poſſeſſorem, ſed marito debentur pro rata temporis, quo onera matrimonij ſubſtinuit, *l. diuortio, §. interdum, ff. ſoluto matrimonio*, vbi *Bart. Bald. & Iaſon.* idem
20 eſt in re prohibita alienari, de ea tamen poterit grauatus vendere fructus, *l. Codicillis, §. inſtituto*, vbi *Bart. Bald. Paulus de Caſtro, & alij, ff. de legatis 2. Bald. in c. 1.*
21 *n. 8. de ſucceſſione feudi.* Et hoc non alia ratione conceditur, niſi quia fructus iu-

dican-

Digitized by Google

dicantur, vt separati, vel separandi; hoc pariter est defuncto vassallo sine legitimo successore post Kal. Martij, nàm licèt feudum aperiatur Domino, tamen fructus erunt hæredum vassalli; ea attentatione, quia fructus quamuis estantes, & non recollecti, vti à feudo separandi, Burgensatici dicuntur, & ad hæredes vassalli pertinent, *c. 1. §. his consequenter, hic finitur lex, Reg. de Ponte in lecturis feudalib. lection. 14. n. 42.* simile est in mi-
22 nore, qui non valet bona alienare sine decreto, ad libitũ tamen disponit de fructibus secundũ *glos. in l. vnic. C. si aduersus vsucap. Alex. cons. 49. n. 4. vol. 1.* quod
23 pariter procedit in bonis Ecclesiæ, quæ non alienantur sine debita solemnitate, & nihilominus est permissa fructuum dispositio ad modicum tempus, *cap. fin. vbi Abb. & alij ne Prælati vices suas*; Propterea ex prædictis desumitur, vt id quod respectu fundi proprietatis sancitur, locum non vindicet respectu fructuum, & ideò licèt de feudis futilis sit dispositio, tamen valet, si concipiatur de fructibus.

Nec obstant argumenta *Vultei*, tùm
24 quia facta huiusmodi dispositione, nullũ consideratur interesse Domini, nec respectu deuolutionis feudi, quia omnis obligatio facta per vassallum, dicitur resoluta, *l. lex vectigalis, ff. de pignoribus, Andr. in c. Imperialem n. 3.* vbi *Camer. fol. 18. lit. A. Afflict. in constit. constitut. n. 12. Anna cons. 27. n. 2.* neque in præstatione seruitij interesse Domini respicitur, dùm feudatarius, qui feudum possidet, præstat seruitium, *Afflict. in const. Regni constitut. Diuæ memoriæ n. 12. Camer. in c. Imperialem, fol. 20. col. 2.* & semper causa dominij dicitur potior, & cæteris creditoribus præponenda, dùm agitur de seruitij præstatione, *l. etiam, ff. qui potiores*, & probatur *in constitut. Regni, siuè regali.*

Tùm etiam quia eatenus procedit opinio *Vultei*, quando de fructibus disponitur, vt accessorij ad feudum, sed quando principaliter de fructibus est facta dispositio, eo casu, licèt non possit feudum alienari sine assensu, tamen rectè alienantur fructus feudi, debiti tãtùm actione personali, *Bart. Bald. & alij in l. Codicillis, §. instituto, ff. de legatis 2. idem Bal. in c. 1. n. 8. de succes. feudi, Tiraq. de vtroque retract. §. 1. glos. 7. n. 42. & 44.* sequitur *Hartamannus Pistorius p. 1. quæst. 24. n. 13. Rosental. cap. 20. de feud. conclus. 42. n. 36. & seq.* Propterea est omnium re-
25 ceptissima sententia, vt vassallus valeat de fructibus feudi disponere absque alia Domini licentia.

26 Imò potest legari ius exigendi fructus feudi, vita durante legatarij, quod non importat vsumfructum formalem, nec constituitur ius in re, siuè in corpore feudi, sed considerantur fructus tanquam à solo separati, adeòque burgensatici, vt affirmant *Loffred. cons. 3. n. 39. Alex. cons. 19. vol. 5. Andr. in c. 1. §. si verò n. 5. de pace tenenda, Camer. in c. Imperialem fol. 57. col. 3. vers. primo igitur, Reg. Galeota controu. 6. n. 8. & 9. lib. 2. Reg. Rouit.* qui sic refert decisum *in prag. 4. de feud. n. 15. & 16. Præs. Merlin. cap. 52. n. 14. lib. 2. controuers. Ego resp. 100. num. 24. tom. 2.*

Insuper potest feudatarius ordinare, vt de integris fructibus feudi fiat multipli-
27 cum vsque ad certum tempus in beneficium hæredis, vt probat *Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. à n. 47.* & id inconcussè defendit, iura tuens Philippi Grimaldi, & refert, sic iudicatum per Arbitros, interuenientibus duobus Dominis Cardinalibus Seraphini, scilicet & Blanchecti, ac duobus etiam Dominis Consiliarijs, nempè Ioanne Thoma Vespoli, & D. Didaco de Vera, y Prado in causa multiplici instituti per Ioannem Baptistam Grimaldum, vtilem Dominum status Terræ nouæ, quorum omnium singula votá idem *Reg. Rouit.* in fine inserit, ac fallacem appellat opinionem *Martæ* cõtrarium asserentis; & ratio est, quia hoc
28 onus non tangit ipsum feudum, seù corpora feudalia, constituendo ius in re super feudis, sed grauat pèrsonam tantùm feudatarij absq; aliqua diminutione suæ legitimæ, vt tradit *Præs. de Franch. decis. 1. n. 39. vers. nec conuenit*, quod etiam satis lepidè probat *Cons. D. Didacus de Vera* in voto dato in dicta causa, vt est videre apud *Reg. Rouit. loco citato*, qui satis abbundanter articulum pertractat, & sequitur *Cons. Staiban. resol. 172. n. 76.*

29 Præterea an possit feudatarius filium primogenitum in feudo nouo instituendo ipsum, eiusque hæredes, & successores grauare, vt ordinarios feudi fructus

inter

inter alios filios, hæredes inſtitutos, eorumque ſucceſſores perpetuò pro æquali portione diuidat.

30 Quo in articulo negatiuè reſpondit *Reg.de Marinis reſol.quot. lib.1. cap.119. n.5.* & rationem aſſignat, quia ſi valeret diſpoſitio huiuſmodi, abſq; aſſenſu facta, traheret ſecum neceſſariam conſequentiam, vt cohæredes propter eorum formatum intereſſe reſpectu conſequutionis partis fructuũ, feudi alienationem impedire poſſent, & ſic tacitè per teſtatorem prohiberetur, ne feuda eius legitimus ſucceſſor alienare poſſet, quod expreſsè ordinari non poteſt, vndè vt iure licito valeat abſque impedimento ſucceſſor feudũ alienare, nec ei cohæredes, qui fructus diuiſionem habent, oppugnare poſſent, annullari debet teſtatoris ſic facta diſpoſitio, nec alienatione ſequuta poſſunt cohæredes prætendere fructus pretij ex alienatione peruentos.

Duobus autem modis limitat hanc
31 ſententiam idem *Reg. de Marinis num.6.* Primò, ſi primogenitus, hæres, eiuſque ſucceſſores non modo inter primos cohæredes, ſed, & inter eorum ſucceſſores talem paternam diſpoſitionem, etſi nullam, expreſsè approbãdo, fructuum diuiſionem continuatis temporibus peregerint: quoties enim teſtator non ritè diſpoſuit, ſed hæredes poſt eius mortem
32 diſpoſitionem approbauerint, implendi eam neceſſitatem habent, dixit *tex. in l. non dubium, C. de teſtam. & in l.2. C. de fideicom.* in tantum quod talis conſenſus reuocari amplius non poteſt, *Bald. in l. Neſennium, C.qui teſtam.facere poſſ. Crauet.conſ.24.nu.10. Simon de Petr.lib.5.de interpretat.vltim.vol. dubit.3.nu.25. Bal. conſ.356. vol.5. & in c. 1. de ſucceſſ.feud.* vbi in terminis id comprobat, ſed aduertendum, quod ex hoc non ſequitur, vt per hanc paternæ voluntatis approbationem, quæ vim pacti habet, non poſſit feudatarius de feudo diſponere, illudque in aliud venditionis titulo transferre, verùm cogeretur quantitatem offerre annuam, in quam feudalis introitus aſcendere eſt conſuetum, iuxta terminos, *tex. in l.fundi Trebatiani, ff. de vſufruct.legat. Reg.de Marin.ibidem nu.9.*

33 Secundò limitat, quando Pater filium primogenitum in feudo nouo inſtituit, & de fructibus illo modo diſpoſuit, tunc enim quia in feudo nouo ſecundogenitis partem pretij debetur, videtur ea ratione feudatarium huiuſmodi conſtituere voluiſſe diuiſionem, habita conſideratione ad pretij partem, quam in feudo nouo ſecundogeniti habebant, ad eorum poſteros trãſmiſſibilem, vt notat idem *Reg. de Marinis ibidem nu.11.*

34 Nihilominus prædictæ negatiuæ ſententiæ non adhæreo, ſed teneo, relatam feudatarij diſpoſitionem adhuc ſine Regis aſſenſus interuentu ſubſiſtere; ſiquidem illa diſpoſitio abſque Regis aſſenſu irritatur, quæ feudum ipſum concernit, vel quæ conſtituit ſuper feudum ius in beneficiũ tertij, vt habetur *per Reg.Rouit. in d.prag.4.de feud.nu.46.* quando autem de feudo non diſponitur, nec ius ſuper feudo alteri confertur, proùt eſt, ſi ſuper fructibus feudi hæres grauetur, vel quando de fructibus feudi aliquid annuum ſoluendum relinquatur, tunc nec Regis, nec alterius perſonæ aſſenſus expoſcitur, vt firmant *Bald.in c.1.nu.8.de ſucceſſ.feud. Alex.conſ.18. lib.5. Capyc. in inueſt.feud. verſ.feudorũ fructus, & ver.futuri fructus, fol.205. Camer.in c.Imperialẽ fol.18.lit.V. & fol.20.lit.F. Frecc.de ſubfeud. in 21. limit.ad conſtit.conſtit.Diuæ memoriæ, Reg. de Ponte in lection. feud. lect. 14. nu. 33. Bertus conſ.95. nu. 5. Conſ. de Anna conſ. 46. nu.10. cum ſeq. Petr.de Gregor.de conceſſ.feud.p.2.q.2. nu.14. Intrigliol.de feud. par.7.c.2. nu.25. Caldas Pegutera de iure emph. par.3.c.17. nu.1. & ſeqq. lib.4. Io: Schard.de feud. par.6. num.10. Reg.Rouit. in pragm.4. de feud. num. 109. idem Reg. de Marin. quot.reſol.to.2.cap.81. nu.3.*

35 Et ratio duplex eſt, prima, quia tunc non dicitur diſponere de re feudali, ſed de fructibus ab hærede percipiendis, & à ſolo ſeparandis, de quibus, vt de re hæredis diſponit feudatarius, hæredem ſuum hoc modo grauando, ſicque feudũ non tangitur, nec illud ius ſuper eo conſtituitur, proindè huiuſmodi diſpoſitio ſubſiſtere debet *ad tex. in l. vnum ex familia, §.ſi rem, ff. de leg.3.* & notant *Reg. Rouit.d.prag.4.de feud.nu.109.ex Camer. in c.Imperialem car.18. col.4. lit.V.*

Altera ratio eſt, quia fructus huiuſmodi perueniunt ex re hæreditaria, hoc eſt ex re, quam iure hæreditario defunctus

tranſ-

Digitized by Google

transmisit ad hæredes: etenim res hæreditariæ censentur fructus feudi, & iudicatur de eis, sicuti de alio patrimonio defuncti, *Andr. in c.1.§.quid ergo de inuestitura de re alien. fact. Cassan. in consuet. Burgund. rub.7.§.4. nu.19. Vrsill. ad Affl. decis.26. Reg. Rouit. in d.pragm.4. de feud. nu.*109. Quod adeò est verum, nàm possunt fructus feudi ad instantiam creditoris sine assensu sequestrari, *Reg. Rouit. in pragm.3.nu.16. de ordine Iudic. & in cons. 77. nu.5. lib.*1. vndè meritò dispositio facta de fructibus feudi valet, nec illam infringere successor potest, sed eam ratam habere debet, etiam si cum beneficio legis, & inuentarij hæres esset, *Reg. Rouit. in prag.4. de feud. nu.*128.

36 Præterea facit, quod stante huiusmodi testatoris ordinatione, diuidendi, scilicet fructus feudi inter fratres cohæredes, illis alia non competit actio, nisi personalis contra primogenitum hæredē in feudalibus, vt fructus feudi inter ipsos fratres secundogenitos diuidat, retenta sua portione; sed primogenitus Dominus feudi dicitur, ipsiusque fructuū habet dominium; vndè secundogeniti nec feudum obnoxium habent, nec ius super feudo acquirunt, neque possunt impedire, vt primogenitus feudum alienet, si velit: & quoties legatarius ius super fundo non habet, non potest impedire hæredem, nè fundum vendat, licèt aliquorum fructuum fundi præstatio annua fuerit ei relicta, sic expressè notat *tex. in l. fundi Trebatiani* 38. *ff. de vsufruct. leg.* & eleganter hoc tractat idem *Reg. de Marinis resol. quot. to.1.c.119. & to.2.c.81. nu.*4. & hanc opinionem in proprio casu, vt possit grauare fructus feudorum in beneficium secundogeniti, confirmat *Consil. Staiban. resol.*172. *nu.*71.

Insuper potest feudatarius successorem in feudo hæreditario grauare, vsq;
37 ad eiusdem feudi valorem, nec assensus requiritur, quodque licèt non admittat *Præs. Camill. de Curtis in diuers. feud. fol.* 54. *à n.*109. vbi satis abundè fundat, non posse feudatarium, hæredem in feudo grauare pro concurrenti feudi valore, cū hæredi super feudo tantùm relinquendū est, vt militare possit; verumtamen hodiè ex receptissima, qua vtimur sententia, potest feudatarius in feudo hæreditario legitimum instituendo successorem, illum pro concurrenti feudi valore grauare in alterius beneficium, dummodò non sit
38 filius, cui cum legitima super feudo debeatur, non potest onerari pro concurrenti feudi valore, sed tantùm in eo, quod legitimæ valorem excedit, sic dixerunt *Præs. de Franch. decis.1. nu.39. Franc. de Amico in tit. de his qui feud. dar. poss. fol.*11 *nu.3. Reg. de Ponte cons.*88. *nu* 50. *&* 53. *vol.1. Reg. Rouit. in pragm.1. de tit. abus. nu.*112. *& in pragm.4. de feud. nu.*60. *&* 61. *Reg. de Marin. resol. quot. to.1. cap.*70. *nu.*35. *Cons. Staib. resol. foren.*99. *n.*51.

39 Quod etiā procedit respectu onerum hæreditariorum, cum teneatur feudatarius ad omnia onera defuncti, vsque ad concurrentem valorem feudi, etiam si inuentarium confecisset, *glos. in constit. Regni, vt de successionibus, vers. ex vtroque parente, Minad. cons.*10. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.6. de assensu Regio super dotibus,*§.3. *nu.*19. *Cons. Staib. resol. foren.* 172. *nu.*78. subdens amplius *nu.*71. posse grauari fructus feudi pro soluendis creditoribus.

40 Idemque procedit, quamuis successor in feudalibus non fuerit à testatore institutus, vel in feudis succederet contrà voluntatem defuncti, nàm adhuc tenetur oneribus impositis per defunctum vsque ad concurrentem feudi valorem, *Præs. de Franch. decis.1. & decis.*704. *num.1. & 2. Cons. Staiban. resol. foren.*59. *nu.*12. *&* 13. *& resol.*172. *nu.*23.

Sed non potest feudatarius hæredem grauare vltrà feudi valorem; vndè si pe-
41 cunia, quā testator præstandā legauit de fructibus feudi, excederet volorem eiusdem feudi, grauamen illud tenet pro vera quantitate valoris feudi, in eo autem quod illius valorem excedit, non subsistit, vt probat *Reg. de Marinis quot. resol. to.2. c.*82. vbi quoque addit, quod si hæres velit legatario soluere integrum feudi valorem, non tenetur feudum vendere, licèt emptor reperiatur, qui illud emeret, plusquam feudi valor est, ex qua poterit legatarius integrum consequi legatum.

Verùm non substinetur dispositio su-
42 per feudi valore directa, si ad fraudandum legitimum successorem feudi concipiatur, nàm tùnc illa teneret, quando sin-

Digitized by Google

sincerè bona fide, sine odio, & fraude fieret, vt notatur *in cap.1. §. sed & res, per quos fiat inuestitura*, ibi, *feudum tamen cuilibet dare potest, nisi fiat in fraudem*, vbi *glos. in verb. in fraudem*, subiungit, *si ideò fecit, vt priuet eum, qui succedere deberet ad suam successionem*, idem notatur *in c.1. qualiter olim potest feudum alienari*, ibi, *quod tamen hodie sincerè, & sine fraude licet ei facere*, & vtrobique *Andr. & Feudista.*

43 Et consideratur disponentis fraus, nedum concurrente titulo lucratiuo, legati scilicet, vel donationis, vt testatur *ex Napodano in consuetudine, etsi testator vers. disponere nu.14. Reg. de Ponte de potestate Proregis tit.6. de assensu Regio super dotibus, §.2.nu.27.versus finem*, sequitur *Cons. Staiban. resol. foren. 99. nu. 19. to.1. & resol. foren.200. nu.98. to. 2.* consideratur etiam fraus ex onerum magnitudine, feudo impositoru, ex quibus per indirectum quis expoliatur successione feudi, qua successione non potest priuari, cum ad personam immediatè successurã, ex lege feudi vocatam pertineat, nulla manente, aut valente contraria testatoris dispositione, *c.1. de successione feudi*, & habetur in constitutione Regni, *vt de successionibus*, & latè annuit *Reg. de Ponte cons.22.n.6. vol.1. Cons. Staiban. resol.99. num.8.*

44 Nihilominus prædicta non restringũt, conclusionem supra affirmatam, quod scilicet possit feudatarius successorem grauare vsque ad concurrentem valorem feudi, nàm circumscripto, quod hæc est communis, & vniformis sententia, facit etiam, quia hæc est fraus permissa per modum cautelæ, à lege introducta, vt latè demonstrat *Loffredus cons.46.n.7. vers. quòad secundum*, eum sequitur *Reg. Lanar. cons.80. nu.26. & Reg. Rouit. super prag.4. de feud. Reg. de Ponte in lect. feud. 11. Præs. de Franch. decis.1. nu.33. idem Reg. de Ponte cons.13. nu.18. & 19. Cons. de Georg. alleg.12. nu.33. & d. Reg. Lanar. cons.80. num. 26.* subdit hoc procedere, etiam si testator cogitasset per indirectũ successorem priuare, grauando illum in pecunia vsque ad vires feudi, idemque sequor *Ego resp. 44. nu.13. & 14. tom.1.* prædicta quoq; comprobat *Reg. de Marin. in obs. ad dec.532. Reg. Rouert. t.2.n.2.*

Sed supradicta, vt alij dicunt, benè procedunt respectu collateralium; at re-
45 spectu filiorum non videntur procedere, cum illi non possint grauari vsq; ad concurrẽtem feudi valorem, nàm ipsis competit super eodem feudo legitima, quæ totum feudum vindicat, cum sit totum
46 feudum legitima primogeniti, *c. licet de voto, Præs. de Franch. decis.1. nu.48. & 49. versus finem*, & *idem in decis.387. nu.4. Reg. Rouit. in prag. 1. de titulorum abusu nu. 112. Reg. de Ponte cons.88. nu. 50. & 53. vol.1. & de potestate Proreg. tit.6. §.1. nu.11. Cons. Andr. de Georg. allegat.20. nu. 21.* ideò quemadmodum onus in legitima reijcitur, proùt vulgata sunt iura, consequenter potest primogenitus integra bona feudalia pro sua legitima deducere, quocumque onere reiecto.

Verumtamen in contrarium est veri-
47 tas, vt scilicet integra feuda non sint legitima primogeniti, nàm feuda etiam titulata aliud priuilegium non habent, nisi vt sint indiuidua, & non possint transire, nisi ad vnum tantùm hæredem de iure communi feudorum, quod priuilegium per ius francorum est introductum in omnibus feudis, etiam absq; tituli dignitate: vndè licèt feuda debeant ire indiuidua ad primogenitum, non tamen sunt integra feuda legitima primogeniti,
48 sed eius legitima est tertia pars totius feudi, non in quota, sed in pretio, dicitur legitima ipsius, vt fundat *Camerar. in c. Imperialem, §. præterea Ducatus, car.104. col.2. lit.R.* ideò in reliquis duabus partibus pretij potest ritè, & rectè grauari à testatore, etiam inuitus, vt latè explicat *Camerar. d.c. Imperialem, §. præterea Ducatus, cart.99. col.3. in princ. vers. & quòad primũ caput*, vbi per decẽ colun[illegible] reassumit argumenta omnium DD. & opinionem *Innocentij, Hostiensis, & Abbatis in c. licet de voto* refert, & tandem *carta 101. col.4. post lit.V.* concludit, vt neque totum Regnum, neque totus Comitatus, neque res, quæ de iure francorum primogenito debetur, inducunt, vt feudum totum dicatur legitima primogeniti, idem concludit *Frecc. de subfeud. lib.3. de differen. inter feuda ex pacto, & hæreditaria differ. 19. vbi nu.3.* deridet illos, qui credunt feudum totum esse legitima primogeniti, & propterea in eo grauari

non

Digitized by Google

non posse, eum sequitur *Loffred. cons.* 1. *nu.*179. & Reg. *de Ponte cons.*88. *nu.*40. *lib.*1.Reg.Rouit.*in prag.*4.*de feud.nu.*112. *cum seqq.*Reg.*de Marin.resol.quot.cap.*82. *nu.*3.*to.*2. & amplius *idem* Reg.Rouit *ibidem*, subdit, quod illud axioma,vt totum
49 feudum sit legitima primogeniti, procedit in feudo ex pacto,& prouidentia simplici tantùm, non autem in feudo hæreditario ,& idem docet *Minado. in rubr. constit.* Regni *in aliquibus num.* 27. ideò
50 dempta tertia parte pretij feudorum,pro legitima primogeniti, aliæ duæ integrè remanent liberæ ad dispositionem testatoris,& potest in illis onera superaddere, quod solummodò procedit in actu vltimæ voluntatis ; in contractu verò inter viuos, siuè successores sint filij, siuè Collaterales, potest feudatarius totum corpus feudi cum assensu in alium transferre, nec aliter immediatus successor contradicere potest, Reg. Rouit. *cons.*35. *per totum*, & signanter *num.*3. sequitur Reg. *de Marinis in obseru. ad decis.* 532. Reg. Reuert.*tom.*2.*nu.*2. vbi ità decisum testatur, quam etiam decisionem refert *Thor. in compend.par.*3. *verb.dispositio feudalis, fol.*308.
51 Et hæc omnia hactenus annotata, vt scilicet possit feudatarius de fructibus feudi disponere, ac hæredem grauare, vsq; ad cõcurrentem feudi valorem,vindicant quoq; locum in feudo ex pacto, & prouidentia; cum illud respectu primi acquirẽtis habeat vim feudi hereditarij, vt probat *gl.in c.*1.§.*hoc quoque de succes. feud. argum. tex.in l sed & si plures*, §. *in arrogato,ff.de vulg.& pupil.Andr.in cap.*1. *an agnat.* & in omnibus, & per omnia æquiparatur feudo hæreditario,vt inquit Reg.*de Ponte de potestat.Proreg. tit.de diuers.prouis.*§.1.*Camill.de Curte in diuers. feud.cap.*15.*n.*18. Vndè quemadmodũ in feudo hæreditario successor potest grauari in actione personali vsq; ad concurrentem feudi valorem, vt plenè probant præter citatos *Loffred.cons.*46.*nu.*17. Reg. *de Ponte cons.*88.*nu.*36.*vol.*1.*& de potest. Proreg.tit.de refut.feudor.* §.2. *nu.*2. nec
52 inuentarium successorem releuat in feudo hæreditario, quòad integrũ valorem feudi, nàm vltrà eius valorem non obligatur hæres,inuentario confecto, Reg.*de Ponte de potest.Proreg. tit.*8. *de refut.feudor.* §.2.*nu.*20.*&* 21.*ex Andr.in cap.Imperial.*7.*col.in addit.de prohib.feud.alien. per Feder.* Reg.*Capyc.Latr.consult.*23.*nu.* 19.*to.*1. Ità pariter procedit respectu feudi ex pacto, & prouidentia, cuius primus acquirens potest successorem grauare, vsque ad integrum feudi valorem, nec ei inuentarium prodest,ità *Camer.in cap. Imperialem car.*97.*lit.E. Frecc.de subfeud. author.*27. *Baron.nu.*10. *idem Camer.in c.*1.*nu.*26. *an agnat. Hartam.Pistor. de feud.quæst.*4. *nu.*80. *Camil.de Curte in diuers.feud.c.*15.*nu.*12. *idem Frecc. d.tract. de subfeud.lib.*3.*in* 33.*differ.*vbi subnectit responsum Reg. *Villani*, qui huic sententiæ adhæret, sequitur *Fabius de Anna cons.*5.*&* 52.*vol.*1.Reg.*de Ponte de succes. feud.lect.*11.*nu.*59.*ad idem Cons.Marcian. cons.*69. *nu.* 40.*to.* 2. inquiens, quod respectu primi acquirentis illud habet vim hæreditarij idque nulla alia ratione suadetur,quia primus acquirens,qui fuit occasio adeptionis,potuit esse causa destructionis, ideò tantùm operatur verbum *hæredibus*, quantùm occasio in isto feudo, *Bal.in cap.inter dilectos col.*3.*de fide instrum.*
53 Prædictis verò non obstantibus, contrarium est verius,vt scilicèt non possit in feudo ex pacto,& prouidentia etiam primus acquirens successorem grauare, aut aliquod onus imponere, etiam si quid minimũ respiceret, nisi interueniat consensus Domini, ità de iure communi feudorum cauetur, vt *in c.*1.*in fine de succes. feud.& in cap.*1. §.*donare qual. olim feud. alien.pot. Boss.tit.de Principe nu.*31.*vers. & quando non est hereditarium*, subdens,
54 quod nec etiam pro anima de feudo disponi potest, *Plot. in addit.ad Mart. Garat.cons.*29. *nu.*61.*&* 63. *Berous quæst.*95. *nu.*1. *Clar.* §*feudum quæst.* 37.*nu.*1. *vers. idem dicendum est, Borrell. in summ.decis. to.*1.*tit.*36. *de assensu nu.*1. *& de feud.nu.*1. *cum pluribus sequentibus,Reg.Capyc.Latr. consult.*23.*nu.*21.*&* 24.*nu.*10.
55 Et ratio est, quia tale feudum duobus nominibus circumscribitur, scilicèt ex pacto, & prouidentia, quæ nomina in iure non inueniuntur, sed *Pileus, & Bulgarus* antiqui Glossatores ab intrinseca ipsius virtute, ac substantia hoc magistrale nomen adinuenerunt, vt notant *Iser.in cap.Imperialem, Iacob. Ardizzon. in sua*

Digitized by Google

ſumma, & docet *Camer. in c. Imperialem car.94.à ter. lit.M.* ex quibus nominibus licèt videatur, vt nomen pacti non cõueniat cũ pactum duorum ſit conſenſus, *l.1. ff. de pact.* quod potiùs priuatis perſonis poteſt adaptari, quã inter Dñum, & vaſſallũ, & aliud nomen, prouidentia, Principi concedenti competit, vt docent *gl. & Andr. in c. Imperial fol.94.à ter. lit.N. & O.* hæc autem prouidentia Principis, reſpicit ómnes deſcendentes inueſtitos abſq; clauſula hæreditaria ex Principis munificentia, *Gulielm. de Pern. conſ.* 12. habent enim feudum deſcendentes à primo acquirente, nedùm ex eius pacto, ſeù induſtria, ſed ex prouidentia concedentis, vt inquit *Intrigliol.* plures allegans *de feud.cent.1.quæſt.51.nu.197.* Vndè eatenus primus acquiſitor poteſt feudum grauare, quatenus conſenſus Principis concedentis acceſſerit, aliàs prouidentia huiuſmodi concedentis non operatur, nàm ſi conſenſu recipientis, & dantis fuit feudum erectum, ad beneficium deſcendentium acquirentis abſq; clauſula hæreditaria, eorundem conſenſus requiritur, vt poſſit à primo acquirente grauari; hoc enim feudum ex pacto, & prouiden-
56 tia non eſt corpus hæreditariũ, ſed quid ſeparatum ab hæreditate, *Alex.Raudenſ. reſponſ.1.nu.142.lib.2.* nàm in feudo hæreditario hæres dicitur ſuccedere ex ſucceſſione, quod ſecus eſt in feudo ex pa-
57 cto, & prouidentia, vbi non requiritur, quod quis ſit hæres primi inueſtiti, ſed ſufficit, ſi ſit eius filius, vel deſcendens, *Caphal.conſ.523.nu.32. Frecc.de ſubfeud. lib.3.in differ.int feud. ex pacto, & hared. differ.* 31. propterea quotieſcumq; DD. dixerũt primum acquirentem, poſſe filijs & deſcendentibus præiudicare, ſemper loquuti fuerunt, quando concedentis interuenit aſſenſus, ità *Camer. in cap.1. an agnat.nu.26. Scharder.tract.de feud.par.7. cap.2.nu.22. Frecc. de ſubfeud.c.2. in 29. author. nu.10, verſ. vel ſi feudum eſſet nouum ex pacto, & prouidentia, & in tertia formul.nu.15. Præſ.de Franch. deciſ.368. nu.4. Fab.de Anna conſ.5.& 52.vol.1. Reg. de Ponte de ſucceſſ feud.lect.11. nu.59. Camill. de Carte in ſuo diuerſ. feud. cap.15. nu.12. Reg. Capyc. Latr. conſul.23.nu.29. & 30.* & ità refert decreuiſſe Senatum Mediolanenſem, vt videre eſt in fine dictæ conſultationis num. 74.

58 Hinc eſt, quod in feudo ex pacto, & prouidentia inuentarium ſucceſſori prodeſt, ad hoc, vt ſuccedẽs ad onera defuncti non teneatur, *Alex.cõſ.19.vol.5. Ruin. conſ.176.nu.15. vol.1. Roland.à Val.tract. de inuent. quæſt.182. Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de regal.impoſ.§.6. nu.29. Gramat.deciſ.93. nu.10. Cacher. deciſ.97. nu.11. & deciſ.68.nu.14.& 15. Reg.Capyc. Latr.d.conſult.23.nu.35.*

59 Imò alij dixerunt, quod etiam non confecto inuentario ſucceſſor in feudo ex pacto, non tenetur habere ratum factũ defuncti, quos recenſet *Hartam. Piſtor. quæſt.iur.lib.2. quæſt.13. nu.15.*

60 Sed hoc non procedit reſpectu primi acquirentis, quando validè alienauit, vel aliter diſpoſuit cum aſſenſu concedentis, nàm tùnc inuentarium non iuuat, ſecus tamen eſt, quando huiuſmodi aſſenſus non interfuerit, ſic diſtinguit *Reg. Capyc. Latr.cit.conſult.23.nu.37.* allegans *Leliũ Caputum ad Conſuet. Neap. in conſuet. ſi moriatur par.2. §.6. num.21.* ſentiens, vt
61 quando ſuper huiuſmodi diſpoſitione de tali feudo, ſeù de eius fructibus non interfuerit aſſenſus concedentis, alia non oritur actio, quàm perſonalis, ex qua actione non poteſt aliqua exequutio fieri, vel ſuper ipſo feudo, vel in fructibus ipſius, idem docet *Frecc.de ſubfeud.lib.3. in 33. diff.* (quamuis in formulis deindè contrarium aſſerat) dicens, quod quando
62 datur feudum Titio, & liberis, ſeù deſcendentibus, Rex prouidet liberis, vt liberis, vel deſcendẽtibus, & veluti ex eorũ propria perſona feudum capiunt, quod in hoc nullus eſt fauor acquirentis, cum ius eorum morte finiatur, etſi feudum nouum ſit, primus acquirens, non diſponit in damnum futuri deſcendentis confecto inuentario.

Nec ſucceſſores, etſi hæredes primi
63 acquirentis tenentur diſpoſita obſeruare, cùm hæres non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, & à iure improbatum, nàm in dicto caſu limitatur diſpoſitio, *tex. in l. cum à matre, C. de rei uendic.* proùt in propria materia dixerũt *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de aſſenſ. Reg.ſuper dotib.§.1.nu.17.& conſ.61.nu. 31. Lucas de Penna in l.quemadmodum, C. de agricol.& cenſit.lib.11. Hartam.Piſtor.*

quæſt.

Digitized by Google

quæst. iur. lib. 2. quæst. 11: nu. 49. Reg. Tap. decis. Sup. Ital. Senat. 2. nu. 39. Reg. Capyc. Latr. consult. 23. nu. 15. Cons. Staiban. resol. for. to. 1. resol. 99. nu. 29.

Præterea non potest feudatarius ordinare in beneficium cuius, annuã præsta-
64 tionẽ ex fructibus feudi exsoluẽdã reliquit, vt donec & quousque quantitas legata non soluatur, possit feudi possessionem ingredi, illudque retinere, fructus percipere, ac iurisdictionem exercere.

Ratio est, quia eatenus valet legatum alicuius annuæ præstationis de fructibus feudi, quatenus non transfertur ius legatario super corpore feudi, sic communiter tradiderunt vltrà sup. cit. *Gl. & DD. in c. 1. de cap. Corrad. & in const. constitutionẽ Diuæ memoriæ, Reg. Rouit. in prag. 4. n. 46. de feud. Cons. de Anna cons. 46. n. 29. Horat. Montan. in cõment. ad leg. Imperialem in princ. nu. 4. &* 8. Et ex hac forma legati non solùm ius formatũ super feudo videtur constitui, dùm directo fit legatum fructuum feudi, *ad tex. in l. Herennius, & in l. fructus, ff. de vsur. & in l. fructus, ff. solut. matrimon. l. fundi vsu, & l. fin. ff. de vsu, & habitat.* Sed etiã censetur feudi vsus fructus fuisse legatus, quod probatur *ex l. cum ità 41. ff. de vsu. fruct. leg.* vbi legatis annuis fructibus fundi Corneliani, perindè est, at si vsus-
65 fructus fundi fuisset legatus; multũ enim distat grauare hæredem ad præstandum Titio fructus feudi, & directo legare Titio fructus feudi, quia primo casu consideratur tantùm actio personalis hæredis ad implendam voluntatem defuncti feudatarij, qui voluit, vt successor in feudo tanquam eius hæres obligetur personaliter ad præstandum legatario fructus illos ex corpore feudi separandos, siuè vti burgensaticos, & hæreditarios, siuè vti proprios. In secundo casu, quia ex legato verbis directis facto trãsfertur ius in tertium percipiendi fructus propria authoritate, & dicitur constitutum ius in corpore feudi, quod sine Regio assensu non permittitur, & proindè legatum non subsistit, vt in proprio casu arguit *Reg. de Marin. quot. resol. cap. 81. tom. 2.* subdens, sic pluries S. C. iudicasse.

66 Idemq; probatur, quia attento tenore huiusmodi dispositionis verè, & realiter personæ, cui certa nummorũ quantitas legatur, feudum pignori traditur, nàm si vult testator, vt legatarius feudum habeat, siuè retineat, donec legata quantitas illi soluatur, hoc aliud non importat, nisi pro summa legata feudum pignori tradere, etenim negari non potest, quin per legatum constituatur legatarius creditor quantitatis legatæ, *ad tex. in §. nostra autem instit. de legat.* vndè si demum iubet testator, vt post mortem suam habeat legatarius feudum, donec hæres pecuniam legatam soluerit; man-
67 dare videtur, vt pro pecunia legata feudum pignoretur, quod sine assensu est omninò prohibitum, vt dixerũt communiter *Feudistæ in c. Imperialem, Aluarot. in c. 1. §. etsi libellario nu. 2. tit. quib. mod. feud. amitt. Afflict. in const. constitutionem Diuæ memoriæ nu. 8. Reg. de Marin. resol. quot. to. 2. cap. 81. nu. 10.* subdens, quod ex tali dispositione aliud absurdum eueniret, nàm cum legatum post mortem legantis vires sumat, eo tempore vtile dominium, quod erat penès feudatarium defunctum, ad legitimum successorem translatum fuit, sicq; sine facto successoris, & hæredis valeret legatarius feudi possessionem consequi, illudq; loco pignoris possidere, donec legata quantitas ei soluatur, quod omni iure prohibetur.

68 Rursus idem confirmatur, quia iurisdictio est de regalibus. *c. 1. quæ sint regal.* & de iure publico consideratur, etiam in posse Baronis, nàm Officiales electi à Baronibus ad iustitiam ministrãdam adhuc Regij appellantur, quia cum ipsi Barones, qui eos constituunt, merum, & mixtum imperium à Rege habeant, etiam eorum Officiales dicũtur à Rege iurisdictionem habere, *Carau. rit. M. C. 49. nu. 7. Reg. de Marin. resol. quot. to. 1. c. 81. nu. 13.* ex quo sequitur, potestatem hanc Regalem Magistratus constituendi ab alio, quàm ab eo, cui à Rege communicata est, sine eiusdem Regis consensu exerceri non posse, ità *Camill. de Medic. cons. 147. nu. 3. ad 13. Affl. in const. Reg. scire volumus in 4. notab. Montan. tract. de regal. verb. potestas constituendorum Magistratuum nu. 3. Reg. Rouit. in prag. 3. nu. 16. de ordin. iudic. & in cons. 77. nu. 5. lib. 2.* vbi demonstrat,
69 quod etsi ad instantiã creditoris assensu carentis possit sequestrari fructus feudi, sed nullo pacto ipsa iurisdictio; Iurisdi-

Digitized by Google

ctio enim ſtat in Caſtro ex ſe, non tanquã fructus Caſtri, imò eſt illa quid maius Caſtro, & Caſtrum ſtat, vti acceſſorium ad iuriſdictionem, non è contra, ſequitur *Montan. de regal. verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum nu.* 3. proindè ſubſtineri non poteſt ſuprapoſita feudatarij diſpoſitio ſine aſſenſu Regis, dùm in illa legatario confertur iuriſdictionis exercitium, donec quantitas legata ſoluitur.

70 Sed contrariam ſententiam veriorem exiſtimo, vt ſcilicet hæc feudatarij ſupra relata diſpoſitio valeat, & poſſit legatarius virtute prædictæ diſpoſitionis feudũ conſequi, poſſeſſionemq; ipſius nanciſci non ad finem acquirendi dominium, ſed retinendi tenutam, & naturalem poſſeſſionem, quod nõ eſt inconueniens, etiam ſi dominiũ feudi ad alium legitimũ ſucceſſorem pertineret, ità ſentierunt *Conſ. de Georg. alleg.* 12. *nu.* 25. *Marcell. de Mauro alleg.* 54. *nu.* 7. *Conſ. Marc. conſ.* 26. *nu.* 13. *vol.* 1. *Reg. Galeota controu.* 36. *nu.* 31. *cum ſeqq. lib.* 1. *Reg. de Marin. to.* 3. *reſol. quot. alleg.* 140. qui hanc ſententiam acerrimè propugnauit iura tuens in S. C. Brigidæ Spinulæ aduerſus nullitates propoſitas per Io: Baptiſtam Imperialem contrà decretum S. C. quo mediante fuit ordinatũ, immittendam eſſe dictam Brigidam in poſſeſſionem cõmoditatis percipiendi fructus, & emolumenta iuriſdictionis Status Sãcti Angeli, virtute cuiuſdam declarationis ſine aſſenſu factæ per D. Landulphũ de Aquino, q. textatus fuit ſe emiſſe Statũ prædictũ pecunia Io: Vincentij Imperialis, quamobrẽ in beneficiũ dicti Io: Vincentij conceſſit facultatẽ percipiendi fructus, adminiſtrandiq; iuriſdictionem, at etiam eum conſtituit procuratorem, velut in rem propriam, hanc quoq; ergo conſtitui opinionem, iura defendens Marchioniſſę Montorij D. Eufemiæ de la Zazzara, *reſp.* 44. *nu.* 18. *to.* 1.

71 Et ratio eſt, quia non agitur in caſu iſto de dominio feudi, ſed de illa ſimplici poſſeſſione, quæ conſiſtit in ſola commoditate percipiendi fructus, vndè qui illam tenet, nullo pacto affirmari poteſt, vt dicatur feudum poſſidere, *Franc. de Amic. in repet. cap.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ. fol.* 128. *col.* 2. ad hoc facit vulgata theorica, *Andr. in c. Imperialem, § illud à nu* 68. *ad* 71. *de prohib. feud. alienat. per Federic.* vbi dixit, feudi poſſeſſionem adhuc penès illum exiſtere poſſe, qui eſt incapax ſucceſſionis, & dominij, aſſignans rationem, quia poſſeſſio cum ſit facti iure ciuili infirmari non poteſt, & in poſſeſſorijs factũ, & non ius attenditur, etiam quòad exercitium iuriſdictionalium, *Peregr. de iur. fiſci p. rt.* 1. §. *fiſcalium nu.* 55. *Anna ſing.* 535. vndè feudum ſic, à quolibet quòad poſſeſſionem detineri poteſt, cũ poſſimus nos poſſidere rẽ, cuius proprietatem habere non poſſumus, *ad tex. in cap. dilectus* 12. *quæſt.* 1.

72 Hanc equidem *Andr.* theoricam in proprijs terminis noſtris ſatis eleganter exornat, *Reg. Cap. Galeota controu. lib.* 1. *controu.* 36. *à nu.* 30. dùm ait, quod vbi defunctus non fuit Dominus, ſed ſimplex feudi poſſeſſor, ſiuè detentor, hæres eius, qui aliud non prætendit, niſi poſſeſſionem, ſiuè tenutam illam nanciſci, non habet neceſſe oſtendere ſe verum, & legitimum eſſe hæredem, ac in feudo immediatum ſucceſſorem, quia cùm non agamus de dominio feudi, ſed de ſimplici poſſeſſione, huius eſt capax etiam ille, qui Dominus eſſe non poteſt, & ex hac ratione, *idem Reg. Galeota nu.* 33. teſtatur, ſpurium, omninò incapacem, fuiſſe per R. C. ad feudi poſſeſſionem admiſſum, idem teſtatur *Io: Vinc. de Anna d. ſing.* 535.

73 Prædictis etiam addo, quod licet fœmina de iure communi feudorum feudi ſucceſſione ſit penitùs incapax, *cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud.* tamen mortuo patre, & contendente cum agnato, an fundus in hæreditate remanſus ſit feudalis, vel potiùs allodialis, controuerſia pendente, poſſeſſio penès filiam manere debet, *c.* 1. §. *inter filiam ſi de feud. defunct. controu. ſit int. domin. & agnat.* Ratio eſt, quia cum non tractetur de acquiſitione dominij feudi, ſed de ſimplici poſſeſſione, quã tenutam appellat *Barzar. in d. c.* 1. §. *inter filiam ſi de feud. defunct. controu. ſit inter domin. & agnat.* fœmina iſtius ſimplicis poſſeſſionis, ſiuè tenutæ incapax dici non poteſt.

74 Adſtipulatur quoq; prædictis communis concluſio à DD. conſtituta, quod ſcilicet quando feudum creditori feudatarij non eſt obligatum, ob quod denegatur illi immiſſio ſuper corpore feudi, exiſtentis penès debitorem, tamen poteſt tunc

Digitized by Google

tunc creditor obtinere immissionem super commoditate percipiendi fructus, redditus, & prouentus feudi, ità *Iacobin. tract. de feud. verb. & dicti vassalli in fin. vers. aduertendum etiam col. 1. fol. 117.* quem ex nostratibus sequuti fuere *Liparul. ad Andr. c. 1. §. quid ergo vers. sed an iudiciale pignus de inuestit. de re alien. fac. Reg. de Ponte dec. 4. nu. 29.*

Nec aduersatur, quod supra enarrata dispositio, à testatore feudatario ordinata, contineat etiam administrationem, & exercitium iurisdictionis, nempè potestatem constituendi Officiales, ob quod dubitari non potest, quin iurisdictio ipsa intrinsecè tangatur, quæ sine assensu transferri non potest, ex traditis *per Camill. de Medic. cons. 147. nu. 15.*

75 Nàm respondetur, quod in isto casu videtur legatarius iurisdictionem exercere nomine Domini feudi, & vt illius Procurator, ad quod virtute prædictæ dispositionis fore constitutum censetur vndè ad hunc actum validandum, nec

76 Regio assensu opus est, siquidem nulla lege feudi cauetur, vt in constitutione Procuratoris ad feudum administrandũ Domini assensus requiratur, *Camer. in c. Imperialem fol. 51. lit. P. Capyc. in inuest. feud. verb. necessitas, vers. assensus fol. 80. Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. in 1. author. in limit. ad const. constitutionem Diuæ memoriæ nu. 165 fol. 164. Io: Vinc. de Anna in repet. ad eandem const. nu. 246.* & ex hac ratione desumitur, quoq; conclusio contra *Camill. de Medic. cit. cons. 147.* vt sci-

77 licet in locatione feudi cum iurisdictione, & vassallis, Regius non requiratur assensus, cum conductor non sit noua persona in feudo, nec quod facit suo nomine facere dicitur, sed Domini, qui verè possidet, & vti illius Procurator, siuè substitutus, vt latè fundat *Reg. de Marin. lib. 2. resol. quot. cap. 31.*

78 Præterea virtute præfatæ dispositionis non immittitur legatarius in quasi possessionẽ iurisdictionis feudi, sed commoditatis percipiendi emolumenta iurisdictionis, quæ ad hunc effectum absq; assensu locari potest, vt ipsemet *Camill. de Medic. d. cons. 147. nu. 16.* admittit *ex Bal. in l. usus fructus, ff. sol. matrim.* idem firmant *Viuius. decis. 126. nu. 5. Capibl. in pragm. 8. par. 1. nu. 155. de Baron.* Et ratio est, quia commoditas iurisdictionis, quæ in prouentuũ exactione cõsistit, est quid

79 diuersæ naturæ ab ipsa iurisdictione, vt satis benè ratiocinatur, *Reg. Lanar. cons. 34. nu. 7.* dùm dixit, quod licèt iurisdictio sit de Regalibus, tamen prouentus, qui iurisdictionis fructus dicũtur, iuxtà *Andr.* sententiam *in c. 2. §. hæreditatem de pac. tenend.* de Regalibus non dicuntur, sicut fructus feudi feudales non censentur, vt dixerunt præter allegatos *per Reg. Lanar. d. cons. 34. nu. 7. Paris de Put. in tract. de reintegr. cap. 20. nu. 2. Iacob. Anton. de Mauro alleg. 48. per tot. nu. 3.*

80 Accedat etiam prædictis, quod licèt pro Domino feudi nõ sit reputandus ille, qui sub alterius nomine propria tamen pecunia feuda emere curauit, quamuis publico mediante instrumento emptor declarauerit, cuius pecunia cuiusue contemplatione feudum emit, & indeq; personam, quę verè pecuniã exbursauit, procuratorem constituerit inreuocabilem ad iurisdictionem exercendam, & fructus, ac emolumenta percipiendum cum amplissima promissione ad illius requisitionem de feudo disponendi, quod quidem instrumentum nos vulgò *recognitionem* appellamus, quæ etiam si assensu roboretur, nec Baro dicitur, nec prærogatiuis, iuribus, priuilegijsq; Baronibus cõpetentibus, potiri valet, itaùt cogere vas-

81 sallos nequit ad adiutoria præstanda, quando proprias filias, & sorores nuptui tradit, sed emptor licet simulatus, verè

82 dicitur Baro, & in parlamentis, vt Baro concurrere debet, adeò vt si decedat, nullo superstite legitimo successore, feudum emptum ad Dominum reuertitur, sin autem cum successore, ab illo exigit consuetum releuium, eiq; inuestituram confirmat, vt copiosè tractant *Reg. Galeota controu. iur. lib. 1. contro. 28. Reg. de Marin. resol. quot. to. 2. cap. 38. & to. 3. alleg. 140.*

83 Nihilominus potest ille, ex cuius pecunia feudum fuit emptum, consequi immissionem super commoditate percipiẽdi fructus, redditusq; feudales, ac administrandi, & exercendi iurisdictionem, cum sit ius mere allodiale, à feudi dominio prorsus distinctum, & separatum, ità decisum habemus, & solemniter per S.C. iunctis Dominis duarum Aularum in causa D. Mariæ Russæ cum D. Fichria-

Scon-

Scondita,quæ inſtituta hæres à Camillo Portio,cuius pecunia Marinus Ruſſus D. Mariæ Auus terram Centulæ emerat,ad huius feudi tenutam, qua Camillus fruebatur D. Maria contradicente,immiſſa fuit, quam certè nanciſci non poterat, ſi quid feudale extitiſſet, cum hæres prorſus extranea diceretur,vt refert *Reg.Merl. controu.cent.2. c.81.nu.63.& 67. Thor. in comp.deciſ. par.3.in verb. hæres an debeat immitti*, ſequitur *Reg. de Marin.* abundè materiam pertractans *reſol. quot. tom. 2. cap.38.nu.23. cum ſeqq. & to.3. alleg.40. nu.6. cum ſeqq. & d.c.38.to.2.nu.28. idem Reg.de Marin.* aliam deciſionem S.C.relatam *per Reg. Galeota lib. 1. controu. 28.* prædictis prima fronte contrarium indicantem, ſatis benè explicat,& reſoluit,vt eſt videre per ipſum.

84 Vndè non obſtant in contrarium allegata *per Reg.de Marin.to.1.c.81.* nàm eius dicta reſoluuntur ex ſcriptis per eundem authorem *in to.2. c.38. & to.3. alleg.40.* Hinc ſatis miror,quod hic optimus Iurisperitus, & Supremus Miniſter reuoluto mantello ſuam deindè mutauit ſententiam,adhærens opinioni pro nullitate diſpoſitionis in caſu tenutæ feudi legatæ, nullis nouis congeſtis rationibus, nec reſolutis prioribus argumentis, neq;declarata, aut aliter interpretata priori ſententia, quam vt aduocatus per S. C. in cauſa Brigidæ Spinulæ fuit tutatus, & victoriæ palmam obtinuit, eamq;in ſuis reſolutionibus prælo traditis pro veriori conſtituit, fretus pluribus rationibus, vt eſt videre *to.2. cap.38.* ideò de poſteriori eius ſententia non eſt habenda ratio.

85 Eo fortius confirmatur opinio noſtra, vt poſſit feudi tenuta legari, donec ſoluatur quantitas legata,rerum iudicatarũ authoritate, ſic deciſum in cauſa Principis Satriani, teſtatur *D.Reg.Galeota controu.36.nu.31.cum ſeqq.lib.1.* Similiter in cauſa Principiſſæ Montis Caueoſij fatetur *Conſ.Marcian. conſ.27.in fine to.2.* & hanc deciſionem *D.Reg.de Marin.* ad cõfirmandum eius ſcripta *in tom.1. cap.81.* congerit, & miror, quomodò poſſit ad conſtituendam eius ſentẽtiam enucleari, cum oppoſitum confirmet, vt eſt videre *in cit.conſ.27.Conſ.Marc.*

Idemq; fuit deciſum per Regiũ Collaterale Conſilium,me exiſtente Aduocato D.Eufemiæ de la Zazzara Marchioniſſæ Montorij, cui Marchio Montorij Franciſcus Creſcentius eius vir legauit ducatos quadraginta mille,ſoluendos ſuper terra Montorij,& voluit, quod dicta eius vxor donec ei ſoluerentur dicti ducati 40000. haberet tenutam dictæ terræ cum poteſtate locandi,fructus percipiendi,iuriſdictionemq;adminiſtrandi:ſuppoſuit Marcellus Creſcentius nepos ex fratre teſtatoris,& legitimus ſucceſſor in feudalibus, legatum non ſubſiſtere, cùm careat Regali aſſenſu;tamen per Collaterale Conſ. nil obſtantibus acerrimè cumulatis, & ponderatis per quondã Dom.Petrũ Carauita, Aduocatum dicti Marcelli,poſtmodum Regium Conſiliarium,fuit ordinatum, quod conſignetur tenuta dicti feudi dictæ Marchioniſſæ, ſeruata forma legati,& expediantur prouiſiones,de qua deciſione teſtor *reſp. 44. tom.1.* vbi alias rationes exaraui.

86 Quarum altera eſt, quia tenuta conſiſtit in perceptione fructuum,donec ſoluatur legatum, & cum poſſit teſtator diſponere de fructibus feudi ſeparatis,vel ſeparandis, qui dicuntur burgenſatici, nec in tali diſpoſitione conſtituitur ius in re, *Camer.in c.Imperialem fol.19.à ter. lit. D.& V.* propterea hæres in feudalibus tenetur permittere, vt legatarius fruatur illa commoditate, tanquam burgenſatica, itaùt percipiat fructus,vt burgenſaticos, *Fab.de Anna conſ.39.nu.8. & Theodor.alleg.4.nu.14.*

87 Prætereà facit, quod cum poſſit feudatarius ſucceſſorem in feudo hæreditario grauare vſq; ad feudi valorem, ideò permittitur illi, in cuius fauorem grauamen iniungitur,feudi poſſeſſionem ingredi,illudq; retinere, quouſq; fuerit ſibi ſatisfactũ, quia ex hoc Dominus non lęditur, nec contemnitur,ità firmat *Curt.iun. conſ.30. nu.10.* dicens,quod immiſſio legatario impediri non poteſt,& valet opponere, quod ſibi debeatur æſtimatio,

88 idemq; firmant *Reg.Lanar.conſ.86.nu.51. Conſ.Marcian.cõſ.26.n.13.lib.1.* ſubdens, idem procedere in illa quæſtione, quod ſcilicet legato feudo,debeatur æſtimatio, nàm videtur legatario conceſſa fructuũ perceptio contra hæredem, non autem quod ſuper feudo ius conſtituatur,& notat *Affl.deciſ.26.& 240.nu.9. circa finem.*

89 Præ.

Digitized by Google

89 Prædictis quoq; est adnotandum, quod tenuta morte possessoris non extinguitur, sed ad hæredes transit, nàm etsi aliqui tenuerint, quod tenuta morte euanescit, vt refert *Christoph. Paz de tenuta cap.* 8. *nu.*50. idemq; est in commoditate percipiendi fructus, & administrandi iurisdictionem, quæ cùm vsusfructus importet, morte extinguitur, nec in hæreditate remanere dicitur, *l.hæreditas in multis* 61. *in fin.ff.de acquiren.rer. domin. l.vsusfructus* 26. *ff.de stipul.seru.* quod multò magis procedit in mandato ad exigendum fructus, nàm illud tàm morte mandantis, quàm mandatarij extinguitur, *l.inter causas, ff.de mand.*

90 Nihilominus cum tenuta, vt diximus, consistat in sola commoditate percipiendi fructus, illa certè per mortem non extinguitur, cùm ipsius sit naturæ, vt ad hæredes transeat, *l. necessario,* §. *fin. vbi Alber. & cateri, ff.de periculo, & commodo rei vend. Cons. Arias de Mesa var. lib.* 3. *cap.*49. *nu.*7. *Reg Galeota controu.*36. *lib.*1. *Reg.de Marin.quot.res.to.*3. *alleg.*141. *n.*20. longè enim distat ius vsusfructus à commoditate percipiendi fructus, ius nàmq; formalis vsusfructus, neq; cedi, neq; obligari potest, benè tamen vsusfructus cõmoditas, *l.arboribus* 13. *vers. vsufructuarius, ff.de vsufruct.* §. 1. *instit.de vsu, & habitat. Bart. in l.si is qui* 11. §. *vsusfructus nu.*2. *ff.de pignor. & in l.*1. *nu.*8. *C.de petit. bonor. subl. Neguis.de pignor. par.*2. *membr.* 3. *nu.*9.10. *&* 11. *Castillo de vsufruct. c.*69. *nu.*7. *& c.*10. *nu.*6. *Pacific.de Saluian. interdic. in spec.*3. *c.*2. *nu.*805. vbi ait, quod si dicamus vsusfructus commoditatem esse penès debitorem, poterit quis in eo experiri saluiano interdicto, idemq; sequitur alijs relatis *Merc. Merlin.de pignor. lib.*2. *to.*1. *quæst.*23. *nu.*7.8. *&* 9. facit etiã ad rem nostram, *Reg. de Ponte cons.* 136. *n.*93. *lib.*2. docens, subreptitium fuisse assensum, dùm pater refutando feudum filio, reseruauit sibi vita sua durante vsũfructum feudi, & indè in supplicatione pro assensu dixit, sibi reseruasse fructus, qua de re falsum expressisse videtur, cum maximum discrimen detur inter vsũfructum, & fructus, quia de fructibus potest feudatarius disponere sine assensu, vsusfructus autem absq; assensu constitui non potest, vt notant *Andr. Bal. Aluarot.* & alij relati *per Reg.de Põte loc.cit.* subdens, quod cũ sit quid diuersum, falsa fuit supplicatio, & consequenter assensus subreptitius, nàm si pater refutans exposuisset sibi reseruasse feudi vsumfructum, assensus non fuisset præstitus, quodq; longa serie comprobat *Cons. Theodor. alleg.* 3. vbi, dicit posse, quem absq; assensu acquirere commoditatem percipiendi fructus ex feudo, sed secus vsumfructum.

91 Vlterius ad materiam dicti sexti casus nostræ Regiæ Sanctionis accedat, quod super dispositione de re feudali facta per feudatarium in actu vltimæ voluntatis, potest impetrari assensus, etiam post mortem ipsius feudatarij, vt volnerunt expresse omnes feudistæ *in c.* 1. §. *donare qual. olim poter. feud. alien. Bal. ibi nu.* 2. *vers. quid si Dominus, Martin. Laudens. ibidem nu.*15. *Præpos. in d.cap.*1. §. *donare nu.*4. *in fine, vers. pone vaßallus, vbi Aluarot. n.*10. *Iacob. in inuest. in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo nu.*3. *Curt.iun.de feud. par.*4. *nu.*127. *Capyc. in inuest. verb. feudales assensus in* 2. *limit. fol.*77. *col.*1. *Reg.Rouit.cons.*82. *vol.*2. *nu.*4. *Reg.Reuert. decis.*79. *vbi Reg. de Marin. in obseru. & idem Reg.de Marin. resol.quot. c.*43. *nu.*8. *tom.* 2. idem firmant *Reg. de Ponte cons.* 157. *nu.*34. *vol.*2. *Gratian. discept.for. cap.* 599. *num.*4.

92 Verũ requiritur nouus consensus hæredis legitimi successoris in feudalibus; siquidem in præiudiciũ agnatorũ non potest in feudo hæreditario præstari assensus post mortem, *Camer. in l. imperialem car.*90. *col.*4. *lit.T.* sequitur *Capyc.dec.*115. *nu.*4. dicens, nedùm requiri nouum consensum hæredis, sed super hoc nouo cõ-

93 sensu nouum etiam Regis assensum, per ea, quæ dicit *Andr. in l. Imperialem in vlt. addit. vers. in contrarium*, & idem notat *Reg. Rouit. cons.*83. *nu.*5. *to.*2. *Reg.de Ponte cons.*72. *nu.*8. *& cons.*75. *nu.*41. *lib.* 2. & plenius *de potest. Proreg. tit.de assens. Reg. super dot.* §. 1. *nu.*13. *&* 19.

94 Et ad præstandum huiusmodi consensum potest hæres compelli, vt tradit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.*6. §. 1. *nu.*22. sequitur *Reg.de Marin. resol.quot. tom.*2. *c.*43. *nu.*8. *& in obseru. ad decis.* 79. *Reg. Reuert. nu.*4. *to.*1. Vndè si recusaret consensum præstare, potest pars Iudicem adire, & impetrare ordinem hæredi, vt con-

Digitized by Google

conſenſum præſtet, eoq; parere renuente,
95 deputatur Actuarius cauſæ, vt procedat ad ſtipulationem actus, quem ſtipulari fuit ordinatum, & hæc praxis fundatur ex dictis per *Bald. in l. viduæ nu. 4. verſ. pono quod minori, C. de nupt. Abb. conſ. 65. lib. 2. Maxil. ad conſ. Baren. in illa, quæ incipit Cum mundualdum nu. 2. fol. 170. Ioſeph. Mele in addit. ad Gizzar. deciſ. 60. n. 1. Montan. in c. Imperialem fol. 99. lit. V.* idem fundat Reg. *de Marin. reſol. quot. cap. 143. nu. 8. tom. 2. & in obſeru. ad deciſ. 77.* Reg. R*euert. nu. 4. to. 2.* ad quod comprobandum plura exempla, & deciſiones noſtri S.C. congerit.

96 Poteſt etiam teſtator de re feudali diſponens, citrà aſſenſum hæredi præceptum iniungere, vt ratificet diſpoſitum, ad hoc, vt impartiatur aſſenſus, & ità fuit ſeruatum in diſpoſitione Domini Principis Hoſtiliani, qui cum filium ſuum primogenitum ex prima vxore hæredem inſtituiſſet vniuerſalem, vxori ſecundæ ſuperſtiti aliquorum feudorum fecit legatum, ità quod hæres infrà ſex menſes illud ratificare deberet ad finem, vt ſupra hac diſpoſitione Regius impetrari potuiſſet aſſenſus: verum quod hoc legatum intelligeretur vita durante vxoris, & quatenus ad ſecunda vota non tranſiret, nàm poſt eius mortem, ſiuè tranſitum ad ſecundas nuptias, voluit teſtator, vt in feudis illis filij ex eo matrimonio nati ſuccederent; Et hic hæres virtute huiuſmodi præcepti pro aſſenſu ſuper tali diſpoſitione ſupplicauit, & fuit per Collaterale Conſilium conceſſus, vt teſtatur Reg. R*euert. deciſ. 79. to. 1.*

97 Tamen in dicta cauſa non fuit ſuper omnibus capitibus dictæ diſpoſitionis à Principe ordinatæ ſupplicatum pro aſſenſu, nec ille fuit conceſſus, niſi reſpectu legati feudorum relicti vxori dicti Principis vita eiuſdem vxoris perdurante: ſuper reliquis concernentibus diſpoſitionem dictorũ feudorũ, poſt mortẽ vxoris fuit aſſenſus denegatus; nec immerito, nàm reſpectu legati in beneficium vxoris celebrati, cum illud dirigeretur ad tempus, nimirùm dùm illa viuebat, vel in viduitate permanebat, non poteſt de nullitate redargui, nàm tàm in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus valet legatum ad tempus certum, vel incertum, vt in contractibus cauetur, *ex l. 2. l. quoties, C. de donation. quæ ſub modo*, & in vltimis voluntatibus ſancitur *in l. fin. C. de legat.* quod etiam procedit in feudis, vt docet *Andr. in c. 1. §. olim. col. 2. de ſucceſſ. feud.* dicens, feudum ad diem dari, & cõ-
98 cedi poſſe. Sed reſpectu alterius capitis concernentis ſucceſſionem dictorũ feudorum, poſt mortem vxoris collatam in beneficium filiorum ſecundi matrimonij, non fuit ſupplicatum pro aſſenſu, nec aſſenſus talis conceſſus fuit, & hoc ea ratione motus, non ſolùm, quia huiuſmodi diſpoſitio continebat ſubſtitutionem in feudis poſt mortem vxoris, quæ ſine peculiari aſſenſu noſtri Regis fieri non poterat, quia etiam ſuper huiuſmodi capite filius preces non porrexit pro aſſenſu, cuius preces ſummopere ſunt expectandę, nàm hoc in caſu aſſenſus nullatenus præſtabatur diſpoſitioni paternæ, ſed ſuper hoc nouo conſenſu filij; diſpoſitio enim facta à patre, cùm non habuerit aſſenſum in vita pro eo, quod feudũ tangebat, nulla dicebatur, quare opus fuit nouo conſenſu hæredis ad hoc, vt ſuper illo aſſenſus impetrari potuiſſet, vt notat Reg. R*euert. deciſ. 79. to. 1.*

99 Nec dici poteſt, quod diſpoſitio facta per teſtatorem, erat indiuiſibilis, ex quo teſtamentum eſt indiuiduum, *l. ſi is qui, ff. de teſtam. l. furioſum, C. qui teſtam. fac. poſſ.* ſicq; non poteſt hæres paternam diſpoſitionem pro parte acceptare, & pro parte reſpuere.

Nàm reſpondetur, quod hoc non procedit, quando teſtamentum eſt completum, & perfectum, tùnc enim ſi in eo ſunt
100 plures diſpoſitiones ſeparatæ, tot ſunt teſtamenta, quot ſunt legata, *Imol. in d. l. ſi is qui, Socc. in rub. ff. de legat. 1.* ergò in caſu propoſito poterat hæres legatum à patre vxori factum acceptare, quemadmodum dicitur, quando ſunt plura capitula diuerſa in libello deducta, poteſt ſuper vno fieri ſententia relictis alijs, *Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. Bald. in l. quidam mulier, ff. fam erciſc.* facit *tex. in l. etiam. §. 1. ff. de minor. Paul. de Caſt. in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic.* vbi dicit, quod li-
101 cèt ſententia ſit in ſe indiuiſibilis, *l. in hoc iudicio, ff. fam. erciſc. gl. in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iud.* tamen ex poſt facto poteſt pro parte valere, & pro parte non,

dum-

Digitized by Google

dummodò diuersa sint capitula, quia tũc
102 tot sunt sentẽtiæ, quot capitula, *Reg Lanar. cons.* 33. *n.* 23. vbi hoc expressè firmauit *post* Rom. quem citat *cons.* 281. *n.* 2. imò idem Rom. notantèr obseruat, quod vbicumq; certa summa petita est in libello,
103 ac in sententia facta fuit pro parte condemnatio, & pro parte absolutio, non obstante exequutione in parte facta, potest pro parte, qua continet absolutionem, reclamari, sicq; sententiam rescindi per restitutionem, reuisionem, siuè appellationem, ad quod citat *Cin. Bar. Paul. de Castr. & Iacob. de Sancto Georg. in l.* 1. *C. si aduers. rem iudic.* affirmantes, quod ex post facto si appellatur in parte, solùm sententia suspenditur in eo, quod est appellatũ, & in alio firma remanet, idem firmat *Alberic. in l. etiam*, §. *ex causa, ff. de minor.* vbi dixit, quod quando sententia plura continet capitula separata, vel vnũ diuisibile, potest pro parte acceptari, & etiam pro parte exequi, & pro alia parte appellari, quod confirmat *Card. Tusc. pract. conclus. lib.* 8. *conclus.* 165. & est *tex. in l. carmelia pia, ff. de iure patron. Ego in resp.* 86. *to.* 1.

Sed ad materiam nostram aduersus ponderata *per* Reg. *Reuerter. d. decis.* 79. posset opponi, quod versamur in feudo hæreditario, vbi feudatarius potest successorem grauare vsq; ad integrum illius valorem, & per indirectum eundẽ feudo priuare, ac onera superindicere, dummodò non tangant feudum, sed ipsum successorem, qui nullatenus excusari potest, sed ratam habere tenetur voluntatẽ feudatarij, vt pluries diximus, *tex. in l. cum à matre, C. de rei vendic.* procedere etiam in feudis; quamobrem iuxtà præceptum testatoris tenetur ad vnguem illius voluntatem adimplere, ad quod etiam aditione hæreditatis se obligauit, & proindè potest adstringi, nec inuentarium ei prodest, cùm nullum ius, illud conferat ad hoc, vt infringatur, & contraueniatur præcisè voluntati testatoris.

104 Verùm prædicta possunt sic confutari, nàm etsi veriora sint principia supra enucleata, tamen negari non potest, quod hæres eatenus facta, & disposita per defunctum obseruare tenetur, quatenus iusta, & rationabilia sunt, & iuri non repugnãt, sed quãdo illa de iure nõ sunt obligatoria, tùnc non solũ potest hæres contrauenire dispositis, sed in totũ defuncti voluntatem euertere, vt tradunt DD. relati *per* Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit. de ass.* Reg. *super dot.* §. 1. *nu.* 17. *& cons.* 61. *nu.* 31. Reg. *Tap. decis. Sup. Ital. Senat.* 2. *nu.* 39. Reg. *Capyc. Latr. consult.* 23. *nu.* 15. *Cons. Staiban. resol. for. to.* 1. *resol.* 99. *n.* 29. In casu nostro dispositio testatoris in totum euerteret naturam feudalem. Primò,
105 quia quod hæreditarium feudũ est, fieret ex pacto, dùm voluit testator, quod post mortem vxoris succederent filij, & quoties inuestitura caneret pro filijs, tacito nomine, hæredibus, feudum ex pacto dicitur, *Andr. in cap.* 1. §. *& olim col.* 2. *de succes. feud. in c.* 1. *an agnat. & in c.* 1. *in princ. & in* §. *si libellus de alien. feud. pater.* Secũdò, quia successio feudorũ ad primogenitũ spectat, vndè hoc in casu aliũ non primogenitũ virtute dispositionis feudũ haberet, & licèt supra fundauimus, posse patrẽ inscio primogenito feudũ donare secũdogenito, tamen id procedit in actu inter viuos, nõ autem in actu vltimæ volũtatis, vt supra demonstrauimus rationẽ disparitatis. Tertiò, quia quod in libero commercio feudatarij est, accedente Regio assensu, remanet necessariæ restitutioni subiectum, adeò quod prius poterat obligari, & hypothecari, deindè fit feudum per hanc dispositionem obligationibus, & hypothecis incapax. Hinc est, quod vbi in totum euertitur, vel aliquantulum mutatur natura feudi, nulla est dispositio, nullusue actus à testatore ordinatus, vndè si talis actus fieri non potest, tantò magis ordinari nequit.

106 Rursum notandum, quod huiusmodi consensus per hæredem prestandus super dispositione à defuncto feudatario ordinata, non requiritur, vt sit specificus per titulum dominij translatiuus, sed sufficit, vt sit generalis, & contineat approbationem in genere, sic notat ex doctrina *Andr. in c. Imperialem in princ. in addit. Anna alleg.* 47. *n.* 26. *& sing.* 105. sequitur *Reg.* Rouit. *cons.* 83. *lib.* 2. *nu.* 6.

Verùm nec assensus, nec consensus legitimi successoris perneccsse est, si dispo-
107 sitio de re feudali facta in testamento, dirigeretur in beneficium Domini directi, vtpotè Regis nostri, quia ipse Dominus directus censetur sibimet assentiri

in ipſo actu, vt concludunt diſputato articulo *Frecc.lib.2. de ſubf.author.1. quæſt. 31. Affl.in c.Imperialem 12. not.quæſt.20. & in conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ nu.36. Camer.in l.Imperialem car.12. lit. P. & Q. Reg. Lanar. conſ.8. nu. 5. Minad. in repet.conſtit.in aliquibus 5.notab.nu.7. in fine*, tradit pro regula, vt diſpoſitio *conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ*, quæ requirit ſpecialem licentiam Domini in alienationibus, aut obligationibus feudorum, non operetur in damnum ipſius directi Domini, idem tradit in actibus vltimæ voluntatis, *Andr.in cap.1.§.huius autem generis poſt nu. 12. verſ. vel dicas per ſucceſſionem, ex quib. cauſ. feud. amit. Liparul. in Apoſt. in d. ver. vel dicas per ſucceſſionem lit.G. fol.124.col.2.* hoc idem ſequitur, & diffusè comprobat *Reg.Rouit. conſ.52.* vbi ſcripſit ad excludendam prętentionem Ducis Grauinæ pro nullitate diſpoſitionis feudorum, factæ per D. Iuliam Vrſinam in beneficium quondã Sereniſſimi noſtri Regis Philippi Secundi, & in eadem cauſa pro iuribus fiſcalibus ſcripſit *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.8. de refutat. feudor.* §.2. vbi latè articulum tuetur, affirmans huiuſmodi diſpoſitionem ſemper eſſe validam, etiam ſi diſponens filios, alioſq; deſcẽdentes haberet.

108 Prætereà aſſenſus Domini non requiritur, ſi quis diſponeret de annuis redditibus ſuper fructibus feudi à ſe acquiſitis Regio mediante aſſenſu, ſiquidem talis annuus redditus feudalis non eſt, nàm vt annuus cenſus ſuper fructibus feudi cõſtitutus, efficiatur feudalis, neceſſe eſt, vt in cõtractu fundationis qualitas feudalis

109 exprimatur, vt in feudũ cenſeatur conſtitutus, accedẽte deſuper ſpecialiſſimo Regis aſſenſu; at vbi hæc qualitas nõ fuit expreſſa, remanet prorſus allodialis, ità *Reg. Loffred. in paraph. feud. tit. ex quib. cauſ. feud. amit. §. huius autem generis in fine, Camer.in c.Imperial fol.41. lit.C.D.E.F.P. Reg.de Ponte conſ.30.n.20.lib.1 Schrad.de feud.par.7.c.3.n.10.verſ.idem iuris, Petr. Garz.à Tolet.dec.35. D.Reg.de Marin. reſ. fol.quot. alleg.140.nu.10.* idem latè fundat rationibus, hinc inde relatis *Ther. in compend.deciſ.tom.2.verſ.venditio annuorum reddituum fol.721. Lælius Caput. in pralud. ad conſuetud. noſtras*, §.6. *nu.23.* ſicq; per R. C. deciſum comperimus de

110 anno 1621. in cauſa Regij fiſci, & aliorum cum Iſabella Polizzi, nàm cùm per mortem Felicis Polizzi, qui Regio accedente aſſenſu emerat annuos duc. 960. pro capitali pretio duc. 12.m. ſuper fructibus, & introitibus feudalibus Terræ

111 Plaianici, prætendebat primogenitus Felicis in dictis annuis introitibus vti feudalibus ſuccedere, ac Regius fiſcus releuium exigere, deciſum extitit contrà Regium fiſcum, & filium primogenitum, ſicq; diffinitiuè decretum, annuum illum redditum cum Regio aſſenſu ſuper fructibus feudi conſtitutum, vti allodialem ad filios ſecundogenitos hæredes vniuerſales in bonis burgenſaticis ſpectare, & pertinere, vt teſtatur *Reg. de Marin. d.*

112 *alleg.140.nu.11.* ſubdens, vt illud, quod mihi quæritur ex contractu valido cum aſſenſu, non eſt quid feudale, aſſenſus enim non facit rem feudalem, niſi res illa, quæ de vna perſona in aliam tranſfertur, ſit verè feudalis, quo caſu aliud non operatur aſſenſus, qui à Domino pręſtatur, niſi tollere obſtaculum rei tranſferre prohibitæ, & citat *Reg.Rouit.in rub. de feud. nu.70.*

Prædictis videtur reſiſti, ex allegatis *per Præſ. de Franch. in deciſ.41. & 75.* inquit enim ipſe *in d.deciſ. 71.* quod actio ad feudum ſit iudicanda, vt de ipſo feudo; adeò quod primogenito tribuitur ius exigendi dotes conſtitutas cum aſſenſu ſuper feudalibus, hoc autem ius tenetur experiri ad inſtantiam ſecundogeniti, cui exacta dote adſtringitur exſoluere partem; & *in dec.75. idem Præſ. de Frãch.* principaliter proponit, ex duobus ceſſionarijs eiuſdem actionis ad feudum, quis nàm præferatur, nùm ille, qui habet priorem ceſſionem, an ille, qui poſteriorem ceſſionem Regio aſſenſu vallatã retinet, in quo articulo S.C. pro ſecũdo ceſſionario reſpondiſſe fatetur: inſuper ibidem dictus *Præſ. de Franch.* ex doctrina *Camer.in c.imperialem fol.15. & 16. & Cannet.in repetit.cap.volentes nu.11.cum ſeq.* ait, quod ius primogenituræ, ſicut habet locum in feudo, habebit etiam locum in actione ad feudum.

Nihilominus præter ſuprà exarata contrarium de iure exiſtimant, *Montan. in repet.cap.Imperialem*, §. *præterea ducatus nu.77. de prohib.feud.alienat. Reg.de*

Ponte

Digitized by Google

Ponte de potest. Proreg. tit. 7. §. 8. Reg. Galeot. lib. 1. controu. 28. nu. 36. Schrader. de feud. par. 7. c. 3. nu. 26.

Et meritò, nàm actio hypothecaria nõ tangit dominium, nec constituit formatum feudum, *Reg. Merlin. cent. 2. controu. 81. nu. 6. ex tex. in cap. si Titius si de feud. defunct.* vndè iura loquentia de feudi successione, non procedunt de actione ad feudum, iuxtà tradita *per Reg. de Ponte Reg. Galeot. & Scharder. loc. cit.* quemadmodùm exploratum est in prohibitione assensum præstandi per Dom. Proregem super alienatione feudorum, ab exteris celebrata; quæ prohibitio non comprehendit actionem ad feudum, ità *Consil. Theodor. alleg. 54.* vbi sic refert decisum, *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 22.* nec rescriptum, vt assensus regiſtrentur in quinternionibus Cameræ, complectit actionem prædictam, *Reg. Rouit. decis. 84.* nec talis actio in caducitatem incidit, neq; pro dicta actione baliatus impartitur, neq; impotens redditur huiusmodi actionem habens impetrandi assensum ob mortem contrahentium, *Capyc. Latr. decis. 43. nu. 20. Bilotta concl. feud. 30.* ideòque communiter asseuerauere DD. quod tàm primogenitus, quàm secundogenitus possunt agere hypothecaria, pro rata, qua succedunt in actione personali pro cõsequutione pecuniæ debitæ pro causa dotis maternæ cũ obligatione bonorũ feudalium, Regio assensu munita, cùm actio hypothecaria trãseat, ad quẽ transit actio personalis, sequitur *Carol. Ant. de Luca obseru. 41. ad decis. 41. Præs. de Franch.*

Quinimò prædictis nec contradicunt allegata *per Præs. de Frãch. in supradictis decisionib.* etenim principaliter proposita *in decis. 41.* se vertunt; numquid possit secundogenitus compellere primogenitũ, vt gressus dirigat pro exactione dotis super feudalibus, S. C. in hoc articulo decreuit, huiusmodi actionem contrà primogenitum non dari, nisi in subsidium; itàq; depromitur, quod principaliter tribuitur secundogenito facultas iura proponendi, & experiendi pro consequutione dotium. Insuper idem *Præs. de Franch. in ead. decis. 41.* asseuerat, dote recuperata, competere secundogenito portionem, ad instar partis pretij, quæ debetur secundogenito in feudo, sed hoc assumptũ corruit; etenim dotes vt plurimum mulier nanciscitur à suis agnatis; ideòq; ad instar feudi antiqui non daretur secundogenito pars pretij, sed dumtaxat vita militia; cumq; *Præs. de Franch. ibid.* concludit, dari secundogenito portionẽ; igitur nõ regulatur successio ad instar feudi.

Itidem allegata *in d. decis. 75.* ad alium articulum se referunt; prout diximus, & in articulo, vt primogenitura vigeat in actione ad feudum, licèt vtatur doctrina *Camerarij, & Cannety*, tamen pdicti DD. aliter loquuntur, & dictam contrariam opinionem nullatenus autumant; etenim *Camerar. & Cannetius* docent, quod ius primogenituræ, sicùt habet locum in feudo, habebit etiam locum in actione, quæ competebat defuncto ad reemendum feudum, per eum venditum cum pacto de retrouendendo, vndè dispar est casus.

113 Insuper prædicta nostra sentẽtia adeò vera est; nàm si huiusmodi assensus præstitus, vel super annuis redditibus super feudo constitutis, vel super quacumque obligatione rei feudalis, fuerit expeditus clausula adiecta *pro se, & hæredibus ex corpore*, admittuntur quoq; hæredes extranei, & in eorum beneficium talis hypotheca, aut quæuis alia obligatio transit; prout prouisum fuit per specialem gratiam per nostram Catholicam Maiestatem impartitam, efflagitante Ciuitate Neapolitana de anno 1589. vt fatentur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 6. nu. 47. Montan. in repet. c. Imperialem, §. præterea ducatus nu. 7. Reg. de Marin. lib. 1. resol. 136. nu. 89. Luc. in addit. ad Præs. de Frãch. in decis. 41. nu. 2.* cuius tenor est sequens.

Frà l'altre gratie supplicate da questa Fedelissima Città, Baronaggio, & Regno di Napoli alla Maestà del Rè Filippo Terzo di gloriosa memoria nell'anno 1589. e dalla Maestà Sua concessa per suo Real Priuilegio, spedito in Vagliadolit sotto li 6. di Settembre 1601. e poi esecutoriato dall' Eccellenza del Signor Conte di Beneuento, e Collaterale Conseglio sotto l'vltimo di Gennaro 1604. vi è l'infrascritta Gratia del tenor sequente v3.

ITem perche nelli Contratti di vendite di cose burgensatiche, ò ann. intrate sopra burgensatici, ò di promesse di pagamenti, ò qualsiuoglia altro contratto, suole il venditore, ò debitore

Digitized by Google

obligare in caſo d'euittione, ò per oſſeruanza del contratto, li beni feudali, mediante Regio aſſenſo, il quale ſi preſta ordinariamente dall'Illuſtriſſimi Vicerè, e Collaterale Conſiglio, con la clauſula *pro ſe, & haeredibus ex corpore*, dal che naſce, che morendo il compratore di detti beni, ò creditore ſenza ſucceſſore legitimo in feudo, ancorche l'intrata burgenſatica, ò il credito paſſi à beneficio dell'herede eſtraneo, nondimeno quando queſto herede eſtraneo voleſſe eſercitare l'hipoteca ſopra li beni feudali, non potria quella eſercitare, non eſſendo herede ex corpore, e l'hipoteca ſi viene ad eſtinguere in beneficio del poſſeſſore del feudo, ò d'altri creditori, & il contrahente reſta eſcluſo del ſuo credito; Si ſupplica perciò V.M. ſi degni concedere, che l'aſſenſi Regij almeno da hoggi auante ſopra l'hipoteca de' beni feudali appoſta nelli ſopraſcritti Contratti, s'intendano dati à beneficio di tutti quelli heredi eſtranei, à quali paſſa l'intrata burgenſatica, ò l'attione perſonale ſaltim ad finem vendendi, non oſtãte, che nell'aſſenſo ci ſia la clauſula *pro ſe, & haeredibus ex corpore*, e perche queſta non poſſi cauſare pregiudicio al ſuo Real Patrimonio, potrà V. M. comandare, che queſta gratia non s'eſtenda alle robbe, è ragioni poſſedute dalla Regia Corte, ò da chi tiene cauſa d'eſſa, dal che naſcerà molto beneficio à tutto il Regno, e nullo pregiudicio alla Regia Corte.

Placeat Suæ Regiæ Catholicæ Maieſtati.

Ex Regiſtro Priuilegiorum Ciuitatis Neap fol. 321. *à ter. meliori Collatione ſemper ſalua.*

Franciſcus Caſtellanus Secr.

114 Sed occaſione huiuſmodi gratiæ, ſolet quandoque hæſitari; ſi beneficio illius potiri poſſent forenſes; vt ſcilicet valeat in eorum fauorem aſſenſus extendi; &

115 videtur prima fronte negandum, quia in gratijs contemplantur perſonæ, quarũ cauſa illæ conceduntur; proindè petentibus conceſſæ dicuntur, *Andr. in cap. Imperialem, §. praterea ducatus num* 40. *de prohibit. feud. alienat. per Federic. Afflict. in cap.* 1. *nu.* 18. *de his qui feud. dar. poſſ. Capyc. in inueſtit. fol.* 19. *col.* 1. cùm ergò perſonæ petentes fuerint Ciues Neapo-

116 litani, & Regnicolæ, meritò illis tantùm dicta gratia conceſſa videtur, quod etiã ſuadetur ex verbis eiuſdem gratiæ in rubrica deſcriptis, ibi, *Trà l'altre gratie ſupplicate da queſta Fedeliſſima Città, Baronaggio, e Regno di Napoli alla Maeſtà del Rè Filippo III. di Glorioſa memoria nell'anno* 1589. hinc videntur illæ conceſſæ Ciuibus, & Regnicolis Neapolitanis, quorum appellatione forenſes non includuntur, *Præſ. Lanar. in addit. ad Reg. Lanar. in repet. cap.* 1. *de vaſſall. decrepit. etat. §. huius autem generis nu.* 4. *fol.* 423. *Reg. Galeota controu.* 3. *cap.* 20. *nu.* 14. *lib.* 2. dicens, in conceſſione facta Ciuitati, Ciuitas intelligitur pro perſonis, & populo, non pro loco, & cenſetur ſemper gratia conceſſa perſonis, *Boer. deciſ.* 227. *nu.* 18. *Reg. Valenz. conſ.* 79. *nu.* 74. *lib.* 1.

117 Sed veritas eſt in contrarium, vt ſcilicet beneficium dictæ gratiæ porrigatur etiam in vtilitatem forenſium; ſiquidem dicta gratia conceſſa Ciuitati, & Regno pro remotione dictę clauſulæ, loquitur in contractibus, qui fiunt in hoc Regno, proindè extenditur in fauorem quarumcumq; perſonarum contrahentium in hoc Regno: cùm iuris explorati ſit, quod quoties gratia ad rem dirigitur, comprehendit quoq; forenſes, *Ripa de remed. ad conſer. vbert. num.* 119. *verſ. decimo tertio, Theſ. deciſ.* 152. *Franc. Marc. deciſ.* 238. *par.* 2. *Nouar. in prag.* 9. *de extract. nu.* 2. *Mauſon. de contraban. quæſt.* 8. *nu.* 19.

118 Et ità deciſum fuit per S.C. in cauſa Patrimonij Principis Conchæ cum Eminentiſſimo Dño Cardinali BuonCompagno Archiepiſcopo Bononienſi, qui petijt condemnari dictum Patrimonium ad ſibi ſoluendum ducatos 25. m. cum tertijs decurſis annuorũ duc. 2000. quod creditum cùm depẽderet à D. Aloyſio de Leiua Principe Aſculi, & indè ſucceſſit Dux Fiani, cuius erat hæres dictus Dominus Cardinalis, fuit oppoſitum aſſenſum, ſuper dicto credito expeditum, non poſſe eidem Domino Cardinali opitulari, cùm contineret clauſulam *pro ſe, & haeredibus ex corpore*, & dictus Dux non erat ex deſcendentibus, nec gratiam potiri poſſe, dũ erat alienigena; Tamen per ſententiã S.C. referente Conſ. Io: Baptiſta

Digitized by Google

sta'Iouino iunctis Dominis duarum Aularum fuit condemnatum Patrimonium ad solutionem huiusmodi crediti liquidandi,& præstita assistentia super feudalibus ad finem vendendi.Et in hac causa, dùm ego munere aduocationis fungebar, alijs solidissimis fundamentis iura Patrimonij tuebar, agnoscens huius motiui, nempè defectus assensus fragilitatem,vt demonstraui meis allegationibus, quas *resp.*50.*tom.*1. typis tradidi, quibus consideratis per Dños Senatores, agnoscens aduersarius ex motiuis exitum causæ sibi contrarium sortiri,protelauit eiusdem causæ expeditionem:medio tempore ex Iudicantibus,nonnulli obierunt,alij ad maiora promoti, at ego munus reliqui,cùm ex munificentia nostri Regis fui euocatus ad senatoriam dignitatem: nouus causæ Patronus,ad alia motiua se applicauit , quorum subsistentia exitus causæ demonstrauit.

119 Sed ad principalem conclusionem redeundo , quando venditio annuorũ reddituum super fructibus feudi, celebratur in feudum, tùnc illi remanent feudales, *Andr.in cap.*1.*de not feudor. nu.*1.*Camer. in cap.Imperialem fol.* 40. *lit.T. Io:Thom. de Marin.de feud.tit.*24. *Camill.de Curte in diuers feud.par.princ.fol.*24. *nu.* 10. 18. 19.*&* 22.*Ludolph.Scharder.de feud.par.*7. *cap.*3.*nu.* 10.*Franc.de Amic. tit.de his qui feud.dar poss fol.mihi* 49. *Præs.Amat.cons.* 5. *nu.*1. *Rosental.de feud.tit.de feud.diuis. cap.*2. *concluf.* 75. *nu.*7. *vers. non enim ad idem Loffred. in cap.*1. §. *huius autem generis in fine tit.ex quibus caus feud amitt. Marin.Frecc. lib.*2. *author.*5. *nu.*9. dicen-

120 tes concessionem factam à Rege annuorum introituum percipiendorum ex Camera Domini , siuè de Cauena Domini, feudalem non censeri, nisi expressè facta sit in feudum.

Quemadmodùm iudicarentur feudales huiusmodi annui redditus etiam de-

121 ficiente clausula *in feudum*, si alias clausulas venditio prædictorum annuorum introituũ contineret, vtpotè vt si venditio illa facta sit franca ab adohis , donatiuis, & seruitijs ordinarijs, & extraordinarijs impositis , & de cætero imponendis, vel quod dominium annuorum introituum super fructibus feudi transferatur in emptorem pro rata dominij,vel vt possit fructus percipere propria authoritate,vel quod in defectum solutionis tertiarum possit capere tenutam feudi , vel si assensus super huiusmodi venditione

122 annuorũ introituũ expeditus, his clausulis concipiatur , nempè quod *fiat in forma quòad bona , in quibus habet successores , verùm liceat Regiæ Curiæ exigere seruitium à quo voluerit* , vel si fuerit dictum, *fidelitate tamen Regia, feudalique seruitio semper saluis*, vel si fuerit demandatum , vt *præsens assensus registrari debeat in quinternionibus Regiæ Cameræ*; Quæ clausulæ de iure constituunt huiusmodi annuos redditus feudales, vt latiùs demonstraui *resp. mea* 78. *to.*1. vbi iuratuens Domini Principis Scillæ aduersus Dominam Ducissam Atriæ, plenè materiam degustaui, quibus adstipulantur nõ tàm eruditè, quàm doctè allegationes in hac eadem materia editæ per Octauium Bambacarium, quæ inseruntur *post cap.*6. *par.*4.*tract.de releuio, Andr.Capan.* ibiq; etiam leguntur, quæ in contrarium allegauit quondam Dominus Carolus Brancacius noster collega recolendæ memoriæ in hoc eodem articulo , iura strenuè propugnans Ducissæ Bouiani, & Ducissę Andriæ.

123 Præterea non potest quis testari, aut aliter per actũ vltimæ voluntatis disponere, aut substitutionem facere de quantitate,quam in refutatione feudorum accedente Regio assensu facta, sibi ad disponendum reseruauit, nisi nouus Regis assensus interueniat, vt copiosè fundat *Cons.Staiban.tom.*1.*resol.*60. scribens pro Duce Limatulæ contrà Monasteria Reginæ Cœli,& Donnæ Reginæ,cuius causa non fuit decisa , sed transactione sopita in vtilitatem Ducis, vt ipsemet refert in fine *resol.* 62. & inter cæteras rationes, quibus mouetur, est, quia per pragm. nostram *delli noui capi* inhibetur Proregibus assentire,quando in testamẽto, vel contractu adest substitutio , quæ Pragmatica loquitur non solùm in alienationibus, seù dispositionibus faciendis super còrpore feudi, verùm etiã in obligationibus faciendis super bonis, & iu-

124 ribus feudalibus, nàm de iure sicùt substitutio fieri nequit super feudo , ità nec super actione ad feudum , cùm idem sit iudicandum de actione ad feudum,quod

de

de ipſo feudo, *Præſ.de Franch. deciſ.*153. *n.*25. *verſ.quæ ſubſtitutio.* Inſuper allegat *præd.deciſ.Præſ.de Franch.*153. in fortio-
125 ribus terminis ratiocinãtis: ſupponitur, quod quidã feudatarius impetrauit Regiũ aſſenſum ſuper diſpoſitione per ipsũ facienda ſuper ſuis feudis duc. 8000. & fuerunt in aſſenſu nominatæ perſonæ, in quarũ beneficium diſpoſitio, ſiuè legatũ erat faciendum, fecit deindè teſtamentum, in quo legauit vni ex perſonis in aſſenſu nominatis duc. 1000. vt implicarentur in emptionem cum ſubſtitutione, quod moriente legatario ſine filijs, ſuccederent aliqui, etiam nominati in aſſenſu, fuit dubitatum *in d.deciſ.* an quia in aſſenſu prædicto non erat facta mentio de qualitate ſubſtitutionis, licèt eſſent no-
126 minatæ perſonæ, in quarum beneficiũ fuit factum legatum, competeret iſtis actio ad feudũ, itaùt præferrentur emptori ſub haſta dictę terræ cum aſſenſu, qui ſoluerat pretium creditoribus habentibus aſſenſum, licèt poſterioribus dicti legatarij, à quibus obtinuerat ceſſionem: fuit concluſum dictam diſpoſitionem, ſeù legatum carere aſſenſu, quia etſi legatarij erant in aſſenſu nominati, attamen in eo non erat facta mentio de ſubſtitutione, & proindè fuit per S.C. deciſum, emptorem ſub haſta eſſe abſoluendum ex defectu dicti aſſenſus; Ratio tradita ab eodem *Præſ.de Franch.d.deciſ.*153.*nu.*28.
127 eſt, quia vt aſſenſus teneat, non ſolùm eſt neceſſaria mẽtio facultatis diſponendi, verùm etiam nominatio perſonarum, in quarum beneficium eſt facienda diſpoſitio, ac etiam modus diſpoſitionis; aſſenſus etenim, cùm ille ſit ſtricti iuris, non exrenditur de re ad rem, nec de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum, nec de contractu ad contractũ, *Andr. in c. Imperial. col.* 2. *de prohib feud.alien.per Feder.in c.*1. *col.*4. *qui ſucceſſ.tenean. c.*1. *§.donare, col* 1. *&* 2. *qual. olim poter. feud. alien. Præſ.de Franch.d.deciſ.*153. *nu.* 24. *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.6.nu.*42. *& deciſ.*8. *nu.* 11. *Lanar. conſ.*79. *nu.*20. *Reg. Rouit.conſ.*3. *num.*29. *Conſ.Theodor. alleg.*46. *nu.*4. *&* 5. *& alleg.*80. *num.*47. 48. *&* 49.
128 Sed ego in hoc articulo contrarium puto, nàm eatenus licentia data ad diſponendum non ſufficit, ſed nouus aſſenſus tempore diſpoſitionis interuenire debet, quatenus agitur de corpore feudi, vbi verſatur intereſſe Regis, qui habet intereſſe voluntatis in feudis conſiderabile, eique ſcire incumbit perſonam, in quam fit diſpoſitio, ſi eſt odioſa, ſi de genere fideli, ſi habet ſucceſſorem, vt notant *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 8. §.11. *nu.*22. *Reg. Rouit.conſ.*18. *nu.*15. *lib.*2. & idem aſſeuerat *Conſ.Staiban. reſol. for.* 62. *nu.*5. & proindè nouus aſſenſus expediri debet, hoc autem intereſſe Domini
129 in caſu noſtro haud conſideratur, quia agitur ſolummodò de actione ad feudũ, quæ cùm ſit quæſita accedente Domini aſſenſu, nullum videtur Domino præiudicium inferre ſuper illius diſpoſitione, nàm illa eſt ſimplex allodialis, & de ea non præſtatur ſeruitium, nec deuolutionis oneri ſubeſt, & tranſit ad omnes hæredes etiam extraneos, vt ſupra fundauimus, & ideò alius aſſenſus nõ requiritur.
130 Quod adeò eſt verum, nàm hic articulus diſceptatus in cauſa Ducis Limatulæ, pro quo ſcripſit *Staiban. cit.reſol.*60. 61. *&* 62. *to.*1. fuit pro hac noſtra ſententia, & contra eius ſcripta in eadem cauſa deciſus per S.C. referente Reg. Capycio Latro, tùnc Regio Cõſiliario, vt ipſe fatetur *deciſ.*44. vbi factum, de quo agebatur, erat, quod ſuper quadam liberatione depoſiti peruenti ex diſtractione bonorum quondam Aureliæ de Ebulo concurrebant creditores eiuſdem Aureliæ aſſensũ habentes, & etiam cõcurrebant Venerabilia Monaſteria Reginæ Cœli, & Donnæ Reginæ ex perſona ſororũ prædictæ Aureliæ, in quarum beneficium Andreas de Ebulo de ducatis 6000. ſibi ad diſponendum reſeruatis, tempore refutationis feudorũ, factæ in fauorem prædictæ Aureliæ, diſpoſuit in beneficium dictarum Monialium, quibus opponebatur carere aſſenſu ſuper diſpoſitione, & proindè fore excludendas per creditores hæredis cum aſſenſu, iuxtà allegata *per Annam alleg.*30. *Georg. alleg.*18. *& Theod. alleg.* 38. Sed prædictis per Moniales reſpondebatur, ipſas habere aſſenſum anteriorem, eo quia in refutatione, vbi aderat poteſtas diſponendi, inerat aſſenſus, nec alius nouus requirebatur; proindè per S.C. fuit depoſitum liberatum in beneficium dictarum Monialium.

Hinc

Digitized by Google

Hinc nil refragantur allegata *per Cons. Staiban. d. resol. 60.* dùm eius sententiæ obstat decisio S.C. in eadem causa prolata, quam ipse negat, sed conuincitur ex allegatis *per Reg. Capyc. Latr.* illius causę Commissarium.

131 Tùm etiam quia nõ aduersantur enucleata *per Præs. de Frãch. d. decis. 153.* quia licèt *in d. decis.* ipse *Præs. de Franch.* largè suã opinionem tueatur, decisumq; testetur per S. C. quod assensus datus super facultate disponendi de certa sũma super feudo in beneficium personarum expres. sè designatarum, non opitulatur substitutioni, quam inter easdem personas de eadem summa disponens condidit. Nihilominus prædicta non possunt ad casũ nostrum adaptari, cum in illo themate *per Præs. de Frãch.* relato, duo concurrũt, ex quibus totum diuersificatur. Primum, quia assensus fuit petitus certa lege adiecta, & concessus certo modo expresso, vt scilicet possit Comitissa Noyæ super terra Nuschi, quam possidebat, disponere de ducatis 8000. partim Magnifico Marino de Azzia, & Io: Nicolao de Azzia filijs secundogenitis ipsius Comitissæ, partim familiaribus, & partim ad pias causas: disposuit postmodum Comitissa, & legauit Io: Nicolao duc. mille, & quincentum cõuertendos in emptionem, de quibus voluit, vt percipiat fructus, donec procreauerit hæredes legitimos, & naturales, & procreando, vt supra, sit dictorum hæredum, & non procreatis hæredibus legitimis, & naturalibus post mortem ipsius, succedant hæredes Marchionis, & hæredes Martini pro medietate;

132 Vndè cùm aliter quam in assensu designato fuerit dispositum, remanet dispositio futilis tanquã sine assensu, siquidem in assensu consideratur interesse Domini voluntátis, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. §. 11. nu 22. Reg. Rouit. cons. 18. n. 15.*

133 *lib. 2.* hinc non extenditur, vt diximus, de re ad rem, nec de persona ad personam, nec de contractu ad contractũ, nec de casu ad casum, imò nec extenditur de tempore ad tempus, nec de præsenti in futurum, *Reg. de Ponte d. tract. de potest. Proreg. tit. 4. §. 7. nu 26. ex Andr. in cap. 1. col. 4. qui succes. tenean. & in c. 1. §. donare col. 1. & 2. qual. olim feud pater. alien. Reg. Rouit. cons. 3. nu. 29.* & melius *in cons. 18. nu. 11. lib. 2. Cons. Theod. alleg. 46. nu. 4. & 5.* & melius *alleg. 80. nu. 47. 48. & 49. & alleg 83. nu. 6.* est enim assensus materia rigorosa, *gl. in c. 1. verb. secundum quosdã de nat. succes. feud. Reg. de Ponte d. tract. de*

134 *potest. Proreg. tit. 6. §. 6. nu. 7.* Quod magnopere procedit stante clausula, quæ in assensu additur *quòad expressa tantùm*, *Præs. de Franch. decis. 153. nu. 25.* & hæc clausula præcipuè fuit inuenta ad tollendas substitutiones, & pacta insolita, vt notat *Frecc. lib. 2. 3. quæst. nu. 7. vers. non obstat de subfeud.* quinimò si dicta clausula in assensu non adesset, adhùc assensus

135 ex iuris dispositione non operaretur, *Loffred. cons. 7. Minad. cons. 8. Camer. in repet. cap. Imperialem fol. 60. 3. col. lit. N. Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 35. Cannet. in extrauag. volentes in c. sed quid si fuerit venditum n. 13. vers. & hoc in simili, & in c. sed necessaria offert sè quæstio*, idem fundat in proprijs terminis *cit. decis. 153. Præs. de Franch. nu. 26. & 27.*

Secundum, quod concurrit in casu relato *per Præs. de Franch. decis. 153.* est particularis nominatio personarum, in quarum beneficium dispositio prædicta dirigi debebat, facta per Comitissam Noyæ in precibus per ipsam porrectis pro concessione assensus, & etiã in ipsa concessione assensus, ex qua quæsitum erat ius Marino de Azzia, & Io: Nicolao de Azzia pro illis duc. 8000. liberè, & explicitè absq; vllo onere, præ-

136 cipuè restitutionis ex speciali concessione Principis, vndè non poterat in eorum perniciem absq; illorum consensu aliter disponi, *Frecc. de subfeud. in 33. differ. inter feud. ex pacto, & prouid. & hared. Caphal. cons 523. n 32. Berous quæst. 95. nu. 11. Clar. §. feud. quæst. 37. nu. 1. vers. idem dicendum est, Borrell. summ. dec. to. 1. tit. 36. de assensu nu. 1. & de feud. num. 1. cum seqq.* proindè satis rectè censuit S.C. in casu prædictæ *dec. 153. Præs. de Franch.* substitutionem forè nullam tanquam assensu carentem.

Quod non ità se habet in casu nostro, cũ nominatio personarum deficiat, certus modus disponendi non sit expressus, nec per Principem assentientem in certam formam dispositio fuerit restricta, sed generaliter consentit super dispositione, quam facere intendebat super fru-

ctu

ctibus feudi de ſumma reſeruata in actu refutationis, meritò non conuenit allegare ad caſum, de quo agitur huiuſmodi *deciſ.153. Præſ.de Franch.*

137 Prætereà ad eandem materiam huiuſmodi ſexti caſus accedat, quod poteſt feudatarius filium ſecundogenitum in feudalibus inſtituere cum conſenſu primogeniti, nec aliter requiritur aſſenſus Regis, quod probatur præter alia adducta in quinto caſu, quia filius primogenitus conſentiendo, quod ſecundogenitus inſtituatur hæres, nihil in ſecundogenitum tranſmiſiſſe videtur, ſed ſolùm ſe de medio abſtuliſſe cenſetur, & illud ius, quod habebat primogenituræ fuit ſtatim extinctum, itaùt ſecundogenitus ſuccedere dicatur non per viam tranſmiſſionis, ſed extinctionis iuris primogeniturae, ità ſatis benè notat *Bar.in l.1.§.ſi ſit nepos, ff.de collat. dot. & in l.1.§.ſi ſic filius, ff. de coniung. cum emancipat. liber.*

138 & conſequenter hæredis inſtitutio, adhuc nullo impetrato aſſenſu, de iure procederet, imò hoc ius primogenituræ cedi poteſt per *tex.in cap.quam periculoſum 3. queſt.1.* vndè ſi cedi, & vendi poteſt, ergò & in hæredem trāſmitti per regulam, quod illud, quod eſt ceſſibile, eſt in hæredem tranſmiſibile, *l.de pluribus, ff. de adminſtrat. tutor. l.quædam, ff. de acquir. rer.domin.l.1.ff.de fund.dot.*

139 Quod adeò eſt verum, nàm hac ratione nepos ex filio primogenito à feudaliū ſucceſſione excludit patruum filium ſecūdogenitum, quia hoc ius in filium primogenitum tranſmiſſum eſt, ità *Oldrad. conſ.224.* & in Regno noſtro eſt receptiſſima ſententia, vt teſtantur *Afflict.in c.1. nu.21.de natur.ſucceſſ.feud.Gramat.dec.1. Reg.de Ponte tit.de ſucceſſ.feud. lectur.12.* vbi *nu.54.* addit, ſententiam huiuſmodi etiam in linea Collaterali indubitatam eſſe, *Fab de Anna conſ.125. nu.45. Reg. Rouit.conſ.74.lib.1.* vbi loquitur de Nepte ex filio primogenito præmortuo, vt ipſa patruum filium ſecundogenitum à feudi ſucceſſione repellat, *Anel.de Amat. conſ.15.nu.1.& 2.Reg.de Marin.reſol.iur. lib.2.cap.145.nu.8.& 9.* idemq; ſeruandum eſſe ex alieniginis, firmarunt *Molin. de hiſpan. primogen. lib.3. cap.6. num.1. Couar.pract.queſt.c.38. nu.5.verſ.vndecimo illud eſt, Tiraq.de iur.primogen.queſt.40.nu.8. Anton.Gomeſ.in l.40.Taur.n.65. verſ.ſed his non obſtantibus, Auendan. in ead.l.gl.14.n.20.Petr.Gregor.Tholoſ.tract. de Republ. lib.7. cap.10. Guttierez pract. quæſt.lib.2.quæſt.80.Mattienſ.* alijs omiſſis *lib.5.nouæ recomp.tit.6. l.5.gl.4.nu.4.*

140 Inſuper noſtra principalis concluſio ſuadetur *ex tex.in cap.1.§.præterea quib. mod.feud.amitt.* vbi cauetur, quod vbi ille, qui de iure inueſtiri debet, ſi inueſtiri patiatur aliquem, qui ſecūdum rectum morem inueſtiri non debebat, ſibi præiudicat, & nullus datur regreſſus.

Ad idem adaptantur exarata *per Reg. Rouit.in prag.2.de titul.ſeù inſcript.abuſu &c. nu.117.* vbi concluſionem aſſumit,

141 quod refutationes ſi fiunt ſecundogenitis, vel illis, qui non immediatè ſuccedunt, ſi habent conſenſum primogeniti, vel alterius immediati ſucceſſoris, tùnc aſſenſus Regius non requiritur, nec pro validitate refutationis factæ ſecundogenito, ſeù alteri vlteriori in gradu, neque pro validitate conſenſus præſtiti per primogenitum, quod ipſe *Reg. Rouit.* comprobat pluribus Doctorum authoritatibus, ſcilicet *Loffred.conſ.11.& 12.nu.46. Io: de Lign. conſ.77. inter conſ. Albert. Brun.Camer.in l.Imperialem car.33.col 3. in fine,* & idem deciſum refert per S. C. *Io:Vinc. de Anna in repet.rubr. de vaſſall. decrep.etat.nu.257.& 290.* & aliam deciſionem R.C. in cauſa illorum de Breſegna, refert idē *Rouit.loc.cit.nu.117.in fin.*

142 Et talis conſenſus primogeniti, vel alterius immediati ſucceſſoris regularitet interuenire debet in ipſo actu refutationis, quia in feudalibus ius ſuperueniens non opitulatur, *c.ſi quis fecerit, quo temp. miles, cap.1. qui ſucceſſ. teneant.tit.2.* vbi *Andr.* ſequitur *Præſ.de Franch. deciſ.540. num.14.*

143 Nihilominus huiuſmodi cōſenſus proximioris poteſt ipſam refutationem præcedere, & ſubſequi ex regula, *l. per fundum,* vbi notat *Ang.in princ. ff. de ſeru. ruſtic.præd.l.fin.ff.de comm.præd.* & voluit in ſpecie *Andr.* amplians etiam in conſenſu Domini, *in cap.Imperialem col.6.in fin.nu.14.Camer.in d.c.Imperialem fol.90. col.1.in 2.concluſ. per tex.in l.licet, ff. de Iud. Bal. in c.1. de alienat. feud. pater.* & idem procedit in omni conſenſu, qui debet præſtari à pluribus, vt ſingulis, vt tra-

Digitized by Google

144 tradiderunt *Aret.cæteriq; DD.in l.si quis mihi bona, §.iussum, ff.de acquir.hared.* & idem comprobat in proprio casu nostro, *Reg.Rouit.in prag.1.de titul.seù inscript. abusu nu.* 118. & insuper aduertit, quod regula in contrarium, vt scilicet ius superueniens in feudalibus non opituletur, procedit tantummodò in prima inuestitura, facta à Domino feudi, cui prohibetur facere inuestituram de feudo viuentis, adeò vt si per mortem illius feudum deuoluatur ad Dominum, hoc ius superueniens non opitulatur inuestito ad conualidandam eius inuestituram, nisi facta fuerit sub conditione, *c.1. qui succeff. tenean.c.1.§.moribus si de feud.defun.milit. fuer.controu.*

145 Quod adeò est verum, vt si huiusmodi consensus primogeniti, vel agnati proximioris fuerit pretio acquisitus, post refutationem factã, adhùc validus, & solemnis censendus est, vt admisit indubitatè *Camer.in l.Imperialem car.33. lit.K.* sequitur *Reg. Rouit.in pragm.1. de titul. seù inscript. abusu nu.118. in fine, verf.idque adeò.*

146 Sed ego in hac principali conclusione sententiam negatiuam firmarem, vt scilicet non possit feudatarius hæredem in feudalibus instituere filium secundogenitum, etiam accedente consensu filij primogeniti, nisi talis dispositio, & consensus primogeniti Regio assensu roborentur, ad quod moueor, quia ex tali
147 consensu videtur primogenitus remittere, aut renunciare iura sibi tributa super successione feudalium; omnes enim contractationes feudales etiã vnius gallinæ prohibet constitutio Regni *constitutionem Diuæ memoriæ*, eo fortiùs prohibita est renunciatio rerum feudalium, quæ ficta alienatio est, vt inquit *Andr.in c.1. §.præterea col.1. de cap. Corrad. & col.2. verf. iure proprio, Paris de reintegr. fol.12. verf. an si feudatarius col.1.* prop-
148 tereà talis remissio indiget assensu, eoq; non impetrato, dispositio non subsistit, *Andr. in const.Reg. constit.Diuæ memoriæ, verf. transactionis, Capyc. decis.150. Camerar.c.Imperialem fol.15. cum seqq. Affl. in cap.1. §.præterea quib. mod.feud.amitt. col.pen. verf.3. & vltimo nota*, vbi in ca-
149 su fortiori concludit, quod refutatio vlteriori agnato cum consensu citerioris agnati non valet sine assensu, idem docet *Andr.in c.1. §. etsi libellum, per quos fiat inuest.* sic loquens, *Si sine consensu Domini fieret alienatio proximiori agnato, valet, alij non proximo non valet, imò proximus reuocaret, si autem consensu Domini, & proximioris fieret alij agnato, valeret.* Vndè si assẽsus Regius requiritur in actu refutationis feudorum in vita celebrati in beneficium vlterioris agnati, cum consensu citerioris agnati, qui eatenus nullũ
150 interesse considerabile habet in feudo hæreditario, per quod impugnare possit dispositionem feudatarij, cùm ius illorũ non possit metiri, nisi mediante persona defuncti, *Frecc.de subfeud. lib.3. de differ. int.feud.ex pact.& hared.differ.2.fol.439.*
151 Tantò magis assensus Regius requiritur, si per actum vltimæ voluntatis vlterior agnatus feudum haberet, tùnc enim proximior agnatus non solùm habet formatum interesse, sed ius acquisitum per mortem feudatarij, super successione feu-
152 di, quod ius absq; consensu Domini nõ potest transferri, vt tangit à contrario sensu, *Reg.Rouit.prag.1. tit.de tit.seù inscript.abusu nu.121. cum seqq.*

153 Quod etiam potest confirmari doctrina *Bal.in c.1.an agnat col.3. ver. sed quid si filius*, vbi si filius in vita patris renunciauit hæreditatem, non præiudicat renunciatio post mortem patris in feudo, idem comprobat *Camer.in c.Imperialem, fol.33.* ponderans *tex. in c.1. de alienat. feud.pater.* & inquit, quod semper in tali refutatione interuenire debet consensus Domini.

Prætereà facit, quia per nostram Regiam sanctionem 4.*de feud.in quinto cap.* cauetur non posse Proregem assensum præstare, vbi natura feudi mutatur, successorem extrà terminos constitutionis
154 Regni instituendo, sed non potest hæsitari, quin feudalis natura mutetur, si secundogenitus in feudalibus instituatur, cùm feuda in Regno nostro insitam habeant naturam, vt primogenito quærantur, viuitur enim secundum ius francorũ, quo iure primogenitura seruatur, ad tradita *per* Reg.*Rouit. in pragm.11. de feud. nu.*84. Hinc est, quod ex consensu primogeniti, præstito in huiusmodi dispositione in beneficium secundogeniti, eius interesse tantummodò remouetur, non

Digitized by Google

autem excluditur intereſſe volũtatis Regis, prohibentis diſpoſitionem feudalem, mutantem eius naturam: quamobrem eius aſſenſus requiritur, dùm contra eius voluntatem diſponitur, aliàs diſpoſitio corruit.

Prædictis adſtipulatur *deciſ.119. Affl.* vbi atteſtatur, totum Conſilium reſpon-
155 diſſe, quod quando teſtator habens feuda, diſponit de feudis aliter, quàm ius velit, puta in feudis antiquis, in quibus viuitur iure francorum, & de illis diſponit dimittendo feuda omnibus filijs, iſta diſpoſitio non valet, quia eſt contra ius francorum, ſed ſi diſponit, proùt ius vult, valet diſpoſitio; idem tradit *Capyc. in l. Imperialem car.10. col.2. verſ. limitat 3.* inquiens, quod ſi feudatarius inſtituit proximum ſibi ſucceſſurum etiam ſine-
156 aſſenſu, debet taliter inſtitutus immitti in poſſeſſionem, *ex l.fin. C. de edict. Diui Adrian.* in idem conueniunt *Frecc. de ſubfeud.lib.3. diff.17. inter feud.ex pacto, & hared. Anna ſing.535. Reg. de Ponte conſ.24.lib.2.*

157 Inſuper roboratur noſtra ſententia ex rela ta deciſione *per Reg.Reuert. dec.475.* vbi teſtatur, Collaterale Conſ. decreuiſſe, non ſubſiſtere diſpoſitionem feudalium factam à matre in beneficium filij ſecundogeniti, etiam cum conſenſu filij primogeniti, niſi Regis aſſenſus interuenerit.

158 Nec aduerſatur deciſio Tribunalis R.C. ſupra enucleata relata *per Io: Vinc. de Anna in repet. rubr. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 261.* nàm ibi quæſtionem fortiorem proponit, ſi refutatio feudi facta à patre in beneficium ſecundogeniti cõſentiente primogenito ſubſtineatur ſine aſſenſu Domini, quàm quæſtionem diſputari contingiſſe, affirmat in cauſa illorum de Balduino de Litio ſuper feudo Tullæ, qua in cauſa licet R.C. reſpondidit pro validitate refutationis, tamen cõtrariam opinionem largè demonſtrat, in-
159 dicans etiam deciſionem huiuſmodi proceſſiſſe, non attentis iuris tramitibus, ſed vt voluntati tũc Locumtenẽtis Magni Camerarij ſatisfacerent, vt liquet ex his verbis, ibi, *Nihilominus fuit propoſitum valere refutationem in illa cauſa Tullæ; ſed Deus ſcit, quare, nos non poſſumus niſi de iure reſpondere; Talis deciſio fuit tempore Ill. Andreæ Pons de Leon Locumtenentis Magni Camerarij dignißimi, acquieui, non acquieſcerem hodie in abſentia Ill. Hernandi de Avalos,* ſic loquitur *Io: Vinc. de Anna ibi nu.290.*

160 Vlterius non obſtat *tex. in c.1. §. præterea quib. mod. feud. amitt.* vbi caueri dicitur, quod vbi ille, qui de iure inueſtiri debet, ſi inueſtiri patitur aliquem, qui ſecundum rectum modum inueſtiri non debebat, ſibi præiudicat, & nullus datur regreſſus.

161 Nàm reſpondetur, quia *tex.* ille loquitur in caſu diuerſo, quod ſcilicet ſi poſt mortem feudatarij patior aliquem inueſtiri, mihi inueſtitura præiudicat, quia ſi ſequens in gradu non vult feudum, admittitur alius ſequens, vt dicit *Andr. in c.1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. in princ.* ibi, *ſi nolunt agnati feudum, vltimo ad Dominum redit,* & idem affirmat *in c. ſancimus, §. ſi autem dixerit col. fin. quo tempore*
162 *miles.* Vndè *tex.* loquitur in inueſtitura facta à Domino in beneficium ſequentis in gradu, cum ius inueſtiendi de feudo nemini competat niſi ſoli Domino, *cap.1. per quos fiat inueſt.* quamobrem conſen-
163 ſus Domini in caſu *tex.* interfuit, dùm loquitur expreſsè *tex.* dicens, *Conſenſerit eos inueſtiri,* meritò proximior agnatus non habet regreſſum, quia præſumitur ceſſio facta Domino, & à Domino inueſtitum fuiſſe illum vlteriorem agnatum, *Andr. in cap.1. §. & ſi libellum de alienat feud. pater.* ſequitur *Io: Vince. de Anna in repet. rub. de Vaſſall. decrep. ætat. nu. 275.* Quod non ità ſe habet in caſu noſtro, cùm deficiat aſſenſus Domini.

Inſuper non obſtant tradita *per Reg. Rouit in pragm.1. de tit. ſeù inſcript. abuſiu*
164 *nu.117.* quod ſcilicet refutationes feudorum factæ in beneficium ſecundogeniti, vel alterius agnati vlterioris gradus non requirunt Regium aſſenſum, ſi conſenſus filij primogeniti in huiuſmodi refutationibus interceſſerit.

Quia reſpondetur *Reg. Rouit.* loqui in terminis refutationis factæ per actum inter viuos, nos verò verſamur in diſpo-
165 ſitione facta in vltima voluntate; Ratio differentiæ eſt, quia in vita patris feudatarij nullum cenſetur primogenitus habere ſuper feudis intereſſe, nec in actu, nec in potentia, cùm tempus mortis feudatarij inſpiciendum ſit ad effectum, vt

quis

Digitized by Google

166 quis dicatur legitimus successor in feudalibus, vt latissimè fundat *Io: Vinc. de Anna in repet. rubr. de vassal. decrep. et at. num.* 257. Et amplius subdit, *feudum pro parte dici legitimam filij primogeniti*, vt disponitur *in const. Reg. si quãdo, aut pars*, vt notat *Andr. in cap.* 1. §. *preterea col.* 5. *vers. ad hoc pro fisco, quæ sit prim. cauſ. be-*
167 *neſic. amitt.* pro cuius consequutione filio ius nullum, nec actio aliqua tribuitur viuente patre, cùm non sit debitum filijs in vitâ patris, sed incipit deberi sequuta morte patris, *l. cum quæritur, C. de inoffic. testam.* §. 1. *auth. de trien. & semiss.* Indè est, quod super tali refutatione, & consensu præstito non requiritur assensus Regius, siquidem tùnc assensus Regius
168 interesse debet, quando agitur de cedendo, donando, renunciando, aut aliter trãsferẽdo in alterius beneficiũ ius, quod quis habet super feudo, *cap.* 1. *de prohib. feud. alienat. per Lothar. c.* 1. *de prohib. feud. alienat. per Feder.* ibi enim versatur inte-
169 resse Domini, cui interest scire, quisnàm sit feudatarius, cuinàm feudũ transferatur, quisnàm sit vassallus, & qui feudum illud obnoxium habeant, quod de facile potest ad ipsum deuolui; vbi verò non tractatur de huiusmodi translatione iurium feudaliũ, sed solùm de extinctio-
170 ne iuris proprij non delati, non quæsiti, nec de facile quærendi, tùnc assensus Regius non est perneccssarius ad actus validitatem; quod probatur à simili in eo, quod disponitur quòad assensum Apostolicum, qui etsi attenta dispositione *Extrauagantis Ambitiosæ de reb. Eccl. alien. vel non*, requiratur non solùm in omni translatione, quæ fit in alium de
171 directo, vel vtili dominio bonorũ Ecclesiæ, & etiam in omni actu, per quem ius in alium transferretur, proùt sunt pignoris datio, hypothecæ constitutio, seruitutis submissio, & similia, ità *gl. in cap. nulli verb. alienationis de rebus Eccles. alienon. vel non, Nouar. in tract. de alien. bonor. Eccles. nu.* 1. *Quaranta in summa bull. verb. alienatio bonor. Eccl. num.* 17. *&* 26. *Azor. instit. moral. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *vers. secundo quæritur, Ricc. decis.* 376. *n.* 1. *&* 3. *par.* 4. *& resol.* 41. *par.* 1. *prax. Eccles. Bonac. tom.* 1. *eius operum tract. de alienat. bonor. Eccl. quæst. vnica punct.* 2. *nu* 1. *August. Barbosa in collect. in d. extrag. Ambi-*
172 *tiosæ num.* 5. Tamen huiusmodi assensus Pontificis eatenus requiritur, quãdo bona, vel iura, quæ in alterum transferuntur, sunt incorporata quòad plenam, atq; pacificam possessionem, & dominium
173 Ecclesiæ: si verò incorporata non sunt, nullus assensus Apostolicus requiritur, *Lap. alleg.* 26. *Bal. in l. Præses nu.* 6. *C. de transact. Guglier. Reodars. in tract. de reb. Eccles. non alien. in* 1. *rubr. de significatione verbi alienatio, cap.* 1. *nu.* 14. *Io: Vinc. Caualer. in alleg.* 24. *recol. per Reg. de Marin. to.* 3. *resol. quot.* vbi plenè articulum pertractat.

Imò non requiritur assensus Apostolicus in cessione, quam agit Ecclesia, vel Monasterium de re, aut actione sibi quæ-
174 sita, sed nõ incorporata, nàm licèt quis cedendo videatur priùs rem acquirere, ex regula *tex. in l. si auia, C. de iure delib.* tamen illa acquisitio momentanea, quæ fit Monasterio, quando cedit, non est in consideratione, cùm in ipso momento non possit possideri res, & transferri, vt cauetur expressè *in l. fin. in fin. C. de bon. quæ liber.* & proindè non potuit Ecclesia ex illa cessione incorporare, & transferre, & notant *Ang. in l. voluntas, C. de fideicom. Barbat. cons.* 12. *nu.* 25. *vol.* 1. eò magis quia cessio huiusmodi nõ est principaliter ordinata ad dandum, &
175 acquirendum, sed potiùs ad renunciandũ, & debet haberi perindè, ac si renũciasset Ecclesia ius non incorporatum, ità eleganter in terminis consuluit, *Socc. cons.* 53. *incip. Viso instrumento donationis nu.* 27. *&* 28. *col. vlt. nu.* 4. *Phanuc. tract. de lucro dot. glos.* 8. *in tex. ibi vir lucretur nu.* 17. *&* 18. & notat *Bal. in l.* 1. *C. pro socio quæst.* 8. *nu.* 10. vbi amplius subdit ad propositum nostrum non inutile, quod in contractibus nõ ordinatis ad dominium, æstimatio non facit emptionem.

176 Hinc est, quod potest Prælatus cum capitulo repudiare legatum, vel hæreditatem Ecclesiæ delatam, nec solemnitates per Paulinam præfixæ exiguntur, sic notat *Bald. in auth. si qua mulier col. fin. vers. sed an Monasteriũ, C. de Sacros. Eccl.* vbi etiam docet posse, Ecclesiam, seù Mo-
177 nasterium conuiuentibus oculis pati, quod hæreditatem delatam Monaco possideant aliqui consanguinei, ad quod fortè Abbas, vel Monaci pietate, & affe-

Digitized by Google

ctu mouentur, idem ſequitur *Feder. de Sen. conſ. 9. n. 1. circa finem*, allegans quoq; rationem, quia antequam agnoſcatur tale ius per Monaſterium, non dicitur hæreditas, vel legatum in bonis Monaſterij, *l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* & proindè ſine authoritate ſuperioris poteſt Eccleſia legatum, ſiuè hæreditatem delatam repudiare, & hanc eſſe communem opinionem aſſeuerant, *Iaſ. & Rip. in l. legatum, ff. de legat. 1.* idemq; deciſum *per Rotam Rom.* refert *Phanuc. tract. de lucro dot. gl. 8. in tex.* ibi, *vir lucretur nu. 17. & 18.* quod dùm Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Monte, quæ, in hæreditate habe-
178 bat, ceſſiſſet, *Rota* decreuit ceſſionem prædictam valere, quamuis ſolemnitates requiſitæ per Paulinam non interueniſſent, & idem pariter per noſtrum S. C. fuit pronunciatum, nempè donationem, & ceſſionem factam ſine aſſenſu Apoſtolico forè validam, præſuppoſito iure delato, & acquiſito ab Eccleſia per ceſſionem, non tamen in Eccleſiam incorporato, ſic teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ. 14. nu. 10. 16. 25. & 26.* quibus etiam confert doctrina *Paul. de Caſtr. in l. ſi actione, C. de pact. nu. 2.* vbi expreſsè dicit in renunciante hæreditatem ſibi delatã, non dùm aditam, quod habetur, perindè, ac ſi hæreditas non fuiſſet ſibi delata, ſequitur *gl. Pariſien. tit. 1. §. 1. gl. 3. num. 13. Rub. Alex. in l. Titia, §. Imperator. nu. 13. ff. de leg. 2.* id tamen non procederet, ſi eſſent duo actus ſeparati, vt quia primo Mona-
179 ſterium adijſſet, deindè ceſſiſſet, etiam quod fiat in eodem inſtrumento, tùnc requiruntur iuris ſolemnitates, vt expreſsè probat *Præſ. de Franch. deciſ. 14. nu. 26. in fine.*

180 Rurſum idem probatur in proprijs noſtris terminis feudalibus *ex tex. in c. 1. de eo qui finem fecer. agnat. c. 1. §. Titio ſi de feud. defunct. contro. & in c. 1. §. præterea quib. mod. feud. amitt.* ibi ſancitur, quod quando filius primogenitus in manibus patris, fratris ſecundogeniti perſona cõtemplata, bonorum feudalium ſucceſſioni renunciat, ſtante hac renunciatione,
181 ſeù mauis repudiatione, cenſetur ille à loco ſuo amotus, & fit locus ſequenti in gradu, nec iura hæc dicunt, quod requiritur aſſenſus Domini, quod vtiq; ſi legiſlatores hoc voluiſſent, dixiſſent, & DD. qui de hac re ratiocinãtur, aſſenſum non requiri dicunt, & aſſignãt rationem, quia iſte, qui renunciat, non aliter feudum in alium transfert, vt requiratur aſſenſus, ex eo, quod illud non poſſidet, ſed tantùm ſuccedendi ſpem habet, *Bart. & Aret. in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. & per Loffred. conſ. 1. nu. 152.* & facit theorica *Andr. in cap. 1. §. præterea ſi vaſſallus, quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt.* Vndè renunciando filius primogenitus futuræ feudalis ſucceſſioni contemplatione fratris ſecundogeniti, ſpes illa ſuccedendi, quam vt primogenitus habebat per renunciationem remanſit extincta, ſicq; factus fuit locus ſecundogenito, & conſequenter non eſt, vbi Regius aſſenſus in hac renunciatione, ſeù mauis repudiatione interuenire debeat, quod etiam probatur, quia ſi
182 abſq; aſſenſu valet feudi refutatio, quæ fit à feudatario in proxime ſucceſſurũ, vt affirmant DD. quos largo numero coaceruat *Reg. de Marin. reſol. iur. cap. 180. nu. 54. tom. 2.* quantò magis valere debet repudiatio, quæ fit à filio primogenito, qui nec feudum, nec ius in feudo habet, ſed ſolam ſpem illam ſuccedendi, ità ſanè videtur tenere, *Frecc. tract. de ſubfeud.* in quæſt. quam facit ad ornatum *Conſt. Regn. conſtitutionem Diuæ memoriæ infallent. 24.* & hanc cõmunem ſententiam in proprio noſtro principali caſu confirmat *Reg. Reuert. deciſ. 155.* ſequitur *Reg. de Marin. in obſeru. ad d. deciſ. 155. tom. 1.* inquiens, quod nuſquam ſibi perſuadere potuit in his renunciationibus, quæ à filijs, vel filiabus fiunt in manibus patris
183 feudatarij ad fauorem fratrum, Regiũ requiri aſſenſum reſpectu bonorum feudalium, ad quod comprobandum ſubdit, vt quoties filius, vel filia renunciat, vllo pacto dici poteſt, quod donat, ſed potiùs quod hereditatem repudiat deferendam, ità *Minad. in conſt. in aliquibus not. 3. n. 6. poſt Bar. in l. is poteſt nu. 13. ff. de acq. hæred. Paul. de Caſtr. in l. pactum quod dotali n. 9. C. de collat. Napod. in conſ. ſi quis, vel ſi qua in verſ. in bonis omnibus n. 194.* Hinc *Bal. in l. ſi maior in fine. C. de dolo, & in rubr. C. de pac. nu. 20.* dixit, quod qui re-
184 pudiat hæreditatem, non contrahit, ſed diſtrahit, quodq; hæreditati deferendæ renunciatio non dicatur donatio, dixerunt pariter *Tiraq. in repet. l. ſi vnquam verb.*

Digitized by Google

*verb.donatione largitus nu.*180.*& seq. C. de reuoc.donat. Ripa in d.l.si vnquã n.* 20. *vers.vndecimo quæro,Couar.in* 3.*par.relec.* §. 3. *nu.*8. *Ruin. cons.*170. *num.*11. *lib.*1. *cons.*89. *nu.*18. *&* 19. *& cons.* 204. *nu.* 4. *vol.* 1.

185 Prædictis adstipulãtur dicta per idem *Reg.de Marin.lib.*2.*resol.iur.cap.*93 *n.*11. *&* 12. vbi probauit per renunciationem factam à filia patri, eiusq; hæredibus, & successoribus, nihil in renũciatarios trãsferri, sed omninò eam dici extinctiuam, recipiq; à patre non ad alium finem, nisi vt renuncians ius aliquod in ipsum patrem, eiusque hæredes transferat; si igitur filius, vel filia renunciando patri, eiusque hæredibus nihil transfert, non est cur dici possit,super hac renunciatione bonorum feudalium Regiũ assensum requiri.

186 Vndè in fortioribus terminis idem probant dicta *per Marin. Frecc. lib.*2. *de subfeud.in quæst. quæ incipit à Regnicolis, non ponitur vna quæstio nu.* 73. quod si quis mortuo patre feudatario, vt aperiret locum immediato successori post ipsum,succedendi in feudo,paternam repudiaret hæreditatem, non posset posteà se penitere, quia in hac repudiatione non fuit impetratus assẽsus,nec iuuari dispositione constitutionis *constitutionem Diuæ memoriæ*, assignat rationem, quia an-

187 tequam in feudo succedat,non est Dominus feudi, vel possessor, ac proindè nõ dicitur alienare feudum, de quo propriè loquitur constitutio nostra, & cum aliud non faciat, nisi aperire locum proximiori, dicitur tantùm se abstinere à loco, in quo erat omnibus proximior,non autem de feudo disponere, quod non dùm est ei quæsitum.

188 Propterea ex prædictis rationibus rectè desumitur, quod valet refutatio feudorum sine assensu Domini à patre in vita celebrata in fauorem filij secundogeniti, consentiente filio primogenito; dispar verò ratio concurrit, si in vltimo elogio filius secundogenitus instituatur hæres in bonis feudalibus assentiente filio primogenito, nàm eatenus non spem, sed ius formatum super successione feudalium habet primogenitus, imò tùnc delata est ei successio huiusmodi, vndè Regius assẽsus interuenire debet ad hoc, vt feudum transferatur secundogenito, ità inquit *Afflict.in c.*1.§.*preterea quib.mod. feud.amitt.Camer.in c.Imperialem fol.*33. proindè talis institutio cum consensu primogeniti vallata,non substinetur absque assensu Regis,proùt sentijt idem *Reg. Rouit.in prag.*11.*de feud.à nu.*73.*cum seq.*

189 vbi quoq; refert, sic iudicasse S.C. in casu successionis terræ Turæ, quæ inter D.Thomam,& Marcum Antonium Moles contendebatur,præsupposuit D.Thomas ipsũ obtinere debere successionem huiusmodi,cùm per D.Gabrielem Moles illius terræ possessorẽ fuit hæres vniuersalis etiam in feudalibus institutus; Excipiebat Marcus Antonius dictum testamentum non posse hæredi instituto respectu feudalium opitulari; siquidem vi prædictæ institutionis, successio feudaliũ deferebatur coniuncto in quarto gradu, quod fieri non poterat sine assensu Regio, cum existeret ipse Marcus Antonius coniunctus feudatario in tertio gradu; proindè S.C.decreuit,successionẽ huiusmodi terræ Turæ spectare ad Marcum Antonium Moles, vt testatur *Reg. Rouit. ibidem nu.*71. *vers.sed audio*, inferens allegationes, per ipsum iura tuentem dicti Marci Antonij congestas.Hinc est,quod non obstant dicta *per Reg.Rouit. in prag.* 1.*de tit.seù inscript.abusu nu.*117. vbi firmat, quod sine assensu Domini valet refutatio feudorum à patre condita in vita cum consensu primogeniti in fauorem secundogeniti.

190 Minus aduersatur decisio R.C. relata *per Reg.Reuerter. decis.*155. vbi instituto hærede Io: Francisco Balduino à Ioanne Balduino patre in feudo, quod dicebatur de Tulle in Prouincia Hydruntina, cùm esset secundogenitus, comparuit in R. C. petens illius feudi inuestituram, se opposuit Franciscus Antonius Balduinus nepos suus ex fratre Hieronymo primogenito iam defuncto, instando declarari dictum feudũ ad ipsum,tanquam filium primogeniti pertinere. Excipiebat secundogenitus, quod primogenitus dũ viuebat, primogenituram in sui beneficium renunciauit; Replicabat nepos, renunciationem illam nullius esse mouenti, tanquam assensu carentem, R. C. priùs remansit in paritate votorum, nàm tres, & vnus ex illis *Reg. Reuert.* fuerunt voti,

peti-

Digitized by Google

petitam inueſtituram fore huic ſecundogenito concedendam: alij tres pro nepote ſuffragiũ præſtiterunt, ſed ſententiam ad fauorem ſecundogeniti ſucceſſit; & meritò, quia primogenituræ renunciatio condita fuit viuente patre feudatario tempore, quo primogenitus ille vxorem duxit, & matrimonij contemplatione pater ei donauit plura alia feuda, & bona allodialia, longè portionem ſuam excedentia, propterea renunciauit in ampla forma ad fauorem ipſius ſecundogeniti, & præcipuè ius primogenituræ ratione dicti feudi de Tulle, quamobrem iudicatum fuit ad fauorem primogeniti ea ratione innixus *Reg. Reuert.* quia ſucceſſio feudi non erat delata, nec tempore renunciationis intereſſe conſiderabile habebat primogenitus ſuper feudalium ſucceſſione, ideò aſſenſus Regius non requirebatur, vt eſt videre *per dictum Reg. Reuert. d.deciſ.155. to.1.* vndè eius deciſio non eſt applicabilis.

191 Prædictis eſt adnotandum, quod ſi primogenitus noluerit præſtare ſuũ conſenſum in tali refutatione, tùnc cautela erit, vt feudatarius donet illud feudum ſecundogenito cum aſſenſu Proregis, & primogenitus, ad quem ſpectaret futura ſucceſſio, non poterit conqueri, talem donationem fieri in fraudem ſuæ futuræ ſucceſſionis, vt ſupra fundauimus, & ad de *Reg.Rouit. in prag.1. tit.de tit. ſeù inſcript. abuſu. num.* 119. vbi quoq; teſtatur, ſubreptitium non cenſeri aſſenſum præſtitum ſuper donatione feudi facta ſecundogenito, non facta mentione primogeniti, & ità decreuiſſe pluries S.C.& R.C. quas deciſiones refert, vt eſt videre vltrà illas, quas ſupra enucleauimus.

Scire congruum tamen eſt, quare in refutatione feudi ad hoc, vt illa ſubſtineatur in fauorem filij ſecundogeniti, requiratur conſenſus primogeniti; donatio verò abſq; illius conſenſu, imò expreſsè ipſo primogenito diſſetiente, perficitur;

192 Ratio eſt, quia natura refutationis eſt, vt fiat priximo, & immediato ſucceſſori in feudalibus, & ideò dicitur præmatura ſucceſſio, *cap.1. §. & ſi libellum de alien. feud.pater.cap.1.§.ſed & res, per quos fiat inueſ.* & vtrobiq; *Andr. Præſ. de Franch. deciſ.663.nu.4.& 6.Io: Vinc.de Anna ſing.* 569. *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.de refut.feudor.in princ. nu.4. Octau.Bambacar. in cõment.ad tit.ſi de feud.defunct. in c.beneficium à vaſſallo nu.*112. *Reg.Rouit. conſ.9. nu.9. lib.2.Reg.de Marin.reſol.iur. lib.1.cap.23.& lib.2.cap.*198. *nu.*53. Si ergò refutatio fieret ſecundogenito, futilis redderetur, cùm hic non ſit proximus, & immediatus ſucceſſor, hinc eſt, quod requiritur conſenſus primogeniti, quo mediante primogenitus tollit ſe de medio, & locum cedit ſequenti, vndè ſecundogenitus, qui alioquin non eſſet proximus, & immediatus ſucceſſor, fit ex conſenſu primogeniti proximus, & immediatus

193 ſucceſſor, idcircò refutatio perficitur cum conſenſu primogeniti; Donatio verò inter viuos abſq; conſenſu primogeniti ſubſtinetur in fauorem ſecundogeniti, cum illa non expoſcat, vt celebretur in beneficium legitimi ſucceſſoris, nàm poteſt feudatarius alienare, & ad ſui libitũ in vita diſponere de feudo, etiam in fraudem legitimi ſucceſſoris, vt ſupra notauimus, & idem firmant *Reg. de Marinis reſol.iur. lib.2. cap.24.& Reg.Rouit. in pragm.1. de tit.ſeù inſcript. abuſu nu.*117.

194 Accedat vlterius ad materiã eiuſdem ſexti caſus noſtræ Regiæ ſanctionis 4. *de feud.* quod licèt ſuper feudis nequeat feudatarius fideicommiſſum imponere etiã in beneficium contemplatorum in inueſtitura, nec prohibere valeat eiuſdẽ feudi alienationem, licet ad finem illud cõſeruandi in familia; verùm ſi legitimus, & immediatus ſucceſſor acceptauerit huiuſmodi ordinationem, tùnc illud quod alioquin nullius eſſet momenti procul aſſenſu Regio, remanet firmum ex acceptatione legitimi ſucceſſoris in vim pacti, ſic firmat ad limitationem *tex.in cap.1.de ſucceſſ.feudi, Bald. conſ.356. lib.5. Frecc. lib.3.de ſubfeud.tit.de differen.int feud.ex pac.& hæred.in 6.differ.* dicens, fideicommiſſum ſuper feudo impoſitũ nulliius roboris eſſe, ex diſpoſitione *tex.in c.de ſucceſſ.feud.* niſi filius, vel ſucceſſor teſtamentum approbauerit, quia tùnc valebit in vim pacti, idem tenent in caſu notabili, *Curt.ſen.conſ.79. & Simon de Petr.de interpret.vltim. vol.lib.2.ſol.2. nu.*30. & in propria materia ſic tuetur *Reg.de Marin.in allegat.*146. *nu.1.to.3.reſol.iur.*

195 Et ex tali acceptatione obligatur hæres feuda non alienare, illaq; conſeruare

Digitized by Google

re in beneficium vocatorum: vndè si alienauerit, etsi in recipientem non impediatur dominij translatio, cùm huiusmodi prohibitio rem non afficiat, sed solam personam liget, nec possunt vocati feudũ vendicare; tamen vi pacti ex acceptatione contracti, tenetur æstimationem præstare in beneficium eorum, quibus interest, sic probat *tex. in l. si quis inquilinus* 115. §. 1. *ff. de leg.* 1. disponens, quod si
196 hæres rem legatam alienaret, teneretur ad præstandam æstimationem legatario, idem cauetur *in l. hæres seruum proprium* 28. *ff. qui & à quibus, & in l. si hæredis seruus* 50. *ff. de legat.* 1. & notat *Præs. de Franch. decis.* 298. & affirmat *Io: Crot. in l. filius fam.* §. *Diui nu.* 35. *ff. de legat.* 1. *Peralt.* verũ etsi contrarium scripserit *in comment. ad leg. vnum ex familia*, §. *si rem nu.* 5. *& 6. de leg.* 1. cuius verba recolligit, & sequitur *Reg. de Marin. alleg.* 146. *n.* 17. *vers. ad hoc facit to.* 3. *resol. iur.* procedunt
197 tamen in re allodiali propria hæredis, cuius alienationem testator prohibuit, & hæres adeundo prohibitionem acceptauit, nàm dicunt, vt si hæres vellet illam alienare, impeditur in alienantem dominij translatio, cùm possit testator rei hæredis, sicut propriæ alienationem prohibere, ex eleganti *tex. in l. si quis, ità sit legatus* 9. §. 1. *ff. de manum. testam.*

198 Non me latet, quod ardua, & satis nodosa quæstio est, si legato, vel donato feudo absq; assensu, debeatur æstimatio, nàm DD. hinc, & indè ratiocinantur, vtraq; opinio rationibus, & decisionibus fulcitur, vndè difficilè est discernere, quæ nàm sit verior sententia; hinc Sacra, & Catholica Maiestas ad remouendum in posterum præfatas hæsitationes, literas Regias Dño Comiti de Oliuares, tùnc Proregi Regni direxit, mandans, vt tàm super hoc articulo legati rei feudalis, quã super alijs concernentibus fraudulentes dispositiones factas à feudatarijs in grauamen successorum ipsam Sacram Maiestatem consuleret, adhibito voto Collateralis Consilij cum interuentu Præsidis S.C. & Locumtenentis R. C. ac fisci Patroni. Proindè occasione litis exortæ inter D. Marinum de Leyua cum Principe Ascoli, votantibus Regio Collaterali Consilio, & Regia Camera Summariæ, votaq; transmissa ad Sacram Maiestatem fuerunt reperta in hoc articulo æqualia, vt testatur *Cons. Gizzar. decis.* 36. inferens literas S. M. & allegationes in hac causa editas, idem fatetur *Camill. de Curte in 1. par. diuers. feud. cap. incip. multoties post nu.* 101. propterea inquit *Reg. Rouit. in pragm. 1. de tit. seù inscript. abusu*, quod quicquid aliàs in hoc articulo legati fuerit iudicatum pro præterito, sat est, quod modo in hoc vltimo actu per æqualitatem votorum fuit redactum negotium ad ius, & iustitiam, itaùt in causis in futurum iudicandis non sufficiat simplex authoritas rerum iudicatarum, sed erit decernendus arciculus per tramites iuris, & regulas artis, quo casu subdit idem *Reg.*
199 *Rouit. ibidem*, non possumus non fateri, hanc opinionem, vt legato feudo, neque corpus, neq; æstimatio debeatur, esse verissimam de iure, quod demonstrat multas coaceruando rationes, & authoritates.

Nihilominus prædicta non obstãt, etenim quando constat de expressa voluntate disponentis, vt si is in quem fit legatum, non possit habere feudum, habeat saltem æstimationem, tùnc fallit principalis conclusio, & debetur legatario æstimatio, *Andr. in c.* 1. §. *commercium in fine de prohib. feud. alien. per Lothar. Camer. in l. Imperialem car.* 27. *lit. A. D. A.* R. Hac
200 stante conclusione, seù limitatione, cùm in casu nostro successor in feudalibus acceptauerit disposita per defunctum, & videatur se obligasse illa obseruare: vndè casu quo contrauenerit, fit locus pacto, & stipulationi promissæ, proindè tenetur ad eum, quod interest in beneficium vocatorum, *ex l. venditor hominis, ff. de euict. l. si seruus venditus, ff. eod.* Quamobrem sequitur, quod æstimatio debetur virtute pacti.

201 Prædictis quoq; est notandum, quod si successor in feudalibus dispositionem factam super feudis non emologauerit, qua de re licèt huiusmodi dispositione nõ ligetur, tamen quia cum prohibitione legis, quæ feudum alienari vetat, concurrit prohibitio testatoris, hæc prohibitio instante eo, qui habet interesse, præbet Domino nostro Regi iustam causam denegandi assensum contrahere volentibus, sic fundat *Io: Vinc. de Anna in const. constitutionem Diuæ memoriæ nu.* 46. 47. 48.

Digitized by Google

48. & 49. & inſuper tradit in vna facti contingentia ſtante prohibitione prædicta denegatum fuiſſe aſſenſum, idem ſequitur Reg. *de Marinis reſol. iur. lib. 2. cap. 90. num. 4.*

Septimus caſus eſt, vbi maxima pars feudi, vt puta medietas; aut tertia, vel quarta pars alienatur.

§. VII.

SVMMARIVM.

1 *Feuda omnia ſunt diuidua de iure communi, præter titulata, num. 2. idemque de iure longobardorum, nu. 3. ſed ius francorum hoc aboleuit, n. 4.*
5 *Feudi ſucceſſio de iure conſtitutionis Regni ſpectat ad primogenitum tantùm; & idem in Regno Sicilia, nu. 6.*
7 *Filij ſecundogeniti, ex quo excluduntur à ſucceſſione feudi, habent vitam militiam.*
8 *Diuiſio, familias dignitates, memorias, & vniuerſa patrimonia deſtruit.*
9 *Vnitas ordinatur ad conſeruationem.*
10 *Feudi vnitas operatur, vt gratior, & vtilior præſtetur ſeruitium.*
11 *Feudorum vnitas Imperij dignitatẽ conſeruat, diuiſio autem Imperio, & familijs damnoſa eſt; & alia damna parit, num. 12.*
13 *Prorex non poteſt aſſenſum præſtare, vbi diuiſio feudorum ſequitur.*
14 *Diuiſio feudi non eſt ſimplex alienatio, ſed deſtructio.*
15 *Feudum, ſeù Caſtrum vnitum Baroniæ non poteſt alienari, ſiuè diſmembrari abſque Regis aſſenſu.*
16 *Baroniæ nomen eſt vniuerſale ſub ſe cõtinens plura feuda, & nominatur, quandoque Prouincia, nu. 17.*
18 *Baronia, vel Comitatus alienari vetitur abſque Regis aſſenſu.*
19 *Baronia licet contineat plura feuda, & diuerſas res, dicitur tamen vnica Baronia, & vnicum feudum.*
20 *Feuda efficiuntur de pluribus vnum, aut plura de vno deſtinatione Regis.*
21 *Baronia vendita, omnia, quæ ſunt infrà fines, cenſentur vendita.*
22 *Comitatu cum Caſtro conceſſo, Caſtrum diuidi non poteſt; & Caſtrum diuerſo iure non cenſetur, ſicut Comitatus, n. 23.*
24 *Caſtrũ ſi adyciatur Comitatui, iam erecto, tùnc exprimi debet à concedente vnio Caſtri; ſecus quando creato Comitatu adÿcitur aliud Caſtrum; tùnc in dubio non præſumitur vnio, nu. 25.*
26 *Baro an poſſit aliquam partem Baroniæ ſubinfeudare ſine Regis aſſenſu.*
27 *Subinfeudatio non eſt totalis alienatio.*
28 *Subinfeudans retinet dominium vtile, ſubalternum ſeruitium, honorem, & iuriſdictionem; ſed exercitium illius vtilis dominÿ transfert, nu. 29.*
30 *Subinfeudatio non ſeparat à feudo partem ſubinfeudatam, & remanet ius deuolutionis, nu. 31.*
32 *Separatio feudi non fit ex ſubinfeudatione, prout ex venditione.*
33 *Subinfeudans retinet poſſeſſionem ciuilem, & naturalem tantùm transfert.*
34 *Barones non poſſunt infeudare partem feudi abſq; Regis aſſenſu ex iure conſtitutionis Regni, maximè ſi pars illa ſit cum vaſſallis, nu. 35.*
36 *Aſſenſus non quaternat feudum, & quid in ſubfeudatione, n. 37.*
38 *Subinfeudatio ſi per 30. annos effectũ habuit, poteſt de nouo fieri, tanquam de re ſolita concedi; & an requiratur Regis aſſenſus, nu. 39. & quid ſi in prima conceſſione non interfuit aſſenſus, n. 40.*
41 *Præſcriptio legitimi temporis titulum, & inueſtituram non expoſcit.*
42 *Præſcriptio annorum 40. poſſeſſorem ſecurum reddit.*
43 *Præſcriptio locum habet, etiam ſi titulus defectuoſus eſſet.*
44 *Præſcriptio quadragennalis defectum tituli purgat, & cum titulo inualido præſcribitur, nu. 45.*
46 *Præſcriptio 40. annorum declarat conceſſionem ambiguam fauore præſcribentis, nec ſuper interpretatione verborum admittitur controuerſia, nu. 47.*
48 *Vſus eſt optimus legum, priuilegiorum, & omnium diſpoſitionum interpres.*

49 Feu-

Digitized by Google

non adsunt duæ concessiones,& duæ deuolutiones ante illam, vt necessarium esse, refert etiam *Reg. Galeot. d. controu.7. nu.* 38. *& Reg. de Ponte de potest. Proreg. fol.* 289. *num.*1.

Accedat prædictis,quod quando agi-
72 tur de præscribendo feudum, de per se iam erectum,& formatum; hoc casu procedit præscriptio inter priuatos 30. annorum,cum præstatione seruitij,& habet locum *tex. in cap.* 1. §. *si quis per* 30. *& constitutio Regni tricennalem*, cum communi feudistarum schola, vt de communi testantur *Vrsill. ad Affl. decis.*254. *Camill. de la Rath. in theatro feudal. tom.*1. *quæst.*8. *dilucid.*25. *nu.*8. *&* 11. sed quando agitur de præscribenda parte dema-
73 niali feudi,& Baroniæ,illam separando, & diuidendo à suo corpore feudali, hoc casu certum est, non dari præscriptionem, nisi centenariam,ità dixit *Andr. in const. Regn. si dubitatio, Paris de Puteo de reintegr. c.*5. *nu.*11. *&* 12. *& c.*157. *nu.*5. *& c.*279. *nu.*5. *& c.*286. *nu.* 15. *Lucas de Penn. in l. si quis col.*1. *vers. pone de facto, & vers. è contra, C. de omni agro deser. lib.*11. *Petr. de Gregor. de iud. causa feud. quæst.* 26. *vers.*3. *poterit in fine, Cumia in cap. si aliquem verb. antiquis nu.*45. *Affl. dec.*167. *sub n.*2. *& dec.*254. *n.*4. vbi *Vrsill. sub n.*3. *Intrigl.* optimè distinguens *cet.*2. *art.*96. *nu.*58. *&* 60. & dicit hoc casu non dari nisi centenariã præscriptionem, quæ sola habet vim tituli, *Reg. Galeot. contr.*8. *nu.*15. *in fin. lib.*1. *Reg. de Pont. in cons.*97. *n.*5. *lib.* 1. *& post Cannet. Anna, Scharder. Bambac.* & alios refert *Giurb. decis. Sicil.* 50. *nu.*7. Et ideò quando agitur de præscriptione feudi non formati, nec de per se: sed partis feudi principalis Baroniæ, dùm non est centenaria,nullo modo potest præiudicare præscriptio, *Reg. de Pont. cons.*17. *nu.*6. *&* 7. *vol.*1. *Giurb. decis.*50. *nu.*10. *&* 14. *cum seq.*

Quibus etiam faciunt scripta per *Con-*
74 *sil. Marcianum in cons.*15. *vol.*1. *nu.*18. *&* 19. quod scilicet illud axioma, vt tempus 30. annorum cum præstatione seruitij inducat præscriptionem, fallit, vbi agitur de alienatione partis, & diuisione feudi,super qua non sufficit assensus præ-
75 sumptus, nec tacitus, sed specificus, & expressus per constitutionem *constit. Diuæ memoriæ, Frecc. lib.*2. *de subfeud. qu.*28. *per totam*, quamobrem assensus non potest præsumi spatio 30. annorum, *Anna in repet. cap.* 1. *de Vassallo decrepita ætat. post nu.*451. sequitur *Camill. de la Rath. lib.*1. *dilucid.*19. *fol.*207. *& dilucid.*20. *&* 25. *num.*11. subdens,solùm in hoc admit-
76 ti centenariam, quæ habet diuersam naturam, & maius priuilegium, *ex Frecc. loc. cit. nu.*5. *& Affl. in c.*1. §. *angaria nu.*4. *quæ sint regalia, Lanar. cons.*44. *num.*15.
77 dicens assensum, qui de necessitate requiritur, nunquam præsumi; nisi spatio centum annorum, *Intrigliol. de feud. cent.* 2. *art.*6. *nu.*95. *Viscont. in concl. iuris rub. assensus col.*4. *Vrsill. decis.*254. & ità S.C. decreuisse testatur *Reg. Tap. decis.*4. *nu.*18.
78 *&* 24. contrà Prudentiam Russam, quæ fuit condemnata ad relaxandum Casalia Tridici, & Fauciani pertinentiarum Ciuitatis Casertæ, non obstante præscriptione, & præstatione seruitij per annos 30.

Quinimò talis prescriptio centenaria,
79 & immemorabilis non opitulatur,quando constat de titulo inualido, & nullo, precipuè si ipsamet pars cõfiteatur possediss̃e, titulũq;exhibuerit in iudicio,& de iure etiam ità præsumitur possediss̃e, scilicet ex titulo præambulo, *l.*1. §.1. *de except. re iud. l.*2. *C. de acquir. possess. cũ alijs per Menoch. lib.*6. *præsumpt.*63. *nu.*1. quo in casu nulla iuuat prescriptio etiam mil. lenaria, vt dixit latè *Intrigliol.* videndus *d. cent.*2. *art.*5. *nu.*37. *& art.*7. *nu.*72. *& art.*46. *nu.*43. *&* Reg. *Galeot. controu.*53. *nu.*45. *lib.*2. cum deficiat bona fides,quæ basis est præscriptionis, vt dixit *Affl. in const. Duram sub nu.*5. per notata *in cap. si diligenti de præscript. & cap. fin. eod. tit. Federic. Schench. in cap.*1. §. *si quis per* 30. *sub nu.*5. *si de feud. defunct. controuers. sit, Cumia vbi sup. nu.*452. & ideò non obstat centenaria, quia coniectura tituli præsumpti, quæ oritur ex immemorabili,nõ potest aliquid operari, quando constat de inualiditate tituli veri, vt dixit *Crauett. de antiq. temp. par.*3. *limit.*7. *nu.*28. & idem *Intrigliol. cent.*2. *art.*82. *nu.*155.
80 & licet in præscriptione centenaria non requiratur bona fides, illud est, quia per tot temporis spatium præsumitur: sed quando manifestè constat contrarium ex titulo,non potest suum operari effectũ, *gl. in cap.*1. *in verb. nisi de præscr. Loffred.*

Digitized by Google

in conſ. 20. *nu.* 28. & cæteri allegati *per Intrigliol. d.nu.*155.*& ſeq.* latè *Camil. de Curte in diuerſ.feud.par.*1.*fol.*78.*à ter,* vbi *nu.*11. aſſerit ſæpius fuiſſe deciſum, quod ſi exhibeatur titulus inualidus, tùnc centenaria quantumuis probata non iuuat, ſequitur *Conſ. de Georg. alleg.* 34. *nu.* 16. & faciunt notata *per Gratian. diſceptat. forenſ.cap.*279.*à nu.*29.*cum ſeq.*& idemq; dixit ad propoſitum *Reg.Lanar. in repet. feud fol.*72.*nu.*178. *& ſeq.*

Vlteriùs ex prædictis quoq; deſumi-
81 tur Caſalia diſtrahi, aut ſeparari non poſſe à Terra, vel Ciuitate ſinè peculiari Regis aſſenſu; quoniã Caſalia non regũtur de per ſe, nec de per ſe ſtare poſſunt, & oportet, vt habeant ſuum caput, cui ſubduntur, & dicuntur eſſe membra Ciuitatis, cui ſubijciuntur, & de Territorio,
82 ac iuriſdictione, pertinentijſq; eiuſdem Ciuitatis, in cuius Territorio ſunt, tanquam vnum corpus cum Ciuitate, *ad tex. in l.nulli, verſ. quod ſi in vico, C. de Epiſcop. & Cler. l.qui ex vico, ff. ad muncipal. l.*3. vbi *Bald.C.de natur.liberir. Bart.in tract.qui ſint rebelles in verb.Lombardia, & in conſ.*189. *incip.primo quæritur nu.*1. *Alex.cõſ.*1.*col.*8.*n.*32.*& cõſ.*24.*n.*1.*vol.*5. Caſalia namq; de eadem Ciuitate ſunt, *c.omnes baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *c. Monaſteria* 18. *quæſt.* 2. *l. fundi nihil, ff. de action. empt.* & loca adiacentia præſumuntur illius Ciuitatis, cuius Territorio magis adiacent, *Bald.in c.cum olim de præſcript. Alex. in addit.ad Bart.in l.ſi conuenerint, §.ſi nuda, ff. de pignor. action.* idem confirmat *Bald.in l. Inſulæ Italiæ, ff. de iudic.* dicens exiſtimari intrà fines Comitatus, vel feudi, ideòq; videntur eſſe de Comitatu, & nullus locus præſumitur exceptus, *Albert.Brun.conſ.*34. *Curt. iun. conſ.* 140. 2.*par.* idemq; fatetur *Affl. in conſtit. poſt mortem, Liparul.in cap.*1. *§.ſimiliter in rub.Baroniam lit. T. de Capitan. qui Cur. vendid. Frecc.de ſubfeud. §.*1.*quis dicatur Baro nu.*1.*& 6.Reg.Galeot.controu.*53.*n.*3. *&* 4. *lib.* 1. aſſerens, quod cum Caſale ſit conceſſum à Barone, nemo poteſt dubitare, quin ſit membrum, & de diſtrictu
83 Baroniæ, cum ſubfeudum ſit pars corporis feudi principalis; idemq; firmat *Reg.Lanar.repetit.feudal.*200.*nu.*25. Feudum autem quando continet plura mem.
84 bra ſimul vnita, non licet feudatario, imò nec Domino Proregi quidquam immutare, vel derogare, quoniam derogaretur titulo feudi, ſi de vno, plura de per ſe conſtituerentur, & multiplicaretur feudum in plura feuda, quod omnimodò prohibitũ eſt, dùm viuitur iure francorũ, ſecundum quod ius nulla datur diuiſio, *Camill.de Curt.in diuerſ.feudal.par.*1. *nu.* 84. *& ſeq.fol* 109. *à ter. Reg. de Ponte conſ.*57. *& conſ.*72. *lib.*2. ſequitur *Conſil. Marcian. conſ.*15. *nu.*11. & *nu.* 21. ſubdit
85 quod hoc in caſu aſſenſus tranſit in ſpeciem diſpenſationis, & noui priuilegij, cuius conceſſio ſoli Regi ineſt, *ex Camer. in c.Imperialem fol* 44. *lit.L. ex Reg. de Pont. in conſ.*3. *nu.* 32. *cum ſeq.* ſequitur *Reg.Galeot.contr.*43.

Verùm aliqui cenſent, vnionem Caſa-
86 lium non præſumi, ſed contrarium, vtpotè independentiam, & realem diſtinctionem illorum à Ciuitate, & fundantem ſe in vnione, cum facti ſit, illam probare teneri, iuxtà *tex. in l.eum qui ædes, §.fin. ver.eod. & l.rerum mixtura de vſucap. & in c.quia ſæpè de præbend. in* 6. *l. in rem, §.item quæcumque, verſ. in ijs de rei vendic. Bart.nu.*7. *Cagnol.nu.*178. *in l.Imperium de iuriſd.omn. iudic.* inferentes proindè, non valere conſequentiam, eſt Caſtrum Villa, ſeù Caſale, quod eſt locus habitatus ſine muris, *gl.& Bart.in l ſi hæres iuſſus* 76. §. *in vicis de legat.* 1. ergò eſt vnitum, & ſubiectũ Ciuitati, ſeù Oppido, cui propinquum eſt, & plenè *Reg. Rouit. in prag.*1. *nu.*78. *&* 79. *de titulor. abuſu ſublato.*

Nàm cũ poſſint eſſe Caſtra, & Caſalia depẽdẽtia, & independẽtia ab Oppidis, & Ciuitatibus, vt experiẽtia docet, & omnes admittũt, argumentum eſt à poſſibili, quod non cõcludit, cum ad probandum debeat cõcludere per neceſſe, *l.neq; natales*, vbi *Cynus, & Bald.* notant, *& l. ad probationem la ſeconda*, vbi idem *Bald.C. de probat.* qui *in l.*2. *C.de bonor.poſſeſſ.ſecundum tabulas*, ait, talem probationem non concludentem, neque dubiam facere, quibus accedit *Andr. in c.*1.*§.quidem nu.*9.*de controu.inter maſc.& fœmin.* quo loci adducit *d.l.ad probationem.*

Adeò quod ſi à Principe penès quem eſt poteſtas vniendi Oppida, Caſalia, Ciuitates, & Prouincias, & per ſe exiſtentia, & vnita diuidendi, *l.*1. *C.de*

Me-

Digitized by Google

Metropoli Byrit. lib. 11. vbi *Bart. Bald. Angel. Io: de Plat. Luc. de Penn. Rebuff. & alij*, sit facta vnio simpliciter, seù principaliter plurium Oppidorum,& Casalium ad aliquam Ciuitatem, quam voluit esse caput Baroniæ,aut Comitatus, neque dicitur facta talis vnio, vt sint Casalia pars, & membra Ciuitatis, vnumq; cor-
87 pus, & sic accessoriè, sed quòad subiectionem, protectionem, & iurisdictionem sub vno Domino constituta videtur, quoniam ad faciendam vnionem in vnum corpus requiruntur expressa verba vniri,tanquam in vnum corpus,vel æquipollentia, vnimus, annectimus, & incorporamus, alioquin vnumquodque simpliciter, aut principaliter vnitorum remaneret in suo esse per se, & distinctum cũ illa subiectione, §. *illud autem ipsum, & in alterutro*, & §. *hoc ipsum dicimus in auth. vt Iudices sine quoq; suffragio fiant, l. prædijs*, § *Titia, & l. Seia*, §. *Tyramnæ de legat.* 3. *l. qui fundum*, §. 1. *pro emptore*, *c.* 1. §. *è contrario de inuest. de re alien. facta, gl. Abb. & DD. in c.* 1. vbi tractatur materia vnionis, *ne sede vacante, Andr.* eleganter *in c.* 1. § *similiter in hostenditijs num.* 27. *&* 31. *de lege Corradi, & Bart. egregiè in l. si conuenerit* 2. §. *nuda nu.* 2. *de pignor. act. Io: de Plat. in d. l.* 1. *nu.* 4. *de Metrop. Byrito lib.* 11. *Reg. de Pont. in cons.* 57. *lib.* 1. *& in cons.* 12. *à n.* 42. *ad* 48. *lib.* 2. & alij quamplures relati, & probati tàm à dicto *Reg. de Ponte*, quàm *à Reg. Rouit. in d. prag.* 1. *à nu.* 88. *ad* 97. & satis notabiliter rem varijs exemplis, doctrinis illustrat; & ità dicit iudicatum in casu suo pro Terra Caccuri vnita simpliciter cum Comitatu Cariati *nu.* 116.

Nihilominus diuersimodè probatur, Casale aliquod esse vnitum cum Ciuitate, aut Terra.

Quodq; primò suadetur ex assertione facta in aliquo priuilegio illud esse Casa-
88 le, hæc enim assertio, nedùm feudatario, sed eiusdem hærebibus, & successoribus, habentibusque causam ab eo præiudicat, *Clem.* 1. *de probat.* & notat *Camill. de Medic. cons.* 153. *nu.* 1. *Decius in rub. si certum petatur.*

Secundò, si illud non comperiatur descriptum in cedulario feudorum, & Baronum Regni, sed tantùm Terra, eiusq; Dominus, sic notat *Affl. decis.* 282. *nu.* 4.

Tertiò, quãdo Casale non habet Vniuersitatem agrorum, valles, Montes, flumina, fines, & confines proprios ab vtraq; parte admissos, sed Territorium est commune, & promiscuum, tùnc Casalia vnita censentur vt in vnum corpus; Villæ enim, quæ sunt membra Ciuitatis, filiæ Ciuitatis sunt: siquidem gratia facilioris culturæ Territorij, vel quia nimium excreuerunt Ciues, & om-
89 nes in ea habitare non facilè possunt, ex domibus, post domos extrà menia paulatim nascuntur, & fiunt ea Casalia, & Villæ, vt docent præter experientiam *Arist. lib.* 1. *politicorum cap.* 1. *& gl. in l. ex hoc iure in verb. allata de iustit. & iur.* & in citata *l. si hæres Icusus*, §. *final. l.* 1. *& ex Barrone spiegeÿus in verb. vici*, *Brissonius Schardius, & Caluinius* (qui iuris
90 lexica fecerunt) & ideò Ciues sunt, & priuilegijs Ciuitatis, & Oppidi fruuntur, *l. qui ex vico ad municipales* & tenẽt *Abb.* & alij, quos referunt, & sequuntur *Couarr. practicar. quæst. cap.* 37. *nu.* 1. *Præs. de Franch. in decis.* 22. *& in decis.* 316. *Reg. de Pont. in cons.* 51. *nu.* 12. *lib.* 1. *Ann. iun. cons.* 50. *nu.* 44. *Reg. Rouit. in decis.* 11. *nu.* 10. *Petr. Ramirez de suprem. Princip. potest.* §. 24. *nu.* 24. *&* 25.

Quartò, vnica, & indiuisa exactio ser-
91 uitij, vel adohæ vnitatem Casalis probat; proùt ad rem ponderat *Reg. de Pont. cons.* 57. *nu.* 11. *&* 12. *& cons.* 72. *nu.* 9. *lib.* 2. *& Cons. de Georg. d. alleg.* 8. *nu.* 6. ex hac enim solutione adohæ Regiæ Curiæ vnitim, & coniunctim facta per longissimum tempus, cẽsetur inducta prescriptio vnio-
92 nis, ad quam præscribendam, & inducendam sufficit cursus temporis triginta, vel quadraginta annorum, *ex tex. in cap. cum de beneficio de præbend. in* 6. *Felin. in c. si diligenti, col. penul. vers.* 9. *& in c. causam col.* 2. *de præscript. Alex.* & alij plures, quos refert, & sequitur *Cons. de Anna cons.* 127. *nu.* 3. *lib.* 2.

Quintò, vnita, & confusa possessio Ca-
93 salis cũ Ciuitate tanquam de vnico feudo indiuiso, & inseparabili, cum exercitio iurisdictionis per vnicum Capitaneũ, optimè comprobat vnionem Casalis, *ad tex. in l. cum fundus* 10. *ff. de leg.* 2. *in l. Caius* 88. §. *fin. ff. eod. tit.* ibi: *Paulus respondit, si testator fundum Sæianum vno nomine vniuersum possedit; quamuis eun-*

Digitized by Google

dem diuiſis partibus locauerat vniuerſum, cum ex cauſa fideicommiſſi præſtare oporteret, l. prædys 89. §. *Titio de legat.*3. *& l. Seia*, §. *tyramna*, ibi: *Et quæ ſemper in vſibus huius poſſeſſionis habuerat*, *ff. de fund.inſtruct.* vt in hac ſpecie conſiderat *Reg. de Ponte d. conſ.*57. *nu.* 1. & hoc in feudis fortius procedit; nàm ſicut fundus conſtituitur ſola deſtinatione patrisfamilias, *d.l.quod in rerum*, §. 1. *de legat* 1. *cum concordantibus*, *ſuperiùs adductis*: ità feudum, vel Comitatus conſtituitur voluntate Domini concedentis, & recipientis, & eſt contractus, dependens ex voluntate duorum, vt dicit *Iſern. in prælud. feudor. quæſt.*5. & ſequitur *Camer. in c. Imperialem fol.*8. *litt.M. fol.*20. *lit.V. &*
94 *fol.*35. *lit.G.* tradens, feudum dari gratia vtriuſq; & eſſe gratiam mixtam, eamq; tranſire in contractum vltro citroq; obligatorium, & ſicuti voluntate vtriuſque conſtituitur, ità non poſſe vnius conſenſu diſtrahi, quem in propria materia recenſet *Conſ. de Georg. d. alleg.* 5. *num.*7. *&* 8.

Sextò probatur Caſale ex numeratio-
95 ne focularium, vnitè facta ſub vno nomine Ciuitatis, aut Terræ, hæc enim numeratio clarè demonſtrat vnionem prædictam, *Alex. in conſ.* 169. *nu.*9. *cum ſeq. vol.*5. *Andr. in c.*1. *col.*1. *ff. de Capit. qui Curiam vendidit*, Rex enim qui deſcribit, & vnitè in numeratione poſuit Caſalia cum Ciuitate tanquam de vno corpore, & verſatur in antiquis, profectò ex his inducitur perfecta probatio vnionis, iuxtà tradita per *DD. in c. cum cauſa de probat. & in l. cum aliquis*, *C. de iur. deliberand.* etiam ſi vnicus eſſet actus, præcipuè quando ille eſt Regis, ità diſponentis, & poteſtatem habentis, *Felin. in cap. cum cauſam*, *Soccin. conſ.* 187. *vol.* 2. eò
96 fortiùs quia numerationes fiunt cum maxima cauſæ cognitione, & ex certa ſcientia, quamobrem ſine dubio tali deſcriptioni ſtandum eſt, iuxtà *tex. in clem.* 1. vbi *DD. de probat.* ſequitur *Conſ. Marcian. conſ.*15. *num.*5. idemq; firmat *Reg. Tap. deciſ.*4. *nu.*8.

97 Imò non poſſunt functiones fiſcales ſeparatim exigi per Perceptorem Prouincialem à Caſali, proùt habetur *in pragmatica edita Thori*, nàm cum aliàs illius Prouinciæ Perceptor ſeparaſſet functionum fiſcalium exactionem exigendo ſeparatim functiones fiſcalium Caſalis Squinzani à Ciuitate Licij, Sua Maieſtas, tùnc mandauit, nihil fore innouandum, quod annuit *Reg. Reuert. deciſ.*163. *to.*1.

Verùm diſtinctio nominum non in-
98 ducit pluritatem feudorum, quando ex prædictis conſtat vnicam eſſe Baroniam, vel Ciuitatem, idèq; corpus; ità *Bald. in l. Caius*, §. *Titius*, per illum *tex. de legat.*2. & maximè hoc procedit in feudis; nàm illud regulariter conſiſtit ex pluribus, vt ſupra diximus, & de eo iudicatur ſicuti in grege, vt *ex Andr.* inquit *Reg. de Pont.*
99 *conſ.*57. *nu.*2. eſt enim feudum Vniuerſitas facti, vt præter ſupradicta confert *tex. in c.*1. 3. *column. quid ſit inueſtitura*, continens multa corpora diſtantia; ex quibus corporibus diſtantibus efficitur demum vnicum corpus vnitum; vndè ſi ſint nominis, & corporis diuerſi, erit tamen ad dignoſcendas ipſius Baroniæ partes particulares, non autem ad corpus diuerſum conſtituendũ reſpectu Vniuerſi, ſic tradit *gl. notabil.* vbi *Andr. in conſt. Regn. ſi quis Baro*, ſequitur *Reg. de Ponte conſ.*57. *nu.*4.

100 Et ideò verum eſt, quod Caſale dicitur membrum Ciuitatis, & vnitum cum ipſa Ciuitate; itaùt ſeparari non poſſit ſine Regis aſſenſu, nàm data alienatione citrà Regis beneplacitum, illa inualida ipſo iure redditur, & remanet Caſale, proùt erat antè alienationem, tanquam nõ dimittens primęuam cauſam, *l. in tantum*, *& l. præcedenti*, *ff. de rer. diuiſ. l. cum loca*, *ff. de religioſ. & ſumptib. funer. l. ſi locus*, vbi *gl. quemadmodùm ſeruit. amittatur*, *l. ſi ager*, *ff. quibus mod. vſusfruct. amittat. Alberic. in l. quod in lictore*, *ff. de acquirend. rer. domin. Andr. in c.* 1. §. *& iterum in addit. nu.*32. *in fin. de cap. Corradi*, & omnia iura Caſali debita, illamet retinet, *gl. notabil. in l. Attilicinus in verb. reſtitui*, *ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior.* quoniam non videtur iura huiuſmodi amiſiſſe, *Andr. in cap.* 1. §. *ex quo non ſeruit Dominum nu.*4. *verſ. quia vtilis redditur forma ſua de feud. ſine culpa non*
101 *amittend.* Imò ſi poſt alienationem nulliter geſtam fierent aliqui actus, alioquin legitimè inducentes ſeparationem Caſalis, adhùc actus prædicti indè ſequuti, nulli, & inualidi exiſtimantur, &

nemi-

nemini prosunt, *l. non dubium*, ibi, *Sed etsi quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, C. de legib. Consi. Marcian. consi.* 15. *nu.* 10. *&* 11.

102 Et insuper emptor feudi, aut Casalis dismembrati, si fuerit conuentus à successore in Baronia iure reintegrãdi, quærunt DD. an possit ab actore petere, nedùm pretium, quod impendit, sed etiam illius interesse, & relaxare feudum vna cum fructibus; disputat hunc articulum *Reg. de Marin.* sententias hinc indè referens, & veram glomerans *c.* 129. *lib.* 1. *resol. iur.* vbi est videre.

103 Solet amplius controuerti, quod data separatione Casalis, aut diuisione legitimè celebrata, nunquid Priuilegia immunitatis, quibus Casale potiebatur antè diuisionem, post dictam diuisionem retineat.

In hoc articulo in quadam facti contingentia affirmatiuè Consultus respon-
104 didi; præcipuè si priuilegia huiusmodi pretio concessa fuere, quoniam Casale idem corpus cũ Ciuitate reputatur quòad fruitionem priuilegiorum, quæ antè diuisionem consequebatur, *l. si eadem, ff. de offic. assessoris, l. si hæres*, §. *vicis de legat.* 1. vbi DD. asserentes, quod diuisa
105 Vniuersitate per quarterios, vt de per se gubernentur, quodlibet quarterium dicitur eadem Ciuitas, *Soccin. consi.* 272. *vol.* 2. *Ann. sing.* 83. & idem est in Casali diuiso à Ciuitate, vt inquit *Io: Paulus Montanarius in prag.* 2. *de administr. Vni-*
106 *uersi. nu.* 317. Priuilegium namq; mediante pecunia elargitum transit in contractum, *Bald. in l. qui se patris, C. vndè liber. Fœlin. in c. quæ in Ecclesiarũ de const. nu.* 50. *Peregr de iur. fisci lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 28.
107 quo in casu hoc priuilegium reuocari non potest, *Affl. decis.* 128. *nu.* 10. *Caccheran. decis.* 139. *nu.* 23. *Petr. de potest. Princip. n.* 34. *Reg. Tap. in decis. Suprem. Senat. Ital. decis.* 23. *num.* 105. cum Principi videantur ligatæ manus in reuocãdo, quod aliquo accepto fuit concessum; nàm appellatur contractus, *do vt des*, vel *ago vt agas*; à quo recedere non permittitur, *ad tex. in l. si pecuniam, ff. de condict. ob caus. l. Attilius regulus, & l. si pater, C. de donat. Roman. consi.* 252. *& Dec. consi.* 286. &
108 aliqui subdunt, quod nedùm priuilegium, pecunia impartitum reuocari non potest, sed etiam si per aliquid æquipollens fuerit datum; *Aretin. in c.* 1. *de const. Conzales in reg.* 8. *Cancellariæ, gl.* 28. *nu.* 27. *Garsi. de benef. par.* 6. *c.* 2. *n.* 194. idemq; tractat *Reg. Galeot. controu.* 20. *lib.* 2.

109 Hac etiã in re quæri potest, si Baro in sua Baronia habet ius cognoscendi de causis ciuilibus, & criminalibus, non dumtaxat in prima instantia, sed etiam in gradu primarum, & secundarum appellationum, vtrum possit de appellationibus ipsis cognoscere in Casali subinfeudato Regio mediante assensu? Agit articulum *Reg. Galeot. lib.* 1. *contr.* 53. iura tuens Domini Principis Abellinatum, ibiq; res latè degustatur, vt est videre.

110 Præterea non potest feudatarius sine assensu Regis alienare membra, & corpora ipsi feudo adiacentia, proùt molendina, baiulationem, cæteraq; bona demanialia feudi, licèt sint redditicia ipsius feudi in aliqua annua præstatione; imò feudum ipsum iuris ministerio, tanquam
111 homo mutus potest sibi reintegrari facere membra alienata, & separata ab ipso capite; sic habetur in constitutione Regni *incip. si quando contingerit*, vbi *gl. in verb. qualitercumq; de hom. Bar. possid. terr. hom. Andr. in d. constit. col.* 2. *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *auth.* 2. *Baron. sub addit. noua incip. sæpè fui nu.* 27. *& lib.* 3. *de formul.* §. 1. *nu.* 5. *Ann. in constit constitutionem Diuæ memoriæ super gl. vers. minuendis nu.* 174. *&* 173. *Intrigliol. de feud. p.* 2. *centur.* 5. *nu.* 511. *Camill. de Medic. consi.* 153. *Reg. Galeota. lib.* 1. *controu.* 7. *nu.* 50. *cum seqq.* Bona enim siuè corpora feudo
112 annexa, & coniuncta, feudalia præsumuntur, & eiusdem qualitatis, *Iason. post Bal. & Roman. consi.* 235. *lib.* 2. *Zasius consi.* 11. *vol.* 1. *Gabriel in suis conclus. lib.* 3. *tit. de feud. concl.* 3. *nu.* 5. *Intrigliol. de feud. d. cent.* 2. *c.* 43. *&* 86. *Paris de reintegr.* §. *pone quod petitur nu.* 16. *tit.* 9. *Reg. Galeot. d. lib.* 1. *controu.* 7. *nu.* 67. membra autem debent à capite regulari, *cap. cum non deceat de rescript.* quod potissimè procedit in feudis, *Castrens. consi.* 102. *par.* 2. & ex-
113 ploratum est per leges Hispaniæ; vt scilicet illud quòd præscriptum est circà successionem feudorũ, seruari debeat in membris eorũdem feudorum, ità *Galeot. loc. cit. nu.* 52. & de iure firmat *ex tex. in l. ex ea causa, ff. de postuland. Andr. in c.* 1.

de

de conſuetud. recti feudi; ideò feudalia
114 ſemper exſtimantur omnia corpora feudi, quemadmodùm cuncta Regni feuda hæreditaria ſunt, ſicut & ipſum Regium, ità *Napodan.in conſuetud. ſi teſtator, Reg. de Curt.par.1. de feud.c.15.nu.142. Frecc. de orig.Baron. §.vidimus nu.20. cart. 11.* Non poteſt ergò Caſtrum, vel feudum peruenire ad vnum, & membra ſiuè corpora illius ad alterum, dùm eſſet diuidere Baroniam, quod fieri non poteſt ſinè expreſſo cõſenſu Regis, *ex c. Imperialem, & conſtit. Regni conſtitutionem Diuæ memoriæ, Loffred.in conſ.39. num.33. & 34.* omnia enim, quæ ſunt intrà fines feudi, vnum, & idem feudum cẽſentur, *Reg.Galeot. d.controu.7. nu.49. ex Affl. in cap.1. nu.14.19. & 21.de Capitan. qui Cur.vendidit.*

Verùm idem *Affl. in conſtit. ſtatuimus la ſeconda poſt nu.* 10. *verſ. vndè ſi Princeps, Frecc. in 29. auth. Baronum num.6. verſ.3.intellige*, inquiunt, quod conceſſo Caſtro à Rege cum domibus, iardenis,
115 baiulatione, &c. prædicta cũ Caſtro cõceſſa, non ſunt quaternata; niſi de per ſe fuerint in quinternionibus deſcripta, quibus etiam adſtipulatur dictũ *Andr.in c.1. quid ſit inueſtitura*; vbi feudum eſt Vni-
116 uerſitas facti, & habet bona diuerſæ naturæ, vt emphiteuſim, liuellum, cenſum, & allodialia bona, imò poteſt habere membra etiam in alieno Territorio, ità *Par.de reintegr. §. conceſſa fol. 88. in fin. Giurb.deciſ.Sicil.50. nu.14.*

Prædicta autem nihil refragantur, ſiquidem membra huiuſmodi partes feudi quaternati ſunt, ſic annuit *Bartholom. de Capua*, hæc verba ſubiungens *in conſt.*
117 *Regni M.C. noſtræ: quia hic exprimitur, quod quæſtio ſeù cognitio feudi quaternati ſpectat ad Magiſtrum Iuſtitiarium, quæritur, quid de re ſingulari feudi quaternati, & poſt multa, quæ hinc indè dici poſſent conclude, quod idem dicendum eſt; quia hæc res ſingularis feudi æquiparatur toti feudo, & ex rebus feudum conſtituitur, & ſic ſunt ſubſtantialia feudi, & ideò ſubſtantia eſt ſpectanda.*

Idem voluit *Iſern.in conſtit. Iuſtitiarij*
118 *nomen col.2.* dùm dixit, quædam eſſe loco quaternatorũ; & hæc dicuntur corpora feudalia, hoc ſequitur *Capyc. in inueſtit.verſ.Caſtra omnia*, aiens, quædam eſſe, quæ quaternata dici non poſſunt, cum deſcripta non ſint in quinternionibus, ſed ſunt ad inſtar quaternatorum; & proindè aſſenſus Regius in eorũ alienatione eſt neceſſarius, & pariter hoc declarat ipſemet, *Affl. in cap.1. de controu. apud pares num.53. verſ.ſed.ſi eſſent*; vbi aſſerit, in alienatione horum bonorum
119 requiri Regiũ aſſenſum ad inſtar quaternatorum, dùm bona demanialia feudi appellantur, quæ notum eſt, vt procul aſſenſu Regis vendi nequeant, ſequitur *Capyc. in inueſt. verſ. infeudat etiam quilibet, verb. limita 6.fol.* 155. imò idem *Affl. in loc.cit. dict.æ conſtitutionis ſtatuimus*, contrariam ſententiam amplecti
120 non videtur, intentio autem ipſius ſolummodò fuit reprehendere Aduocatos fiſcales Regiæ Camaræ, ſua tempeſtate conſtitutos, quos grauiter errare indicat; dùm non curant omnia membra feudi quaternati ob intereſſe Regis in quinternionibus deſcribi; ob id autem deſumi non poteſt, quod corpora feudalia alienari, & diſmembrari poſſint à feudo ſinè Regis beneplacito.

Prætereà quod dicitur, vt feudum ſit Vniuerſitas facti, & poſſit habere ſub ſe
121 bona multiplicis ſpeciei; hoc autem nõ præſumitur, niſi oſtendatur, quia non docto de titulo ſpeciali, præſumerentur eodem modo feudales, ità *Camer. in c. Imperialem car.38. col.2.lit.I. & cart.39. col.2.lit.G. Reg. Galeot.d.contr.7.nu.63.*

Idemq; quòd diximus, vt à capite Baroniæ diſmembrari non poſſint Caſtrũ, vel Caſale, ſiuè partem aliquã feudi, pro-
122 cedat, ſimulq; locum habeat, quando remiſſus reperiretur annuus cenſus, debitus Baroniæ; itaùt hæc remiſſio diſmembratio etiam dicatur, & ſucceſſiuè fieri non poſſit abſque Regis aſſenſu, & peti poſſit reintegratio; ità *Andr.in conſtit tu. conſtitutionem Diuæ memoriæ in verb. tranſactionis*; vbi in terminis illius conſtitutionis dicit, non modò prohibitam
123 eſſe alienationem rerum feudalium; ſed etiam iurium, & ſeruitutum, item remiſſionem reddituum, vt gallinarum, & ſimilium, item & remiſſionem iuris, quod in feudo habet feudatarius, iſtamq; *Andr.* theoricam ſatis benè exornat, *Marin. Frecc. in ſuo tract. de ſubfeud. lib.2. in 5. authorit.Baron.nu.18*, quo loci dicit nõ poſſe

Digitized by Google

posse Baronem absq; Domini nostri Regis dispensatione suis subfeudatarijs remittere seruitium, quod pro subfeudo taxatũ reperitur, vulgo in Regno *adohã* appellamus; itemq;& redditum,qui feudo pro re feudali debetur, v.g. dicit ipse, *si deberetur vna gallina, piper, anser, vel quid simile*; quia ex istis redditibus feudum constituitur, illudq;pingue fit ad beneficium feudatarij, qui feudi onera sustinet, & demum subiungit, ipsum vti Baronem vnius Terræ sæpè suis reddentibus dixisse, *Non potuisse de reditu grani, bombicis, ceræ, aut fabarum absque*
124 *Domini nostri Regis assensu, aliquid diminuere, etiam (nota) si ille redditus non præstaretur, vt feudalis, sed vt emphyteuticus, censualis, aut allodialis; quia quòad Baronem habetur, vt feudum, quidquid de feudo percipitur ex corporibus feudi, quamuis reddentes teneant vt emphyteusim, vel allodium*, sequitur *Reg. de Marin. resol. iur. c.129. nu.22. to.1.*

125 Amplius dubitatum extitit, an possit Baro sinè Regis assensu vnum deputare Capitaneum in Casale, vt intus illius Ciues ius dicat,& alium in capite Baroniæ, non obstante quod consueuerat vnum tantum eligere in tota Baronia?

Reg. de Ponte in dec. 6. negatiuè respondit, decisumq;refert per S.C.in causa Casalis Fluminis Frigidi.

Contrarium autem asseuerat *Reg. de Marin. in obseru. ad decis.163. Reg. Reuer. num.* 3. vbi optimas rationes glomerat, quibus addũtur dicta per *authorem damnatæ memoriæ in sua gl. Parisiensi* §.35 *n.1.*
126 quod scilicet triplex est dismembratio feudi, quædam à capite, veluti quando Castrum recognoscitur ab vno Rege, & feudatarius attentat velle illud ab alio Domino recognoscere, quædam à corpore, veluti quando de vno feudo fiunt duo, vel plura,ab eodem tamen antiquo Domino semper recognoscendo; tertia à capite, & corpore simul, veluti quando pars feudi, tanquam feudum separatum ab alio recognoscitur, vel recognosci attentatur. Hinc infert, quod in casu, de quo agimus, nil horum trium interuenit; ideò deputare in Casale nouum Ca-
127 pitaneum,nõ est dismembratio,quemadmodùm non prohibetur Boroni,vnum deputare Capitaneum in causis ciuilibus, & alterum in criminalibus, *Capyc. decis. 27. nu.22. & 39. Reg. de Marin. in cit. obseru. ad decis.163. Reg. Reuert.* idemque tuetur *in alleg.33.*ex recollectis per *eund.*
128 *Reg. de Marin. nu.7. to.3.* Potest enim exercitium, & emolumenta iurisdictionis diuidi,licèt ipsa iurisdictio diuidi nequeat, *Capyc. in inuest. verb. feudorum diuisio cart.161. Couarr. cap. vlt. practicar. Boer. decis.15. Peguera decis.10. Reg. Galeot. lib.2. contr.20. nu.65. vers. ex quibus.*
129 Prætereà inæqualiter diuidi non possunt inter filios feuda, in quibus viuitur iure longobardorum, *Horat. Montan. in repet. feudalib. §. præterea ducatus nu.94.*

Octauus casus est, vbi qui feudũ possidet ad beneplacitũ nostrum, id ad alium, seù al os transferre vult, vt mutata persona, beneplacitum sublatum esse videatur.

§. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Feuda concessa ad beneplacitum durant, donec concedens vixerit.*
2 *Voluntas morte finitur.*
3 *Clausula (ad beneplacitum sedis Apostolicæ) operatur, vt concessio non expiret morte.*
4 *Sedes Apostolica nunquam moritur.*
5 *Beneplacitum Papæ, seù* Regis *cessat morte Pontificis, seù* Regis; *contrarium, num.6.*
7 *Concessio ad beneplacitum transit in successorem.*
8 *Concesso officio cum clausula (vsq; ad beneplacitum* Regis*) non censetur reuocatum per mortem ipsius.*
9 *Feuda prius concedi cęperunt ad libitum, postea*

Digitized by Google

poſteà vſus incepit per annum, eoq; finito, Dominus quandocumque volebat, auferebat; & hoc etiam in feudis, vbi certa officia erant annexa, nu. 10. *& in ÿs, quæ ſinè pretio concedebantur, nu.* 11. *ac in feudis, quæ pro mercede conceſſa erāt, num.* 12.

13 *Feuda conceſſa gratuito facilius reuocantur, quam acquiſita ex cauſa oneroſa.*

14 *Succeſſioni antiquitur, an locus erat in feudis, quid in feudis certa officia annexa habentibus, quando reuocari poterant, nu.* 15.

16 *Feuda temporalia, quæ ſint.*

17 *Feuda temporalia, quæ anno finiuntur, ſi in conceſſione eorum ſit appoſita clauſula* ad beneplacitum, *tunc morte Domini finiuntur, contrarium tenent alÿ, num.* 18.

19 *Priuilegia conceſſa ad beneplacitum per Cameram Apoſtolicam, ſeù* Regiam, *morte concedentis non reuocantur, maximè quando exemptio eſt ſolemnis, & expedita à Camera Apoſtolica, nu.* 20.

21 *Priuilegia perpetua, quæ non expirant morte concedentis, locum habent, ſi habuerint effectum.*

22 *Locatio ad beneplacitum dicitur perpetua, & in dubio magis iudicanda eſt perpetua, quam temporalis, nu.* 23.

24 *Officialis creatus ad beneplacitum, an morte conſtituentis expiret, ſed in iuriſdictione ordinaria non expirat, num.* 25.

26 *Officiales ad iuſtitiam miniſtrandam ad beneplacitum creati, hodiè de conſuetudine ſunt perpetui.*

27 *Officiales à Barone creati, non ſunt perpetui, ſed morte Baronis expirant.*

28 *Nuntÿ creati à Sede Apoſtolica morte Pontificis non expirant.*

29 *Confeſſor ſi habuit licentiam ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones ad beneplacitum, mortuo Epiſcopo expirat eius licentia.*

30 *Rex poteſt conceſſiones ad beneplacitum reuocare, & alteri conferre.*

31 *Beneplacitum nulli legi ſubiacet, & tantùm durat, donec reuocatur, & ſufficit etiam reuocatio tacita, nu.* 32. *contrarium quod requiratur ſpecialis reuocatio, nu.* 33.

34 *Dictio, ad beneplacitum, importat arbitrium, & donec concedenti placuerit.*

35 *Conceſſiones facta ad beneplacitum* Regis, *ſunt reuocabiles etiam ex pragmaticis Regni.*

36 *Officium conceſſum ad beneplacitum poteſt per* Regem *auferri, & alteri concedi.*

37 *Officialis electus ad beneplacitum; an poſſit per* Regem *ad nutum reuocari, vel requiratur cauſa, nu.* 39.

38 *Beneplaciti ethymologia explicatur.*

40 *Beneplaciti reuocatio per* Regem *fit cum diſcuſſione cauſæ.*

41 *Officialis electus ad beneplacitum, non poteſt conquari de reuocatione beneplaciti.*

Octauus caſus eſt, vbi qui feudū poſſidet ad beneplacitū noſtrum, id ad alium, ſeù alios transferre vult, vt mutata perſona, beneplacitum ſublatum eſſe videatur.

§. VIII.

1 AD ornatum huius octaui caſus notandum eſt priùs, quod conceſſio feudi facta ad beneplacitum, ſecundum aliquos durat, donec concedens vixerit, & ſequuto obitu extinguitur,

2 quia voluntas morte ſoluitur, *tex. cap. ſi gratioſè de reſcriptis,* vbi *Franc. & DD. Gozadin. conſ.* 22. *nu.* 4. *l. mandatum, C. mandat. l. vxorem,* §. *pen. ff. de leg.* 3. *Molin. de iuſtit. & iur. tom.* 2. *diſp.* 298. *Nau. conſ.* 2. *in antiq. alias* 3. *in nouo priuileg. Caroc. de locato par.* 2. *tit. de beneplacit. Io: Baptiſta Coſta de clauſ. conuent. clauſ.* 26. *Sayr. in florib. deciſ. ſub eod. tit. deciſ.* 2. *Cened. poſt lib. canon. qq. ſing.* 49. *num.* 14. *Eraſmus à Cochier de iuriſd. ordin. in exemptos p.* 3. *q.* 5. *nu.* 4. *Sanchez de matrim. lib.* 8. *diſp.* 28. *nu.* 50.

Alij

Digitized by Google

49 Feudi pars si concedatur cum Regis assensu, non facta mentione, velle constituere feudum planum, remanet illa pars sub pristina natura feudi quaternati, & sine Regis assensu iterum concedi nequit, nu. 50.

51 Assensus est subreptitius, non facta expressione Regi de diuisione feudi.

52 Assensus super venditione feudi non facta mentione de separatione, est nullus, nec extenditur ad actum, feudi naturam immutantem; etiam si fuerit expressum, feudum esse in Territorio alterius Terræ, nu. 53.

54 Assensus Regis facta mentione de separatione feudi non operat existente clausula, feudi natura non mutata; & dummodò non fiat diuisio, etiam si in narratiua fieret mentio diuisionis feudi, n. 55.

56 Expressum facit cessare tacitum, sed non è contra.

57 Feudum planum, & de tabula non dicitur ex subinfeudatione facta à Barone cum Regis assensu stante clausula, fidelitate tamen nostra semper salua, & clausula prædicta tantùm importat, quàtùm illa immediatè, & in capite à Regia Curia.

58 Fidelitatis verbum continet adoham, & releuium.

59 Feudum planum, & de tabula soluit seruitium Baroni.

60 Concessio ex indiuiduo volũtatis redditur nulla.

61 Feudi plani, & de tabula alienatio requirit assensum Baronis, & Regis.

62 Feuda vilia consistentia in redditibus victualium, alienata per Principem Salerni, deuoluta fuerunt ad Regiam Curiam, ob defectum assensus Regij.

63 Feudum cum vassallis semper quaternatum diudicatur.

64 Vassalli possideri non possunt absque Regis assensu.

65 Feuda habitata à Sclauonibus, semper sunt feuda quaternata, etiam si recesserint vassalli.

66 Iurisdictionis alienatio semper requirit Regis assensum, etiam si fuisset concessa in allodium.

67 Alienatio excadẽtiali feudi, quæ sũt solita cõcedi requirit tantũ Baronis assensum.

68 Feudum excadentiale, & solitum concedi non præsumitur; & quæ requirantur, vt reputetur solitum concedi, nu. 69.

70 Præscriptio contrà Regem non datur, nisi sit centenaria.

71 Feudum demaniale non potest per Baronem fieri excadentiale, nec priuatur Rex facultate assentiendi.

72 Præscriptio feudi erecti, aut formati datur per spatiũ 30. annorum, fallit tamen in separatione feudi, aut Baroniæ, n. 73.

74 Præscriptio 30. annorum cum præstatione seruitij non habet locum in alienatione, vel separatione partis feudi, super qua requiritur assensus specificus, & expressus, nu. 75. sed solùm admittitur centenariam, nu. 76.

77 Assensus, qui necessariò interuenire debet, non præsumitur, nisi lapsu 100. annorũ, & refertur decisio S.C. nu. 78.

79 Præscriptio centenaria non opitulatur, quãdo fuit exhibitus titulus inualidus.

80 Præscriptio centenaria non exigit bonam fidem, sed illa præsumitur.

81 Casalia non possunt separari à Terra absque Regis assensu; & de ratione, n. 82.

83 Subfeudum est pars corporis feudi principalis.

84 Feudum non potest multiplicari in plura feuda.

85 Assensus, qui transit in dispensationem, & priuilegium soli Regi competit.

86 Casalium vnio non præsumitur, sed probari debet; & quæ sint necessaria ad fundandam vnionem plurium feudorum, nu. 87.

88 Casalium vnio cum Terra ex quibus probetur.

89 Casalia quomodò nascantur.

90 Ciues Casalium fruuntur priuilegijs Ciuitatis.

91 Adohæ vnica exactio vnionem probat, & requiritur tempus 30. vel 40. annorum, num. 92.

93 Iurisdictio vnita Ciuitatis, & Casalium probat vnionem.

94 Feudum datur gratia vtriusque, & transit in contractum vltro, citroque obligatorium.

95 Numeratio focularium Ciuitatis, & Casalium demonstrat vnionem eiusdem Ciuitatis, & Casalium.

96 Numerationes fiunt tum causæ cognitione, & certa scientia.

97 Fiscales functiones non possunt separatim exigi à Ciuitate, & Casalibus per Perceptores.

98 *Feudorum pluralitas non inducitur ex diſtinctione nominis.*
99 *Feudum eſt vniuerſitas facti, nu.116. & 121.*
100 *Caſale dicitur membrum Ciuitatis, & ſeparari non poteſt abſq; Regis aſſenſu.*
101 *Alienatio Caſalis, vel alterius partis feudi non conualidatur ex actibus ſubſequentibus, inducentibus ſeparationem feudi.*
102 *Emptor feudi diſmembrati conuentus à ſucceſſore in Baronia, an poſſit petere reſtitutionem pretij cum intereſſe, & reſtituere feudum cum fructibus.*
103 *Separatione Caſalium facta à Ciuitate, an priuilegia conceſſa Ciuitati, remaneant etiam Caſalibus.*
104 *Caſale idem corpus cum Ciuitate reputatur quòad fruitionem priuilegiorum.*
105 *Vniuerſitate diuiſa per quarterios, quodlibet quarterium dicitur eadem Ciuitas.*
106 *Priuilegium mediante pecunia elargitum tranſit in contractum, & reuocari non poteſt, nu.107.*
108 *Priuilegium impartitum per pecuniam, vel per aliquod æquipollens, reuocari non poteſt.*
109 *Baro habens cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum; ſi Caſale ſit diuiſum à Baronia, vtrum cognoſcat de cauſis appellationum.*
110 *Corpora feudi adiacentia non poſſunt à Barone alienari ſine Regis aſſenſu, etiã ſi ſint reddititia feudo.*
111 *Feudum tanquam homo mutus petit reintegrationem corporum alienatorum ab ipſo feudo.*
112 *Bona, & corpora feudo annexa præſumũtur feudalia, ac eiuſdem qualitatis.*
113 *Succeſſio feudorum habet locum etiam in membris eiuſdem feudi alienatis.*
114 *Feudi corpora ſunt hæreditaria in Regno, proùt ipſum feudum.*
115 *Caſtro conceſſo intelliguntur etiam corpora conceſſa, & ſunt quaternata, proùt ipſum feudum.*
116 *Feudum nõ poteſt hebere membra etiam in alieno Territorio.*
117 *Feudi res conſideratur, & iudicatur, proùt de ipſo feudo.*
118 *Feudi corpora etiam non deſcripta in quinternionibus, iudicantur quaternata, & non poſſunt alienari abſque Regis aſſenſu; ſic etiã in demanialibus, n.119.*
120 *Aduocati fiſcales reprehenduntur, qui nõ omnia corpora feudi deſcribi faciunt in quinternionibus.*
121 *Demanialia feudi non producto alio titulo præſumuntur feudalia.*
122 *Cenſus debitus Baroniæ non poteſt vendi, nec diſmembrari abſq; Regis aſſenſu.*
123 *Redditus Gallinarum, & ſimilium Baroni debitus, non poteſt alienari abſque aſſenſu.*
124 *Redditus feudo debitus etiam ſi dicatur cenſualis, aut allodialis non poteſt alienari abſq; Regis beneplacito, quia reputatur corpus feudi.*
125 *Baro an poſſit deputare Capitaneum in Caſali, & alium ſeparatum in Baronia.*
126 *Diſmembratio feudi tripliciter conſideratur.*
127 *Baro poteſt deputare vnum Capitaneum in Ciuilibus, & alium in Criminalibus.*
128 *Iuriſdictio diuidi non poteſt, ſed eius emolumenta ſic.*
129 *Feuda, vbi viuitur iure longobardorum inæqualiter diuidi non poſſunt.*

Septimus caſus eſt, vbi maxima pars feudi, vt puta medietas, aut tertia, vel quarta pars alienatur.

§. VII.

1 QVod ius commune præſcripſit; nimirũ vt omnia feuda ſint diuidua, *cap. omnes filij, & cap. 1. §. præterea ducatus de prohib. feud. alienat. per Federic.*
2 niſi feuda eſſent titulata, quæ eodem iure communi attento indiuidua ſunt, vt recitat *Comer. in d. §. præterea ducatus col. 5. lit. D. fol. 99.* & annuit *Reg. Galeot. lib. 2. contr. 2. nu. 44.* Idemq; ius, quoq; lon-
3 gobardorũ ſectatur, quo iure attento hoc exploratum eſt, vt notant *Andr. in c. 1. de Capitan. qui Cur. vendidit poſt n. 22. verb. ſed Baronia non prohibetur diuidi*, vbi *Liparul. lit. D. Frecc. de ſubfeud. tit. de orig. Baron. nu. 15. 17. & 18.*

Sed

Digitized by Google

4 Sed ius francorum prædicta abo-
leuit, cautum namq; est iure constitutio-
num Regni; vt omnia feuda indiuidua
sint, & dismembrari non possint, sic ha-
betur *in constit. constitutionem Diuæ me-*
5 *moriæ*; quæ dispositi, vt in feudis succe-
dat primogenitus tantùm, & non alij, se-
quitur constitutio *in aliquibus*, & const.
vt de successionib. idemque patet ex capi-
tulis Papæ Honorij, & Caroli II. cuius
initium est, *considerantis sub tit. de prorogand. successione duratura.*

Et hoc ius, commune est vtriq; Regno
Siciliæ, *Bernard. de Medico in compend. su-
per cap. volentes, Guglielm. de Perna in
cons. 4. col. 3. vers. verum tamen in* Regno
*ista, & cons. 6. col. 15. vers. vbi autem te-
statarius, Cannet. in extrauagant. si aliquē
in §. sed iuxta prædicta quæro fol.* 215. *&
in §. & incipiendo nu.* 15. *Cumia in repet.
cap. si aliquem* Regni *Siciliæ, vers. maior
natu num.* 205. & ex nostris satis lepidè
probat *Reg. Galeot. lib. 2. contr.* 1.

6 Imò hoc pariter peculiari lege in Re-
gno prædicto Siciliæ sancitum fuit, vt *in
cap. volentes, & cap. si aliquem.*

Et adeò hoc verum est; quia dùm sa-
tis iniquum erat, vt fratres minores natu
priuarentur per primogenitum iure sibi
competenti ex dispositione iuris cōmu-
7 munis feudorum; idcircò ius constitutio-
nis inuenit, & introduxit, vt loco portio-
nis feudi, à qua cæteri excluduntur à suc-
cessione in toto feudo indiuiduo, habe-
rent secundogeniti vitam militiam; ità
constitutio Regni *Comitibus*, & obseruat
Reg. Galeot. lib. 2. contr. 1. nu. 48. *&* 49.

Quinimò satis meritò huiusmodi diui-
8 sio vetita fuit, etenim ex diuisione fami-
liæ dignitas, memoriaq; eiusdem, ac vni-
uersa patrimonia destruūtur, & corrum-
puntur, & omnis dualitas ad destructio-
9 nem subiecti, vnitas autem ad conseruā-
tionem ordinatur; vt ex Philosopho la-
tissimè, & ingeniosè prosequitur *Tira-
quell. de iure primogenitur. quæst. 4. nu.* 21.
23. *&* 27. *Ludou. Molin. de primogenit.
lib. 1. cap.* 11. *nu.* 3. *Intrigliol. de feud. q.* 39.
nu. 2. *Kircouius de feud. concl.* 9. *centur.* 2.
Becc. cons. 56. *nu.* 28. *Surd. cons.* 375. *nu.* 13.
lib. 3. *Reg. Galeot. lib.* 2. *contr.* 4. *n.* 16.

Amplius huiusmodi indiuiduitas Do-
10 mino expediens videtur; siquidem ex
vnitate feudi, seruitij nedùm præstatio,
gratior, & vtilior redditur, sed ipsum ser-
uitium per feudi indiuiduitatem conser-
uatur, *Oltrad. cons.* 237. *nu.* 2. *Cannet. in
extrauag. si aliquem,* §. *sed præstat quærere
nu.* 5. *fol.* 271. *Reg. de Pont. cons.* 79. *nu.* 7.
Afflict. in constit. Comitibus nu. 3. *Minad.
cons.* 7. *num.* 14. *ad* 21. *Reg. Galeot. lib.* 2.
contro. 4. *nu.* 17. *ex Molin. de hispaniar.
primogenit. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 10. *&* 25.

11 Vndè si diuisio feudi sortiret, Domino
detrimentum eueniret, proùt considerat
Andr. Gail. lib. 2. *pract. obseru. cap.* 152. *post
nu.* 2. *vers. sed ex re,* inquiens, ex re Im-
perij, eiusq; dignitatis magis fore, vt feu-
da indiuidua cōseruentur, diuisio namq;
non tam familijs, sed Imperio, quoque
damno est, variatur enim Imperij matri-
12 cula, aut saltim pensitationes, & exactio-
nes collectarum incertè redduntur, toties
mutatis rerum possessoribus; itaùt præter
nudum dignitatis titulum, & nomen vix
aliquid reliquum sit; adeò vt quis se nihil
habere, qui non totum habeat, arbitre-
tur, & deniq; suam quoq; partem cor-
rumpi patiatur, dùm inuidet alienæ, *l.* 2.
§. *naturale, C. quando, & quib. quart. pars
lib.* 10. *& c. ex literis* 5. *extra. de pignor.*

Satis ergò meritò inhibitum est Do-
12 minis Proregibus assensum concedere,
vbi feudorum diuisio sequitur, & in no-
stra sanctione expresè fuit cautum, &
firmat de iure *Andr. in c. Imperial. nu.* 13.
vbi docet, quod licèt Vicarius in Regno
valeat assentire quibuscumq; feudorum
alienationibus, quæ solet ipse Rex con-
cedere; tamen assensum cōcedere nequit,
vbi dicta feudorum diuisio sequitur, quo-
14 niam diuisio non est simplex alienatio,
sed destructio, idemq; ex nostris omissis
alijs *Reg. Galeot. lib.* 2. *contro.* 4. *num.* 39.
Cons. Marcian. cons. 15.

15 Hinc etiam est, quod si feudum, siuè
Castrum vnitum sit Baroniæ, non potest
alienari, siuè dismembrari absq; Regis
nostri assensu, vt perbellè tradiderunt
Cons. Staiban. cons. 34. *Reg. Galeot. contr.* 4.
nu. 19. *tom.* 2. *ex Oltrad. cons.* 237. *n.* 2. *Reg.
de Marin. lib.* 1. *cap.* 129. *nu.* 2. Etenim feu-
dum prædictum censetur membrum Ba-
16 roniæ, cum istud nomen Baroniæ est
vniuersale facti, sub se continens plura
feuda, sicùt Territorium, *Frecc. lib.* 2. *sub-
feud. in cap. quis dicatur Comes. num.* 25.
quod probat quinq; *Andreæ* authorita-

Digitized by Google

17 tibus; imò aliqui tradidere, Baroniam cognominari quandam Prouinciam, *Hoſtienſ. in cap. nimis de iure iurand. Petr. Bellug. in ſpecul. Princip. in §. ſed pone rub. 23. nu. 16. fol. 130.* quod ſectatur *Frecc. loc. cit.* & prædicta Baronia conſtituitur Regis Domini deſtinatione, vt contineat in ſe plura feuda, ac Caſtra; ſicùt vult, etiã in diuerſis locis; proùt ſcripſit *Andr. in cap. 1. n. 2. verſ. poteſt* Rex *qualiter vaſſal. iurare debent fidelitatem*, argum. *tex. in l. quid in rem, §. fin. ff. de legat. 1. & in l. ſi quis duas, §. 1. ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. gl. Pariſienſis in §. 2. gl. 4 nu. 30. fol. 110. à ter. Paris de reintegrat. feud. in cap. incipient. aliqua verò ſunt bona, tit. demanial. feudi nu. 3. fol. 3.*

18 Quamobrem feudum Baroniæ coniunctum alienari vetitur procul Regis noſtri aſſenſu; proùt de iure quoque reſpondit *Andr. in cap. 1. §. præterea nu. 36. verſ. vtrum feudũ poſſit diuidi de proihib. feud. alienat. per Federic. Camer. in c. Imperialem fol. 24. col. 4. in fin. verſ. nec obſtat tertium argumentum, & fol. 75. in princ.*

Idemq; ãmplectitur *Reg. Galeot. lib. 1.*
19 *contr. 7. nu. 47. &* 48. dicens, quod licèt Baronia contineret plura feuda, & diuerſas res, dicitur tamen effecta vnica Baronia, & vnicum feudum, iuxtà terminos *cap. 1. de Capitan. qui Curiam vendidit, Iſern. in princ. Bald. & Præpoſit. in cap. 1. in §. item ſi quis quibus modis feudum amittatur, Aret. conſ. 15. col. 1.* vndè de ea, ſicuti de vnico feudo eſt iudicandum,
20 feuda enim efficiũtur de pluribus vnum, aut plura de vno deſtinatione Regis, ſicùt fundi deſtinatione patris familias, vt ſupra diximus, & confert *tex. in l. quod in rerum natura, §. fin. ff. de legat. 1.* & tradit *Andr. in c. 1. nu. 4. in fin.* vbi *Liparul. litter. C. verbo natura tit. quid ſit inueſti-*
21 *tura*; cùm vnica ſit natura, proindè vendita Baronia, omnia, quæ ſunt intrà fines, cenſentur vendita, nec vnum, & idem feudum poteſt diuerſo iure cenſeri, *Affl. in cap. 1. nu. 14. 19. & 21. de Capitan. qui Curiam vendidit*. Rex autem ſolùm feuda diuidit, imò coniungit, & ſeparat Prouincias, & Regna ipſa, & naturam feudorum alterat, & immutat ad libitum, vt latiùs loquitur *Frecc. lib. 1. de orig. Baron. nu. 27. &* 30. & ſequitur *Reg. Galeot. dicta controu. 7. nu.* 48. *verſus medium.*

Quinimò conceſſo Comitatu cum Ca-
22 ſtro, Caſtrũ diuidi non poteſt, proùt cõtrà *Decij* placitum *in conſ. 389. & Loffred.* ſententiam *in conſ. 39. nu. 33. & Afflict. dictum in deciſ. 282.* inſurgunt *Andr. Guglielm. de Perno, Petr. de Gregor. cæteriq; Feudiſtæ*, quos refert *Cumia in repetit. c. ſi aliquem Regni Siciliæ verb. in capite nu. 17. 22. &* 23. *Reg. Galeot. d. contr. 7. n. 66.* Et ratio eſt, quia in conceſſione Comi-
23 tatus cum Caſtro, Caſtrum non poteſt diuerſo iure cenſeri, quàm Comitatus, cum illud feudale videatur, & quaternatum cenſeatur, ſicùt Comitatus, dùm eodem modo à Rege conceditur, & pro eo immediatè Rex recognoſcitur, idcircò diuidi non poteſt.

24 Verùm quãdo Caſtrum adijcitur Comitatui iàm erecto; tùnc exprimi debet à concedente vnio Caſtri ſub Comitatu, aliàs non erit Caſtrum de Comitatu, vt inquit *Bald. in cap. 1. §. præterea ducatus, verſ. quid ſi Marchionibus de prohib. feud. alienat. per Federic.* Etenim eatenus dicitur Caſtrum vnitum cum Comitatu, quãdo Rex erigit, & conſtituit Comitatum denominando plura Caſtra, & ſub vno vocabulo Comitatus, illa exprimit, vt partes ſubiectiuas, & integrales illius, totius, & vniuerſalis nominis Comitatus,
25 ſed quando erecto Comitatu adijcitur aliud Caſtrum, videtur tùnc dubia voluntas concedentis; an velit ſub Comitatu illud incorporare, idcircò eſt exprimenda vnio, & incorporatio, alioquin non ſubſiſtit, *Montan. in d. §. præterea ducatus nu. 16. cum ſeqq.* ex doctrina *Bald. in l. ſi plures nu. 7. C. de condict. inſert.*

Nunquid autem valeat Baro aliquam
26 partem Baroniæ ſubinfeudare ſine Regij aſſenſu?

Et videtur hoc non eſſe ambigendum, quoniam ſubinfeudatio non eſt totalis
27 diuiſio feudi, nec totalis alienatio, ſed aliqualis, à iure permiſſa, dummodò ſincerè, & bona fide fiat, *c. 1. §. ſimiliter de lege Corradi*, aliaq; iura concordantia glomerat *Capyc. in inueſtit. fol. mihi* 153. *in prima limitatione*, etenim ſubinfeudãs
28 plurima retinet, nempè dominium vtile, ſubalternum ſeruitium, honorem, & iuriſdictionem in controuerſijs ſubfeudi, cum ſubfeudum in his, capiti ſuo ſeruire de-

debeat, & subfeudatarius Domino, *c. Imperialem*, vbi *Andr. & DD. de prohib. feud. alienat. per Feric.* ibiq; *Beluisius*, & idem *Andr. in c. 1. de his qui feud. dar. poss.* imò
29 exercitium vtilis dominij tantùm in subfeudatarium transfertur, *Andr. in cap. 1. nu. 12. in vlt. addit. de lege Corradi, Frecc. de subfeud. lib. 1. c. fuit dubitatum, & in c. 17. & 29. nu. 31.* inquiens, subfeudum
30 non ex toto separari à feudo, sed remanere partem feudi nominantis, retinet
31 etiam ius deuolutionis ob lineam finitam, vel felloniam, *Andr. in c. 1. nu. 10. de controu. apud Pares. terminanda*, idem *Frecc. d. tract. de subfeud. lib. 2. author. 29. nu. 10. Afflict. in constit. Regn. const. Diuæ memoriæ*, vbi *Andr.* quamobrem totalis alienatio, & separatio non est huiusmodi
32 subinfeudatio, cùm ex separatione, quæ fit per venditionem, nullũ ius penès feudi venditorem remaneat, *Bald. in c. cæterum de iudic. Frecc. de subfeud. lib. 2. q. 7.*
33 Prætereà subinfeudans retinet possessionem ciuilem, & transfert tantumnodò naturalem in subfeudatarium, qui eius nomine possidet, & est procurator Domini in rem suam, *gl. in l. 3. §. contrario de acquirend. possess. Bald. in l. 1. in fin. C. de hæredit. & act. vendit. Affl. decis. 2. n. 1.*

Tamen speciali lege in Regno nostro
34 cauetur, vt Barones subinfeudare non possint partem feudi, & Baroniæ absq; Regis specifico assensu, ità in constit. Regni *constitutionem Diuæ memoriæ*, & docet *Andr. in d. constit. Capyc. in inuestit. fol. 153. in prima limitatione, & in fol. 155. in 6. limit. Reg. Galeot. lib. 1. controu. 7. nu. 29.* præcipuè quando pars illa
35 sit cum vassallis, & iurisdictione, quæ necessariò expoſcit assensum, cùm iurisdictio resideat penès Principem, & ab eo tanquàm à fonte fluat, & refluat, *Iacobin. de feud. in verb. de Castro Rubei num. 16. Bald. in c. 1. quis dicatur Dux, Camill. de la Ratta in theatro feudal. tom. 2. par. 11. di-Jucid. 38.* Iurisdictio enim ad aliquem pertinere nequit, nisi Principis concessione mediatè, vel immediatè *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de elect. Official. §. 4. nu. 10. & in decis. 2. nu. 3. 6. & 10. & in cons. 30. nu. 11. vol. 1. Camill. de la Ratta loc. cit. nu. 4.*
36 Vndè aliqui asseuerant, quod in concessione feudi quaternati, vel partis Baroniæ, quæ fit à Barone ab ipso recognoscendi, dato Regio beneplacito, in quo Rex expressè non iusserit, vt feudum sit, vel remaneat quaternatum, vel aliud æquipollens, quo constituat sibi aliquod ius in subfeudum, & subfeudatarium; tùnc assensus non quaternat feudum, sed censetur tantum concessus ad remouendum obstaculum iuris Regni pro-
37 hibentis subinfeudationem, & vt feudũ sit tenendum immediatè à Barone, cui subfeudatarius seruire debet, non à Rege immediatè, *Andr. in c. 1. de controu. apud Pares terminanda*, vbi *Affl. nu. 53. & in constit. si aliquis Baro num. 1 & 2. & in constit. constitut. Diuæ memoriæ nu. 60. & in decis. 282. nu. 4.* tradens, sic iudicasse S.C. *Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de orig. Baron. nu. 41. & 44. Lanar. cons. 60. nu. 14. Reg. Rouit. in rub. de feud. nu. 66. 70. 71. & 75.* idemq; luculentius declarant *Cons. Georg. in repet. feudali lib. c. 8. nu. 6. Montan. in c. Imperialem nu. 81. 82. & 83. Reg. Galeot. in addit. ad consilium Camill. de Medices 152. ad fin.*

Imò aliqui subiungere, vt posita huius.
38 modi cõcessione, vel in subinfeudatione per Baronem, interstitio 30. annorũ cum præstatione seruitij confirmata, potest ab eodem Barone fieri noua concessio, aut nouiter subinfeudari, vti solitum cõcedi, cùm videatur legitimam concedendi potestatem fuisse adeptam, *c. 1. qui successores teneantur, c. 1. de his qui feud. dar. poss.* & absq; Regio assensu secunda
39 concessio, & inuestitura valida est, etiam si non constet in prima concessione interueniſse assensum Regium, *Andr. in cit. Regn. constit. constitutionem Diuæ memoriæ, Aluarot. in d. c. 1. de his qui feud. dar. poss. nu. 12. Præpos. nu. 26. & 27. Afflict. nu. 28. Iacobutius de Franch. nu. 65. Balzaran. num. 16. & 17. Reg. de Ponte lectur. feud. 3. & 5. nu. 5. Capyc. in inuest. in cap. feudum dant fol. 142. in 2. concluſ.* & ità pronunciasse S.C. refert *Affl. in decis. 305. nu. 18. & 19.* atque sufficere vnam concessionem subdit, & etiam si concedens
40 fateretur in prima concessione non interueniſse assensum, quia illa concessio non valet in præiudicium eius, cui medio tempore est ius quæsitum, quod pariter tradit idem *Affl. in const. Regni constitut. Diuæ memorie à nu. 60. vsque ad 63.* sequitur

Digitized by Google

quitur *Reg. de Ponte de poteſt. Prореg. tit. de aſſenſib. Reg.* §.2. *nu.*2. *&* 3.

Præſcriptio nàmq; longiſſimi tempo-
41 ris titulum,& inueſtituram non expoſcit, titulumq; conceſſionis, & ſubinfeudationis probat, ac bonam fidem,& iuſtam cauſam præſcribendi præbet; præſertim ſi de re ſolita concedi tractaretur, imò
42 lapſus 40. annorum poſſeſſorem ſecurum reddit, defectum tollit, & titulum non omninò validum prorſum validum reddit; quia ſi eſſet validus, non eſſet neceſſaria præſcriptio, nàm ex eo conceſſionarius fieret Dominus ab initio, ità probat *tex. inſign. & ibi gl.& Bart. in l. fin. C. de fund. patrim. lib.*12. *verſ. ex quocumque tit. vel etiam ſine tit.* qui etiam inferiùs repetit *gl.*1. *in l. in fraudem, C. de annon. & tribut. & in l. fin. C. de fund. & ſaltib. rei dominicæ, tex. notab. in c.*1. §. *qui ſi tales de priuileg. in* 6. *tex. cum gl. verb. iuſtus in c. diligenti de præſcript. in c.*1. *& ibi gl. in verb. cauſam eod. cit. tit. de præſcript. eod. lib.* 6. cuius *gl.* & verba ſunt hæc: *Non enim requiritur, quod ſit iuſtus titulus, vel talis qui dominium tribuat; quia quod meũ eſt ex vna cauſa, &c. de fide inſtr. cap. tut. dilectos,* §. *cæterum in fine*, ſed aliqualis titulus dat cauſam præſcribendi, *ex gl.* recepta *in conſtitut. Regn. conſuetudinem prauam in verb. alij*; vbi
43 expreſsè docet id procedere, etiam ſi tituli defectus eſſet, quia non eſt impetratus Regis aſſenſus, nàm ſi adeſſet Regis aſſenſus, fieret ſecurus ab initio, *Affl. in deciſ.*13. *nu.*23. *&* 45. *& in deciſ.*139. *nu.* 40. *Lanar. in conſ.*34. *nu.*18. *Georg. in al. legat.*3. *nu.*13. & alij, quos glomerat, & ſequuntur *Molin. de hiſpan. primogenit. lib.*2. *c.*6. *nu.*52. *& Petr. Barb. in l. competit nu.*62. *C. de præſcript.*30. *vel* 40. *annorum.*

44 Et adeò verum eſt perquadraginalem poſſeſſionẽ omnem tituli defectum purgari; vt etiam ſi agatur de re, quæ ſinè titulo non præſcribitur, niſi per tempus
45 immemorabile. Tamen cum titulo licèt inualido præſcribitur ſpatio 40. annorũ, probat *tex. in d. l. fin. C. de fund. patrim. verſ. ex quocumque tit. c.*1. §. *quod ſi tales de priuileg. in* 6. *& d. gl. verb. cauſam, & DD. in cap.* 1. *per illum tex. de præſcript. in eodem lib.* 6. & eſt receptiſſima ſententia, de qua relatis alijs DD. teſtantur *Molin. de Hyſpan. primogen. lib.*2. *in d. c.*6. *nu.*52. *& Petr. Barb. in d. l. competit nu.*61. *&* 72. *C. de præſcript.*30. *vel* 40. *annorum.*

Hoc idem procedit etiam ſi verba
46 conceſſionis ſui tituli fuiſſent ambigua; quia tùnc poſſeſſio, & obſeruantia 40. annorum ſufficiunt ad illa interpretanda fauore præſcribentis, nec poteſt amplius
47 ſuper eorundem verborum interpretatione admitti controuerſia, quia vſus, eſt
48 optimus legum, Priuilegiorum,& omniũ diſpoſitionum interpres, *d. l. fin. C. de fund. patrim. & d. c.* 1. *de præſcript. in* 6. *c. cum dilectus de conſuetud.* vbi *Butreus in* 1. *loct. nu.*18. *& in* 2. *nu.*17. 21. *&* 52. *& Abb. num.* 7. notant *Bart. in conſ.* 59. *Caſtrenſ. Curt. iun.* relati, & probati *à Petro Barboſ. in loc. cit. num.* 63. effusè *Molin.* alijs DD. relatis *in d. c.* 6. *nu.* 57. *&* 58. *Præſ. de Franch. in deciſ.* 56 *nu.* 6. *&* 10. *in deciſ.*397. *nu.*12. *Reg. de Ponte in conſ.*30. *nu.*49. *& in conſ.*57. *nu.*46. *&* 47. *& in conſ.*51. *nu.*28. *&* 29. *lib.*1. *de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Regio*, §.20. *nu.*14. *Reg. Lanar. in conſ.*34. *nu.*3. *&* 9. *& Reg. Capyc. Galeot.* qui alios addit *lib.* 2. *controuerſ. forenſ. controu.*19. *num.*28. *& controu.*80. *nu.*21. 42. 44. *&* 47.

49 Verumtamen tuta, & communiter recepta ſententia eſt; vt quando pars feudi vnita cum corpore ipſius concedatur cũ Regis aſſenſu, ſi in eo non fiat ſpecifica mentio, quod per illã ſubinfeudationem volunt partes conſtituere feudum planũ, non efficitur planum, ſed remanet in ſua priſtina natura feudi quaternati; adeòut
50 ſine Regis aſſenſu iterum concedi nequeat, ſic tradit *Reg. Galeot. lib.*1. *contr.*7. vbi diffusè materiam agit, optimas rationes glomerans *Reg. Rouit. deciſ.*42. *n.*19. *Reg. Lanar. in c.*1. *qui feud. dar. poſſ. n.*123. *& ſeq. fol.*55. Oportet enim, vt Regi de
51 diuiſione feudi, vel de huiuſmodi ſubin. feudatione fiat ſpecifica mẽtio, alioquin nullus erit iudicandus aſſenſus, tanquàm ſubreptitius, & obreptitius, ità *Andr. Affl. Capyc. Frecc.* alijq; relati *per Reg. de Ponte conſ.*3. *nu.*31. *& conſ.*57. *nu.*14. *lib.*1. *& conſ.*70. *nu.*10. *lib.*2. quibus in locis aſſerit eſſe nullum aſſenſum ſimpliciter præſtitum ſuper conceſſione feudi abſq; præfata mentione, nimirùm quod illud non
52 erat feudum ſeparatum, & de per ſe, & rationem docet; nàm cum ſit petitus, &

con-

Digitized by Google

concessus principaliter assensus ad remouendum, & tollendum tantùm obstaculum legis prohibentis alienationem feudorum in forma communi, siuè gratiæ, non potest extendi ad separationem, & dismembrationem, vel ad alterum actũ, feudi naturam immutantem, super quo requirebatur dispensatio in forma priuilegij, ità *Andr. in c. Imperialem in princ. col.2. de prohib. feud. alienat. per Federic.* sequitur *Camer. in d.c. Imperialem car.44. lit.L.* quod etiam viget, etiam si fuerit
53 expressum, quod feudum erat situm in Territorio alicuius Terræ, nàm dicere feudum esse in Territorio alicuius Ciuitatis, vel feudi, non arguit, necessariò esse partem illius Ciuitatis, *Affl. dec.267. nu.6. Reg. de Ponte in cons.72. nu.12. & 13. Camill. de Medic. cons.153. nu.1.*

54 Prætereà data huiusmodi mentione, ac assensu interposito per Dominum Regem, nunquam censetur feudi qualitatem innouasse, aut diuisioni consentijsse, si addita fuerit clausula, *dummodò non fiat diuisio feudorum, nec vassallorum*, vel si fuerit expressum, *feudi natura in aliquo non mutata*; etenim clausulæ prædictæ ad impediendam diuisionem præcipuè opponuntur, ità *ex Frecc. & Andr.* firmat *Reg. de Ponte in cons.3 nu.37. & 38. lib.1. & cons.57. nu.22. eod. lib. & cons.72. n.17. lib.2. Cons. de Georg. alleg.3. nu.11. vers.7.*

55 Imò licèt aliquo modo posset ex narratiua assensus colligi aliqua præsumptio diuisionis; tamen interuentu huiusmodi clausulæ, *feudi natura in aliquo non mu-*
56 *tata*, talis præsumptio prorsus elideretur ex reg. quod expressum facit cessare tacitum, *l. cum ex filio impuberi, ff. de vulgar. & pupill.* nec sumitur argumentum à tacito, vel præsumpto ad destructionem expressi, sed benè è contrario *Becc. cons.39. nu.25. in fin. lib.1.*

57 Amplius non diceretur ex subinfeudatione facta à Barone Regis assensu munita, feudum planum, & de tabula, clausula in assensu adiecta, *fidelitate tamen nostra, feudalique seruitio, siuè adoha semper salua, & penitùs reseruata*, quæ quidem verba tantùm referunt, quantùm illa *immediatè, & in capite à Regia Curia*; ità notabiliter inquit *Præs. de Franch. decis.154. nu.5.* sequitur *Reg. de Ponte cons. 72. nu. 19. vol. 2.* quoniam sub nomine
58 fidelitatis, & seruitij comprehenditur adoha, & releuium, & similia, vt dixit *In. trigliol. de feud. cent.2. art.92. n.57. & 76. fol.371.* ideò dùm fuerit sibi à Rege reseruata adoha, idẽ operatur, quod clausula *immediatè, & in capite*, constituendo feudum quaternatum simpliciter, cũ valeat consequentia, soluitur seruitium Regi, ergò feudum est quaternatũ, quod
59 tenetur immediatè, & in capite à Rege, quia in feudo plano, & de tabula seruitium soluitur Baroni, ità *Andr. Camerar.* & alij, quos glomerat *Reg. Galeot. contr. 7. nu.27. & 30. lib.1. & controu.18. nu.1. & seq. lib.2.*

Hinc etiam est, quod in casu quo Rex sibi reseruauit fidelitatem, & seruitium, sicq; constituit feudũ quaternatum, Baro autem in subinfeudatione expressit, dummodò teneat immediatè, & in capite ab ipso Barone, & consequenter constituit
60 feudum planum, & de tabula, nulla, & inualida redditur concessio, & assensus ex indiuiduo voluntatis; ità *Præs. de Franch. d.decis.154.* qui doctissimè discutit, & decidit articulum *Reg. de Ponte cons.72. nu. 19. vol.2. Reg. Rouit. in rub. de feud. nu.85. Lanar. in addit. ad Regẽtem eius patruum in c.1. qui feud. dar. poss. nu.126.*

61 Quinimò in concessione feudi plani, & de tabula, nedùm exposcitur assensus Baronis, sed etiã Regis, sic *Andr. in const. const. Diuæ memoriæ in verb. licentia*, vbi *Petr. de Montefort.* & ante eos dixerat *gl. Marini de Caremanica in verb. iustitia*, & post eos expresè *Camer. fol.73. lit.R. vers. ità quidem, Iacobin. de S. Georg. ibid. in verb. cum pacto num.22.* vbi de comm. testatur *Io: Vincent. de Ann. in repet. const. const. Diuæ memoriæ nu.196. & 198.* vbi
62 nonnullas refert decisiones Regiæ Camaræ tempore felloniæ Principis Salerni, quibus fuerunt nonnulli condemnati ad relaxandũ feuda vilia, & consistentia in redditibus victualium ob defectum assensus Regij.

63 Sed Casale cum vassallis semper quaternatum diudicatur, *Camer. in c. Imperialem fol.69. lit.A. in fin.* inquiens, feudum, quod in se continet vassallos, dici quaternatum, & melius dixit, *idem fol.72. à ter. lit.Q. vers. rursum*, dans rationem,
64 quia vassalli possideri non possunt absq; Regis assensu, vt per *Isern.* & alios feudistas

ſtas *in c.* 1. *in fin. de Capit. qui Cur. vend. & in cap.* 1. *de contr. feud. inter pares term. Luc. de Penna in l. cum neq; C. de incolis lib.* 10. *& in l. mulieres, C. de dignit. lib.* 12. & ſequitur *Intrigliol. quæſt.* 45. *nu.* 14. *& ſeq.* imò idem *Camerar. fol.* 73. *lit. A.* lo-
65 quens in ſpecie de Sclauonibus, & Albanenſibus, aſſerit ſufficere, quod tempore conceſſionis ſit Caſale ab illis habitatum, ad hoc, vt dicatur feudum quaternatum, neq; illis deindè profectis, mutatur natura feudi, qua de re ſemper nominabitur Caſale feudum quaternatum; vbi tàm tempore conceſſionis, quàm anteà, & poſteà fuit habitatum, & ideò vulgare, & commune axioma eſt in Regno, quod omnia Caſtra ſunt feuda quaternata, licèt non è contra, vt dixit idem *Camerar. d. fol.* 72. *lit. M. verſ.* 3. *col. in fin. & Capyc. in inueſt. in verb. quaternatum, verſ. Caſtra omnia fol.* 230. vbi ampliat etiam in Villis, Oppidis, & Burgis, & etiã *Frecc. lib.* 2. *de ſubfeud.* 13. *lim. nu.* 38. *fol.* 159. *& idem lib.* 2. *auth.* 29. *nu.* 3. *&* 4. *& Aſſt. in d. conſt. conſt. Diuæ memoriæ nu.* 69. *& deciſ.* 282. *n.* 4. *&* 5. *& de Ponte deciſ.* 1. *nu.* 64. & optimè *Lanar. in repet. cap.* 1. *qui feud. dare poſſ. nu.* 112. *fol.* 51. *Iacob. de Franch. in prælud. feud. nu.* 179. *Loffred. in c.* 1. *col.* 8. *in princ. verſ. Caſtra de nat. ſucceſſ. feud. D. de Franch. d. deciſ.* 154. *nu.* 1. *Camill. de Medic. in conſ.* 47. *n.* 4. *de Georg. repet. feud. c.* 8. *nu.* 8. *&* 17. *verſ. & ſic indubitanter, Camill. de la Ratt. par.* 7. *lib.* 1. *dilucid.* 60. *nu.* 6. & latiſſimè *Reg. Galeot. controu.* 7. *nu.* 2. *cum ſeq. lib.* 1.

66 Imò in alienatione iuriſdictionis etiã in allodium conceſſe, Regis debet interuenire aſſenſus tanquam de regalibus, *Reg. de Ponte deciſ.* 2. *nu.* 3. 6. *&* 10. *Montan. de regalib. verb. poteſtas nu.* 1. *fol.* 132. *& n.* 24. *col.* 2. *verſ. reſpectu autẽ aſſenſus.*

67 Verumtamen in conceſſione, aut alienatione excadentialium, quæ ſolita ſunt cõcedi, Baronis tantùmodò ſufficit aſſenſus; proùt inquit *Aſſt. dec.* 243. cuius dicta in hunc ſenſũ adaptantur, ne ſibimet cõtrarius exiſtat, dùm *in deciſ.* 282. *num.* 5. dicit, in feudis planis vtriuſq; conſenſum Regis, ſcilicèt & Baronis interuenire debere, idemq; diſtinguit citatus *Aſſt. in c. Imperial. nu.* 46. *& in conſt. conſt. Diuæ memoriæ n.* 86. *&* 95. ſicq; fuiſſe obſeruatum, fatetur, & ità amplectitur, *Liparulus ad Andr. in c. Imperialem nu.* 9. *verſ. refutari fol.* 254. *lit. C. Camer. ibid. fol.* 69. *lit. C.*

68 Feudum autem excadentiale, & ſolitum concedi non præſumitur, *Camer. in d. c. Imperialem cart.* 69. *col.* 3. *verſ. ne tamen, Reg. Galeot. contr.* 7. *nu.* 1. *lib.* 1.

69 De iure cõmuni, vt illud probatũ dicatur diuerſæ ſunt ſententiæ. Alij deſiderant, quod in prima conceſſione interueniat Regis aſſenſus; Alij, quod inducatur per duas conceſſiones cum ſpatio 30. annorum. Alij verò centenariam requiri contendunt, vt omnium latiſſimè, & doctiſſimè declarat videndus *Reg. Lanar. in d. c.* 1. *qui feud. dar. poſſ. à nu.* 82. 100. *&* 108. *vſque ad num.* 131. vbi *num.* 97. *verſ. ideo*, qui concludit, veriorem opinionem eſſe vt ſit neceſſarium tempus immemorabile.

Sed de iure Regni, quamuis etiam variæ ſint ſententiæ, vt per *Aſſt. in dec.* 305. *nu.* 10. *&* 12. *& Vrſill. ibid.* vbi declarat, quod requirantur duæ conceſſiones, & duæ deuolutiones cum præſtatione ſeruitij ſpatio 30. annorum. Nihilominus in Regno firmiter concludit idem *Reg. Lanar. d. c.* 1. *nu.* 91. contrà *Aſſt.* aſſerens dicta per *Aſſt.* nullatenus practicari, ſed omninò requiri tempus immemorabile
70 centum annorum, ea potiſſimum ratione: quoniam præſcriptio in Regno non datur contrà Regem, niſi ſit centenaria, vt res de demanio efficiatur excadentialis, ità per *conſtitutionem quatricenna-*
71 *lem*. Et ideò dùm Baro vult alterare qualitatem feudi, ſeù partis illius, & de demaniali efficere excadentiale, & conſequẽter priuare Regem facultate aſſentiendi, non poteſt vllo modo fieri, niſi ſpatio 100. annorum, & allegat *Andr. in c.* 2. *n.* 21. *de controuerſ. feud. apud par. term.* vbi docet, quod ad hoc vt Baro præſcribat contrà Regem ius conferendi feudũ, exiſtens in eius Caſtro, requiritur centenaria; quia ius conferendi feudum habet illam naturam, quam habet ipſum feudum, quod conceditur; & ideò ſecundùm hanc veriorem opinionem, quando non fuerit elapſum tempus centum annorum cum geminatis conceſſionibus, & deuolutionibus, non poterit feudum dici excadentiale; Et quando opinio *Aſſt. in d. deciſ.* 305. declarata per *Vrſill. nu.* 10. fuiſſet vera, neq; eſſet applicabilis, vbi

non

Digitized by Google

3 Alij dixerunt, quod si beneplacitum referatur ad officium, vel munus concedentis, vtpotè si in concessione fuerit dictum *ad beneplacitum Sedis Apostolicæ*, tùnc non expirat morte, sed opus est expressa reuocatione, *tex. d.cap.si gratiosè*,
4 quia Sedes Apostolica nunquam moritur, *Molin.d.disput.298. Castrens.in l.locatio nu.2. ff.locat. Card. clem.1. nu.1. & 4. de probat. Mandos. in gl.facult. regen. §. volentes in vers. à nobis ad beneplacitum nostrum fol.43. Eras. Cochier d. par.3. quæst.5. nu.5. Cened. d.sing.49. num.14. Barbos.de claus. clauſ.4.nu.5.*

5 Si verò dicatur *ad beneplacitum Papæ, seù Regis*, maior est difficultas, nàm *Couarr.* vt refert *Molin.* censet, quod expirat morte Pontificis. Sed idē *Molin.* subsstinet
6 contrariū, ex quo prędicta gratia cēsetur cōcepta sub nomine dignitatis, *Molin.d. disp.298. Nauar.cons.31.nu.2. de præb.* &
7 ideò talis cōcessio transit in successorem, *Fœlin.Abb.& DD.in cap.quoniam, Abb.de offic. deleg. Abb.cap.1. de probat. Restaur. tract. de Imperat. quæst.114.nu.1. in fin. Erasmus Cochier de iurid.d.par.3.quæst.5. nu.6.* quod sequitur ex nostris *Capyc. decis.136.nu.3.*

8 Idemque est in officio, quo concesso cum clausula *ad beneplacitum Regis*, non censetur ademptum per mortem ipsius concedentis, vt resoluit *Barbos. in l.quia tale nu.85. cum seqq.ff.sol.matrim.* faciūt, quæ notat *Boer. decis.149. nu.11. Barbos. in collect.super d.c.si gratiosè de rescript. in 6.nu.3. Cened. d.sing.49. nu.14. & 15. idem Barbos. de clauſ. clauſ.3. ad beneplacitum nu.6.* & ità decisum fuit per S.C. in causa Ducis Grauinæ cum Vniuersitate Altamuræ, testatur *Capyc. d. decis. 136. nu.4.* qui hoc pariter obseruatum fuisse testatur in officio Conseruatoris Munitionum à Domino D.Hugone tùnc Prorege collato in personā Francisci Calderini ad beneplacitum Catholicæ Maiestatis, & ipsius Domini D.Hugonis Proregis; vndè licèt superuenerit altera concessio à Catholica Maiestate impartita in personam Francisci del Castiglio, eatenus debitā exequutionem habuit, quia dicta Catholica Maiestas illud beneplacitum reuocauit.

9 Sed ad peculiarem materiam nostræ legis sciendum est, quod de iure communi feudorum, quando feuda concedi cęperunt, illa quidem ad libitum auferri poterant, posteà vsus incępit, vt per annum firmitatem haberent, eoq; finito, Domini quandocumq; volebant, auferebant, *c.1.§.& quia de his qui feud. dare*
10 *poss.* quod non solùm vigebat in feudis, in quibus certa officia erant annexa, sed etiam in cæteris, *d. §. & quia, & c. 1. de*
11 *feud. guard.* & insuper huiusmodi feuda sine pretio elargiebantur, *c.1. de feud. dat. in vicem leg. commiss.* & pro mercede cō-
12 cedebatnur, quemadmodùm & officia, *d.cap.1. de feud. guard.* qua de re ad votum huiusmodi concessiones reuocabantur,
13 etenim gratuita concessio faciliùs reuocatur, quam illa acquisita ex causa onerosa, *l. penul. C. de reuocand. ijs, quæ in fraud. cred.*

14 Sed postmodùm introductum fuit, vt feuda vsq; ad mortem durarent, & in eis successioni locus nō esset, etiam ad filios, deindè statutum fuit, vt ad filios peruenirent, sic loquitur *tex. in cap.1. §. & quia de ijs, qui feud. dar. poss.* quod in feudis habentibus annexa certa officia locū non habuit, *d.cap.1. de feud. guard.* etenim officium alicui demandatum, nisi fuerit con-
15 cessum ad certū tempus, vel in perpetuū reuocari potest, *l. geometræ, l. iurisperitos in princ.* & ibi *gl. ff. de excusat. tutor. l. si verò non remunerandi, §. si mandauero, ff. mandat.* hinc cōsuetudo extendens fruitionem feudorū vsq; ad obitum vassallorum, nō habuit locū in feudis, quæ certis officijs annexa sunt; ideò in eis remansit pristinū ius feudorū, *d.c.1. de feud. guard.* vt illorum concessio solo anno perdura-
16 ret. Et hæc feuda temporalia appellabātur, & nō dicitur feudū proprium, sed improprium, & degenerans, *c.1. quibus mod. feud. const. potest.* quod benè declarat *Schrader. de feud. par.2. c.4. nu.20.*

Qua de re orta fuit quæstio inter DD. quid si in dictis feudis temporalibus,
17 quæ anno finiuntur, sit appositа per concedentem clausula *ad beneplacitum*, tùnc non anno, sed morte Domini extingūtur, secundum *Zasium in tract. de feud. par. vlt. concl.1. Bald. in d.c.1. de feud. guard. nu.4.* & ibi *Affl. nu.16. cum alijs per Scharder. de feud. d.par.2. cap.4. nu.35.* & sequitur *Mart. de clauſ. par.2. clauſ.1. n.6. & 7.*
18 Contrariam autem sententiam verio-

Digitized by Google

rem, & vſu obſeruatam tenet *Gaill.lib.2. obſ. 60. nu. 15.* vbi affirmat, quod priui-
19 legia conceſſa ad beneplacitum Camaræ Apoſtolicæ, ſeù Regiæ, morte concedentis non dicuntur reuocata, vt ſupra diximus, & facit *tex. l. iuriſperitos, ff. de excuſat.tutor. l.ſufficit, ff.de condict. indeb. gl.cap.fin.de reſcript.in 6.in verb.per-*
20 *petuas, Dec conſ.*108. quia Camara Apoſtolica, ſeù Regia nunquam mori dicitur, *Reſtaur.de imper. quæſt.*114. *nu.6. & ſeq.Cochier de iuriſd.ordin.in exempt.par. 3.q.5. nu.4. verſ.licet*, qui *num.7.* ſubdit:
21 *Proindè huiuſmodi priuilegia perpetua videntur, dummodò talia priuilegia effectum in vita habuerint, elioquin priuilegium ſe gratia prædeceſſoris in futuris nondùm conſumatis nihil operare, Cyn. in l.fin.C.in quib.caſib.reſt.Reſtaur.de Imper. quæſt.*115. *nu.*1. *Bald. cap.* 1.*qui ſucceſſor teneant, idem Reſtaur. de Imperat. quæſt.* 114. *nu.*3. *& ſeqq.*

22 Vndè locatio ad beneplacitum dicitur perpetua, vt poſt *Alex.* concludit *Dec. in cõſ.*204.*in fin.Menoch.de præſumpt.lib. 3.præſũp.*109.*n.*14. & in dubio potiùs iu-
23 dicanda eſt perpetua, quam temporalis, *Dec.loc.cit.Bero: q.famil.*14. *per totam, Alex. de Neuo in conſ.* 27. *Burſat. in conſ.* 23. *nu.* 27. *Caroc. de locat.& cond.par.*1. *quæſt.6.fol.7.ſecundũ paruam impreſſionem Surd.dec.*265. *nu.*55.*&* 56. quam ſententiam amplectitur, *Coſta in tract. de clauſ. par.*2. *clauſ.*16. *nu.6.*

24 Alia etiam quæſtio inſurgit in Magiſtratibus creatis ad beneplacitum conſtituentis; nàm multi affirmant, quod morte conſtituentis extinguuntur, vt habetur *ex Boer.deciſ.*149. *Molin. de primogenit.lib.*1. *cap.*25. *ante num.6. verſ. quæ omnia*, quibus ex noſtrat. addo *Marcell. de Maur.alleg.*40. *Io:Andr.de Georg.alleg.* 46. *nu.*9. & ſequitur *Barboſ. in tract. de clauſ.clauſ.*2.*n.*3. qui *n.*4. limitat, niſi ver-
25 ſetur in iuriſdictione ordinaria, quę non expirat, licèt re integra moriatur concedens; quia ità poſtulat fauor publicus, vtilitaſq; publica, quę in iuriſdictione ordinaria conſeruanda verſantur, *Menoch. de arbitr.lib.*1. *quæſt.*69. *nu.*9. *Gabr.commun.lib.*6. *tit.de præb.concl.*1. *nu.*32. quos refert, & ſequitur *Sanchez de matr.lib.*8. *diſp.*28. *nu.*50.

Eſt tamen verum, quod hodiè de generali conſuetudine omnes Officiales ad
26 iuſtitiam miniſtrandam creati, quamuis ad beneplacitum à Domino Rege noſtro electi, perpetui dicuntur, nec ab eorum officijs abſq; iuſta, & legitima cauſa remoueri queunt, vt latè pertractant *Maſtrill. de magiſtrat. lib.*1. *c.* 17. *per tot. ſignanter nu.*26. *&* 27. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg.tit. de elect. Official. in rub. nu.*4. *&* 5. *ex Andr.in c.*1. §. *iterum ſi Clericus in add.nu.*29. *de cap.Corrad. Bart.in l.de pupillis*, §. *ſi quis ipſi nu.*12. *ff.de noui oper.nunciat. Reg. de Marin. in obſ. ad deciſ.Reg.Reuert.*511. *nu.*3.

27 Sed hæc concluſio procedit in Officialibus à Principe creatis, non autem in Officialibus à Barone conſtitutis ad beneplacitum, cum illi perpetui non reputentur, & Baronis morte officia expirant, *ad tex.in l.*4. *vbi Bart.& cæteri DD. ff.locat. c.ſi gratioſè de reſcript. in 6. Io: Fab. in* §. *item ſi adhuc num.*5. *inſtit. de mand. Couarr.pract.qq. cap.*4. *ad fin.Auil. in c.*5. *Prætor, gl. ſuſpendidos nu.*10. *ad fin. verſ. quod fallit, Bouad.lib.*2. *polit.c.*16. *nu.*145. vbi ait, ità practicari, nàm mortuo feudatario, ſucceſſor alios de nouo eligit, vel eoſdem confirmat, ſi ità ſibi videatur *Vinc.de Franch.deciſ.*165. *nu.*7. & latè tradit *Molin. de primog. Hiſp. lib.*1. *cap.* 25. *nu.*5. *cum ſeqq. Capibl. de Baron. prag.*7. *nu.* 20. *&* 21. *Maſtril. de Magiſtr. tom.* 2. *lib.*4. *cap.*16. *nu.*22.

28 Ex quibus infertur, quod Nuntius creatus ad beneplacitum Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ, mortuo Papa, qui illum creauit, non ceſſat ipſius munus, quia Sedes Apoſtolica non vacat,
29 ſecus eſt in Epiſcopo, qui ſi dat licentiam confeſſoris ad audiendas confeſſiones ad beneplacitũ ipſius Epiſcopi, mortuo Epiſcopo, talis facultas expirat, ità affirmat *Cened.canon.qq.ſing.*49. *nu.*16.

30 Verùm huiuſmodi cõceſſiones ad beneplacitũ poteſt Rex ad ſui libitum reuocare, & alteri munera cõferre, ità *Io:Fab. in* §. *cum autem inſtit.quib.mod.ius patriæ*
31 *poteſt.ſoluitur*, nàm illud beneplacitum nulli legi ſubiacet, & tantùm durat, donec concedens illud reuocauerit, *l. fideicommiſſa*, §. *quamquam, ff. de legat.*3. vbi *gl.in verb.voluerit, cap.ſi gratioſè de reſcript.in 6. Natt. conſ.*608. *nu.*5. *vol.*3. doctè *Nauar. conſ.*3. *per tot. de priuileg.*

Eraſ-

Digitized by Google

Erasmus Cochier de iurisd. ord. in exempt. par. 3. quæst. 5. n. 3. & probatur *ex tex. in d. c. si gratiosè de rescript. in 6.* quod sequũtur *Lap. Abb. Archid. Gemin. Io: Andr. Ancher. Domin. Monach. Butr. Franc. Viuian. in ration. lib. 1. pag. 61. Alagona in comp. pag. 24.* remissiuè *Casal. in annot. & Ximen in concord. par. 1. & 2. Barbos. in coll. d. c. gratiosè de rescript. in 6. nu. 1. & in tract. de clauſ. clauſ. 3. ad beneplacitum num. 2.*

32 Imò sufficit reuocatio tacita, nedùm expressa, vt affirmat *Dec. cons.* 108.

Hoc tamen non est verum, vt tradit *Andr. in const. Regn. ea quæ ad decus,* dùm
33 quærens, si quis ad Principis beneplacitum merum obtinuerit imperium, nùm censeatur illud per generalia verba alterius concessionis reuocatum, negatiuè respondit, quia cum specialiter fuit concessum, debet in specie reuocari, nec sat est generalis reuocatio; sed si specialiter Princeps reuocaret, valeret reuocatio, idemq; *Andrea* relato scripserunt *Capyc. decis. 116. nu. 7. & Io: Vincent. de Anna alleg. 119. nu. 11.* quos sequitur *Reg. de Marin. in obser. ad decis. Reg. Reuert. 511. nu. 1. in fin.* Siquidem dictio illa *ad beneplacitum* significat idem, quod ad arbi-
34 trium nostrum, seù donec nobis placuerit, *Fœlin. in c. ex litteris nu. 10. de const. Dec. cons. 108. nu. 5. Mandos. in gl. facult. §. volentes in verb. ad beneplacitum fol. 169. Cened. qq. Canon. & Ciuil. sing. 49. nu. 13.*

35 Idemq; patet ex *prag. 21. vers. toda via de feudis,* vbi cauetur, quod concessiones factæ Fidelissimæ Ciuitati Neap. & Regno in propria materia cõcedendi assensus per Proreges ad beneplacitum ipsiusmet Regis, esse reuocabiles; & proindè illas Rex reuocauit, hoc pariter decisum fuit per Collat. Cõsilium ad relationem
36 Regiæ Cameræ, vbi dubitatum, si iure permittente poterat Sua Catholica Maiestas priuare Vincentium de Vesponis officio, quod tenebat Regij Cauallaritij ad beneplacitũ ei concessum, illudq; conferre in personam Ioannis Aloysij de Ruggerio, & fuit resolutum, posse à concedente ad libitum reuocari, sic refert *Reg. Reuert. d. dec. 511. p. 2.* iuxtà ordinem *Reg. de Marin.* qui ibi alios adducit DD.

Verùm respectu Officialium ad iusti-
37 tiam administrandam electorum ãd beneplacitum, aliqui censent, quod si Rex noster reuocat beneplacitum hoc, ignominia afficiuntur, vndè hoc facere non debet, nisi ex vrgenti, & sufficienti causa, & non aliter, quia intelligitur auferre honorem, & facere iniuriam, si absq; le-
38 gitima causa reuocat beneplacitum; & hoc fundatur ex ethymologia beneplaciti, nàm dicitur beneplacitum, idest bonũ placitum, scilicet voluntas regulata ratione, non libera, & contrà naturalem iustitiam ex reg. *à Bart.* tradita *in const. ad reprimendum in verb. videbitur,* ac beneplacitum importat arbitrium boni viri, *Gabriel cons. 143. nu. 10. vol. 1. Mart. de clauſ. par. 2. clauſ. 1. nu. 12.* & pluribus hoc fundat *Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 8. nu. 10. Barb. in tract. de clauſ. clauſ. 3. nu. 8.*

39 Sed pro contraria opinione, vt Rex noster possit ob eius supremam Potestatem reuocare dictũ beneplacitum; & non sit requirenda causa, illius, quod facit; cũ semper præsumatur facere cum causa, sic arguũt *Ant. Gabriel comm. opin. tit. de iure quæsito non tollendo lib. 3. concl. 7. nu. 7. Pernus in tract. de Principe col. 3. in princ. Paris de Puteo de sindicat. rub. Iudices ad sindicatum, cap. 2. nu. 16. Barb. in l. quia tale nu. 87. ff. sol. matr. Bellug. in specul. princip. rub. de priuat. Official. §. Princeps nu. 4. Mart. de iurisd. par. 1. c. 3. nu. 101.*
40 Concessio nàmq; officij ex gratia Regis, non ex contractu iuris gentium, ad libitũ reuocari queĩt, *gl. sing. in c. decet in fin. de reg. iur. in 6. Fœlin. in c. nouit nu. 18. extr. de Iudic. Dec. cons. 286. nu. 6.* nec potest
41 conquæri Officialis, qui sic acceptauit officium ad beneplacitum Regis, dùm Rex vtitur iure suo scilicet reuocandi, vt dixit *Couarr. practic. cap. 9. num. 3. vers. 5. deducitur.*

Nihilominus Rex noster Inuictissimus debet, proùt solet accuratè discutere, & dispungere causam, quæ proponitur pro reuocatione istius beneplaciti, sed hæc materia inferiùs in secunda parte latissimè differitur, vt infra est videre, quibus me remitto.

Digitized by Google

Nonus casus est, vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, aut Baronia, seù quoduis aliud magni momenti feudum alienatur.

§. IX.

SVMMARIVM.

1 *FEuda Titulata, & magni momenti alienari non possunt absque assensu Suæ Catholicæ Maiestatis, quod fuit in anno* 1540. *nu.*2. *& in anno* 1561. *nu.*3. *& in anno* 1557. *nu.* 4.

5 *Feuda redditus annuorũ ducatorũ* 1000. *inclusiuè, vel infrà alienari possunt cum assensu Proregis; verùm si excesserint quantitatem prædictam, assensus præstari debet per Suam Maiestatem, nu.*6. *quod limitatur in obligationibus, n.*7.

8 *Feuda titulata hypothecari possunt cum assensu Proregis, alienari tamen non, absque assensu Suæ Maiestatis, & n.*11.

9 *Feuda titulata etiam si absque titulo distrahantur, Prorex non potest assensum in alienatione præstare, sed recurri debet ad Suam Maiestatem.*

10 *Assensus expediti à Prorege contrà formam prohibitionis vsq; ad annũ* 1550. *&* 1561. *fuerunt confirmati.*

11 *Assensus obligationi feudorum titulatorum possunt à Prorege impartiri, sed cum clausula.*

12 *Feuda magni momẽti vltra redditus ducatorum mille si distrahantur, an Prorex possit assentire, nu.*14. *&* 15.

13 *Rescriptum recipit interpretationem à precibus.*

16 *Assensus an possit præstari per Proregem in distractione Baroniæ, quæ excedit redditus ducatorum mille.*

17 *Concesso vno ex prohibitis, aliud non venit.*

18 *Baronia non est simplex feudum; sed alia feuda sub se continet, æquiparatur cum dignitate Comitis, nu.* 19. *& iura loquentia de feudis titulatis, procedunt in Baronia, nu.*20. *contraria opinio, & verior, quod gratia concessa Ciuitati, comprehendat etiam Baroniam, nu.*21.

22 *Baronia venit sub nomine feudi titulati, & an Prorex possit assensum præstare in venditione* Baroniæ *nu.*23.

24 *Statutum an extendatur in æquiparatis.*

25 *Baroniæ appellatione, an veniant Comites, Marchiones, & Duces.*

26 *Extentio non datur de minori ad maius.*

27 *Nominis diuersitas separatos habet effectus.*

28 *Baronum appellatione continentur titulati.*

29 *Titulatorum appellatione non comprehenduntur* Barones.

30 *Species non comprehendit genus.*

31 *Assentiendi prohibitio in feudis titulatis non comprehendit* Baroniam.

32 *Feudum titulatum si absque titulo vendatur, Prorex potest assensum præstare; sed contrarium est verius ex litteris Suæ Maiestatis, nu.*33.

34 *Assensus si sint expediti cũ clausula* præter feuda titulata, & magni momenti, *an intelligatur dicta clausula copulatiuè, vel disiunctiuè.*

35 *Dictio,* &, *stat copulatiuè, & quando sit alternatiua, nu.*36.

37 *Concessio facta pro se, filijs, & hæredibus, non requirit, quod sint filij, & hæredes, sed verificatur etiã in hæredibus, qui nõ sunt filij; contrariũ in cõcessione emphyteusis Ecclesiæ, qua facta pro se, filijs, & hæredibus, verba debent intelligi copulatiuè, quod sint filij, & hæredes, n.*38.

39 *Assensus præstitus per Proregem, inutilis est in feudis titulatis, vel magni momenti.*

40 *Dictio, &, quandoque non requirit concursum vtriusque copulæ.*

41 *Legatum factum omnibus DD. Iuris Canonici, & Iuris Ciuilis, habet locum etiam in Doctore Iuris Canonici tantùm.*

42 *Dictio,* &, *quandoq; ponitur ampliatiuè, & augmentatiuè.*

43 *Dictio,* seù, *disiunctiua est.*

44 *Dictio,* tàm, *&* quàm *diuisionem, & separationem continent.*

45 *Assen-*

Digitized by Google

45 *Assensus præstitus per Proregem post traditam facultatem de anno* 1561. *iuxtà veterum stylum*, exceptis feudis titulatis,& magni momenti,*an locum habeat super feudis titulatis, vel intelligatur per errorem posita,nu.*46.

47 *Assensus verba* fiat in forma, *noua forma gratiarum est stylus Cancellariæ.*

48 *Clausula* exceptis feudis titulatis, & magni momenti, *cum sit sublata, habetur pro non apposita.*

49 *Clausula, vt assensus registrari debeat in quinternionibus Regiæ Cameræ apposita in assensu super obligationeꝫ feudalium, pro non apposita reputatur.*

50 *Clausula* pro se,&hęredibus ex corpore, *apposita in assensibus obligationis bonorum feudalium habetur pro nõ apposita.*

51 *Clausula* exceptis feudis titulatis,& magni momenti, *habetur pro non expressa in assensibus expeditis post gratiam, antequam illa peruenerat ad notitiam Cancellariæ.*

52 *Gratia concessa Ciuitati Neap. per quam fuerunt confirmati assensus præstiti per Proregem vsq; ad annum* 1561. *an videatur confirmare assensus expeditos super obligationibus feudorum præter feuda titulata.*

53 *Gratia, quæ confirmauit assensus præstitos per Proregem super alienatione, & obligatione feudorum titulatorum, an confirmauit assensus præstitos cum clausula*(*vt nõ trahatur ad feuda titulatæ.*)

54 *Cõfirmatio est iuris quæsiti corroboratio.*

55 *Clausula* (*vt assensus non trahatur ad feuda titulata*)*operatur,vt assensus non dicatur præstitus respectu feudorum titulatorum.*

56 *Confirmatio non extenditur vltrà actum confirmatum.*

57 *Clausula* excepta feuda titulata, *si sit apposita in Regia decretatione* fiat in forma, *aliud operatur.*

58 *Assensus, qui interponi non poterant,nisi clausula expressa in defectum bonorũ allodialium, modò absq; dicta clausula valent expediri.*

59 *Gratia Ciuitati cõcessa in anno* 1586. *vt assẽsus interpositi pro hæredibus ex corpore, transeant ad extraneos in pragmaticis insertur.*

60 *Assensus interponi non potest per Dñum Proregem in alienationibus feudorum faciendis per exteros.*

Nonus casus est, vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, aut Baronia, seù quoduis aliud magni momenti feudum alienatur.

§. IX.

1 HIuiusmodi prohibitio ex dictis verbis concepta alijs particularibus sanctionibus fuit quoq; confirmata; etenim in anno 1540. quamquam Ciuitas nostra supplices porrexerit preces,reuocationem efflagitans prædictæ Re-
2 giæ Sanctionis *delli 9. capi*, vulgò nuncupatæ,fuit ei responsum,quod seruetur, quod hactenus fuit optimè ordinatum, & obseruari consuetum, quodque non immeritò ipsi Regno satisfacere deberet, nàm concessio supplicatorum in hoc capitulo esset mera derogatio prẹheminentiarum, & authoritatis Suæ Maiestatis, sic habetur *in cap.* 16. nostræ Ciuitatis inter ædita tempore Cæsareæ Maiestatis *fol.*129.*à ter.*

Idemq; legitur prouisum in altero re-
3 gali rescripto habito in anno 1561. à Catholica Maiestate in calce suppliçis libelli, producti per nostram Ciuitatem, modificationem eiusdem Regię Sanctionis petentem, vt *in prag.*27. *de feud.*

Amplius hoc pariter prouisum extitit
4 in rescriptis,datis per Sereniſſimum Philippum II. in anno 1557. nàm eo tempore, quamuis Ciuitas nostra reuerenter petierit, liberã potestatem relinqui Proregibus; vt possent indifferenter assensus interponere super qualibet contractatione rei feudalis; tamen respondit, vt in præstandis assensibus subsequens ordo obseruetur,ibi: *Primum suo vult arbitrio, & voluntati relinqui omnium assensuum præstationes, quæ ad vendendum quodcumque feudum titulatum post hac petentur*

tur, expreſsè prohibendo, ne Prorex, & Locumtenens generalis præſens, & futurus poſſit nec liberè, nec cum pacto redimendi ipſos aſſenſus ad vendendum, donandum, ſeù obligandum præſtare, quin potiùs ea obſeruetur prag. quæ hactenus, hac de re eſt promulgata; verùm æquè Proregi prædicto præſenti, ſeù futuro licebit omnium 5 *venditionum, & donationum, aut obligationum, quæ poſt hac in Regno præfato fieri contingerit, cuiuſque Baronia, & aliorum feudorum, quorum redditus annui mille ducatorũ incluſiuè tantùm, vel infrà hunc numerum ſummam efficiunt, Regios aſſenſus præſtare; quæ verò huiuſmodi quantitatem exceſſerint, magni momenti feuda* 6 *iubet appellari, ac ideò ad ſe pro impetrandis eorum aſſenſibus recurri*; vt dictatur *in cap. 4. fol. 160. à ter. inter priuilegia Neapolitana.*

Ex quibus verbis ſatis liquidò deſu-
7 mitur, pragmaticam noſtram in dicto nono caſu ampliari prædictum capitulum in obligationibus feudorum titulatorum, & magni momenti; nàm quod in alienatione ſolummodò fuit prouiſum reſpectu feudorum titulatorum, & magni momenti per dictum nonum caſum, cùm loquatur per verbum *alienare*, quod venditionem importat, non autem obligationem, quæ dominium non transfert, *l. 10. ff. de diſtract. pignor.* ſed *in dicto cap.* eadem prohibitio ſancitur reſpectu obligationis; & inſuper *in eodem cap.* declaratur, & exemplificatur feudum magni momenti, & illud dici cauetur, cuius redditus excedit ſummam ducatorum mille.

Sed poſtmodùm alia peculiari prag-
8 matica, à Cæſarea Maieſtate ſancita de anno 1561. facultas huiuſmodi aſſentiẽdi Proregibus tribuitur in venditionibus, obligationibus, permutationibus, hypothecis, & alijs alienationibus faciendis ſuper quibuſuis Ciuitatibus, Terris, locis, Caſtris, Oppidis, alijſq; bonis feudalibus tàm titulatis, quàm magni momenti, & ſuper illis poſſe Dominos Proreges aſſenſus interponere reſcribitur, excepta tamen declaratur illa venditio, quæ fieri contingeret Terræ, Ciuitatis, Caſtri, Oppidi, vel loci tituli dignitate decorati, in quibus diſtractionibus mandatur, ad Suã Maieſtatem recurri, à qua Regius ſuper ea impartiatur aſſenſus, vt vt habetur *in pragmat. 17. tit. de feud.*

Nihilominus ex quibuſdam regalibus
9 litteris expeditis Madrid 5. Iulij 1578. & 30. Iulij 1579. peculiariter cauetur, vt ſuper alienationibus feudorum titulo decoratorũ, tametſi abſq; titulo diſtraherẽtur, & etiã ſuper obligationibus, & hypothecis eorundem feudorum titulatorum, nequeant Domini Proreges aſſenſus prę. ſtare; proùt hactenus ſuper obligationibus, & hypothecis dictorum feudorum fuit ſeruatũ ex particulari permiſſu Catholicæ Maieſtatis, tùnc ad beneplacitũ impartito, ſed voluit, vt in ſimilibus aſſenſibus in vtroq; caſu præſtandis, vtpotè alienationis, vel hypothecæ eius Maieſtas adeatur, à qua aſſenſus interponeretur, & hæ regales iuſſiones inuiolabiliter ſeruari in Regno noſtro per pragmaticam fuit reſcriptum, & eſt 21. *ſub tit. de feud.* promulgata die 5. Octobris 1579.

Aſſenſus autem iàm expediti à Domi-
10 no Prorege vſque ad tempus promulgationis prædictarum pragmaticarum cõtrà formam in eiſdem præſcriptã fuerunt confirmati, vt legitur *in pragm.* 13. emanata 12. Martij 1550. & 17. lata 10. Octobris 1561. in fin. *verſ. placet inſuper Suæ Catholicæ Maieſtati citat. tit. de feud.*

Sed poſtmodùm ad preces noſtræ Ci-
11 uitatis Sua Maieſtas indulſit, vt valeant Domini Proreges aſſentire obligationibus, & hypotecis feudorum titulo decoratorum; hac tamen præmiſſa condictione, & pacto adiecto, quod ſcilicet virtute eius aſſenſus per ſuum Viceregem prę. ſtiti obligationi, & hypothecæ feudorũ titulatorum, non poſſit vllo modo demũ deueniri ad venditionem dictorum feudorum titulatorum, iàm obligatorum, & hypothecatorum, niſi obtenta priùs licentia, & aſſenſu à præfata Catholica Maieſtate ad dictam venditionem de dictis feudis titulatis faciendis, vt habetur *in cap. 3.* inter capitula, & gratias Neap. conceſſas de anno 1586. translata *in pragm. 26. de feud.* quam recolet *Reg. Rouit. in prag. 4. de feud. n. 3.*

Hinc ſuccedunt examinari ſequentes quæſtiones, quarum prima eſt, vtrum valeant Domini Proreges ex huiuſmodi
12 Regijs Sanctionibus hactenus recenſitis aſſentire, quando diſtrahitur feudum ma.

gni

Digitized by Google

gni momenti, quod in annuis redditibus ducatorum mille fuit peculiari lege arbitratum?

Ratio hæsitandi est, quia tàm in dicto nono casu, quẽ explanamus, quã in cap. edito de anno 1557. non dumtaxat vetitur assensus concessio, vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, aut Baronia, sed vbi quoduis aliud magni momenti feudum alienatur; indè cum superuenerit gratia Ciuitati concessa, permittens assensum dare obligationibus, & hypothecis super bonis feudalibus, & titulatis magni momenti, ideò non videtur alienationibus data talis facultas assentiendi.

Nihilominus contrarium est affirman-
13 dum, etenim exploratum est, vt rescriptum Principis interpretationem sumat à precibus, *tex. in l. defensor*, §. *qui interrogatus*, *ff. de interrog. action. c. inter dilectos*, vbi *gl. de fid. instr. l.* 1. vbi *Iaſ. C. de diuers. rescript. Gram. decis.* 103. *nu.* 208. *Surd. decis.* 268. *nu.* 15. *Ego resp.* 1. *nu.* 1. *tom.* 1. vndè cum in anno 1561. Ciuitas nostra in supplici libello petierit facultatem Dominis Proregibus assentiendi impartiri super venditionibus, obligationibusq; feudorum titulatorum, & magni momenti, proùt obseruabatur, antequam promulgaretur *prag.* 4. & alterum rescriptum expeditum in anno 1557. Sua Catholica Maiestas per verbum *placet*, cuncta præscripsit, & excepit solummodò venditionem Terræ, Ciuitatis, vel Ca-
14 stri tituli dignitate decorati; idcircò in cæteris feudis magni momenti permissa videtur potestas assentiendi, nedùm in alienationibus, at quoq; in obligationibus; quemadmodùm etiam sonant verba eiusdem Sanctionis, ibi, *Venditionibus, obligationibus super quibusuis bonis feudalibus tàm titulatis, quàm magni momenti.*

Idemque comprobatur ex regalibus
15 litteris supra relatis expeditis in anno 1578. & 1579. quibus mediantibus licèt reuocetur facultas priùs tributa Dominis Proregibus quòad obligationes feudorum titulo colluſtratorum, & ex illis caueatur, vt arbitrio Suæ Maiestatis relinquatur huiusmodi assensus impartitio; tamen respectu feudorum magni momenti, nihil restringitur; quamobrem videtur facultati Proregis relictum; proùt æquè fuit prouisum in anno 1561. ex vulgato axioma, *quod voluit, dixit.*

Altera quæstio est, nunquid valeat
16 Prorex assentire super venditione Baroniæ, cuius redditus excedit summam ducatorum mille, quemadmodùm permittitur, quando feudum magni momenti distrahitur.

Causa dubitandi desumitur ex cap. in anno 1557. condito, etenim regale rescriptum ibi demandatum, quod supra retulimus duo Domino Proregi interdixit. Primum in Baronia excedente redditus ducatorum millè; Secundum in feudo eosdem introitus transcendente; Gratia verò deindè elargita ad supplicationem nostræ Ciuitatis, solummodò de feudis magni momenti ratiocinatur, & de Baronia non loquitur, proindè Principis indulgentia Baroniam non cõplectitur: nàm quando prohibitio specialis est, vtrumq; complectens, vtpotè
17 feuda magni momenti, & Baroniam, sequitur, quod concesso vno, aliud non venit, cùm vtrumq; sit prohibitum, vt inquit *Andr. in c. Imperialẽ de prohib. feud. alienat. per Federic.* sequitur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. *de assensib. Reg. nu.* 16. *vers. his non obstantibus*; Baronia
18 enim non est simplex feudum, sed feudum, alia feuda sub se continens, *Capyc. in inuestit. in verb. feudatarij Barones in vers. prærogatiua, Frec. de subfeud. in princ. libri in cap. incip. vidimus nu.* 44. *&* 45. *& lib.* 3. *tit. de different. inter feud. regale, & titulatum different.* 1. *nu.* 6. *ex Andr. in c.* 1. *de Capitan. qui Curiã vendidit*, subdens
19 Baroniam æquiparari cum dignitate Comitis, & habere suas prærogatiuas, suasq; dignitates, vt *in constit. si quis Baro, & in constit. prosequentes*; vndè iura
20 de titulatis loquentia, comprehendunt Baronias, tanquam dignitates pariter regales, & sicùt Comitatus, Marchionatus, & Ducatus oportet, vt concedantur in titulum, aliàs non erunt Duces, Marchiones, & Comites; sic pariter Baronia, quæ nullum habet cum Comite discrimen, *Mastrill. de magistr. lib.* 4. *cap.* 13. *nu.* 89. *ex Capyc. in inuestit. feudal. rub. & cum titulo Comitatus, Capiblan. in rub. de Baronib. nu.* 26. *Gram. cons. ciuil.* 68. *nu.* 2. *Reg. de Curte in diuers. feud.* §. *sed vndè nu.* 15.

Digitized by Google

*nu.*15. 16. *&* 17. *Conſ. de Georg. alleg.*8. *nu.*13. *ad idem Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.*7. *de aſſenſ. Reg. nu.*16. *verſ. quæ redduntur, vbi Thor. in add. & idem Reg. de Pont. in lect. feud.*6. *nu.*48.

Tamen hanc *Reg. de Ponte* opinionem non puto ſectandam, etenim diſpoſitio in dicto capitulo inito in anno 1557. quamquam reſpiciat & Baroniam, & feudum
21 magni momenti; tamen gratia poſtmodùm ſuperuenta in anno 1561. vtrumq; derogauit, cùm Ciuitas petierit reuocationem dicti capituli, & Sua Maieſtas dignata extitit, illã concedere per verbum *Placet*, & ſolummodò excepit venditionem feudi titulo decorati, vt legitur *in d. prag.*17. *de feud.*

Hinc allegata *per Regentem de Ponte* contradicunt dictæ Regiæ Sanctioni, etenim ipſe dicit, quod capitulum duo vetiuit, & gratia vnum conceſſit, hoc nàmq; verum non eſt, nàm gratia vtrumq; diſpoſitum in dicto cap. aboleuit.

22 Quæſtio tamen eſt, ſi Baronia veniat ſub denominatione feudi titulati.

Reg. de Ponte loc. cit. annuit, Baroniam æquiparari cum dignitate Comitis, vndè iura de titulatis loquentia, comprehendunt Baronias.

Nunquid autem ex hoc inferri poteſt,
23 vt quemadmodùm non poſſit Dominus Prorex aſſentire ſuper venditione feudi titulati, idem pariter in Baronia?

Et in hoc dubio *Reg. de Pont.* negatiuè reſpondit, dicens, Baroniam non includi in exceptione titulatorum feudorum; ſic *in tit.*7. *de aſſenſib. Regijs nu.*16. *verſ. his non obſtantibus.*

Et meritò, nàm ſtatuta, quæ ſtricti iu-
24 ris ſunt, non extenduntur in æquiparatis; quando in æquiparatis eſſet diuerſa ratio, *Crotus in l. ſi conſtante num.*82. *ff. ſol. matr. Berard. Diaz in fallent. reg. iur. in ver. lex. reg.*429. *Alderan. Maſcard. de gener. ſtatut. interpret. concl.*4. *nu.*198. licèt regula ſit in contrarium, quod lex noua, vel ſtatutũ extendatur etiã in æquiparatis, de quo latè *Diaz d. reg.* 429. *& Maſcard. d. concl.*4. *n.*189. vndè dato pro cõſtanti, quod Baronia æquiparetur cum dignitate Comitis, non indè ſequitur, vt ſub diſpoſitione exhorbitanti, contractationem, & liberum commercium vetante, complectatur.

25 Imò aliqui dixerunt, vt Comites, Marchiones, Duces, & Principes non veniant ſub appellatione Baronum, quia iſti titulis regalibus ſunt inſigniti, & maiori dignitate fulciuntur, de quibus *DD. in c.*1. *quis dicatur Dux, Frecc. in tract. de ſub feud. Maſtrill. de magiſtrat. lib.*4. *c.*3. ex-
26 tenſio autem non datur de minori ad maius, *l. cum quæritur, ff. de ſtat. homin. l. Papianus, ff. de minorib.* & amplius, quia
27 iſti habent diuerſitatem nominum, ideò debent habere ſeparatos effectus, *l. ſi idẽ, C. de de Codicill. l. à Titio, ff furtis*, proindè in illis nullatenus fieri poteſt extenſio, ità *Geminian. in c. fin. de elect. in* 6.

Alij autem dixerunt, vt appellatione
28 Baronum contineantur titulati, ità *Præſ. de Franch. deciſ.*445. *Capyc. in inueſtit. verſ. feudatarij*, nàm verbum *Baro* ſtat vt genus, ſub quo includuntur omnes ſpecies, ità *ex l. fin.* §. *fin. ff. de tritic. vino, & oleo legato*, vndè ſubdit *Capibl. de Baronib. in rub. nu.* 24. quod Baronia eſt ſcala, & caput dignitatuum.

Tamen hoc poſtremum dictum procedit circà ſpectantia ad commune of-
29 ficium feudatariorum, nàm in illis appellatione Baronum veniunt titulati, verum appellatione titulati non comprehenduntur Barones, etenim poſita ſpecie,
30 nunquam venit genus, neq; venit minor poſita maiori dignitate, *l. fin.* §. *cui dulcia, ff. de vino legat. gl. notabilis in clem.*1. *de præbend.* & diffusè tradit *Capiblan. in rub. de Baronib. nu.*32. *cum ſeq.*

Cùm ergò in noſtris Regijs Sanctio-
31 nibus, & præcipuè in regalibus litteris ſuprà congeſtis, reſtringentibus prohibitionem anteà præſcriptam, tantummodò prohibetur aſſenſus in feudis titulatis, ideòq; Baronia remanet excepta.

Prætereà altera venit obſeruanda
32 quæſtio, nunquid valeat Dominus Prorex aſſenſum præſtare, vbi feudum titulatum abſq; titulo venditur?

Et prima fronte videtur proculdubio affirmatiuè reſpondendum, proùt annuit *Reg. de Pont. in conſ.*1. *nu.*1. qui hanc partem optimis medijs tuetur, & deciſione S.C. confirmat, interpoſita in cauſa Marchionis Caſealboris, & de eadem deciſione meminit *Thor. in compend. deciſ. to.*1. *verb. aſſenſus fol.*53. & de eadem tractat *Nouar. in prag.*4. *de feud. nu.*15.

Nihil-

Digitized by Google

Nihilominus ex Regijs particularibus
33 litteris Suæ Maiestatis in anno 1578. expeditis, suprà recensitis, & transcriptis *in* §. 21. *de feud.* vetitur Dominis Proregibus, assensus præstare super venditione feudorum titulatorum, siuè ipsa feuda titulata vendantur, simul cum ipso titulo, siuè absq; titulo, quod etiam probat *Reg. Rouit. in prag.* 4. *de feud. nu.* 4. *in fin.*

Insuper altera emergit quæstio circà
34 assensus, qui interponebantur antè promulgationem gratiæ de anno 1561. elargitæ, nunquid assensu præstito super obligatione bonorũ feudalium, additaclausula (præter feuda titulata, & magni momenti) ad hoc, vt ille effectum pariat, & creditori prosit, concurrere debeant copulatiuè qualitates illæ, nimirùm vt sit feudum titulatum, & magni momenti, vel satis sit, vt disiunctiuè eniteant, itaùt si feuda magni momenti non sint titulata, prohibitio cesset?

Et videtur respondendum, quod di-
35 ctio, *&*, in præsenti hæsitatione dicitur copulatiua, adeò quod vtrumq; concurrere debeat, *l. si hæredes plures, ff. de condict. instit. l. si quis ità stipulatus fuerit decem aureos* 129. *ff. de ver. oblig. Alex. cons.* 110. *lib.* 3. *nu.* 11. & quamuis copula, *&*,
36 inter duo adiectiua indefinitè posita, nõ respectu vnius certę, & determinatę substantiæ stet pro alternatiua; vndè si facta
37 sit concessio emphiteusis pro se filijs, & hæredibus, quod tùnc non requiratur, quod sint filij, & hæredes, & verba verificantur etiam in hæredibus, qui non sunt filij, *per tex. in l. ea tamen adiectio, ff. de leg.* 3. *Bart. & Angel. in l. Gallus,* §. *etiam si à parente, ff. de liberis, & posthum. Alex. cons.* 9. *nu.* 4. *lib.* 2. verùm idem *Alex. cons.* 9. *lib.* 2. *nu.* 7. *&* 8. declarat, non procedere, si sequeretur absurdum, vel intellectus non congruus; nàm tùnc requiritur concursus copulatorum, sicuti in
38 concessione emphiteusis Ecclesiæ facta pro se filijs, & hæredibus; quod verba *pro suis filijs, & hæredibus* debeant intelligi copulatiuè, adeò, vt si essent hęredes, & non filij, vel è contrà, non succederent, nàm absurdum esset heredem extraneum præferri suo hæredi; & ideò verba debent intelligi, quod sit hæres sanguinis, non hæres extraneus, quam declarationem sequitur *Tusch. pract. concl. iur. litter. D. conclus.* 274. *num.* 31. *&* 32.

39 Verùm in contrariũ est veritas, etenim vt futilis reddatur assensus à Domino Prorege præstitus, sufficit, vt feudum sit titulatum, vel magni momenti, quoniam dictio, *&*, in præsenti themate non re-
40 quirit concursum vtriusq; copulæ; nàm quando hæc dictio cadit inter duas orationes respectu alicuius accidentis, non exposcitur concursus copulatorum, vn-
41 dè si testator legauit centum omnibus Doctoribus Iuris Canonici, & Iuris Ciuilis, non oportet, vt quis habeat vtrumque gradum, sed sufficit, vt sit Doctor Iuris Canonici tàntùm, vel Iuris Ciuilis tantùm, ità diffusè agit *Barb. in tract. de dictionib. diction.* 110. *nu.* 9. *vers. limita quando copula hæc, Alex. cons.* 101. *nu.* 8. *lib.* 3. *Card. Tusch. concl.* 274. *nu.* 54. 55. *&* 56. *Rom. cons.* 104. *nu.* 4. *Alex. cons.* 64. *n.* 9.
42 *vol.* 6. imò hæc dictio, *&*, non semel ponitur ampliatiuè, & augmentatiuè, *Cassan. in consuetudin. Burgundiæ rub.* 7. §. 10. *verb. delignar nu.* 132. *Paris. cons.* 17. *n.* 24. *vol.* 1. dicens, quod hæc dictio, auget, & non restringit, *Surd. cons.* 200. *nu.* 16. *& cons.* 316. *nu.* 17. *Menoch. cons.* 677. *nu.* 4. *& cons.* 625. *nu.* 17. *& cons.* 972. *num.* 12. *cons.* 713. *nu.* 29. *& cons.* 878. *nu.* 34. aliosque innumeros refert, & sequitur *Barb. tract. varij dist.* 110. *nu.* 35.

43 Idemq; confirmatur ex nostra Regia Sanctione 4. in dicto nono casu, quæ sic loquitur, *Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronia, seù quoduis aliud magni momenti feudum alienatur,* loquitur itàq; per dictionem *seù*, sicq; disiunctiuè, & alternatiuè ratiocinari videtur, *l.* 1 §. *sublata, ff. ad trebell. l. si quis ità legauerit de aur. & arg. leg. Menoch. cons.* 838. *Cened. sing.* 15. Hoc pariter probant verba gratię de anno 1561. quæ hęc sũt, ibi, *alijsque bonis feudalibus tàm titulatis, quàm magni momenti*, dictiones autem, *tàm*, & *quàm*, diuisionem, & separa-
44 tionem important, *Menoch. cons.* 400. *nu.* 9. *& Vulpell. de præpos. & aduer sing. sub hac dictione fol.* 21. *Menoch. de arb. cons.* 314. *nu.* 11. *Monacus decis. Luc.* 58. *nu.* 11.

Postrema quæstio est, nunquid assensus præstitus per Dominum Proregem
45 post permissam facultatem in anno 1561. iuxtà tamen veterum stylum Regalis Cancellariæ, exceptis feudis titulatis, &

Digitized by Google

magni momenti, locum obtineat etiam ſuper feudis titulatis?

Et videtur affirmatiuè reſpondendum, etenim clauſula illa *exceptis feudis titu-*
46 *latis, & magni momenti*, intelligitur per errorem Scribæ à mandatis exarata, proindè nihil operari debet, proùt in priuilegio Principis loquitur, *Pariſ. conſ. 1. lib. 1. nu. 81.* ſequitur in propria ſpecie *Reg. Capyc. Latr. cõſult. 84. n. 38.* rationem ſubdens *num. 39. vſq; ad 42.* quia ſcilicet Proreges, & Regentes in libellis deprecatiuis, in quibus aſſenſus petitur, ſolitam decretationem decernunt *fiat in forma*;
47 Hæc forma eſt ſtylus Cancellariæ, & ſecundum dictum ſtylum ſolent Scribæ à mandatis priuilegium extendere, cumq; per gratiã fuerit ablata prohibitio priùs
48 data Proregibus, & inducta noua forma, non eſt amplius exceptuatio illa apponenda, & ſi fuerit addita, pro non exarata habetur, tanquam contrà nouum ſtilum Cancellariæ per gratiam introductum, qui obſeruari, & perſcrutari debet, vt poſt alios tradunt *Affl. deciſ. 79. in fin. & deciſ. 353. num. 4. Menoch. conſ. 187. num. 27.*

Quemadmodùm exploratum eſt in
49 clauſula, vt *infrà certum tempus deb. at aſſenſus regiſtrari in quinternionibus Regiæ Cameræ*, quæ ſi appoſita fuerit in aſſenſu expedito ſuper obligatione bonorum feudalium, pro non appoſita reputatur, & aſſenſus erit ſemper validus, licèt regiſtratio ſequuta non fuerit, ità pronunciatum fuiſſe per Collaterale Cõſilium, refert *Reg. Rouit. deciſ. 84. per totam*, idemq; agit *Lelius Gizzius in alleg. 108. inter allegationes Reg. de Marin.* & de iure reſpondit *Camer. in c. Imperialem fol. 49.* ſequitur *Montan. in cap. Imperialem, §. præterea lit. N. fol. 133.* quidquid in contrarium firmet *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dote, §. 2. nu. 6.*

Proùt etiam idem cautum dicitur reſpectu clauſulæ *pro ſe, & hæredibus ex*
50 *corpore*, quæ ſi exarata legitur in aſſenſu expedito poſt gratiam impartitam in anno 1586. qua conceſſum fuit, vt in aſſenſibus expediendis ſuper obligatione bonorum feudalium ponatur clauſula *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, quibuſcumque*, vt *in prag. 27. de feud.* illa clauſula *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore*, pro non expreſſa habetur, & intelligitur aſſenſus expeditus iuxtà nouam formam *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq;* ſic tradit *Reg. Capyc. Latr. cõſ. 84. n. 37. & 40.* ibiq; dictus *Reg. Capyc. Lat. nu. 37.* infert, quod præſtito aſſenſu, ac clauſula expreſſa iuxtà ſtilum Cancellariæ *pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*, poterit quis actionem ad feudum alienare, & obligare abſq; aſſenſu, *Camer. in c. Imperialem fol. 39. col. 2. in princ.* ex doctrina *Andreæ in c. præterea quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, nu. 16. verſ. vel quid melius videtur*, vbi *Liparulus fol. 129.*

51 Imò idem *Reg. Capyc. Latr. d. cõſult. 84. nu. 42.* tradit iudicatum, vt ſcilicet clauſula illa *exceptis feudis titulatis, & magni momenti*, habeatur pro non expreſſa in aſſenſibus expeditis poſt dictam gratiam, antequam illa peruenerat ad notitiam Cancellariæ.

52 Nihilominus quæſtio huiuſmodi reſoluitur eadem diſtinctione, qua *Reg. de Marin. reſol. iur. to. 2. cap. 32.* vtitur in illa quæſtione, quam proponit, ſi gratia Regis, qua fuerunt confirmati aſſenſus præſtiti per Dominum Proregem vſque ad annum 1561. de qua ſupra meminimus, confirmare videatur aſſenſus expeditos ſuper obligationibus feudorũ præter feuda titulata, ait ipſe *Reg. de Marin.* aut in ſupplici libello pro obtinendo aſſenſu fuit reſcriptum, *fiat in forma*, ſimpliciter, aut fuerit dictum, *fiat in forma præter feuea titulata.* In primo caſu, dùm ſupplicatum extitit pro aſſenſu ſuper omnibus bonis feudalibus, & ſimpliciter fuit aſſenſus impartitus, certè impartitus intelligitur etiam ſuper feudis titulatis, quamuis ex defectu poteſtatis aſſentientis, vndè idem *Reg. de Marin. ibid.* ex hoc infert, quod confirmando demum Rex per gratiam generalem omnes aſſenſus per Proreges præſtitos ſuper obligatione, vel alienatione feudorum titulatorũ; proùt ſuprà annuimus, certè confirmatus cenſetur aſſenſus ille à Prorege iuxtà hanc formam ſuper his feudis præſtitus.

In ſecundo autem caſu cum expreſsè
53 declaratum fuerit, vt aſſenſus ad feuda titulata nullatenus porrigeretur, videtur etiam, quod cofirmando Rex per gratiam

tiam generalem omnes assensus per Proreges præstitos super alienatione, vel obligatione feudorum titulo decoratorum, certè confirmatus dici non potest assensus ille à Prorege cum expressa declaratione præstitus, vt non trahatur ad feuda titulata, Rex enim in gratia prædicta cúm loquutus sit per verbum confirmare, & confirmatio aliud non est, ni-
54 si iuris priùs quæsiti corroboratio *Hostiens. Imol. & Dec. in rub. de confirmat. vtil. vel inutil.* in tantum quod necessariò præsupponit confirmatio, aliquid esse priùs, quam confirmetur *Bald. in l. nominationis circà finem, vers. conclude, C. de appellat.* Ideò cum assensus super feudis titulatis per Proregem nullatenus appareat præstitus; imò expresè dictum, vt non porrigetur ad feuda titulata, proindè gratia demum superuenta cõfirman-
55 do assensus per Prareges præstitos super feuda titulata, non potuit confirmare assensum nullo tempore super talibus feudis concessum, ad quod optimè confert doctrina *Bald. loc. cit. vers. illud certum est*, vt confirmatio semper commen-
56 suretur ad illud, quod confirmatur, itaùt non extendatur vltrà quam actus confirmatus se extendit, sequitur *Carauit. rit.* 301. *nu.* 8. & faciunt, quæ cumulat *Reg. Rouit. cons.* 12.

57 Nec in contrarium opitulantur dicta *per Reg. Capyc. Latr. d. consult.* 84. *nu.* 42. etenim neminem allegat ad suam opinionem roborandam, & quamquam testetur decisum, causam non allegat, nec tempus assignat. Et amplius idem *Reg. Capyc. Latr.* ratiocinatur contrà expressa verba Regiæ decretationis, nàm si illa contineãt, *fiat in forma præter feuda titulata*, non videtur ex errore Scribæ à mãdatis clausulam illam (præter feuda titulata) fuisse conceptam, sed apertè liquet, quod sub hac forma Princeps voluit assensum impartire.

Subnectitur quoq; in eadem *pragm.* 4.
58 *de feud.* decimus, & vltimus casus, quo cauetur, vt bona feudalia obligata esse tantummodò censeantur in defectum bonorum allodialium, seù burgensaticorum, & quando bona ipsa allodialia, seù burgensatica non sufficerent ad satisfactionem æris alieni, Regio precedente beneplacito contracti.

Hoc tamen rescriptum altera subsequente sanctione fuit derogatum, cautumque extitit, vt deinceps in assensibus expediendis non ponatur clausula, vt scilicet bona feudalia non intelligantur obligata, nisi in defectu bonorum allodialium, siuè burgensaticorum, & ipsis non sufficientibus ad satisfactionem partis, cuius intererat, sed in posterum expediantur assensus eo modo, & forma, quo antè eius promulgationem expediri consuetum fuit, sic decernitur *in pragm. 7. de feudis.*

Annuimus sup. *in* §. *6. nu.* 113. quod assensu præstito super obligatione bono-
59 rum feudalium pro hæredibus ex corpore potiuntur etiam hæredes extranei ex speciali gratia Ciuitati concessa, cuius verba retulimus, illamque etiam exaratam inspicimus *in prag. 27. de feud.* quam superioribus scriptis adde.

Vlterius alia peculiari lege in Regno
60 nostro præscriptum fuit, vt assensus in alienationibus feudorum faciendis per extraneos possidentes illa in Regno à Regia Maiestate sint expetẽdi, nec à Domino Prorege expediri valeant, ità est *in prag. 16. de feud.* ad cuius ornatum nonnulla agit *Cons. Theodor. alleg.* 50. & alia tractat *Reg. de Marin. tom. 1 resol. cap. 23.*

Denique consentaneum est, vt pro coronide supra enucleatorum, recolatur gratia, quam Sereniſſimus noster Rex Philippus IV. modo defunctus, expetente nostra Ciuitate, eidem concessit; vt scilicet Barones, & feudatarij huius Regni Neapolis, & quilibet ex eis possit fundare maioratus in suis feudis, infrà tamen terminos successionis permissæ (quæ ex eadem gratia ampliata fuit in beneficium comprehensorum in quarto gradu, tàm virorum, quàm fœminarum) subnectitur autem in eadẽ gratia, quædã restrictio ex his verbis, *ità vt restitutionis, seù fideicõmissi onus vlterius in detrimentum iuris deuolutionis nobis, & nostræ Regiæ Curiæ competentis non procedat*, sic habetur in Regalibus literis Madrid expeditis *sub die 23. Iulij 1655.* & Neapoli exequutioni demandatis tempore Præsidatus Excellentissimi Domini Comitis Castrilli *sub die 6. Octobris 1655.* relatis *in pragm. 24. de feud.*

Non tamen potest feudatarius virtute

Digitized by Google

huiuſmodi gratiæ naturam ſucceſſionis feudorum euertere, & quod primogenito tribuitur ſecundogenito in vim inſtitutionis conferre, vt patet *ex ſcriptis in explicatione ſexti caſus*. Neque oneri reſtitutionis primogenitum ſubiacere, ſed quã vtilitatẽ vigore præfatæ gratiæ feudatarij conſequantur *in tract. de fiſco*, fuſo calamo Deo Dante expenditur.

De officio Commiſſarij Contrabannorum.

RVBRICA XIV.

SVMMARIVM.

1 *Extractionis crimen arduum dicitur, præcipuè frumenti, & victualium, & æquiparatur crimini læſæ Maieſtatis.*
2 *Extractionis frugum delictum multa cauſat damna.*
3 *Annonam cõſeruare magis expedit Reipublicæ, quam pacem.*
4 *Extractionis frumenti crimen capitali pœna punitur de iure communi, & idem in Regno Neap. in Alma Vrbe, Mediolani, & in Patria Pedamontana, Delfinali, Aucnionenſi, Peruſina, Dolana, & in Regno Franciæ, & Siciliæ, num. 5. & 6.*
7 *Arma contrà extrahentes præter vſum, pœna mortis irrogatur.*
8 *Serica extrahentes, pœna relegationionis, & triremium puniuntur.*
9 *Puluerem, ſalnitrum, pirium, furfur extrahentes à Ciuitate Neap. pœna relegationis, & triremium puniuntur.*
10 *Panem extrahentes à Ciuitate Neap. pœna relegationis, & triremium puniuntur.*
11 *Equos, equas, & pullos extrahentes, pœna relegationis in perpetuum puniuntur, & pecuniaria.*
12 *Aurum, & argentum factum, vel infectum extrahentes, pœna relegationis, vel remigationis vita durante puniuntur, & contrà alienigenos additur pœna confiſcationis bonorum, nu. 13.*
14 *Monetas extrahentes, pœna mortis puniuntur.*
15 *Ferra, & arma prohibita extrahentibus, & infidelibus vendentibus, pœna mortis infligitur.*
16 *Animalia aſportantes, amiſſione illorum cum pœna ducatorum mille plectuntur.*
17 *Oleum aſportantes, amittũt illud, & ſoluunt ducatos 10. pro quolibet ſtario, & imponitur pœna annorũ 10. relegationis nobilibus, ignobilibus autem triremiũ, Domino Nauis pœna mortis, nautis annorum 10. triremis, & Barones ſuſpenduntur à iuriſdictione.*
18 *Vini extractio prohibetur abſque licentia Regiæ Cameræ, & ſub quibus pœnis.*
19 *Extractionis prohibitio procedit etiam, vt non incurratur in excommunicationem, reſpectu aſportationis rei ad Romanam Curiam.*
20 *Portulani, & Capitanei graſſæ deputati ſunt in Regno noſtro ad euitandas extractiones.*
21 *Commiſſarius Contrabannorum deputatur à Domino Prorege.*

De officio Commiſſarij Contrabannorum.

RVBRICA XIV.

1 ARduum, & vndiq; grauiſſimum exiſtimatur crimen extractionis frugum, cunctorumq; victualium, præcipuè frumenti, illudq; æquiparatur læſæ Maieſtatis facinori, *Salicet. in l. non prohibetur, C. qui accuſare non poſſun. nu. 2.* ſubdens, proditioni eſſe proximum, *l. 2. C. quæ res aſportari nõ poſſunt, Luc. de Penn. in l. nominationum, C. de Decurionib. lib. 10. Andr. in proem. conſtit. tit. quæ ſint regalia;*
2 Ex huiuſmodi nãq; extractione annona carior efficitur, penuria ſuccedit, & indè ruinæ, & conturbationes in toto Regno emergũt, vt cõſiderat *tex. in l. altius, & l. manifeſtè, C. de ſeruit. & aqua, §. 1. auth. de Trient. & ſemiſſ. l. Præſes, C. cit. tit. de ſeru. & aqu. Luc. de Pẽn. in d. l. nominationẽ, C. de Decurion. lib. 10.* & obſeruat *Affl. dec. 290. n. 9.* vndè faciunt dicta per *Vegetum lib. 3. cap. 3.* nimirùm in cunctis caſibus poteſt in tempore ſubueniri, pabulatio, & annona non habent remedium, quod

quod etiam optimè docet illud *Apostoli Matth. 23. de virginib. prudentib. respondentib. fatuis oleum petentibus, nè fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.*

3 Et magis expedire Reipublicæ, annonam conseruari quam pacem, tradit *Affl. in proem. const. Regn. in 3. q. pen. col. vers. in quantum post Andr.* ibi *Præs. de Franch. decis 9. nu. 2. Muscatell. de cognit. delict. tit. de extract. nn. 95.*

4 Meritò ergò huiusmodi facinus ex Iustiniani Imperatoris sanctionibus rigorosè cohercetur, etenim contrà extrahentes præcipuè frumentum, capitis pœnam ille imposuit, & in eandem incidere statuit Magistrũ nauis, frumentum asportantem; & amplius conductorem nauis voluit, vt pœna amissionis nauis puniatur, *l. quia non nunquam 3. C. quæ res vendi non possunt, l. 2. C. quæ res asportari nõ debent, l. cotem ferro 11. & §. Dominus nauis, ff. de publican. & vectigalib. l. 2. C. de commerc. & mercatorib. l. 1. §. 2. ff. de re militar.*

5 Quamobrem inoleuit vsus in toto Orbe, huiusmodi extractionem particulari sanctione capitalibus pœnis vetare, sic est in Alma Vrbe eiusque statu, vbi sub pœna capitis illa interdicitur, ità *Nouar. super pragm. 9. de extractionib.* ex decisione Rotæ Romanæ, in vna Vrbinatensi edicti, coram Reuerendo Patre Comitulo: in Regno Mediolani idem viget, vt *in l. 1. constitutionum Mediolani tit. de Præfect. annon.* in Patria Pedamontana hoc pariter extat, teste *Thesaur. decis. 152.* in Patria Delfinali hoc simile cauetur, teste *Guidon Pap. decis. 373. Franc. Marc. decis. 338. par. 2.* in Patria Auenionensi hoc idem viget teste *Laurent. decis. 62.* in Patria Perusina hoc pariter extat, teste *Ludouic. decis. 80. par. 2.* in Patria Dolana hoc idem indicitur, teste *Criuell. decis. 81.* in Regno Franciæ, hoc idem viget teste *Boer. decis. 178.* in Regno Siciliæ, hoc simile constituitur, teste *Mastrill. decis. 139.*

6 In Regno autem nostro Neapolitano contrà extrahentes frumentum sinè permissu Domini Proregis pœna mortis naturalis, amissionis frumenti, animalium, vel nauium infligitur, vt *in prag. 20. sub tit. de extract. seù asportat. animal. &c.* edita de anno 1597. quæ hodiè viget, licèt præcedentes, vt *prag. 12. de ann. 1577. & prag. 18. de ann. 1593.* mitiores pœnas indixerint, nisi extractio sequeretur à Prouincijs Aprutij, vbi eadẽ pœna mortis erat imposita, vt *in pragm. 9. de ann. 1571.* deindè etiam mitigata, vt *in prag. 11. de ann. 1574. eodem tit. de extract. siuè asportat.*

7 Contrà extrahentes arma à Regno vltrà vsum pœna mortis irrogatur, vt *in pragm. 22. eodem tit.*

8 Aduersus extrahentes serica absque debitis expeditionibus, si nobiles pœna relegationis, humiliores pœna triremiũ per decennium, & aureorum decem pro qualibet libra serici, vt *in prag. 25. eod. tit.*

9 Contrà extrahentes puluerem, pirium, salnitrum, sulfur, pœna relegationis, vel remigationis eadem distinctione per decennium præfigitur *prag. 15. eod. tit.*

10 Aduersus extrahentem panem à Ciuitate Neapolis, pœna relegationis, vel remigationis per triennium statuitur *in prag. 21. eod. tit. de extract. siuè asportat.*

11 Contrà extrahentes equos, equas, & pullos, pœna relegationis in perpetuum, & ducatorum decemmille contrà nobiles, & si illos soluere nequeant, pœna deportationis, & si humiliores sint pœna triremium in perpetuum sancitur, vt *in pragm. 8. & 13.*

12 Contrà extrahentes aurum, & argentum factum, vel infectum pœna relegationis vita durante, vel remigationis ca-
13 uetur, & contrà alienigenos pœna altera datur confiscationis bonorum, vt *in prag. 19. eod. tit.*

14 Aduersus extrahẽtes monetas aureas, vel argenteas in hoc Regno, vel Hispania signatas, vel illas diminutas exportantes, pœna mortis statuitur, vt *in prag. 23. & 24. eod. tit.*

15 Aduersus extrahentes ferra, & arma prohibita nec in Regno, nec extrà Regnum, & si vendantur infidelilibus, pœna mortis naturalis inflingitur *pragm. 2. eod. tit. de extract.*

16 Animalia extrahentes pœna amissionis illorum puniuntur, & ducatorum mille, *prag. 1. & 2. de extract.* & respectu suum, pœna exigitur tàm à venditore, quàm ab emptore, *prag. 6. eod. tit.*

17 Aduersus etiam extrahentem oleum, præ-

Digitized by Google

præscripta est pœna amissionis olei, & ducatorũ 10. pro quolibet sexterio, & annorum 10. relegationis nobilibus, & triremium ignobilibus, & Barones suspenduntur ab administratione iurisdictionis; Dominus, seù magister nauis, vbi olea asportantur, pœna mortis punitur, & nautæ pœna triremium per annos decem, vt *in prag. 44. de extract. vol. 2.*

18 Vinum extrahi non potest tàm intrà, quàm extrà Regnum, absq; licentia Regiæ Cameræ, solutis dirictibus tractæ sub pœna amissionis vini, & cimbæ, & ducatorum mille contrà Dominum vini, & alijs pœnis ad arbitrium S. E. vt apparet ex bannis emanatis per Regiam Cameram de anno 1651. & 1653. in banca Act. Bartholomæi Gallucci, quæ banna obseruantur in Regia Iuncta, & in pluribus casibus fuerunt practicata.

19 Et adeò hic vsus in toto Orbe est tutus, vt nec videtur in excommunicationẽ incurri, licèt exportatio prohiberetur ad Romanam Curiam, ea solummodò ratione, ne Regno fruges deficiant, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de tract. n. 5. ex Nauar. in Bull. Cenæ sub tit. de Cens. Eccl. c. 17. nu. 67. Laganor. ad Reg. Rouit. in rub. de extract. super pragm.*

20 Prætereà in hoc eodem Regno nostro, vt huiusmodi delictum extractionis quis euaderet, Reges nostri deputauere in lictoribus maris Portulanos, tanquam portuum custodes, & in confinibus mediterraneis constituerunt eos, qui vulgò Capitanei grassæ nuncupantur, vt testatur *Reg. Rouit. in pragmaticis in rubr. de extract. nu. 2.*

21 Quinimò Domini Proreges solertia procliues, quandoq; aliquem ex Superioribus Ministris huius Regni, in Commissarium Cõtrabannorum constituunt; vndè vt de eius officio agam, differere oportet de huiusmodi criminis priuilegijs, excusationibus, facultatibus, iuribusque, quæ ad Catholicum nostrum Regem attinent. Et ad hoc, vt distinctè loquamur, opere pretium duxi, materiam in sequentes §§. explanare.

De Priuilegijs Criminis extractionis rerum contra deuetum.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *Delictum, vt dicatur existere, indiget, vt de corpore, siuè genere eiusdem delicti constet.*

2 *Corpus, siuè genus delicti si probatum non sit, ad examen rei procedi non potest.*

3 *Extractionis rerum prohibitarum crimen non exposcit probationem delicti in genere, & quare.*

4 *In crimine extractionis proceditur militari modo, proùt contra disrobatores stratarum.*

5 *Delictum in genere non indiget probari, vbi rei euidentia cessat.*

6 *Delictum in genere probari valet per indicia, & coniecturas, Iudici arbitrarias.*

7 *Delictum in genere probari debet in crimine extractionis ex Muscatelli doctrina, qua refellitur, nu. 8.*

9 *Extractionem cõmittens si captus sit infraganti, tùnc debet costare de corpore delicti, in alijs verò casibus potest procedi per viam inquisitionis, n. 10. & ità obseruatur in Regno, nu. 11. & constitutum est per Regias pragmaticas, n. 12.*

13 *Famuli Curiæ probant extractionem, licèt à testificando sint repellendi.*

14 *Famuli Curiæ repelluntur à testificando crimen extractionis, & quare n. 15.*

16 *Famuli Curiæ sunt idonei testes contrà illos in fraganti crimine repertos.*

17 *Custodes alicuius passus, deputati, vt capiant, & denuncient res vetitas asportantes, contrà eosdem asportantes plenam fidem faciunt, & quare.*

18 *Extrahentes res vetitas extrahi, si testibus sint conuicti pœna leg. puniuntur, etsi in fraganti reperti non sint.*

19 *Contrarium* ex Mauson. *doctrina refertur, sed refellitur, nu. 20.*

21 *Extrahentes frumentum, & alias res vetitas, pœna legis puniuntur, & si infraganti non sint reperti, & statutum extra-*

Digitized by Google

tractionem prohibens de inuento nõ loquitur, alias impossibilis redderetur apprehensio, nu.23. contrarium, nu.24.

22 *Verbum inuenire, quid importet.*

25 Pragm. 20. de extract. frumenti, *extractionem prohibens, de inuento non loquitur.*

26 *Extractionis crimen priuilegia omnia habet, quæ delicta occulta retinent.*

27 *Extractionis crimen probatur per testes singulares, & per coniecturas, præsumptiones, & verisimilitudines, n.28.*

29 *Extrahens si in itinere reperiatur, punitur, tanquam si delictũ esset consummatum, quod habet locum in extrahente frumentum, vel monetas, nu.30. & 31. intellige si propè confines, vel extra viam vsitatam, nu.38.*

32 *Extrahens monetas, repertus in Ciuitate Gaetæ, punitur pœna Regiarum pragmaticarum, & ità decisum refertur: contraria sententia, nu.33.*

34 *Asportans res vetitas, si non peruenerit ad locum, ex quo exire non licet, non incidit in pœnam statuti.*

35 *Extrahens monetas, si fuit captus in loco, vbi dicitur à Portella, non punitur pœna Regiæ pragmaticæ.*

36 *Custodes sunt tot latrones, & quas diligentias agere teneantur.*

37 *Extractionis delictũ dicitur consummatum per solam onerationem, si repertus fuit propè fines, vel extrà viam vsitatam, n.38. nec excusatur, si dixerit ad propriam domum redire, nu.39.*

40 *Extrahens, si est bonæ famæ, repertus in itinere suspecto, excusatur.*

41 *Extrahentes res prohibitas, si citati non cõparuerint, proceditur ad executionem pœnæ in cõtumaciam, & binæ decisiones Regiæ Iunctæ afferuntur, nu.42. & 43.*

44 *Extractionem mandantes puniuntur, ac etiam famuli fautores, & alij in naui existentes, quod procedit etiam de iure communi, nu.45.*

46 *Extractionis crimen raptui assimulatur.*

47 *Minores extrahentes res vetitas pœna legis puniuntur.*

48 *Minores ligantur statuto, proùt iuri communi subijciuntur; nec mitius puniũtur, quando dolum ex proposito committunt, nu.49.*

50 *Minoris dolus ex coniecturis, & circumstantijs probatur, maximè in delicto extractionis, n.51.*

52 *Gratia Principis latissimè est interpretanda.*

53 *Gratia Principis non extenditur ad bona intercepta; sed tantùm quoad pœnam corporalem, & ità decisum.*

54 *Principis Indulgentia non potest afferre damnum tertio; nec tollere ius alteri quæsitum, nu.55.*

56 *Abolitio Principis non extenditur ad bona confiscata, & incorporata; sed re integra, & quando non fuit deuentum ad executionem pœnæ, nu.57.*

58 *Prorex potest pœnas corporales abolere, & pecuniarias remittere; exequutas tamen non potest relaxare, nu.59.*

60 *Interceptum statim desinit esse extrahentis, & fisco acquiritur.*

61 *Prorex potest expressè disponere restitutionem bonorum interceptorum, & pœnam executam remmittere, dummodò non fuerit soluta, & in fisci commodum incorporata, num.62. nec potest donare, quod suum non est, n.63.*

64 *Farinam extrahens non comprehenditur sub prohibitione extrahentis frumentum; contraria opinio est verior, nu.65.*

66 *Pœnis alternatiuè in statutis præscriptis, ad quem spectat electio illarum ad fiscum, ad Iudicem, vel ad reum.*

67 *Pluribus delinquentibus pœna pecuniaria non diuiduntur, sed ab vno quoque delinquentium exigitur pœna, & tot censentur delicta, quot sunt personæ delinquentium, nu.68. Limitatur tamen in solutione interesse partis, nu.69.*

De Priuilegijs Criminis extractionis rerum contra deuetum.

§. I.

SAtis consentaneum est, vt huiusmodi crimen, quod publicæ incolumitati magnoperè aduersatur, priuilegijs, muniatur, quorum

1 Primum priuilegium est, nàm etsi regulariter non videatur delictum existere, nisi priùs de corpore, siuè genere eiusdem

Digitized by Google

dem delicti conſtet, *l.1.§.item illius, ff. ad Sen. Conſ. Sillan.* & ſecundum omnium ſcribentium ſententiam hæc regula receptiſſima praxis eſt, à qua nemo recedit, vt inquit *Farinac. in prax. crim. tit. de inquiſit. quæſt.1. nu.6. ver. primum requiſitum, & quæſt.2.nu.2. verſ.quare conſtare.* Imò nec ad Rei, ſeù inquiſiti examen, deficiente probatione delicti in genere, deueniendum eſt, ſecundum vulgarem concluſionem relatam *per Farinac. vbi ſup.* cum allegatis, quibus accedit *Baiard. ad Clar. quæſt.4. in princ. Ioſeph Seſſe deciſ.Arag.111.nu.1.*

3 Attamen in hoc crimine extractionis, inquiſitio locum vindicat, etiam, ſi non conſtet de genere delicti, tùm quia probatio in genere confunditur cum illa in
4 ſpecie, & in huiuſmodi delicto procedi-tur leuato velo, militariq; modo, quemadmodum contrà latrones, & diſrobatores ſtratarum, vt ſentijt *Muſcatell.in prax.de cognit. ſeù probat.delict. tit. de extract. nu.4.* tùm etiam quia verſamur
5 in delictis occultis, & difficillimę probationis, & etiam in illis, vbi nec ſigna, nec veſtigia remanent, reiq; euidentia ceſſat, vt animaduertit *Farinac.d.quæſt.1. nu.6. circà finem, verſ. & licet, & In quæſt. 2. num.12. & 13. Caluac. in tract. de bracc. Reg. par.1. nu.200. verſ. item de delicto, Mauſon. de Controbann. quæſt.4. nu.9. & 10. poſt tract. de cauſ.execut.* dicens, ſicq; communiter obſeruari, & ſufficere, vt
6 conſtet de corpore delicti per coniecturas, & indicia, Iudicis arbitrio; ſiquidem poſt commiſſam extractionem difficillimè, & impoſſibilè delicti genus, & corpus probari poteſt.

7 *Muſcatellus* autem *in d.tit.de extract. nu.6.* firmat contrarium, vtpotè probationem in genere neceſſariam fore, & aſſignat formã, qua tenetur iudex aſſumere informationem, ſcilicet qualiter forma-
8 banni ſeruata non fuit, ſed contrà illam formam factum, & obſeruatum; ſed hæc probatio potius videtur eſſe in ſpecie, quàm in genere, nàm delictum optimè remanet probatum, ſi conſtet frumentum, ſiuè alia res prohibita fuiſſe extracta à Regno, & hoc eſt, quod bannum prohibuit, & expoſcit, vt pœna contrauenientibus inferatur.

9 Tamen *cit. Mauſon. d.quæſt.4. nu.4.* ſic diſtinguit (quæ diſtinctione concordantur opiniones) aut delinquens fuerit captus in fraganti, & in his debet cõſtare de corpore delicti, & teſtes debent videre res prohibitas extrahi, in alijs verò caſibus non repertis in fraganti, in quibus
10 procedi poteſt per inquiſitionẽ, vt infrà, non videtur ſibi locum vendicare; quia etiam ſi non conſtat de corpore delicti, inquiſitio locum habere poteſt, & ſic ſeruari teſtatur *Mauſon. d.quæſt.4. nu.9.10.*
11 *& 11.* quæ diſtinctio habet locum in Regno noſtro, vbi Regiæ pragmaticæ permittunt in delictis prædictis procedi per inquiſitionem, non ſolùm in extractione aureæ pecuniæ, & equorum, vt in-
12 quit *Mauſon.* ſed etiam in extractione ſericorum, quæ poteſt probari per duos teſtes ſingulares, *prag.25. cap.16. de extract.* & in alijs pragmaticis.

13 Secundum eſt priuilegium, nàm famuli Curiæ, qui in fraganti delinquentes recipiunt, ſunt idonei teſtes, itaùt reus pena Regiarum Sanctionum puniri poſſit.
14 Quod priuilegium etſi prima fronte durum videatur, cum famuli Curiæ omninò ſint à teſtificando repellendi, non ſolùm propter eorum vilitſſimam conditionem, ad tradita *per Reg. Sanfelic. de-*
15 *ciſ.98.* ſed etiam quia de eorum agitur commodo ex participatione dimidię, vel tertiæ partis rei interceptæ, *Baiard. ad Clar.quæſt.9. nu.1.& 2. Farinac.de teſtib. quæſt.56.art.11. nu.371. & 373. Decian. reſp.75. num.2. vol.2. Maſcard.de probat. concl.1189. nu.1.2. & 3.vol.1.* vndè dicuntur in cauſa propria deponere, *l.1.§.in propria cauſa, ff. quan. appell.ſit, l. nullus, ff. de teſtibus, Rot.Lucen. diuerſ. deciſ.21. fol.26.*

16 Nihilominus huiuſmodi ſecundum priuilegium iuri cõſonum eſſe patet, quia famuli Curiæ ſunt idonei teſtes contrà in fraganti crimine repertos, tenet expreſ. sè *Affl.in conſt.Regn. humanitatem n.30. verſ. Andreas hic Baiard. ad Clar. q.82. nu.61. verb. & ea credatur familiæ, Farinac. de teſtib. quæſt.56. num.379. Monac. deciſ.Luc.38. nu.3. Epiſcopus Ricciul. de perſon.in ſtat.repro.Mauſon.de Controban.*
17 *quæſt.5. nu.4. ibid.* Et amplius creditur poſitis ad cuſtodiam alicuius paſſus, vt capiant, & denuncient res vetitas aſportantes, nàm hoc ad ipſorum officium pertinet,

tinet, ideò eorum dictis est standum, *l. apparitores, C. de exact. tribut. l.* 10. *c. cum parati, & c. prudentia, vbi gl. de appellat. Maschard. de probat. concl.* 189. *nu.* 7. *ver. primo limita, Farinac. cit. quæst.* 60. *n.* 382. *idem Mauson. loc. cit. nu.* 4.

18 Tertium est priuilegium, nàm asportantes res vetitas extrahi, quamuis non fuerint in fraganti reperti, sed tantummodò testibus conuicti, adhùc puniendi veniunt pœnis in pragmaticis præscriptis, ità *ex tex. & gl. in l.* 1. *C. de petit. bonor. l.* 1. *C. vbi Senat. vel Clariss.* probat *Nouar. super pragm.* 4. *de extract. nu.* 14. dicens, sic decidisse Rotam in vna Vrbinatensi edicti coram R.P. Comitulo, idèq; etiam firmat *Muscat. in prax. de cognit. delict. tit. de extract. nu.* 84.

19 Sed *Mauson. loc. cit. quæst.* 7. *nu.* 7. *&* 22. tenet contrarium, dicens hoc tantummodò procedi contrà extrahentes aurum, argentum, monetas, equos, equas, & equuleos, cum id sit specialiter prouisum contrà illos, vt legitur *in pragm.* 10 *&* 13. *de extract.* sed contrà extrahentes reliquas res vetitas, cum illud non fuerit terminatum, non possunt extrahentes pœnis puniri, nisi in fraganti reperiantur.

20 Tamen eius dicta nõ obstant, cum sit *Mauson.* sibi ipsi contrarius, inquit enim *in nu.* 14. quod quando statutum, factum de iure non punibile, punit, tùnc fragantia requiritur; si verò factum de iure punibile plectit, & tùnc sine fragantia crimen mulctatur, & hic est casus noster, nàm mandat statutum puniri illudmet crimen, quod de iure communi vetitum sub pœna capitali est; meritò non aduersatur, cum etiam neminem citat pro sua opinione.

21 Idem comprobat *Rip. in tract. de re. med. ad conseruand. vbert. q.* 9. *vers. nono quæro nu.* 103. *&* 104. dicens, quod statuto dictante, vt inuentus portare frumẽtum puniatur, &c. potest quis pœna statuti puniri, etiam si in fraganti non repeperiatur, dummodò per testes probetur, ex illa præcipua ratione, quia verbum

22 *inuenire* secundum *Ang. & Imol. in l.* 3. §. *Neratius, ff. de acquir. possess & Roman. in l.* 1. *eod. tit.* de iui propria significatione corporalem apprehensionẽ non expostulat, *tex. in l.* 1. *C de rapt. virg.* ibi, *si in rapina non inueniatur*, & *in c.* 1. *de dilat.* ibi, *si Iudex inuenit rem, ità se habere*; vbi verbum *inuenire*, intelligitur, si per probationes de delicto constet; & si secus

23 diceretur, de facili fraus contrà statutum committeretur; ex potentia enim extrahẽtis impossibilis daretur personalis apprehensio in fraganti, vt inquit *idem Rip. loc. cit.* vbi alias rationes reddit, quibus accedit *Cumia in ritu Regn. Sicil. cap.* 60. *nu.* 4. 5. *&* 6. *vers.* 4. *nota.*

24 Prædicta autem limitari affirmant aliqui, si statutum loqueretur de inuento, ità *Mart. decis.* 80. *Episcop. Ricc. decis. Cur. Archiep.* 207. *par.* 2. *Nouar. super pragm.* 9. *de extract. nu.* 5. *ex tex. in l. si barsatorem, C. de fideiuss.*

25 Quod cessat in casu nostro, vbi Regiæ Sanctiones non loquũtur de inuento, sed ex alijs verbis prohibitionem insinuant, ibi: *Ne si debbia estrahere dal presente Regno fuor di esso per mare, nè per terra quantità alcuna di grani, & altre vittouaglie senza nostra espressa licenza, in scriptis, obtenta sotto pena alli contrauenienti di morte naturale, &c.* vt *in prag.* 20. *&* 21. *de extract.*

26 Quartum priuilegium, nàm huiusmodi extractionis crimen specialia omnia habet, quę delicta occulta, & secreta retinẽt, cum occultè, & secretè patrari soleat, ità *Muscatell. de cognit. delict. tit. de extract. nu.* 81. subdens *nu.* 99. quod in hoc crimine vti grauissimo, & læsæ Maiestati, ac proditioni proximo, procedi potest iuris ordine non seruato, imò contra delatos ad torturam ex processu informatiuo, saltem quòad testes.

27 Hinc etiam crimen istud extractionis concludenter probatur ex testibus singularibus, vt firmat *Franc. Marc. decis.* 162. *vol.* 2. *Nouar. super d. pragm. de extract. nu.* 13. & expressè disponitur *per prag.* 11. *eod. tit.* Contrà extrahentes serica probatur delictum per duos testes singulares, vt *in prag.* 25. §. 16. *de extract.* idem in extractione frumenti *pragm.* 9. *eod tit.* ac etiam in extractione equorũ *prag.* 8. *eod. tit.* & pariter in extractione monetarum *prag.* 19. *eod. tit.* Imò contrà extrahentes aurum, argentum, & monetas sat est confessio extraiudicialis, *Sal. in l.* 3. *C. de naut fœnor. nu.* 3. *Muscatell. ibidem nu.* 27.

28 Et amplius per coniecturas, præsumptiones,

Digitized by Google

nes, & veriſimilitudines probatur hoc crimen, *Menoch.de præſumpt. lib.4.præſ. 12. nu.2. verſ.receditur, Decian.reſp.65. n.10.lib.2.* quibus adde *Criuell.deciſ. Do. lan.81. Mauſon.de controb.quæſt.3. nu.11. quæſt.4.eod.tit.n.11.* vbi inquit,has coniecturas Iudicis arbitrio relinqui *ex Tiraq. in l.ſi vnquam num.31. ver. omnia,vel in partem fol.189.C.de reu.donat.*

29 Quintum priuilegium eſt, nàm dicitur quis incidiſſe in pœnas ſtatutas, ſi in itinere, & in tranſitu reperiretur portare frumenta, vt expreſsè cauetur *in pragm. 12. de extract.* quæ addit, vt extractio
30 frumenti commiſſa cenſeatur, ac delictũ conſummatũ,ſtatim quod illud fuerit ſuprà nauem oneratum,& idem notat *Nouar. ſuper prag.8. d.tit.de extract.collect. 7.nu. 12.*

31 Quod porrigitur, etiam contrà extrahentes monetas, vt ſcilicèt delictũ dicatur conſummatũ,ſi fuerit quis compertus in cõfinibus Regni, vbi veriſimiliter credi poſſet, forè monetam extrahendam, vt habetur *in prag.53.ſub tit. de extract.* & faciunt tradita *per Reg.Reuert.dec.222. tom.1.*

32 Quinimò decreuit Regia Camera ſummam ducatorũ 500. inuentam in Ciuitate Gaetæ,quod quidem peregrè proficiſcens illam aſportabat incidiſſe in commiſſum ſub prætextu, quod illam extrà Regnum extrahebat,vt refert idem *Reg.Reuert. d. deciſ.222.* & rationem addit, quia ſemper quod conſtet, vt perſona, quæ quantitatem pecuniarum ſecum conducens,erat extrà Regnum profectura, licèt in Regno fuerit inuenta, poteſt pecunia rectè intercipi.

33 Contrariam autem opinionem ſectatur *Reg.de Marin. in obſeru. ad dictam deciſ.222.* ea nimirum ratione, quia vt extractionis delictum conſummatum dicatur, opus eſt, vt pecuniam extrahens inuentus ſit in confinibus Regni, ità vt veriſimiliter credendum ſit, vt iter agens, extrà Regnum eſſet profecturus, proùt ſonant verba *dictæ Regiæ pragm. 23. de extractionib.* ibi, *Et per terra s'intenda conſumato il delitto dell'eſtrattione,quando ſi è ritrouato l'eſtrahente con la moneta in loco vicino alli confini, doue veriſimilmente ſi debbia credere, che detta monetà era per eſtraherſi;* Et hæc diſpoſitio non poteſt verificari in illo, qui inuentus eſt cum pecunia extrahi prohibita in Ciuitate Gaetæ,quoniam iſta Ciuitas non eſt ſita in confinibus Regni,ſed ab illis multis milliaribus diſtat, proindè non valet dicere, reperitur quis iter peragens in Ciuitate Gaetæ,ergò eſt à Regno diſceſſurus, nàm poteſt ſe conferre ad multas Ciuitates,& Terras Prouinciæ Terræ Laboris, ac aliarum duarum Aprutinarum.

34 Quemadmodùm exiſtente ſtatuto, vt nemo à dominio audeat extrahere frumentum, aut alteras res, cauſa illud, vel illas ad alienum locum aſportãdi; ſi quis in itinere fuerit inuentus cum equis, & mulis res prohibitas aſportare, antequam peruenire ad locum, ex quo exire non licet, non dicitur hic banno contraueniſſe, *Cin. in l. cum proponas num.3. verſ.tertio quæro, quid ſi res de nautic.fenor.* etenim talis redire poterat retro,ſicque ſe pẽnitere, quod ſequitur *Bart.in d. l. cum proponas, Ferrett. in opuſcul. de gabell.nu.163.* quidquid diſtinguat *Paul.de Caſtr.in l.cotem ferro,§.Dominus nauis,ff. publican.& vectigalib.*

Quod etiam confirmatur ex deciſis per Regiam Cameram ſub die 29.Ianua-
35 rij 1656.referente D. Præſidẽte Capycio Galeota,nùnc meritiſſimo Regente,non eſſe inquam, decreuit, interceptam certam pecuniæ quantitatem,quam Cuſtodes exiſtentes in confinibus Regni, vbi dicitur *à Portella* illam aſtulerant à poſſe vnius, qui dicebatur cum alijs iter agentibus ſe Romam conferre, dùm adhuc in Ciuitate Fundorum morabatur, & ille dicebat, quod cum primum audiuerat,pecuniam extrahi à Regno nõ poſſe,determinauit ad patriam regreſſum habere,penitens ſe vltrò iter agere, vt teſtatur *Reg.de Marin.in obſeru.ad dec. 552. Reg.Reuert.* & ibi prætereà obſeruat,quod
36 debebant Cuſtodes, qui ſunt tot latrones,commorari in loco ſolito,& deſtinato, & ibi iter agentes expectare, & cum eis debitas peragere diligentias; nàm quouſque ad locum deſtinatum non eſt habitus acceſſus, poſſunt ſemper iter agentes ſe pẽnitere, & vltrò inceptum iter non agere, proùt indiuidualiter fuit prouiſum *per pragmat. 23. ſub tit. de extract.* idemque adnotant *Reg.de Curt. in diuerſor.feudal.par.1.cap.1.n.112. Mauſon.*

ſon. de Controbann. quæſt. 6. nu. 18.

37 Verùm ſi ſtatutum dictaret, nè aliquid extrahatur ſine debitis expeditionibus, proùt fuit prouiſum in aliquibus mercibus per noſtras Regias Sanctiones, vt in ſerico, frumento, oleo, & alijs, tùnc per ſolam onerationem ſuper naui, vel mulis cenſetur delictum conſummatum, vt habetur *in pragm. 12. de extract.*

38 Quod præcipuum etiam eſt, ſi fuerit repertus quis in via, ſeù itinere propè fines Territorij Regni, vel extrà viam vſitatam, *Franc. Marc. deciſ. 162. 239. & 617. vol. 2. Reg. Rouit. in rub. de extract. nu. 18. ex Bald. in l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugitiu. Ancheran. in cap. quamquam de cenſib. in 6.* & ſequitur *Criuell. deciſ. Dolana* 82. inquiens, quod deprehenſi in itinere extrahentes frumentum, perindè puniuntur, ac ſi re vera extraxiſſent; nàm quando res eſt in tranſitu, perindè eſt, ac ſi extraxiſſet, argumento *l. cotem ferro*, §. *Dominus*, *ff. de publican. & vectigalib.* vbi ex ſola impoſitione rerum illicitarũ in naui quis punitur, antequam recedat à portu, cõfert *tex. in l. quid ſi fugitiuus*, §. *idem Celſus ait*, *ff. de edil. edict. Boer. deciſ. 78. nu. 29.* & animus extrahendi cognoſcitur ex facti circumſtantijs verisimilibus, *Rimin. iun. conſ. 8. nu. 21. & 22. poſt Bar. Angel. alioſque relatos per Criuell. loc. cit.* ſequuntur *Ludouic. deciſ. Rot. Peruſ. 81. Guid. Pap. deciſ. 572. nu. 4.* ex notab. doctrina *Bart. in l. penul. de nautic. fœnor. Reg. Rouit. ſuper pragm. in rub. de de extract. nu. 18.*

Nec excuſatur etiam ſi dixerit, ad pro-
39 priam domum redire, nàm adhuc videtur in pœnas incurriſſe, ità *Mauſon. de Controbann. quæſt. 6. Bart. in l. penult. C. de nautic. fœnor. Salicet. in l. cum proponas nu. 6. verſ. ſed tunc quaro, C. cit. tit. Guid. Pap. deciſ. 572. nu. 3. verſ. iuncta*; niſi eſſet
40 bonæ famæ, nec ſolitus contrabannapatrare, vt dicunt *DD. ſupracit. & Mauſon. loc. cit. nu. 10.* dummodò quantitas non ſit exceſſiua, vel ſuſpecta, quod remittitur arbitrio Iudicis habito reſpectu ad perſonæ qualitatem.

Sextum priuilegium eſt, quod extra-
41 hens pecunias, & frumentum, aliaſque res prohibitas extrà Regnum, ſi citatus non comparuit, & contumax effectus fuerit, accuſatis debitis contumacijs, poteſt contrà ipſum procedi ad exequutionem pœnæ, in Regijs pragmaticis contentæ, vt fundat, & deciſum refert *Reg. Sanfel. deciſ. 71.* de quibus infrà agemus, & illis adde deciſionem habitam per Regiam Iunctam Controbannorum contrà Marchionem Sancti Georgij, nùnc defunctum, cuius tenor talis eſt.

In cauſa Regij fiſci cum Ill. Don Ioanne Milano Marchione S. Georgij, & Poliſtinæ inquiſito de fraudibus, & Controbannis ſerici, & aliarum rerum, vt in actis.

Die decimo quinto menſis Martij 1656. *Neapoli, facta relatione in Regia Iuncta*
42 *Controbannorum per Dominum Conſiliarium Ioannem Baptiſtam Amendola Præſidentem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium.*

Per Regiam Iunctam delegatam per Suã Excell. viſa inſtantia Regij fiſci, ac contumacia contracta, fuit prouiſum, & decretum, quod condemnetur dictus Ill. D. Ioannes Milano Marchio S. Georgij, & Poliſtinæ ad ſoluendum ad beneficium Regiæ Curiæ ducatos ſeptincentum octuaginta quatuormille ſexcentum viginti ſex tar. 4. ad rationem ducatorum decem pro qualibet libra ſerici, & carolenorum treſdecim ſimiliter pro qualibet libra pro pretio ipſius liquidato pro libris ſexaginta nouem mille quatuorcentum triginta ſex, ſeruata forma Regiarum Pragmaticarum, & proindè ſequeſtretur iuriſdictio Terrarum S. Georgij, & Poliſtinæ per perſonam eligendam per S. E. & nihilominus fiat ſequeſtrum omnium bonorum dicti Illuſtris Marchionis tàm feudalium, quàm burgenſaticorum hoc ſuum, &c. D. Gaſpar de Sobremonte, Ioannes Baptiſta Amendola, Anellus Portius, Iacintus Barracanus, Herrera, Andreas Staracius Act.

Quemadmodùm idem decreuimus in eadem Regia Iuncta contrà Andream Melarbi, proùt conſtat ex ſequenti decreto.

In cauſa Regij fiſci cum Andrea Melar-
43 *bi inquiſito, & contumace de extractione, nonnullarum quantitatum ſerici in Controbannum in menſe Februarij* 1663. *ac alijs, vt ex informatione capta de ordine Magnifici Iudicis M. C. V. in Criminalibus D. Aloyſij Sixto de Britto olim Præſidis Prouinciæ Calabriæ vltra.*

Die 18. *menſis Martij* 1665. *facta rela-*

Digitized by Google

tione in Regia Iuncta per Dominum Regium Cõſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium, Per Regiam Iunctam Controbãnorum, eiuſq; Spectabilem, & Dominos Iudices per S.E. delegatã, prouiſum, & decretũ eſt, quod depoſitum ducatorũ tercentum quinquaginta, factũ in poſſe Iulij Mirabello Ciuitatis Catanzarij in menſe Decembris 1663. ordinatione dicti Magnifici Iudicis D. Aloyſij Sixto de Britto ex cauſa tranſactionis, oblatæ per dictum Andream Melarbi tranſmittatur Neap & committatur exequutio Spectabili Præſidi dictæ Prouinciæ, nec non condemnetur dictus Andreas ad ſoluendam pœnam in Regijs Pragmaticis contentam pro extractione ſericorum per eum facta in Cõtrobannum, & expediantur prouiſiones neceſſariæ, etiã pro pœna contumaciæ, & Actuarius faciat relationem dirictus, & pœnæ, hoc ſuum, &c. D. Antonio Iuan de Centellas, Franciſcus Roccus, D. Didacus de Vlloa, D. Pedro Valero, Proſper de Laurentijs Act.

44 Septimum priuilegium eſt, quod pragmaticæ, extractionem prohibentes, non dumtaxat comprehendunt ipſum actualiter extrahentem; ſed etiam illos, nomine quorum fit extractio, itemque nauicularios, famulos,, & fautores, vt diſponitur *in prag. 12. & 20. eod. tit. de extract.*

45 Proùt etiam eſt de iure communi cautum, vt *in l. cotem ferro, §. Dominus nauis, ff. de publican. & vectigalib.* Etenim crimen prædictum eſt de exceptuatis, &

46 regulatur ad inſtar raptus, quo agentes, & conſentientes eadem pœna puniuntur, & ità in ſpecie noſtra notat *Muſcatell. tit. de extract. nu. 3.*

47 Octauum priuilegium eſt, vt includantur minores, *Alex. conſ. 49. nu. 7. lib. 1. & conſ. 19. nu. 35. conſ. 254. nu. 4. lib. 6. Soccin. conſ. 71. lib. 4. Vaſquez controu. illuſtr. lib. 1. cap. 33. nu. 11. Roland. à Valle de lucro dotis quæſt. 44. nu. 3. Borrell. de magiſtratib. lib. 3. cap. 14. num. 71. Mauſon. de Controban. quæſt. 7. nu. 3.* Minores enim

48 ligantur ſtatuto, delictum de iure communi punitum plectente, *Farinac. in prax. crim. tit. de inquiſit. quæſt. 11. nu. 29.*

49 Imò nõ excuſatur minor à pœna ſtatuti, licèt mitius puniatur, ſi ex propoſito, & dolo ſtatutum contempſerit, *Sforz. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 8. nu. 65. Farinac. ibid. nu. 154. Mauſon. loc. cit. nu. 6.*

Sed dolus, & ſi non præſumatur, & per

50 eum, qui in eo ſe fundat, probari debeat, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* tamen ex circumſtantijs, & coniecturis concludenter probatur *Maſcard. de probat. concluſ. 530. Graſſ. excep. 22. nu. 26. & 27. Ricc. collect. deciſ. par. 4. collect. 123. Rot. diuerſ. deciſ. 1169. nu. 8. par. 3. Giurb. deciſ. 43. num. 9.*

51 Et in facto noſtro probatur dolus ex ipſa extractione contrà formam pragmaticarum; ſiquidem minor ex illa ſentit demonſtratiuè commodum, nedùm per non ſolutionem datij, ſed etiam per diſtractionem rerum extractarum cariori pretio, & ſic obſeruat *Rota diuerſor. deciſ. 583. Mauſon. d. quæſt. 7. nu. 9.*

Nonum priuilegium eſt, quod Princi-

52 pis indulgentia, inquiſito de extractione impartita, licèt alioquin latiſſimè eſſet interpretanda *ex l. fin. vbi DD. ff. de conſt. Princip.* tamen ſpeciale eſt in hoc crimi-

53 ne, vt bona intercepta non comprehendat, proùt decreuit Collaterale Conſiliũ contrà Principem Maidæ, vt ſcilicet gratia, pro controbanno commiſſo obtenta à Domino Prorege, exequatur quòad pœnam corporalem tantùm, ſaluis iuribus Regio fiſco, & Arrendatoribus pro rebus interceptis; Et meritò quia in bonis

54 interceptis videtur ius Fiſco, & Arrendatoribus gabellarum quæſitum; vndè non debet gratia Principis damnum ipſis afferre, *l. impuberum, ff. de adminiſtrat. Tutor. Menoch. de arbitr. quæſt. 48. nu. 3.*

55 cùm nec de plenitudine poteſtatis poteſt Princeps tollere ius alteri quæſitum, *Aſſl. in tit. quæſint regal. verſ. bona committentium nu. 49. Seſſe de inhibit. cap. 1. §. 5. num. 23. & 108.* proindè quælibet

56 Principis abolitio non extenditur ad bona confiſcata, & incorporata, *Catalan. de indult. cap. 18. n. 18. Maſtrill. de indult. poſt tract. de magiſtrat. cap. 22. per totum, Reg. Conſtant. in l. 1. C. de pœn. fiſcalib. lib. 10. num. 53.* Gratia enim Principis tùnc

57 pœnas indulget, quando res eſt integra; vtpotè quando non fuit deuentum ad executionem pœnæ, *l. fin. C. ſentent. paſſ. l. gallus, §. & quidſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Idcircò facta executione, actus dicitur cõſummatus, & effectus cenſetur conſumptus; qua de re exactio non reuocatur, licèt cauſa ceſſaret, vel ex huiuſmodi

modi gratia resolueretur, *l. fin. ff. vndè liberi*, quoniam Dominus Prorex pœnas
58 corporales rectè potest abolere; sicuti etiam pœnas pecuniarias remittere, & lucrum omittere, *Reg. Constant. in cit. l. 1. C. de pœn. fiscal. nu. 59.* exequutas autem non potest relaxare, cum non valeat fi-
59 sco, & priuato in quæsitis præiudicare, *Reg. Constant. loc. cit. nu. 58. Mastrill. tract. de indult. nu. 2. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. nu. 9.* Propterea videtur, quod Principis abolitio rem interceptam non includit; cùm ex inter-
60 cepto statim desinat res esse extrahentis, & fisco acquiratur, & in eundem dominium transit, *l. commissa, ff. de publican. & vectigalib. Reg. Moles decis. in manuscriptis 136.*

Nisi Principis gratia expressè dispo-
61 neret restitutionem bonorum interceptorum, *Farinac. de inquisit. quæst. 6. nu. 38. vers. limita primo, Reg. Sanfelic. decis. 417. nu. 8. vers. his tamen nu. 16.* Princeps enim potest procul omni dubio ex certa scientia pœnam exequutam remittere, *Mastrill. d. tract. de indult. nu. 2. Reg. de Pont. de potest. Proreg. d. tit. 3. de elect. Official. §. 1. nu. 9.* Sed hoc intelligitur, dummodò
62 pœna non fuerit soluta, & Fisci commodis applicata; etenim tùnc non potest Dominus Prorex iura fisci quæsita, & incorporata tollere, & quidquam in ipsius fisci præiudicium statuere, *l. 2. §. meritò, §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco public. Catalan. de indult. nu. 23. & 29. Reg. Constant. in d. l. 1. C. de pœn. fiscalib. nu. 58.*
63 vbi aduertit, quod ipsi Domino Proregi in hoc casu non conuenit donare, quod suum non est.

Decimum priuilegium, vt prohibitio
64 frumenti extractionis simpliciter, comprehendat etiam extrahentem farinam; nàm licèt controuersum sit inter DD., nunquid statutum prohibens extrahi frumentum, comprehendat etiam extractionem farinę, & negatiuam opinionem pluribus adductis affirmauere, *Alberic. in 2. par. statutor. quæst. 5.* subdens se ità in facto seruari vidisse, *Vulpel l. cons. 148. & Menoch. cons. 225. nu. 43. vol. 3.* & hæc opinio probatur ex regula, vt scilicet statutum pęnale strictè sit interpretandum.
65 Sed contrariam opinionem, vt scilicet sub prohibitione extractionis frumenti comprehendantur etiam extrahentes farinam; nàm aliàs facillimè fieret fraus legi, tenuerunt *Bart. in l. quæsitum*, §. *illud nu. 1. ff. de legat. 3. & in l. Cæsar nu. 16. ff. de publican. & vectigalib. Ias. in l. non dubium nu. 40. & 45. C. de legib. Rip. de peste in rub. de remed. ad conseru. vbert. nu. 75. Viu. opin. 386. par. 1. 2. tom. comm. opin. diuers. ver. statutum prohibens fol. 322. & Clar. in §. fin. quæst. 82. statutum 7. circà blada, ver. præter ea quæro nu. 6.* & ibi *Baiard. num. 81. Gandin. de malefic. in rub. de reb. non portan. contrà decret. n. 40. Marant. de ord. iud. in princ. nu. 20. Guid. Pap. decis. 373. Boer. decis. 177.* Et ità seruari in praxi, testatur *Clar. d. quæst. 82. nu. 6.* & pluries sic decreuimus in Regia Iuncta Contrabannorum; & ità præcipuè ego pronunciaui, vti delegatus gabellæ farinæ.
66 Vndecimum priuilegium est, quod in pœnis alternatiuè per statutum contrà extrahentes cõceptis, electio est fisci creditoris, non autem Rei debitoris; ideò si indicta fuerit contrà huiusmodi crimen pœna pecuniaria, vel corporalis, fiscus eatenus, pœnam, qua delinquens pati debet, eligit, ità *Bart. post Guglielm. de Cuneo in l. quamuis de pignorat. actione, Paul. de Castr. in l. cum proponas*, §. 1. *C. de transaction. Alex. in l. 4. §. si ex conuentione de re iudic.* idemque sentijt in propria specie, *Dec. singul. cons. 440. nu. 3.* Et in reliquis criminibus in pœnis alternatiuè inflixis, electio ad iudicem spectat, reprobata opinione, *Bart. in l. 1. ff. de effractorib.* sentientis, electionem dari reo; proùt contrà *Bart.* inquit *Abb. in c. inter cæteras de rescript. & in c. à crapula in fin. de vit. & honest. Cleric.* & facit *tex. in c. quoniam frequenter*, §. *fin. vt lite non contestata*, & notat *gl. in c. sicut de iudeis*, quæ opinio *Abbatis* fuit communiter recepta; præcipuè quando alternatiua est posita inter diuersas personas, quæ incidunt in prohibitionem, vt tradit *Dec. d. cons. 440. nu. 3.* quam sententiam sequitur *Reg. Rouit. in pragm. 4. de armis nu. 9.* vbi cõtrà *Intrigl. sing. 239. lib. 1.* qui voluit, vt de duabus pœnis alternatiuè electio sit Rei condemnati, procedit, quando ambæ pœnæ sunt pecuniariæ; secus quando vna est pecuniaria, & alia corporalis, seù vtraque esset corporalis, nàm tùnc electio

Digitized by Google

electio eſt Iudicis, vt plenè docet *Andr. in c. ſi verò violator, verſ. ſimiles de pac. tenend.* vbi etiam tradit, quod quando verba ſtatuti dicunt *con la pena à noſtro arbitrio*, electio pœnæ eſt reſeruata Proregi, & non Iudici, *Socc. in c. ſicut nu.20. de iud. Clar. d. §. fin. quæſt.85. nu.6. Menoch. de arbitr. quæſt.87. nu.6.*

Duodecimum priuilegium eſt, nàm pœnæ contrà extrahentes per Regias Sã-
67 ctiones præſcriptæ, non inſolidum exiguntur, ſed quot ſunt extrahentium perſonæ in vno, eodemque crimine, tot pœnæ fiſco acquiruntur, vt loquitur *Roman. in l.1. §. ſi plures, & §. quod nouiſſimè nu.4. ff. de publican. & vectigal.* etenim tot cen-
68 ſentur delicta, quot ſunt perſonæ delinquentium; idcircò tot pœnæ debentur, non enim in criminibus duo rei diudicãtur, ſecundùm naturam reorum; ità vt vno ſoluente, alius liberatur, ſed ex pluralitate delinquentium pœna delicti multiplicatur, *Florian. in l. item mela, §. ſed ſi plures, ff. ad leg. Aquil. in 2. not ab. Bart. in l. ſi plures in primo not. ff. arbor. furt. Cæſar. Grann. in tit. de homicid. nu.13. in fin. Boſſ. in pract. crim. tit. de pœn. in princ. Alberic. lib.2. ſtatutor. quæſt.31. num.6.* alioſque glomerat *Petr. Caball. caſ.198. nu.10.* id
69 limitans in caſu ſolutionis intereſſe partis; vt ſcilicet vno ex inquiſitis ſoluente, cæteri liberantur.

An nauis, et cæteræ res, quæ licent aſportari, incidant in cõmiſſum ex rebus illicitis oneratis.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *VTile per inutile non vitiatur, limitatur, quando agitur de indiuiduitate materiæ, nu.2.*

3 *Extrahens rem licitam cum illicita, licitam non perdit. Contrarium verò, n.5.*

4 *Nauis, currus, & equus portantes farinam, non publicantur propter ſtatutum prohibentem aſportare farinam; ſecus de iure Regni, nu.6.*

7 *Extrahens res licitas cum illicitis, ſi eſt Dominus rei illicitæ, vel pœna extractionis ſit capitalis, amittit etiam res licitas, & nu. 18. vel ſi reperiantur vltrà Regios paſſus, nu.8. vel ſi ſint exteri, nu.9. & ità deciſum per Regiam Cameram, nu.10.*

11 *Nauis onerata vino, quæ non diſceſſit à portu, nec Dominus nauis commiſit dolum in oneratione maioris quantitatis vini, expreſsè in expeditionibus, non fuit confiſcata; verùm quantitas exceſſiua confiſcatur, nu.12.*

13 *Monetas extrahens in maiori quantitate, in licentia extrahendi contenta, amittit etiam quantitatem monetarum permiſſam; & ratio differentiæ aſſignatur, num. 14. ſed contraria ratio, nu.15.*

16 *Extrahens monetas pœna mortis, & publicationis punitur, limitatur in mercatoribus, accedentibus ad nundinas, num. 19.*

17 *Deciſio Regiæ Iunctæ in cauſa Chriſtophani Spinolæ, & Padroni nauis Stephani Frugone recenſetur, ex qua fuit declaratum interceptum frumentum licitum aſportari, ex quo onerauit extrahens maiorem quantitatem.*

20 *Extrahens aurum, argentum laboratum, vel infectum, punitur pœna amiſſionis ipſius, triremium, & relegationis.*

21 *Gemmarũ extractio, quæ gemmæ poſſunt ſeparari ab auro, permiſſa cenſetur, eo magis quia aurum eſt parui valoris, & gemmæ magni pretij, n.22.*

23 *Aurum cedit margaritis, & quando è contra.*

24 *Aurum eſt acceſſorium ad gemmas.*

25 *Gemmarum extractio abſq; licentia Domini Proregis non permittitur, & quæ ſint pœnæ.*

26 *Deciſio Regiæ Iunctæ pro intercepto gemmarum refertur.*

Digitized by Google

An nauis, et cæteræ res, quæ licent aſportari,incidant in cõmiſſum ex rebus illicitis oneratis.

§. II.

1 IVris explorata regula, vt vtile per inutile non vitietur, tàm ex Iure Canonico deprompta, vt *in cap. non debet de reg.iur. in 6.* quàm Iure Ciuili conſtituta, *l.ſiuè generalis in princ.verſ.& vtilius,ff.de iur.dot. l.placuit,ff.de vſur. l.ſed ſi ſibi, ff.de ſtipulat.ſeruor. l. proprium, ff. commun. prædior.* communem recepit
2 limitationem, quando nempè agitur de indiuiduitate ſubiectæ materiæ; tùnc vtile per inutile vitiatur, *l.ſi non ſortem*, §.*ſi centum, ff. de cond. indebiti, Dec. in l. cum amplius num. 2. ff. de reg. iur. Bald in l.certi condictio*, §.*quoniam nu. 8. verſ.2. ſi iudex, ff. de cond. indebit. Lapus alleg.81.nu.5. verſ.item licèt dicta locatio, Ancheran. conſ.* 1. *per totum*; Vérùm ſi verſatur in actu diuiduo, qui recipit functionem in genere ſuo, vtile per inutile non vitiatur, §.1.*inſtit.quibus modis re contrahitur obligatio.*

3 Quamobrem ſequitur, vt qui ob licitum, quod tranſuehit illicitum quoque tegendo aſportare audet; vtrùmque non deperdat, ac illicitum cum licito fiſco non adijciatur, quod ſuadetur *ex tex. in l.ſi non ſortem*, §.*idem Marcell. ff.de cond. indeb.* ibi *ſuperfluum olei eſſe repetendum, non totum*; Et hanc opinionem pro conſtanti admittit *Salicet. poſt Cin. & Alberic. de Roſat. in l. cum proponas, nu. 2. &*
4 *ſeq. C. de nautic. fœnor.* inquiens, ſtatuto prohibente farinæ extractionem ſub pœna publicationis farinæ, non publicari, nec confiſcari currum, nauim, ſiuè equũ portantes farinam; idem ſequitur *Felin. in c.ſignificauit poſt Petr.de Ancharan. & Ioannem de Anania de iudic.Bart.in l. cotem ferro*, §.*Dominus, ff.de publican. Gannius tract. de malefic. tit. de reb. non portand. contrà deuetum,Alberic.de Roſat. in 2.par.ſtatutor. quæſt.4. Bart.de Firmiano tract. de gabell.9.par. principali quæſt.* 8. *cum ſeq. Boer.deciſ.*178. *nu.*24. *Rip.tract. de remed. ad conſeruand. vbertat. nu.*130. *&* 131. *verſ. decimo ſexto quæro, Borell. tract.de magiſtrat.edicto lib.*3.*cap.*14.*nu.* 64. *verſ.*9.

5 Contraria autem ſententia, vt ſcilicet vtrumque perdatur, vtpotè licitum, & illicitum, ſuadetur *ex tex. in l. cum proponas* 3.*C.de naut.fœnor.*ibi, *illicitis comparatis mercibus, eaque nauis continebat fiſcum occupaſſe*;hoc pariter reſpondit Iuriſconſultus *in l. cotem ferro* 11.§. *Dominus nauis, ff. de publican. & vectigal.* ſequitur *Bald.in d. l. cum proponas, verſ.* 3. *nu.*10. *Guid. Pap. deciſ.* 572. ſic in Delfinali Conſilio terminatum tradens *Boer. deciſ.*178. *nu.*15. *&deciſ.*300. *nu.*5. *Caluacan. de bracchio Regio fragmentorum par.6.fragment.*25. *num.*21. *Mauſon. de Controbann.quæſt.*6. *nu.*4. *Viu.to.*1.*comm. opin.lib.*1.*tit.*17.*de legib.nu.*68. *Auguſtin. Barboſ. in collect. ad dictam legem cum proponas,C.de naut.fœnor.* ad idem *Petrus de Rauenn.ſingul.* 853. *Didac. de Caſtillo in l.Tauri verſ.en los dichos hagares, Peregrin.de iur.fiſci lib.6.tit.5.nu.*28. *Bouadill.politic.tom.2. cap.5. nu.*31. *Reg. Tap. lib.7. Iur.Regn.tit.*10. *de extract.victual. in annotat. ad cap. vt illorum fraudibus, Salgad.de Reg.protect.lib.2. par* 4. *cap.*10. *nu.* 100 *Guazzin. de confiſcat. bonor. ampliat.*81.*concl.*13.*nu.*2.*D.Franciſc.à Maia obſeruat.iur.lib.*3.*cap.*1.§.3. *nu.*3.

6 Idemq;edixit in hoc Regno Carolus I. *in cap.vt illorum fraudibus ſub verſ.volumus, vt portulani*; ibi dicitur tàm onus, quàm nauis ad opus Curiæ capiatur, quod etiam fuit à Regijs Sanctionibus præſcriptum; etenim ex illis extrahentes res vetitas, non dumtaxat pœnis corporalibus, & amiſſionis rei mulctantur, ſed etiam nauis, aut equi, res illas prohibitas deferentes,& ſi licitæ fuerint,in commiſſum incidunt, ſic dictatur in dictis pragmaticis *ſub tit.de extract.*& hoc pariter comprobant præter congeſtos, *Nouar.ſuper pragm. in rub. de extract. nu.*3. *Reg.Rouit. in eadem rub. nu.*17.& conferunt ſcripta per *Goffred. de Caieta in gl. non impreſſa ſuper ritibus Regiæ Cameræ tit. de iur. fundaci, verſ. item ex eo quod incœpi fol. mihi* 22. *à ter.* cui ſe remittit *Reg.Rouit. loc.cit.* & ille concludit, quod

ſem-

Digitized by Google

7 ſemper licitum cum illicito confiſcatur, ſiuè pœna delicti fuerit capitalis, ſiuè licitum fuerit ipſius delinquentis.

8 Imò hęc communis aſſeuerata ſententia locum, quoque vindicat, ſi extrahentes vltrà Regios paſſus fuerint comperti aſportantes res illicitas; nàm eatenus licitum, quod ab ipſis defertur, adhùc cõfiſcatur, *ex Imol. in l. cotem ferro, §. Dominus, verſ. nota argumentum, ff. de publican. & vectigalib. Bald. in l. cum proponas, n. 10. verſ. ſed ex conſequenti, vbi Salicet. nu. 2. verſ. alij, C. de naut. fœnor. Mauſon. de Controbann. q. 6. nu. 6.*

9 Quemadmodùm, ſi extrahentes ſint exteri, & incolatum habeant extrà Regnum; nàm tùnc inuenti aſportare illicita, nedùm illa fiſco cedunt; ſed etiam licita eidem applicantur, ità *Guid. Pap. deciſ. 572.* vbi addentes *ex Bald. in d. l. cum proponas nu. 5. verſ. ſi conſtat, Mauſon. d. quæſt. 6. nu. 14.*

10 Rurſum hoc idem ſuadent deciſiones, quas Tribunal Regiæ Cameræ prodijt, altera fuit habita in anno 1657. & alteram promulgauit in anno 1658. nàm declarauit intercepta aliqua dolia vini, onerata ſuper naui, quæ abſque debitis expeditionibus ab Inſula Iſchiæ diſceſſerat, & inſuper prouidit, vt procedatur ad venditionem vini, & Tartanæ, & pretium incorporetur ad beneficium Regiæ Curiæ; proùt habetur in decretis eiuſdem Regiæ Cameræ recollectis per *Reg. de Marin. 701. poſt 2. tom. deciſ. Reg. Reuert.* & de eadem meminit *idem Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. 552. Reg. Reuert.*

11 Tamen in alia facti contingentia, licèt contrarium decreuerit idem Tribunal Regiæ Cameræ, ſupra poſitis autem non repugnat; etenim ibi quidam abſque debitis expeditionibus nauem certa vini quantitate onerauit in Inſula Procitæ, vt duceretur extrà Regnũ, hic deindè vini quãtitate fuit orbatus, tamen nauis Dño fuit reſtituta, ea nimirũ ratione, quia nauis huiuſmodi à Portu non diſceſſit, nec cõuincebatur Dominũ illius in vini onerationè dolum adhibuiſſe; vndè etſi contrà extrahentem per onerationem ſequutam videatur delictũ conſummatum; tamen non ſic eſt contrà Dominum nauis, cum credendum ſit, ipſum à portu non aliter diſceſſurum, niſi Dominus merciũ debitas expeditiones exhiberet, vt tradit *Reg. de Marin. in obſeru. ad dictam deciſ. 552. Reg. Reuert.* ſubdens in hoc ſenſu intelligi *tex. in d. l. cotem ferro, §. Dominus, ff. de publican. contrà Dominum nauis,* & facit in puncto *tex. in l. 3. C. de ſeru. fugit. l. Cæſar, ff. de publican. & vectigal. Salicet. in d. §. Dominus, Hieron. Gabriel conſ. 18. nu. 6. Criuell. deciſ. 81. nu. 8.*

12 Verùm ſi quis obtinuerit licentiam extrahendi, putà centum dolia vini, mille libras Serici, Croci, aut ſimilis; ſi deindè ſuper curru, ſiuè naui maior inueniretur quantitas, quam extrahi permiſſa, illa tantùm quantitas exceſſiua amittitur, nec aliter illicitum trahit ad ſe licitum, ſic docet *tex. in l. ſi publicanus, §. 1. ff. de public. & vectigal. Salicet. in l. cum proponas nu. 3. verſ. verum quia nulla, C. naut. fœnor. Mauſon. in opuſc. de Controban. quæſt. 6. per totam*; & ità indiuidualiter R. C. iudicauit, vt teſtatur *Præſ. de Ganauerra deciſ. 25. per totam*; vbi ſatis lepidè ſcripſit, & in partem contrariam inclinauit, optimis fretus medijs, tamen deciſionem in fauorem rei ſucceſſit, ſequitur *D. Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. D. Reg. Reuert. in deciſ. 222. nu. 3.*

13 Contrarium eſt, ſi quis iter agens, in Regni confinibus reperiretur extrahere pecuniam, extrahi prohibitam, & cum illa pecuniam extrahi permiſſam, tùnc iſta pariter incidit in commiſſum, ſicut illa prohibita, ſic notant *Salic. in licum proponas nu. 3. verſ. verum quia nulla, C. naut. fœnor. Guid. Pap. deciſ. 572. Boer. deciſ. 138. nu. 24. Alex. trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de iur. fiſci reſol. 3. Mauſon. de contraban. quæſt. 6. nu. 6. D. Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. 222. Reg. Reuert. nu. 3. to. 1.* & adde *Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 5. num. 25.*

14 Rationem differentiæ aſſignat *idem Reg. de Marin. ibid. ex Salic. in d. l. cum proponas, C. naut. fœnor. nu. 3.* dicens, quod vinum, ſericum, &c. ſunt res, quæ omninò extrahi prohibitæ non ſunt, imò permiſſæ, ſolutis Regijs dirictibus, ideò quò ad partem legitimo iure extractam, non poſſunt res illæ intercipi; in moneta verò auro, & argento contrarium eſt, quia illæ nec cum dirictuum ſolutione extrahi poſſunt, proindè ſi quis fuerit inuentus ſecum aſportare pecuniam Regiam, quæ

extra.

Digitized by Google

extrahi omninò prohibetur, & pecuniam exteram extrahi permissam, in hoc casu amittitur tàm pecunia extrahi prohibita, quàm illa licita.

Sed hæc ratio satis non suadet, quia quemadmodum pars frugum, quæ licito iure fuerit extracta stante dirictuum solutione, non potest confiscari, ea ratione, quia res est licita extrahi, ità simili ratione non potest intercipi moneta extera, dùm res est à Regijs sanctionibus permissa extrahi.

15 Ratio autem, quæ disparitatem probat, est, quia in frugibus, & victualibus nostræ pragmaticæ statuerunt pœnam amissionis illarum, quæ non solutis Regijs dirictibus extrahuntur, vndè dùm pro parte illarum non fuerunt dirictus soluti, illa eadem pars debet intercipi; siquidem in hoc casu licitum non venit confiscandum cum illicito, *Bal. in l. cum proponas nu. 15. vers. sed pone, C. nautico fœnore, Salic. ibidem nu. 5. vers. quæro an*
16 *liceat.* In moneta verò aliud per Regias sanctiones cautum fuit, nàm contrà extrahentes monetam huius Regni, vel Hispaniæ, aurum, vel argentum, præscripta est pœna mortis naturalis, publicationis bonorum vltrà amissionem intercepti, vt *in prag. 23. de extract.* & ideò pecunia extera, quæ secum extrahitur cum pecunia huius Regni, licitò iure confiscatur, cum trahatur in consequentiam prohibitionis, & bonorum publicationis, *Io: de Imola in d. l. eo tem ferro, §. Dominus, vers. nota argumentum*, quem adducit *Add. ad Guid. Papa decis. 572. lit. B.* & hoc firmat *Bal. in d. l. cum proponas nu. 10. vers. sed ex consequenti, Mauson. de cõtraban. q. 6. n. 6.*

Verumtamen contrà Christophorum Spinola de crimine extractionis frumenti à Regno super Tartana Padroni Stephani Frugone notatum, decreuimus in Regia Iuncta Controbannorum incidisse in cõmissum integram quantitatem modiorum 2500. tritici, licèt pro modijs 2200. exoluerit Regios dirictus, debitasq; obtinuerit expeditiones; imò causa huiusmodi criminis, pro quo pœna mortis est imposita, fuit citatus dictus Christophorus ad informandum, & capitula cum abbreuiatione termini dierum 20. ad foriudicandum, vt constat ex decretis, quæ sequuntur.

17 *In causa Regij fisci super intercepto Tartanæ Padroni Stephani Frugone Ianuensis, cum oneratione tt. bismille quincentum quadraginta trium tritici, aliorumque bonorum in Maritima Bradani Plaæ Tarenti per extrà Regnum, cum expeditione pro tumulis bismille, & bisscentum tritici tantùm, vt ex actis.*

Die 17. Mensis Augusti 1667. facto verbo in Regia Iuncta per D. Regium Consiliarium Franciscum Rocco Commissarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum per S. E. delegatam, visis actis, ac instantia Regij fisci prouisum, & decretum est, quod Nauis, seù Tartana supradicti Padroni Stephani Frugone cum eius armigijs, triticum, aliaque bona in ea onerata in Maritima Turris Bradani declarentur intercepta; Procedatur ad eorum venditionem, & pretium applicetur Regiæ Curiæ hoc suũ; D. Melchior de Nauarra, Marchio Crispani, Franciscus Roccus, Vidit Fiscus, D. Pedro Valero; Prosper de Laurentijs Act.

Die 6. mensis Augusti 1667. Neap. facto verbo in Regia Iuncta per Dominum Regium Consiliarium Franciscum Rocco Commissarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum per S. E. delegatam, prouisum, & decretum est, quod supradictus Christophoras Spinola quondam Pauli pro causa prædicta citetur ad informandum, & ad capitula cum abbreuiatione termini dierum viginti ad foriudicandũ, seruata forma rescripti Ill. Comitis de Castrillo olim huius Regni. Proregis sub datum 20. Martij 1658. tempore erectionis dictæ Regiæ Iunctæ, & cum securitate in forma hoc suum, D. Melchior de Nauarra, Marchio Crispani, Fraciscus Roccus, D. Thomas Carduita, Vidit Fiscus, D. Pedro Valero; Prosper de Laurentijs Act.

18 Perpendidit nàmque præter superadducta Regia Iuncta, quod quando crimen capitali pœna punitur, tunc licitum adhuc per illicitum confiscatur ex continentia delicti; præcipuè quando res licita erit propria eiusdem delinquentis, & extrahentes erant exteri, & incolatum habebant extrà Regnum, vt concludit *Goffred. de Gaeta in gl. manuscripta super ritibus Regiæ Cameræ, tit. de iure fundici, vers. item ex eo quod incepi, & vers. quod confiscatur fol. 22.* quem sequitur Regi-

Digitized by Google

Rouit.in rub.pragmaticar.de extract.n.17. Mauſon. de contrabann. quæſt.6. num.14. Nouar.ſuper pragmaticis rub. de extract. num.3.

19 Præterea eſt obſeruandum,quod pragmatica noſtra, vetans extractionem monetarum huius Regni,non comprehendit mercatores, accedentes ad nundinas, & ex venditione mercium retrahentes pretium, nàm poſſunt prædicti mercatores exteri extrahere monetam argenteam tantùm,redactam ex venditione merciũ, quæ per ipſos immittuntur ab extrà Regnum, vt venderentur in Regno; proùt R.C.declarauit efflagitantibus mercatoribus Raguſeis, vt habetur *in voto* 193. *fol.*833. & *in voto* 214. *fol.* 838. ex compilatis *per* Reg. *de Marin. in fine deciſ.* Reg.R*euert.tom.*2. & reſpectu extractionis pecuniæ aureæ per eoſdem mercatores petitę R.C. decreuit, vt adeant Dominum Proregem, vt habetur *in dicto voto* 193.

20 Amplius eiſdem Regijs Sanctionibus extractio auri, & argenti, tàm laborati, quàm infecti interdicitur, pœnis relegationis, aut triremium, & amiſſionis auri, aut argenti, vt legitur *in prag.*10. 16. & 19. *ſub tit.de extract.* quamobrem fiſcus in Regia Iuncta Contrabannorum intercepta declarari efflagitabat nonnullas gemmas,auro munitas,quas Hiacynthus

21 Portius auri faber Neapolitanus à Regno extrahebat, Roma proficiſcens, tamen dictus Portius huiuſmodi contemnens, reſtitutionem gemmarũ enixè poſtulabat, frætus ſuprapoſitæ concluſioni, quod quando inter licitum,& illicitũ fieri poterat ſeparatio,licitum intercipi nequibat, *ex krotem ferro,§.Dominus, ff.de publican.& vectigalib.l.ſi publicanus, §. de rebus eod.tit. Bar.& Angel.in l.vſuras, ff.de vſur. Bald.in l.cum proponas de naut. fœnor. Mauſon. de Controb. quæſt.* 6. eo

22 fortiùs, quia aurum, quod prohibitum aſportari ſuadetur,paruæ quantitatis eſt, vndè illud trahit gemmas multo ſupremi valoris, quemadmodùm conſtitutum eſt *in l.ſi non ſunt, §. perueniamus, & in l.ſi vt habiliter* 21.& 22. *ff.de aur.& argent.*

23 *legat.* vbi gemmæ ligatæ pro ornamento tabulæ, vel vaſis auri, aut argenti, legato auro, vel argento, gemmæ quoque legatario cedunt; ſi autem aurum, vel argentum poſitum fuerit pro coniungendis, aut alligandis gemmis pro maiori etiam commoditate illas deferendi; & tùnc aurum cedit margaritis,quod ſequitur *Paul.de Caſtr.in d.l.& ſi non ſunt.* Ex quo etiam infertur, vt non videatur ex huiuſmodi extractione delictum patratum, etenim in pœnalibus non fit extentio, vndè ſi interdicta non fuit extractio gemmarum, non poteſt delictum ex auro, quod gemmis accedit, deduci, *Alex. conſ.*53. *nu.* 11. *lib.* 1. *Lancellott. de atten-*

24 *tat. cap.* 75. *nu.*28. Aurum enim dicitur acceſſorium ad gemmas, propterea ſequitur naturam principalis, *ad tex. in l.ſi quam, C. de bon. vacantib. lib.* 10. *Oltrad. conſ.*121.*nu.*11. *Federic.de Senis conſ.*191. *nu.*3. *Cardin.Tuſcus concl.*77.*to.*1.

Nihilominus inutile fore reſpeximus

25 huiuſmodi certamen, ſiquidem peculiari Sanctione vetita comperitur extractio gemmarum procul licẽtia Domini Proregis in ſcriptis, & contrà tranſgreſſores extrahentes circumſcripta legitur pœna amiſſionis gemmarum, relegationis, vel triremium per decennium, ac ſolutionis tripli valoris rei extractæ, imò contrà Dominos nauis, nautas, huiuſmodi pœnæ,& amiſſionis nauis irrogantur,& etiã complices, & fautores complectuntur, ità eſt *prag.*2.*ſub tit.de monetis.*

26. Qua de re in Regia Iuncta pronunciauimus, tùnc Præſidente quondam Regẽte D. Gaſpar de Sobramonte, vt prædictæ gemmæ declarentur interceptæ, & applicentur commodis Regij fiſci, & indè fuit proceſſum ad illarum venditionem ſub die 13. Aprilis 1658. & præuijs ſubhaſtationibus, & accenſione candelæ, Doctori Thomæ Imparato, vt vltimo licitatori fuerunt venditæ pro duc. 9110. quos exoluit Regiæ Curiæ, acta ſunt penès Proſperum de Laurentijs Act.

Nauis,

Digitized by Google

Nauis, & animalia aliena,asportantia res vetitas,an incidant in commissum?

§. III.

SVMMARIVM.

1 *NAuis aliena non incidit in commissum, si magister nauis illicitas merces inscio Domino imposuerit.*
2 *Dominus nauis ex delicto magistri nauis non tenetur.*
3 *Crimina non committuntur sine voluntate.*
4 *Nauis Dominus non obligatur ex delicto magistri nauis commisso absq; sua scientia, etiam si statutum hoc dictaret, n.5.*
6 *Scientia non præsumitur, nisi probetur.*
7 *Nominans tenetur pro delicto personæ nominatæ.*
8 *Vniuersitas tenetur pro persona Ærarij ab ipsa nominati.*
9 *Substituens tenetur pro criminibus,à substituto commissis.*
10 *Dominus tenetur pro delicto familiæ, ab ipso propositæ, ad peculiare genus.*
11 *Nauis Dominus ex contractu, & delicto magistri nauis tenetur, etiam si cõscius, vel particeps non sit,ex quasi contractu obligatur,nu.12.*
13 *Caupona, & stabuli Dominus,tenetur pro maleficio in eis commisso.*
14 *Nauis Dominus, sicut ex opera magistri nauis commodum percipit; ità & onera ferre debet, nec excusatur, si tempore electionis erat idoneus, nec etiam si substitutum exhiberet, nu.15.*
16 *Nauis Dominus priuatur naui, quæ extraxit res vetitas etiam ipso inscio,nec consentiente, & hoc etiam attentis pragmaticis Regni nostri,nu.17.*
18 *Animalia, per quæ extrahuntur res vetitæ in Contrabannum, incidunt in commissum.*
19 *Statutum loquens in rem, & non in personam,comprehendit forenses alienigenas, & inscios.*
20 *Nauis, pullus, & asinus sunt instrumenta rei confiscatæ, eique accedunt.*
21 *Dominus domus, vbi falsæ monetæ delictum patratur,amittit domum, etiam ipso ignorante delictum.*
22 *Nauis, quæ à seruitio publico excusatur, pœna publicationis corrigitur, & hoc procedit etiam si magister nauis, qui se excusauit, non sit Dominus nauis, nu.23.*
24 *Nauis Dominus, si ex delicto magistri non teneretur, nunquam naues inciderent in commissum, & de ratione ibi.*
25 *Consuetudo viget, vt Dominus nauis teneatur ex delicto magistri nauis.*
26 *Nauis aliena incidit in commissum,quando statutum mandat, quod pro crimine extractionis, nauis quoque incidat in commissum.*
27 *Nauis Dominus,si magistro aliquid specialiter prohibuit, tunc non tenetur ex culpa magistri.*
28 *Nauis aliena ex delicto magistri non incidit in commissum de Iure Ciuili, de Iure autem Prætorio secus.*
29 *Nauis aliena asportans res vetitas fuit applicata seruitio Regiæ Curiæ.*

Nauis, & animalia aliena,asportantia res vetitas,an incidant in commissum?

§. III.

1 CEnsuerunt aliqui, & non immeritò, alienam nauem non incidere in commissum, ob id, quod nautæ, vel magister nauis illicitas merces absente Domino transfrætandas, in naui imposuerint, hæc inquam sententia desumitur *ex l.cotem ferro* 11. §. *Dominus, ff. de publican. & vectigal.* his verbis: *Dominus nauis si illicitè aliquid in nauem, vel ipse, vel vectores, vel conductores imposuerint, nauis quoque fisco vindicatur, quod si absente Domino id à magistro, vel gubernatore, vel conductore, vel proreta, nautaue aliquo factum sit, ipsi quidem capite puniun-*

Digitized by Google

niuntur commiſſis mercibus, nauis autem Domino reſtituitur; qua in re DD. etiam conueniunt *Bart. Roman. Imol. Alberic. in d. §. Dominus, Bald. in l. cum proponas, C. naut fœnor. nu. 9. Bertach. de gabell. par. 9. princip. nu. 15. Franciſcus de Auiles in c. Prætorum 52. verſ. en la Tierra nu. 2. Bonadill. politic. lib. 4. cap. 5. nu. 31. verſ. en lo qual, Caball. reſol. crimin. cap. 129. num. 7. & 8. to. 2. Reg. Valenzol. conſ. 39. nu. 26. lib. 1. Mauſon. de controban. quæſt. 19. nu. 5. Reg. Tap. lib. 7. Iur. Reg. tit. de portulan. ſuper cap. vt illorum fraudibus, verb. tam onus, quàm nauis, Novar. in pragm. 4. de extract. nu. 4.* Non enim Dominus nauis ex crimine à magiſtro perpetrato, venit ſtatutis pœnis plectendus, cum illæ ſuos tantummodò habeant authores, vt *Ezechielis cap. 18. Exod. cap. 23. Daniel cap. 13. Iob. cap. 4. l. abſentem, C. de pœn. l. ſancimus 22. C. eod. Barboſ. axioma. 181. nu. 4. tract. var. Giurb obſeru. deciſ. obſeru. 42. nu. 17.* Crimina nàmque nullatenus committuntur ſine voluntate, *Diuus Auguſtin. lib. 4. quæſt. 24. cap. 15. Giurb. conſ. crim. 32. nu. 13.* Proindè dum conſenſus deficit in Domino nauis, nec obligationis nexum, neque ſceleris pœnam ſubire valet, *l. ex maleficijs 4. §. 1. verſ. longè minor, ff. de action. & obligat. l. ſi per errorem 17. ff de Iuriſd omn. iud. Paul. de Caſtr. conſ. 46. n. 2. lib. 1, Giurb. conſ. crim. 27. nu. 17.* quamuis ſtatuto aliter diſponeretur, vt poſt *Crauett. & Burſat.* firmat idem *Giurb. conſ. crim. 14. nu. 11.* niſi de ipſius nauis Domini ſcientia conſtiterit, quæ in iure non præſumitur, niſi probetur, *l. verius 21. ff. de probat. Maſcard. de probat. concluſ. 879. Ozaſcus deciſ. 71. nu. 13. Surd. deciſ. 221. nu. 14. Sanchez de matr. lib. 9. diſp. 22. n. 4. Caſtill. controu. iur. lib. 5. par. 2. quæſt. 127.*

In contrarium autem communis concluſio arridet; vt ſcilicet pro electis præpoſitiſque cuncti nominatores obſtringantur, *l. 1. C. de pericul. nominator. lib. 11. Luc. de Penn. in l. agentes num. 10. verſ. item is, qui nominat, C. de agentib. in rebus lib. 12. Cuiac. in paratlitis lit. B. Clapperius cauſa rationum cauſ. 62. quæſt. 3. nu. 1. Larrea allegat. fiſcal. 39. n. 1. lib. 1. Pater de Afflict. controuer. iur. 45. nu. 1.*

Idcircò ſtatutum eſt, vt Vniuerſitates Ærarium nominantes, eorum periculo electionem peragãt *ex cap. Regis Caroli I.* item Collectores, Sindici, & alia perſona, quæ ab Vniuerſitatibus ſub eorum periculo pro ſeruitio noſtræ Curiæ eliguntur, & ſequitur *Capyc. deciſ. 118. nu. 3. Capiblanc. de Baronib. par. 1. prag. 16. n. 97. Gizzarell. deciſ. 31. nu. 5.*

Quemadmodùm pro ſubſtituti crimi. nibus ſubſtituens officij priuatione mulctatur, *Gram. vot. 29. nu. 16 Reg. Reuert. deciſ. 206. lib. 1. Reg. Rouit. conſ. 87. lib. 1. nu 4. & deciſ. 72. nu. 68. Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal. 11. Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. 325. & 530. Reg. Reuert.*

Prout pro familiæ delictis Dominus pariter tenetur, quoties eam ad peculiare negotiorum genus propoſuit, *l. 1. in princ. & §. familia de publican. & vectigalib. l. ſed & ſi ſernus 3. ff. de tributar. action. Cappell. Toloſan. deciſ. 196. nu. 1. Gram, deciſ. 3. nu. 12. Card. Seraphin. deciſ. 527. in princ. Ariſminius Tepat. var. iur. ſentent. tom. 3. tit. 520. verſ. Dominus tenetur*, alioſque congerit *Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 24. nu. 50.*

Proindè idem peculiariter conſtitutũ eſt contrà Dominum nauis, qui ex delicto, vel contractu magiſtri nauis, obligatur, ſic ſuadet *tex. in l. debet exercitor 7. ff. naut. caupon. & ſtabular.* quo loco *Vulpian*, ſentit, exercitorem nautarum ſuorum omnium factum præſtare, quoniam ipſe ſuo periculo eos adhibuiſſe cenſetur, idemque ſatis liquidò annuit citat. *Vulpian. in l. 1. §. magiſtrum autem, ff. de exercit. act.* qua lege reſpondit, Dominum nauis obligari tàm ex contractu, quàm ex delicto magiſtri nauis.

Et rationem huius concluſionis ſatis lucido inſinuãt verba *tex. in l. 1. in princ. ff. de exercit. act.* ibi, *vtilitatem huius edicti patere nemo eſt, qui ignorat; nàm cum interdum ignari cuius ſint conditionis, vel quales cum magiſtris propter nauigandi neceſſitatem contrahamus, æquum fuit, eum, qui magiſtrum naui impoſuit, teneri.*

Et hoc idem vnanimiter firmauere DD. *Affl. deciſ. 82. num. 3. Boer. deciſ. 56. nu. 4. Franciſcus Stephan. deciſ. 72. Ludouic. Roman. conſ. 74. nu. 1. Gram. conſ. crim. 8. nu. 5. Peregrin. de iur. fiſci lib. 6. tit. 5. nu. 35. limit. 4. verſ. ſed ſi ductor, Niger Ciriocus controu. forenſ. 384. nu. 27. & 28. tom. 2. Benedict. Carpſonius deciſ. Illuſtr. Saxo.*

Digitized by Google

*Saxonicæ par.2. decis.*133. vbi idem probat alijs iuribus expensis, diffinitumque firmat in Alipsiensi Senatu, *Ego tract. de naut. to.2. resp.notab.*11. *nu.*32.33.*&* 35.

12 Speciale namque est contrà Dominum nauis, vt ex quasi maleficio obstringatur, etsi particeps, aut conscius non sit facinoris,per magistrum nauis patrati,*l.ex maleficijs* 4. §.*fin. ff. de act. & oblig.* ibi,

13 *aut caupones,aut stabularij de damno, aut furto, quod in naue, aut caupona, aut stabulo factum sit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum, quorum operâ nauem, aut cauponam, aut stabulum exercet*, concordat *tex. in* §. *item exercitor instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascunt.*& conferunt dicta per *Bergalum de dolo lib. 2. cap.6. diuis.6. de dolo 3. num.8. Anton.Piccard.in d.*§.*item exercitor n.*1. *Io: de Heuia in Curia Philippica lib. 3. commercij naualis cap. 3. verb. nauigantes.*

14 Præterea sicut Dominus nauis ex opera magistri nauis commodum percipit, onera quoque ferre debet, *l. 1. vers. ex his, & l.scribit celsus, ff. ad Senat.C.Treb.* debet enim Dominus nauis solertiam adhibere in electione magistri nauis; vn-

15 dè si malis hominibus vsus fuerit, ex delicto eorum semper obligatur, *l. ex maleficijs* 4. §.*fin. ff.de act.& oblig.* imò non excusatur Dominus nauis, quamquam tempore electionis magister nauis præpositus erat idoneus; nec etiam si eũdem substitutum exhiberet, *l. nam & secus*, §. *fin.ff. de negot.gest. Sforz. Odd. cons.*62. *num.*23. *Giurb.cons.*36. *Reg. Reuert. decis.*206.

16 Quibus propterea videtur concludi Dominũ nauis ex culpa magistri, transfrætandas recipientis merces vetitas, naue priuari; proùt quoque tradiderunt *Bart.& Alex.in d.* §.*Dominus nauis*, ibiq; *Io:de Imol.&* R*oman.Bald.in d.l.cum proponas nu.*10. R*ip.in tract.de peste tit. de remed. ad conseruand. vbertatem nu.*133. *Ioãnes Bertachin. de gabell.par.9.in princ. nu.*15. *Lucan.de fisco par.4.nu.*17. *Ozascus decis.*71.*nu.*8. *Boer.dec.*178. *nu.*28. *Messia pragm.taxa panis, cap.1. nu.*15. *Azeued. tom. 4. nouæ recõpilationis lib. 6. tit.* 18. *l.*25. *nu.*21. *Bouad.polit. to.2. lib.4. cap.5. nu.*31. *Mazzoll. cons.*60. *nu.*10. *Giballin. lib. 1. de caus. negotior. cap.7. art.3. conclus.*5.

17 Quodque fortiùs suadetur vigentibus in Regno nostro Regijs Sanctionibus,pœnam addictionis nauis statuentibus, sic est *pragm.* 12. *de extract.* quæ prohibens extractionem frumenti, sic subdit, *Dichiaramo confiscati, & applicati ipso iure à nostra* Regia Corte *li vascelli predetti, & pena alli marinari, & altri padroni di vascelli,* & idem *in pragm.* 20. *eodem tit.* ibi, *Nessuna persona possa estrahere dal presente* Regno *per mare, nè per terra quantità di grano, nè altre vettouaglie senza nostra espressa licenza in scriptis, sotto pena alli contrauenienti di morte naturale, e di più di perdere li grani, e vettouaglie, animali, e vascelli, con li quali si estraberanno*; & conferunt etiam

18 verba *pragm.* 21. *eod. tit.* ibi, *Volemo ancora, che si perda la barca, ò vascello, & ancora l'animale sopra il quale si estraberà.*

19 Hæ inquam Sanctiones diriguntur in rem, non autem in personas,quapropter comprehendunt forenses ignorantes, & alienigenas, *Franciscus Marc. decis.*238. *par.2.Stephan.de* R*anchin.in add ad decis. Guid.Pap.*373. nauis enim est instrumen-

20 tum rei confiscatæ, eique accedit, proùt est in pullo, & asino, *Bald.in l.cum proponas, nu.*14. *C. naut. fenor.* idemque probat *tex.in l.*1. §. *domus, C. de fals. monet.*

21 vbi Dominus ex maleficio falsæ monetę,patrato,in sua domu,etiam ipso ignorante, domum amittit, sequitur *gl. in l. iubemus, C.de nauib.non excusand. lib.*11.

22 vbi dùm in *tex.*disponitur, quod si nauis à seruitio publico excusetur, pœna publicationis corrigitur *gl. in verb. attentatum*, ait, quod si ille, qui hoc attenta-

23 uit, non est Dominus, attamen idem Dominus nauem perdit, cum delictum Prælati noceat Ecclesiæ.

24 Vlterius si prædictę Sanctiones Dominos nauium inscios non complecterent, pœna amissionis eluxoria redderetur, & nusquam locum vendicaret; quoniam Domini eorundem periculum pensitantes, nunquam nauigationi se exponerent, illamq; committerent peritis pilotis; proindè nullatenus eueniret, vt naues in cõmissum inciderent; quamobrem aperiretur via fraudibus, & ansa delinquendi præberetur.

Hinc

Digitized by Google

25 Hinc etiam inoleuit conſuetudo, qua Dominus nauis ex extractione illicitarum mercium, facta per magiſtrum, nauem amittit, quæ conſuetudo in omnibus Prouincijs viget, vt teſtatur *Theſaur. lib.1. quæſt.52. nu.4.* & de iure quoque induci poteſt, *Bart. in d.l.cotem ferro, §. Dominus nauis Bald. in d. l.cum proponas, C.de naut.fœnor.*

26 Quinimò non videtur obſtare, *tex. in d.l.cotem ferro, §.Dominus nauis, ff.de publican. & vectigal.* etenim quando ſtatuto cautum fuerit, vt pro huiuſmodi extractionis crimine nauis quoq; adijciatur, tùnc diſpoſitio dicti §. fallit, ità tradidere *Bart.Alex.Ioannes de Imol.& Roman.in d.§. Dominus nauis, Rip. in tract. de peſte, tit.de remed. ad conſeruand.vbertat. nu.133. Io: Bertachin.de gabell.par.9. in princ.nu.15.tract.tom.12.pag.74.verſ. niſi ſtatutum, Franciſ. Lucan. de fiſco, & eius priuileg.par.4. nu.17. verſ. refert tamen tract. tom.12. pag.16. Ozaſc.deciſ.71. nu.8. Boer.deciſ.178. nu.28. verſ.niſi eſſet ſtatutum, Ludou. Meſſia in pragm. taxæ panis, cap.1.nu.16. in fin.& n.17.in princ. Azeued.to.4.nouæ recompilat.lib.6.tit.18. l.25. nu.21.& 22. Caſtill.Bouad.politicor. to.2.lib.4. cit.cap.5. ſub nu.31. verſ. verdades, Girard. Mazzoll.conſ.60. num.10. Giball.lib.1.de cauſ. negot. cap.7. de inuectiu. & euect.merc. art.3. conſectar.5.ſub verſ.quod autem verb.loquimur.*

27 Prætereà diſpoſitio *tex. in d. §. Dominus nauis* ſubſtineri poteſt, quoties nauis Dominus Rectori, ſiuè Magiſtro id, in quod ille incidit delinquendo, nominatim prohibuiſſet;tùnc etenim ex hac precedenti cautione innoxium eum ſeruandum, idem Prætor edixit *in d.l 1.§. igitur,ff.de exercit.act.Roman.conſ.74. nu.1. Affl.deciſ.82. nu.3. & 9. in princ. & ibid. Vrſill.in add.nu.1. Stracc. de mercat. contract.tit.mandati nu.25. Petr.Gregor.ſyntag.lib.29.nu.77.Anton. Perez.lib.4.Cod. tit.25. de exercit. act. nu.15. verſ. item non tenetur,Ego in tit.de nauib.notab.12. nu.38. tom.2.reſponſ.*

28 Amplius diſpoſitio *tex.in d. §. Dominus nauis* à Iure Ciu. fuit conſtituta, ſed indè à Iure Prætoriano fuit annouata, vt in *tit de exercit. act.* vt diſtinguit *Veſſembec. & Alex. de Neuo in lib.1. Cod.tit.20. num.1.*

29 Denicq; hic articulus ambigi contingit coram Regia Iuncta Contrabannorum occaſione intercepti, habiti retroelapſo anno 1667. per Gubernatorem Ciuitatis Regij cuiuſdam nauis, mercibus onuſtæ, quæ dùm cõtrà deuetum extrahebat nonnullas res,in cõmiſſum illæ inciderũt;vndè cum eodem commiſſo cedere deberet nauis, inſtetit in Regia Iuncta Notarius Natalis Celetanus, aſſerens ſe ipſius Dominum, idemque quibuſdam documentis inſinuans, petijt nauis reſtitutionem,eo quod tanquam inſcius huiuſmodi facinoris,ab Alexandro quinque magiſtro nauis perpetrati non debet ipſe pœna amiſſionis nauis mulctari, lis autem eſt ſub iudice, deciſionem hucuſque non pronunciauimus, tamen nauis fuit applicata feruitio Regiæ Curiæ,præuio appretio ex reſcripto D.Proregis. Scripſit ſatis lepidè, ac iura fiſcalia erudito,& docto calamo congeſſit Dominus Præſes Regiæ Camerę Ioannes Hieronymus de Philippo; tùnc fiſci partes agens in dicta Regia Iuncta, acta ſunt penès Proſperum de Laurentijs Act.

Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ,an comprehendantur ſub prohibitionibus contra extrahentes præſcriptis?

§. IV.

SVMMARIVM.

1 *CLerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ non obligantur pragmaticis, prohibentibus extractionem, alij tenent contrarium, nu.13.*

2 *Diſponere quilibet poteſt de re ſua.*

3 *Statutum contra liberum commercium dicitur contrà bonos mores.*

4 *Extractio rei, & ad hoſtes aſportatio de iure communi prohibetur.*

5 *Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ non ligantur ſtatutis Laicorum ex defectu iuriſ-*

Digitized by Google

visdictionis, nisi fuerit fauorabile, n.8.

6 *Lex non comprehendit non subditum.*

7 *Voluntas ex potestate regulatur.*

9 *Clerico fuerunt restituta pecunia, quas extrahebat à Regno.*

10 *Statutum Salerni,prohibens intromissionem vini,non comprehendit Clericos.*

11 *Clerici nõ ligantur statuto, ne extrahant res, nec quoad petitionem licentiæ, obligantur autem sub lethali culpa nõ quòad pœnam, nu.12.*

13 *Clericos ligari statutis, prohibentibus extractiones,tenent alij DD. & teneri ad gabellam, quæ soluitur ad portam Ciuitatis,n.14. ac ad solutionem dohanæ, à qua nemo excipitur etiam Cardinalis,nu.15.*

16 *Extractione tritici prohibita, comprehenditur etiam persona Ecclesiastica,& Iudex secularis potest extrahentem spoliare.*

17 *Statutum laicale, bonũ publicum,& commune respiciens, ligat Clericos, & præcipuè quando non est odiosum, nu.18.*

19 *Extractionis prohibitio ex pragmaticis sancita, iuuat Clericis, nè res deficiant in Regno, nu.20. nec aduersatur libertati Ecclesiasticæ, nu.21.*

22 *Principi seculari conuenit annonæ vbertati prouidere.*

23 *Statuta, quæ in rem diriguntur,& non in personas, comprehendunt quascumque personas, etiam Ecclesiasticas propter rem, nu.24. & licet statuentibus, rebus,in ditione sua prouenientibus,legem imponere,nu.25.*

26 *Clerici, & persona Ecclesiastica tenentur licentiam petere, & soluere diricțus pro extractione mercium*

27 *Clericus in rebus patrimonialibus censetur laicus.*

28 *Clericus tenetur soluere gabellam, quando vult extrahere fructus,recollectos in proprijs bonis negotiandi causa.*

29 *Clericus negotiator tenetur soluere gabellam.& hoc, tenent etiam Canonistæ, & Theologi.n 30.*

31 *Gabellam iustè indictam à Principe seculari super re sua, puta in sale, & piscibus, Clerici tenentur soluere.*

32 *Pretij limitatio & testatio in rebus facta per Principem secularem obligat Clericos.*

33 *Statutum, quod rationabilem habet causam, ligat Clericos.*

34 *Extractionis prohibitio est antiquissima in Regno, & per eã inducta est consuetudo,ex qua Clerici ligantur,& etiã in Regno Siciliæ, & Castellæ obseruatur, num.35.*

36 *Summi Pontifices pro eorum vsu nunquam merces extraxerunt absq; D.Proregis placito.*

37 *Extractiones si essent permissæ absque licentia, magna fraudes committerentur.*

38 *Consuetudo, vt non possint extrahi res vetitæ, habet vim tituli, priuilegij, & consensus contrà Clericos.*

39 *Scientia, & tolerantia Sum. Pontificis inducit consuetudinem, & consensum.*

40 *Decisio R.C. pro intercepto pecuniarum personæ Ecclesiasticæ in Ciuitate Gaetæ repertarum.*

41 *Clerici,extrahentes serica in Prouincia Calabriæ absq; solutione diricțus, arrestantur, vt D. Nuntio Apostolico tradi possint, & serica incidunt in commissum, vbi prouisiones Collateralis Consilij,*

42 *S. Congregatio declarauit, & rescripsit Nuntio Apostolico, vt circà extractiones faciendas per Clericos,seruentur ordinationes secularium.*

43 *Statutum, taxans pretium frumenti, ligat Clericos,sed non quòad pœnam.*

44 *Clerici tenentur seruare taxam frumenti in conscientia, & obligantur legibus ciuilibus pro contractibus celebrandis, sed non ad pœnam, nu.45. & idem ne frumenta, & pecunia extrahantur à Regno,n.46. contrarium respectu pœnæ, nu.48.*

47 *Statutum quòad taxam pretij frumenti dirigitur in personas Clericorum, propterea ipsi non tenentur ad pœnas, secus quãdo statutum dirigitur in rebus,n.48.*

49 *Famuli, & coloni Ecclesiarum reperti in fragãti cum rebus asportari prohibitis, ad pœnas statutarias obligantur, etiam si res sint Clericorum, nn.50.*

51 *Decisio Gram. 100. pro immunitate Monasterij S.Benedicti fuit reuocata.*

52 *Decisio Sperelli 12. fuit ab ipso solo prolata.*

53 *Extractionis statuta antiqua, & non noua Clericos obligant.*

54 *Extractio frumenti, & victualium non per-*

permittitur perſonis Eccleſiaſticis extrà Regnum, neque pro bonis emptis intrà Regnum, niſi ſoluto iure Dohanæ.

55 *Extractio prohibita propter bonum publicum, & communem vtilitatem laicorum, & Clericorum, non dicitur contrà libertatem Eccleſiaſticam, & poteſt à Clericis exigi gabella in caſu prædicto, nu. 56.*

57 *P. Dianæ ſententia pro extractione ſerici Clericorum reijcitur.*

58 *Extractæ res in contrabannum non poſſunt ab Eccleſia extrahi.*

59 *Immunitas Eccleſiaſtica cõceditur bonis, in Eccleſia exiſtentibus, contrariũ, n.60.*

60 *Bona obligata, vel furto ſubtracta, in Eccleſia repoſita, poſſunt per Iudicem ſecularem capi.*

61 *Iudex ſecularis non poteſt exercere Iuriſdictionem in Eccleſia.*

62 *Furatæ res, in Eccleſia repoſitæ, non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.*

63 *Iudex laicus petit licentiam Iudici Eccleſiaſtico pro extrahendis rebus furatis, & alienis ab Eccleſia.*

64 *Immunitate Eccleſiaſtica non gaudere bona debitorum, & furto ſubtracta, Sacra Congregatio declarauit, & ità ſeruatur in Regno noſtro, n.66.& 67.*

65 *Debitores fraudolenti, ad Eccleſiam confugientes, non ſunt multo tempore tolerandi.*

66 *Fiſcus poteſt capere bona debitoris ſui, in Eccleſia exiſtentia; & ità declarauit Sacra Congregatio, nu.67.*

68 *Serica introducta in Contrabannum intus Eccleſiam Ciuitatis Neap. fuerunt extracta.*

69 *Antonius Capiblancus Regens Regiam Cancellariam laudatur.*

70 *Arma prohibita aſportans in Eccleſia, poteſt à Iudice Laico illis expoliari, & apud Gallos, nu.71. & Hiſpanos punitur etiam reus, nu.72. & expoliatur etiam Clericus, nu.73.*

Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ, an comprehendantur ſub prohibitionibus contra extrahentes præſcriptis?

§. IV.

1 SAnctiones Regias, extractiones à Regno vetantes, modo, & forma ibidem circumſcripta, haud obligari Clericos, reliquaſuè perſonas Eccleſiaſticas, reſpondent *Bald.conſ.198.nu.4.lib.2.Rip. de remed. ad conſeruand. vbertat. nu.122. Pater Dian. reſol.moral. tom.5. tit.de immunit.tract.1. reſol.27. & par.1. tract.2. reſol.69. Epiſcopus Sperell.deciſ.12.nu.23. Camill.Borrell.de magiſtrat.lib.3. cap.14. nu.68. Gram.deciſ.101.nu.15.*

Et non ab re ratiocinantur, etenim videntur huiuſmodi Sanctiones ſtatuere contrà libertatem Eccleſiaſticam; ſiquidem
2 iure communi attento, vnicuique tribuitur libera facultas, proùt vult diſponendi de re ſua, *ad tex.in l.re mandata 21. C. mandat.* itàut iniquè, & contrà
3 bonos mores cẽſentur ordinationes, liberum commercium interdicentes, *l. penult.ff.de pact.* vbi *Iaſon.nu.2.l.2 ff.ſi à parente quis fuerit manumiſſus, Pater Dian.reſol.moral.tract.2. reſol. 15. Reg. de Marin.reſol.quot. cap.31.* niſi aſportatio fieret ad hoſtes, hæc inquam aſportatio
4 à iure communi prohibetur, *l.cotem ferro, ff. de publican. & vectigalib. l. 1. & 2. C. quæ res aſportari non debent, l. 2. C. de commerc. & mercatorib.* Reliquas verò
5 prohibitiones leges municipales reſcripſere, quibus non comprehenduntur Clerici, aliæque Eccleſiaſticæ perſonæ, nedùm ex iuriſdictionis defectu, *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitution. auth. caſſa, & irrita, C. de Sacroſanct. Eccl.* cum à pari procedat ſtatutis ligari, & forum ſortiri, *Innocent. & Anton. de Butreo in rub. de conſuetud. Dec.conſ.282.nu.10. Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. donatione largitus q.23. nu.353. de reuocand.donat.*

nec

Digitized by Google

6 nec potest lex comprehendere non subditum, *cap. 1. iuncta gl. de constitut. Episcopus, Ricc. in decis. Curiæ Archiepiscop. 70. nu. 15. par. 1.*

Idemque etiam constat ex defectu vo-
7 luntatis statuentium; voluntas nàmque ex potestate regulatur, *Abb. & Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, Reg. de Marin. resol. quotid. cap. 31. nu. 5. tom. 1.* vbi sub-
8 dit, quod si statutum specialiter circà Ecclesiasticas personas disponeret, illisq; fuerit fauorabile; tamen nulla erit dispositio *ex d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.*

Propterea iudicauit Regia Camera
9 sub die 13. Februar. 1594. vt restituerentur cuidam Clerico ducati 800. intercepti, sub prætestu, quod à Regno illos extrahebat, sic testatur *Molfes. ad consuetudines Neapolitanas par. 2. de personis q. 7. nu. 47.* quam decisionem annuit *Nouar. super pragmaticis tit. de extract. collect. 8. nu. 7.*

Hoc pariter iudicatum refert *Gram. decis. 100.* tradens, fuisse pronunciatum, vt
10 statutum Ciuitatis Salerni, prohibens intromissionem vini, prouenientis extrà Territorium, non comprehendat, nec afficiat Monasterium Sancti Benedicti.

11 Hinc concludunt præcitati DD. quod licèt Clericis, Ecclesiasticisq; personis res, aut merces extrahere absq; solutione datij, pro extractione præfixi, quam. quam quòad petitionem licentiæ videãtur statutis prædictis adstricti, vt tradunt *Episcopus Sperell. & Pater Dian. loc. cit.*

Sed si licentiam non postulauerint, pe-
12 nis statutarijs non subijciuntur, etenim statutum laicale Ecclesiasticos ligans, illos non obligat, nisi sub lethali culpa, non autem quòad districtionem pœnæ, *Surd. cons. 301. num. 39. vol. 3. Rodriquez tom. 1. quæst. regular. quæst. 66. art. 2. §. 8. regula Salas tract. 14. de legib. disp. 14. sess. 8. nu. 10. Pater Molfes. ad consuetud. Neapolitanas par. 2. tit. de personis quæst. 7. num. 45.*

Verũtamen aliqui autumant, præfatas
13 Regias Sanctiones Clericos, & Ecclesiasticas personas includere, itaùt si illi cõtrà deuetum res extraxerint, res ipsæ incommissum incidant, & fisci commodis cedunt, cum teneantur Principis licentiam expetere, Regios datios exoluere, vt extractionem sortiri valeant, *Messia super pragm. tax. pan. concluf. 5. Menoch. cons. 800. & cons. 1000. nu. 19. & 38. lib. 8. Vulpell. de libert. Ecclesiastica par. 2. nu. 17. Bertazol. cons. 87. nu. 2. & 6. tom. 1. Anton. de Ball. in prag. Regn. Sicilia lib. 5. proem. nu. 56. Azebed. in l. 3. tit. 20. de las cosas prohibidas sacar del Reyno lib. 6. recompil.* & de communi testatur multis alijs DD. adductis *Ignat. Lopez de Salzedo ad pract. canon. Diaz c. 55. fol. 171. Bouadill. in polic. tom. 1. lib. 2. c. 18. nu. 72. & 117. Mannell. cons. 271. n. 19. Bald. cons. 297. & 299. lib. 1. & 499. lib. 2. Signorol. cons. 21. Castill. contron. tom. 7. cap. 9. nu. 28. & Salzed. de leg. politic. lib. 1. c. 4. nu. 11.* idemq; tradidit *Affl. in tit. quæ sint regalia nu. 91. ex Bald. in cap. 1. col. 5. de pace Constantiæ,*
14 inquientes, Clericos, & Ecclesias teneri soluere gabellam ad portam Ciuitatis, pro rebus, quas extrahunt de vno Regno ad aliud, cum illis non permittatur rem extrahere sine Principis facultate, &
15 solutione dohanæ; à quibus nemo excipitur, licèt Cardinalis sit; sequitur *Borrell. de magistrat. lib. 3. cap. 14. nu. 77.* hoc pariter exornat *Couarr. in relectione tit. extrà de præscript. §. 4. in fin. vers. hinc denique infero,* subdens, quod si lege mu-
16 nicipali caueatur, ne triticum extrà Vrbem deferatur, nisi extrahens duodecimam partem illius in exitu portæ custodibus solueret, tenentur etiam Ecclesiastici soluere, & hoc dictum sequitur *Sanchez cons. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55. nu. 24.* addentes *ad Iul. Clar. in §. fin. quæst. 82. statut. 7. circà blad. nu. 36. in fin. vers. puniuntur,* & in proprijs terminis idem asseuerat *Carol. de Grassis de effect. Cleric. effect. 2. nu. 294. & effect. 3. n. 178. Mauson. de contrabann. quæst. 8. nu. 3. Bellug. specul. Princip. rub. 14. §. nunc videmus num. 49. Messia tassæ panis concl. 5. num. 17. Didac. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinat. col. 91. vers. quæritur, Calistus Ramires de leg. Reg. §. 26. nu. 27. Salzed. ad Diaz pract. crim. Canon. cap. 55. vers. quamuis fol. 168.* idcircò permissum videtur seculari Iudici, Clericum extrahentem res vetitas expoliare, *Menoch. cons. 800. nu. 56. Peier de manu Reg. lib. 2. cap. 38. nu. 29. & cap. 39. nu. 5. Bouadill. in politic. lib. 2. c. 18. nu. 72. & 117. Mauson. de controb. quæst. 8. nu. 11. Reg. Rouit. rub. de extract. num. 16. in fin. in pragmaticis.*

Digitized by Google

Cenſent quoq; præcitati DD. dictum aſſumptum rationibus muniri,& ea inter
17 cæteras eſt, quoniam ſtatutum laicale bonum publicum, communemque vtilitatem laicorum, & Clericorum reſpiciens, Clericos ſemper ligat *Andr. tit. quæ ſint regalia, Luc.de Penna in l.1.col.7. C.de ruſtican.lib.11. Albert.Brun.cõſ.127. Suarez de ligib. lib.5. cap.14. nu.12. Salgad.de Reg.protectione par.1.cap.1.pralud. 1. nu.57. & 76. Caſtillo to.7.cap.9.nu.27. controuerſ.Salzed.de leg.politic.lib.9.c.4.*
18 *nu.9.* præcipuè quando ſtatutum non eſt odioſum, *Medin.to.2.diſp.95.art.5. Vaſquez diſp.167.cap.4. Bellamer.de Cleric.c.28. Victor.relect.1. de poteſt. Eccleſiaſt.quæſt.7.nu.4. Sot.lib.1.de iuſt.& iur. quæſt.9. art.7. Caſtropalao lib.1.de leg.penal.cap.vlt.Salzed. d.c.4. nu.13. Mauſon. de controban.quæſt.8.nn.3.* Cum ergò no-
19 ſtræ Sanctiones extractiones frugum interdicentes, honeſtiſſimæ dicantur, ne Regno fruges deficiãt,quibus ſubſtentari & defendi poteſt, quã de re prædictæ Sanctiones, nedùm laicis, ſed Clericis
20 proſunt;etenim ſi frumentum, pecuniæ, & cæteræ res deficerent in Regno, eodẽ damno quælibet perſona etiam immunis afficeretur: proindè dicta ſtatuta Eccleſiaſticas perſonas complectuntur; ità ſentierunt præter citatos *Ancharan. in cap.non minus de immun.Eccleſ.Barbat.in rub.de reb.Eccleſ. non alienand.num.193. Sperell. deciſ.13. nu.4. par.1. Vulpell. in tract.de libert.Eccleſiaſt. part.2. num.30.* aſſeuerans,huiuſmodi ſtatutum à ſeculari poteſtate proclamatum, nè extrahatur
21 frumentum,& quoduis aliud genus bladorum, non aduerſari libertati Eccleſiaſticæ, idemq; dixerunt *Alber in 2. par. ſtatutor.quæſt.21. in fin. Dec.in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtitutionib.nu.55. Bertazol. conſ.87. lib.3. Anton. de Ballis tract. varij lib.5. c.1. ad pragmaticas Regni Siciliæ nu.56.*
22 Imò Principi ſeculari conuenit, annonæ vbertati prouidere, *Io: de Platea in l. ſi quis, C. de aquæductu lib.11. Rip.de peſte par.2.nu.16. & 189. Mexia in pragm. taxæ panis concl.1. nu.56. Cened.practic. quæſt. quæſt.33. nu.15. & 16. Reg.de Pont. de poteſt.Proreg. tit.de tractis nu.1. & 5. Auendan.de exequend.mandat.cap.19.nu. 36. verſ.item eadem ratione*; vndè edictis Principis ſecularis annonæ incolumitatem reſpicientibus, porrò Clerici obligantur.
23 Idemque demonſtrat altera ratio,etenim ſtatuta ſecularis poteſtatis generalia in rem directa, non autem in perſonas, quaſcumque perſonas comprehendunt, *Bart.in l.1. in 7.quæſt.principal. verſ.ſed poteſt dubitari, C. de Summ. Trinitat. & fide Catholic.Luc.de Penna in l. ſi diuina domus, C. de exactorib. Tributor. lib.10. Alex.conſ.44.lib.1. Signorell. conſ.21.& Clericos amplectuntur Garſ.de expenſ.& melioration.cap.11. nu.50. & cap.13. nu.2. Caſtill.de tertijs c.12. nu.43. Bouadill. in politic.lib.4. cap.20.nu.28. Peier.de manu Reg.lib.2.cap.38.n.22.*quoniam ſtatutum
24 laicale, etſi non poſſit afficere perſonas Eccleſiaſticas propter rem, poteſt tamen rem ipſam afficere, quæ dùm prouenit
25 in ditione ſtatuentis, poſſunt idem ſtatuentes rebus ſuis legem imponere, *l.1. & 2.C.quæ res aſportar.prohibent. Albert. Brun.de ſtatut.art.6. nu 6. verſ. licet, per tex.& gl. in l. reſcripta diuorum, §.fin. ff. de muneribus, & honorib. Mauſon. de controbann.nu.11.12.& 13. Rip.de remed. ad conſeruand. vbertat. nu.119. Reg. de Marin.reſol.iur.cap.21.nu.6.tom.*
26 Proindè tenetur Clericus, extrahere cupiens merces vetitas, non dumtaxat licentiam poſtulare,ſed datia ſoluere, *Couarr.in relect.tit.1.de præſcript.par.2.§.3. in fin.verſ.hic denique, Suarez conſ.moral. cap.4.nu.55. ex Bald.in cap.1. nu.15. de pace Conſtant. Affl.in cap.1. verb. ſiuè nu. 91. verſ.facit, quæ ſint regalia, Marc. deciſ.420. Gram.conſ.102.nu.13. Carol.de Graſſ.de effect. Clericat. effect.3.num.166. Anton.Drogh.in addit.ad Clar.§.fin.q.82. n.87.*etiam ſi pro vſu proprio ipſe extraheret, *Reg.de Marin. reſol. quot. d.cap.21. num.6. ex Carol.de Craſſ. effect. Cleric.3. nu.257.*
27 Quinimò pro bonis patrimonialibus tenetur ſtatuta ſeruare, & datia præſtare æquè ac laicus, *Menoch. conſ.800. nu.47. Abb. conſ.6. incip. caſus, ſuper quo lib.1. Fœlin.in Eccleſ.Sanctæ Mariæ de conſtitution. gl.notabil.ſecundum Panormitanum in cap.1.nu.4. de conſuetud. Afflict. ſuper feud. tit.quæ ſint regalia verb. vectigalia nu.93. Feb.deciſ.Luſitaniæ 19. nu.48.to.1. Facũdez.in 8. præcept.decalogi lib.8.c.43. nu.23.*

Digitized by Google

*nu.*23. *Lasart.de decimar. vendit. cap.*19. *nu.*4. *Renat. Kopin. de Sacr. politic. lib.*3. *tit.*2.*nu.*1.

28 Præcipuè quando Clericus fructus recollectos in proprijs prædijs vult aliundè asportare causa negotiandi, & lucri faciendi, vt carius vendat, tùnc tenetur gabellam soluere, proùt Summus Pontifex decreuit *in cap.quamquam de censibus*, vbi *Fælin.nu.*104.*Cardinalis nu.*9.*Decius in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ num.* 57. *de constitut.Mexia prag.taxæ panis concl.* 5.*n.*22.*Lessius lib.*2.*de iustit.cap.*33.*dub.*3.

29 *nu.* 23. est enim sub anathematis pœna interdicta Clericis, & Monaeis negotiatio,causa lucri; vndè disponitur, quod in odium negotiationis teneantur ad vectigalia, *c.consequens* 88.*dist. cap.negotiatorem.&c.fornicari* 88.*dist.cap.secundum ne Clerici, vel Monaci,Gregor.Lopex ad leges* 49. *in verb. franquez tit.* 6. *par.* 1. *Ruin. conf.* 112. *nu.*6. *lib.* 5. *Ansald. de iurisd. part.*5.*tit.*4. *cap.*3.*num.*8. *& seq. Trentacinq.variar.lib.*1. *tit.de iur.fisci resolut.*5. *nu.* 8. *Io: de Heuia in laberint. commercij lib.*1.*c.* 14. *nu.* 10. *Franciscus Marcus decis.*286. *num.*3. *par.*1. *Lasart. de decimar. vendit.cap.*19.*nu.*84. *Couarr.pract.cap.*1. *n.*9. *Parlador.rer.quotidianar. lib.*1.*cap.*3. §.1. *nu.*4. *Campag. in Clem. de vit.& honest.Cleric. Vulpell.in tract. de libert. Eccles.par.*3.*nu.*19. *Vasquez lib.*1. *de succes. creat. cap.* 10. *nu.* 648. *Mart. de iurisdict. par.*4.*centur.*1.*cas.*2. *nu.*2. *& seq. Scappa de iur. non scripto lib.*1.*cap.*19. *nu.*15. *&* *&* 16. *Carol. de Grass. de effect. Clericat.*

30 *effect.*3.*nu.*138. qui probant, Clericum negotiatorem teneri ad gabellam, quamuis non sit mercator, & sequitur *Ignat. Lopez ad Diaz in practic. Canon. cap.*55. *fol.*174. *in fin. Purpurat. in l. placet nu.*3. vbi *Alciat.C.de Sacrosanct. Eccles. Natta cons.*139.*nu.*4.*lib.*1.*Boer.decis.*213.*in fin. Bertachin.de gabell.part.*7.*nu.*11.*&* 12.*in tractatib.* idemque confirmant *ex Clem. fin.de censib. Canonistæ, & Theologi, Sanchez lib.*7.*de matrim.disp.*46.*nu.*16.*lib.*2. *Molin.de iustit.tom.*2.*disp.*342. *Paul. Comitulus resp. moral. lib.* 1. *quæst.* 53. *Facundez de iustit. cap.*1.*nu* 9. *Guttierez de gabell.quæst.*93. *Sanchez lib.*2.*cons.moral. cap.*4.*dubit.*51.*nu.*6. *Duard.in commentar. ad bullam Cœnæ canon.*18. *quæst.* 8. *nu.* 9. *Episcopus Squillant. de priuileg.Clericor. cap.*8. *nu.*32. *Augustin.Barbos.de iure Ecclesiast.lib.*1.*tit.de priuileg.Clericor.c.*39. §.5. *nu.*68. *& lib.*2. *alleg.*13.*nu.*8. & hoc pariter affirmat *Pater Dian. in* 8. *par. tract. moral. miscellan. resol.* 1.*col.* 5. *in princip.*

Idque fortius locum obtinet, quando
31 gabella,à laicali potestate indicta,est iusta, & etiam quando fuerit imposita super re Principis secularis, proùt in sale, vel piscibus, qui capiuntur in eius Territorio; tùnc procul omni esitatione tenentur Clerici illam soluere, cum non sit propriè gabella, sed limitatio, aut ta-
32 xatio pretij rei Principis, cui obligatur Clericus, non dumtaxat in foro fori, sed etiã in foro poli,sic ex *Diuo Thoma par.*2. *quæst.*96. *Burs at. cons.*42. *nu.*9. *lib.* 1. *Carol.de Grass.*alios glomerans *effect.Clericat.*3.*nu.*261. *Gram.decis.*100. *nu.*3.

Præterea prohibitiones in nostris Sanctionibus circumscriptæ, non sunt sim-
33 pliciter factæ, sed sub certa forma, vt nimirùm à Regno merces non extrahantur,absq;licẽtia Dñi Proregis,qui passim, & indistinctè personis cuiusuis qualitatis licentiam concedit; vndè dùm forma, cum qua extractio permittitur, non est difficilis, nec agitur de graui prejudicio, & statutum laicorum rationabilem habet causam; ideò etiam respectu Ecclesiastici seruari debet, *Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu.*85.*vers.*1.*notab.de constit. Federic. de Senis cons.* 78. *Dominicus in cap.final.de immunit.Eccles.in* 6.

Amplius precitati DD.assumptum positum firmantes, obseruant, quod si sub huiusmodi statutis personæ immunes nõ comprehenderentur, sequeretur, vt possent res vetitas extrahere, quod nunquã
34 fuit practicatum,& semper contrariũ obseruatũ à tẽpore Regis Ruberti,quo prædictę prohibitiones fuerũt emanatæ; vt à nemine,frumentum, pecunia,aliæq;merces à Regno sine Principis licẽtia extrahi possint sub pœna commissi, vt *in cap.Regni incip. perpensa deliberatione, dato* 1. *Octobris* 1337.qua in re,hucusque in Regno nostro est introducta consuetudo, quæ ligat Clericos, vt testantur *Sair in claui Regia lib.*3.*cap.*14.*num.*18. *Mauson. de controbann. quæst.*8. *nu.* 11. *Reg.Rouit. in rub.prag.de extract.nu.*16. *Reg.Reuert. decis.* 221. vbi *Reg. de Marin. in obseru.*

Digitized by Google

35 proùt etiam in Regno Siciliæ vltrà Pharum, *Carol.de Graſſ.de effect.Cleric.3. nu.* 294. quemadmodùm in Regno Caſtillæ, *Sair in d. claui Regia c. 4. nu. 18. Diaz. d. c.55. fol.171. verſ.tertio quæra*; Imò Sum-
36 mi Pontifices, qui pro tempore fuerunt, pro eorum vſu nunquam prædictas merces extrahi fecerunt, abſq; Dominorum Proregum placito, teſte *Reg. Reuert. deciſ.222.*

Quæ conſuetud o meritò quoque ino-
37 leuit, nàm ſi extractiones iſtæ abſque licentia permitterentur, magnum oriretur inconueniens, nedùm propter periculum penuriæ, quod contingere poſſet; ſed etiam propter magnas fraudes; quæ perpetrari valerent; quoniam mercatores ſub nomine alterius, qui immunis eſſe prætendit, omnia extraherent; quamobrem Regnum eſſet in confuſione: fraus itàq; cum ſit vitanda; idcircò perſonæ Eccleſiaſticæ huiuſmodi ſtatutis ſubijciuntur.

Et hanc conſuetudinem nonnulli putant omnem ambiguitatem in hoc articulo remouere, quoniam huiuſmodi con-
38 ſuetudo, iàm dudum in aliqua Prouincia, vel Regno vſu recepta, magni ponderis, & æſtimationis eſt, & habet vim tituli, priuilegij, & conſenſus, iuriſdictionemque tribuit etiam in Clericos, *Couar. practic. cap.32. num.5. Gratian.diſceptat. forenſ.cap.238. num.68. Caſtill. de tertijs cap. 12. quæſt. 35. Anſald. de iuriſdict. par.5.tit.3.c.3.nu.36.tit.6.c.4. nu.35. de vectigalib.& gabell par.5. tit.4. c.3. Caſtill. Ramires de lege Reg. c.12. ex tex. in cap.1.de præſcript.in 6.* præſertim ſi acce-
39 deret ſcientia, & patientia Summi Pontificis, & Eccleſiaſticorum, *Caſtill. d.cap. 12.nu.35. 36.& 37.& cap.30. nu.3.* quæ ſcientia, & patientia ſufficit, & ex tollerantia inducitur, nec expreſſus conſenſus expoſcitur etiam in materia Eccleſiaſtica, præcipuè quando conſuetudo rationi nititur, & laudabilis eſt, *Burgos de pax in l.1.Tauri nu.306. Reg.Valenzuol.to.1. conſ. 4. nu. 67 Sanchez lib.7. conſ. moral. diſp.4.nu.11.& diſput:82.nu.20. Salgado de Reg.protection.par.1.c.1. prælud.3. nu.* 148. *Turrianus 2. 2. tom.2. diſp. 14. dub. 4. Salas de legib.quæſt 96. tract.4.ſect.11. nu.121. Vaſquez opuſcul.de reſtitut. cap.9. §.1. n.33. Dian.reſol.moral.par.1.tract.2. reſol.5. verſ.ſed his Salzed.de leg.politic. tit.1.cap.8.nu.22.*

Rurſum prædicta confirmantur, cum-
40 ità decreuerit Regia Camera, facta relatione in Collaterali Conſilio, nàm declarauit, incidiſſe in cõmiſſum ſummam ducatorum 500. inuentam in Ciuitate Gaetæ, ſtante quod extrà Regnum illa quantitas extrahebatur, quamuis fuerit prætenſum, non poſſe dictam quantitatem contrà Eccleſiaſticam perſonam illam deferentem intercipi, vt teſtatur *Reg. Reuert.deciſ.21.tom.1.* quàm deciſionem ſatis lepidè exornat *Reg.de Marin. in ob-*
41 *ſeru.* idemque generaliter pronunciauit Collaterale Conſilium in anno 1643. quo tempore reſcripſit Præſidenti Comiti Molæ Simoni Vaaz Commiſſario Contrabannorum, conſtituto in Prouincijs Calabriæ; vt ſcilicet contrà Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas extrahentes ſerica abſque ſolutione dirictuum, capiat informationem, perſonas arreſtet; vt indè Domino Nuncio Apoſtolico tradi poſſent, & ſerica intercipiat, tanquam extracta in Contrabannum, vt conſtat ex prouiſionibus omni legalitate munitis, quæ ſequuntur.

SPectabilis, & Magnifice Vir Regiæ fidelis dilectiſſime, ci è ſtato preſentato memoriale del tenore ſequente,
42 v3. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſs. Signore, li Gouernatori dell' Arrendamento delle ſete di Calabria, e Baſilicata eſponeno à V.E. come in dette Prouincie è augumentata vna quantità innumerabile di Clerici, e perſone Eccleſiaſtice, li quali continuamẽte non attendono ad altro, che à fraudare li deritti del detto Arrendamento à fare contrabanni etiã con cometiua, & armata mano non denunciando le ſete, che ſono in loro potere, nè quelle peſare nella bilancia Regia, ne darne conto, & altre volte imbarcando quelle, facendono eſſi l'eſercitio di marinari, di modo tale che hanno ridotto il detto Arrendamento in euidente pericolo di perderſi; atteſo nella paſſata raccolta hanno fraudato deritti più di docati cento cinquanta mila, e quel che è peggio, dette fraudi vengono protette dalli Prelati di dette Prouincie, le quali con facilità hanno publicato,

e pu-

Digitized by Google

e publicano cenſure contro l'Officiali del detto Arrendamento, non tenendono mira, che dal deritto ſpettante al detto Arrendamento, non è franca perſona alcuna, anco Eccleſiaſtica; & acciò ſe dia in queſto oportuno rimedio per preſeruatione dell'ıntrate feudali, e mātenimento del d. Arrendamento, ſupplicano V.E. ſia ſeruita ordinare al Spettabile Conte di Mola, che ſi hà da conferire in partibus, nelle Prouincie di Calabria, l'ordini neceſſarij in queſta materia, e l'hauerāno à gratia, vt Deus,&c., quale memoriale da noi inteſo, douendoſi in queſto particolare dare l'ordini neceſſarij; anco in eſequutione d'altre noſtre prouiſte, fatte in queſta medeſima cauſa, acciò ſi euitino ſimili fraudi, & attreuimenti in danno notabiliſſimo di detto Arrendamento, Real Patrimonio di Sua Maeſtà, il quale si largamente lo ſpende in cuſtodia, e difeſa del Regno, e defenſione della noſtra Santa Fede Cattolica, ritrouandoſi la perſona voſtra in le dette Prouincie di Baſilicata, e Calabria, da noi inuiata per rimediare, e ponere in buon ſtato le coſe del detto Arrendamento, ci è parſo farui la preſente, con la quale vi dicemo, e commettemo, che occorrendo le coſe propoſte nel preinſerto memoriale, che dalle perſone Eccleſiaſtiche ſi fà fraude al detto Arrendamento nella maniera, che ſi eſpone, in tal caſo douerete receuere informatione, & intercettare le ſete di quelli, che ſi trouaranno incorſi in contrabanno, tanto eſtrahendole, e cacciandole fuori Regno, del modo eſpoſto, quanto preſe dētro di eſſo in intercetto, con procedere alla carceratione di quelli Clerici, e Preti, & altre perſone Eccleſiaſtiche, che con la fraude rapreſentataci, commetteranno ſimili contrabanni di ſete, e quelli carcerati recto tramite, vna con le loro informationi l'inuiarete in queſta Fedeliſſima Città di Napoli per conſignarnoſi al Reuerendo Nuntio di Sua Santità, che quì riſiede per riceuere il caſtigo, che meritano ſimili eccеſſi, & attreuimenti, dandoſi anco di più da voi tutti quelli ordini legitimi, e neceſſarij, che giudicarete eſſerno di biſogno, perche con effetto ſi attenghino l'Eccleſiaſtici di commettere tali fraudi, eſeguendo il tutto con quella pontualità, che ricerca il ſeruitio di Sua Maeſtà, e ſi confida nella voſtra perſona. Datum Neap. die 27. Iunij 1643. El Duque de Medina de las Torres, Principe di Stigliano, Duque de Sabioneda. Vidit Carolus Tapia Reg. Brancia Reg. Zufia Reg. Caſanata Reg. Sanfelicius Reg. Azcon Reg. Capyc. Lat. Reg. Barilius Secr. Iordanus Canc.

Al Spettabile Conte di Mola Preſidente della Regia Camera della Sūmaria, che ſi ritroua nelle Prouincie di Calabria, che occorrendo le fete predette ritrouarſi in controbanno, riceua informatione con intercettare le fete delle ſudette perſone Eccleſiaſtice, trouate in controbanno, con procedere alla carceratione di quelli, e retto tramite inuiarli in Napoli per conſignarnoſi al Reuerendo Nuntio di Sua Santità, vt ſupra, &c. in part. 114. fol. 87.

Extracta eſt preſens copia à libris Regalis Iuriſdictionis, qui conſeruantur penès me, &c. meliori Collatione ſemper ſalua, & in fidem. Andreas Gatta Cancellarius.

42 Idemq; etiam declarauit Sacra Congregatio Em. Cardinal. negotijs Epiſcoporum,& regularium præpoſitorum, quæ pluries Ordinarijs reſcripſit, vt quòad annonam,& extractionem frumenti conforment ſe cum ordinationibus Magiſtratuum ſecularium, & ſignanter ità reſcripſit Domino Nuncio Neapolitano ſub die 3. Septembris 1591. & 23. Auguſti 1593. & alias paſſim, de qua re, *Sperell. deciſ.* 13. *nu.* 14. omninò videndus.

Non tamen me latet, quod *Reg. Reuert. deciſ.* 222. *nu.* 5. aduertit, Collaterale Conſilium decreuiſſe, bannum emana-
43 tum de anno 1569. per quod taxatur pretium frumenti, & quod iuxtà illud quilibet vendere cogeretur, reſeruata ſibi quantitate pro victu per annum, & pro ſemine, comprehendere, quòad principalem diſpoſitionem Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas; quo verò ad pęnam in dicto banno impoſitam, non eſſe comprehenſas dictas Eccleſiaſticas perſonas, idem Senatum decreuiſſe teſtatur, *Reg. Reuert. d. deciſ.* 222.

Et rationem aſſignat *Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ.* 222. *dicti Regentis Reuert.*
44 quod ſcilicet Clerici in conſcientia tenentur

Digitized by Google

nentur ſeruare taxam frumenti; itàut ſi illam excedant, tenentur exceſſum reſtituere; proindè ac laici, vt ſcripſerunt *Pater Molina de contract. tom. 1. tract. 2. diſput. 31. & tom. 2. tract. 2. diſput. 364. nu. 15. Morla in empor. par. 1. tit. 9. quæſt. 1. num. 6. Caſtropalao tom. 1. tract. 3. de leg. diſput. 1. punct. 24. §. 6. Dom. Card. de Lugo de iuſtit. & iur. tom. 2. tit. de empt. & vendit. diſput. 26. ſect. 6. nu. 77.* vbi relatis pluribus opinionibus, annuit, obligari Clericos directè ijs legibus, quatenus Ciuiles ſunt; quia ab huiuſmodi legum genere nunquam inuenitur conceſſa
45 exemptio Eccleſiaſticis perſonis; ſicut neq; à legibus circà contractus celebrandos; verùm nullo pacto Clericos ſubijci poſſe pœnis illis, quæ impoſitæ ſunt aduerſus eos, qui vltrà taxam frumentum vendunt, vt teſtatur *dictus Dom. Card. de Lugo loc. cit.* & idem affirmat *P. Molfeſ. ad conſuetud. Neapolitanas par. 2. tit. de perſonis quæſt. 7. nu. 45.* dicens, quod li-
46 cet ſtatutum laicale, vt frumenti modia certo vendantur pretio, vt nõ extrahantur à Territorio ſine licentia ſecularium iudicum, ſic etiam ne pecunia extrahatur, ligent Eccleſiaſticas perſonas, itàut ſi prædictis ſtatutis cõtradicant, mortaliter peccẽt ratione dictaminis rationis, quod in prædictis ſtatutis continetur, quia ſunt iuſta, rationabilia, ac bonum publicum reſpiciunt, ſed non tenentur ad pœnas, ad quod inter alios allegat *Surd. cõſ. 301. nu. 39. vol. 3. Rodriq. tom. 1. quæſt. regul. qu. 66. art. 2. §. octaua regula, Salas tract. 14. de legib. diſput. 14. ſect. 8. nu. 10.* & ſequitur *Sperell. deciſ. 13. nu. 13. & 15. in fin. par. 1.*

Nihilominus prædicta non aduerſantur ſuperiori aſſumpto, & ratio diſcrimi-
47 nis eſt, quia bannum, quo ad taxam frumenti in perſonas dirigitur, ideò non ligat Clericos, quò ad exercitium pœnarũ ergà perſonas Clericorum; alia verò
48 ſtatuta diriguntur in rebus; prohibetur enim rerum extractio, pœna cõmiſſi adicta, ſub certa determinata forma, ſcilicet ſinè licentia Principis, quibus ſtatutis ſubijciuntur res, quas Clerici extrahunt, tanto fortius ſtatutis reſpicientibus vtilitatem communem, ſcilicet Clericorum, & laicorum, ideò Eccleſiaſticos, ſtatuta huiuſmodi comprehendunt, vt DD. præcitati *num. 13. 24. & 25.* affirmant.

Quamobrem coloni Eccleſiæ, vel Cle-
49 ri eorum, eorumque famuli, in fraganti reperti cum rebus aſportare prohibitis, ad pœnam in ſtatuto præſcriptam obligantur, etiam ſi res Eccleſiæ, vel Cleri-
50 corum ſint, *Rip. de remed. ad conſeruand. vbert. nu. 127. Borrell. de magiſtrat. lib. 3. cap. 14. nu. 69. Mauſon. de contrab. quæſt. 8. nu. 13. in tract. de cauſ. execut.*

Præterea, in contrarium refragatur
51 deciſio relata per *Gram.* 100. nàm illa deciſio fuit in gradu reclamationis reuocata per Collaterale Conſilium ad relationem Regiæ Cameræ, cum fuerit pronunciatum referente tùnc Præſidente, indè Regẽte Antonio Caracciolo, quod detur terminus in cauſa, & interim Ciuitas Salerni manuteneatur in poſſeſſione iuris prohibendi, proceſſus eſt in Regia Camera in banca Carboni.

Neque in contrariũ adſtipulantur di-
52 cta per *Sperellum deciſ. 12.* etenim articulus ibi non fuit deciſus per Tribunal Collegiatum, ſed tantummodò ipſe refert licentiam extrahendi à ſemetipſo fuiſſe impartitam cuidam Clerico Panormitano.

Inſuper idem *Sperell.* ratiocinatur in
53 edicto prohibitionem nouiter, ac recenter promulgante, nos autem verſamur in antiquiſſima prohibitione, ac vetuſtiſſima conſuetudine, exordium incohante ab anno 1337. tempore Regis Ruberti, vt *in c. Regni incipiente perpenſa deliberatione*, confirmata per Regem Ferdinandum in anno 1486. vt *in pragm. 1. de extract.* quo in caſu idem *Sperell. in fine* annuit, ſtatuta huiuſmodi laicalia obligare Clericos.

Imò extat capitulum Regis Caroli II.
54 datum Capuæ ann. 1278. incipiente. *Item ſtatuimus, quod Prælati*, vbi mandatur, quod Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ, Barones, & vniuerſi homines, poſſint per mare portare infrà Regnum frumentum, & alia victualia, peruenientia eis, ex maſſarijs ipſorum ſine iure exituræ, vel dohanæ; emptitia verò ſoluto iure dohanæ, dummodò de portibus licitis, ſtatutis, & cum barcis paruulis à centum ſalmis infrà extrahantur, & dent fideiuſſoriam cautionem, quod habeãt reſponſales ex onerationibus; ex quibus verbis

Ca-

Digitized by Google

Capituli,Nota primò,quod extrà Regnũ non permittitur extractio personis Ecclesiasticis. Secundò, quod infrà Regnum permittitur pro bonis emptis, cum solutione dohanæ; & idem testatur *Campagn. in cap.Reg.super extract.nu.6.*

Item ratio excogitata à *Sperell.* vtpo-
55 tè defectus potestatis statuentis, cessat, quando Rex prohibet extractionem propter bonum publicum causa conseruandæ vbertatis, ne Regnum remaneat sine serico, frumẽto,& alijs rebus,extrahi prohibitis; & hæc prohibitio resultat in vtilitatem tàm laicorum, quàm Clericorum ; vndè ratione publicæ, communis,
56 & mixtæ vtilitatis imponi potest, & exigi gabella etiam à Clericis,& dictæ prohibitiones non dicuntur contrà libertatem Ecclesiasticam, vt multis relatis defendit *Loffred.cons.24. nu.20. Castill.de tertijs tom.7. c.8.nu.25. c.9. nu.28. cum seqq. Bertazzol.d.cons.87. nu.2.& 7.to.1. Anton.de Ball.in d.prag. Regn.Sicil. lib.5. proemij nu. 52. Sanchez cons.moral. lib.2. cap.4. disp.55. nu.3.& 4. per totam, Azeued.in d.l.3.tit.18.lib.6.recompilat. nu.19. & 20. Salzed. de lẽg. politic. lib.1. cap.4. nu. 9.*

Tandem non sunt perpendenda, quæ
57 in contrarium scripsit *Pater Diana*, siquidem eius opinio validis medijs confutauit Reu. D.Ioseph de Neap., qui luculentam allegationem composuit, propugnãs, Clericos non posse extrahere serica extrà Ciuitatem Messanæ, sine solutione diricti, de quibus meminit *idem Dian. tract. 1. resol. 27. tit. de immunit. tom. 5.*

Vlteriùs congruum est hac occasione subnectere aliam quæstionem; nimirùm si bona, quæ contrà deuetum extrahun-
58 tur,in Ecclesia reponantur,nunquid possint ab Ecclesia extrahi, vel illius immunitate tueantur?

Ratio hæsitandi est, quia non possunt
59 bona, quæ fuerunt in Ecclesia delata, & ibidem detinentur à reo, vel ab alio detentore auferri ; quemadmodùm reus in Ecclesia permanens, non potest eius immunitate priuari, *c.sicut antiquitus,& c.definiuit 17. quæst.4.l.præsenti,C.de his, qui ad Eccles.confug. Couar. lib.2. var. resol. c.20. nu.16. Scortia Theor. 385. Laymann lib.4.tract.9.c.3.nu.13. Lezana ver. immunitatis nu. 18. & 19. Bonac. disp.3. quæst.7. de immunit.punct.5. Peregrin. de immunit.c.13. nu.4. Farinac.de immunit. cap.16. nu.248. Pater Diana tom.1. resol. moral.tract.1.resol.8.*

60 Verùm si bona,in Ecclesiã illata, aliorum sint, vel alijs obligata, aut furto subtracta, poterit illis à Iudice seculari spoliari, cum hoc non sit ei nocumentum inferre, sed potius prohibere, ne ipsa alijs nocumentum inferat, *Suarez lib.3. c. 12. nu.3. Cutell.de immunit.Eccles.lib.2. q.8. Couar.lib.2. var.resol.c.20.nu.16.Iul.Clar. in prax.crim.§.fin.quæst.30.post vers.item quæro nunquid, P. Gambacurta de immun. Eccles.lib.4. c.26. nu.11. Farinac.in pract. tit.de carcer. & carcer. quæst.28. num.58. Graff. lib. 3. cons. vnic. num. 19. de immun. Eccles.Sanchez in opusc.tom.2.lib.6. cap.1. dub. 14. Villalob. tom. 2. tract.34. diffin.5.nu.11.Sarpus de inre Asylor.cap.5. fol.43.*

Quod etsi non permittatur per mo-
61 dum iurisdictionis exercendæ, cùm non possit Iudex laicus vllam iurisdictionem in Ecclesia exercere, *c.1.extrà de immun. Eccles. c.2.de immun. Eccles.in 6.* tamen per modum facti, & iuris defensionis naturalis valet id per laicum expleri, vt optimè notat *P.D.Thom.del Bene de immun. Eccles.tom.2.cap.16. dubit.30.nu.2.*

Imò aliqui tenuerunt, quod ille, qui rem,furto ablatam, in Ecclesiã cõtractauerit eaque vsus fuerit, potest ab Eccle-
62 sia expelli; nec eius immunitate gaudet, ac si furtum in Ecclesia cõmisisset, quod tamen extrà Ecclesiam perpetrauit, ità *Ang.Castr.cons.459. lib.2.inter cons.Paul. de Castro*, & ratio est, quia ratione contractationis,quæ in Ecclesiam fit, nouum furti; crimen verè dici valet, *Bart. in l.si minimum, ff.de furt. Bal. cons.771. lib. 3. Boer. decis.33. nu.17.* Quod tamen non est verum,nàm quò ad personam immunitate Ecclesiastica potitur, vt probat *Couarr.lib.2.var.resol.cap.20. nu.15.*

Cautum tamen est, vt etiam respectu bonorũ,in Ecclesiã introductarum,Iudex
63 Ecclesiasticus requiratur, vt ipse licentiam præstet, quod si renuat præstare, potest per laicos ministros rerum ablatio fieri, argumento *Gregoriana constitutionis*, per quam etiam permittitur,si Ecclesiæ superior, renuat reum extrahi, ac

laicis

Digitized by Google

laicis miniſtris tradi, ãc mancipari; quapropter ſi in perſonæ extractione permittitur, multo magis in rerum ablatione permitti debebit, vt ſentit *P.D.Thom. del Bene de Immun.Eccleſ. tom.2.cap.16. dub.* 30. *nu.*8.

Et pluries ità Sacra Congregatio Dominorum Cardinalium cenſuit, vt ſcili-
64 cet debitores non poſſint in creditorum præiudicium ad Eccleſias bona traſportare, etſi fuerint traſportata, Iudici ſeculari conſignanda eſſe decreuit, vt illa, cui iure debentur, adiudicet, proùt teſtantur *Bonfadin. in pract.Eccleſ. c.*10. *nu.*10. *Nouar.in prag.*23.*de annonan.*4. *P.Diana de immun.Eccleſ. to.*1.*tract.*1. *reſol.*17. *in fine*; Imò debitores fraudulenti ad Ec-
65 cleſiam confugientes non debent multo tempore tolerari, ſed ab Eccleſia ſunt eijciendi, proùt Sacra Congregatio ſic quoque declarauit, vt affirmat *P. Diana loc.cit.* & ad hoc propoſitum *Decian.to.*2. *tract.crim. lib.*6. *cap.*28. inquit, quod tales debitores per ſpatium tantummodò triginta dierum permittuntur in Eccleſia morari, vt valeant intrà dictum terminũ ſeipſos cum creditoribus cõponere; illis verò elapſis, à Iudice laico extrahi poſſunt ab Eccleſia, ſed petita licẽtia ab Eccleſiaſtico eo modo, quo ſupra diximus.

66 Prætereà quod reſpectu bonorum aſſeuerauimus, ità pluries fuit practicatum in Regno noſtro, præcipuè in duobus caſibus de anno 1657. occurſis me fiſci partes agente in M.C.V. & primò cum fuerint furto ſubtracta nonnulla bona quondam Iudicis D.Ferdinãdi Chiaues, & repoſita in Venerabili Monaſterio Sãctæ Mariæ Trinitatis Hiſpanorum, per Iudices M.C. præcedente conſenſu Domini Archiepiſcopi, ac interuentu eius Vicarij, fuerunt ab Eccleſia bona furtiua ablata, & Dominis earum conſignata.

Idem obſeruatum in bonis quondam
67 Comitis Palmerici, qui cum debitor eſſet Regij fiſci in ducatis decem mille pro pœna cuiuſdam ſpreti mandati, & ad euitandam bonorum exequutionem eius hæredes nonnulla bona mobilia magni valoris intus Eccleſiam, Litienſi Diœceſi ſubiectam, abſconderunt; Vndè ego ordinem direxi Magnifico Ioſepho Mercurio, tùnc Auditori Prouinciali, vt bona illa ſequeſtraret, & cum licentia Epiſcopi extraheret; hoc obtento ordine, etſi Epiſcopus antea aliquantulum repugnabat, tamen deindè licentiam conceſſit, & bona fuerunt extracta, & in fiſci commodum diſtracta.

68 Nuper idem fuit obſeruatum in proprio caſu extractionis rerum prohibitarum, nàm quidam de menſe Septembris 1663. introduxit in hanc Ciuitatem nonnulla ſerica in contrabannum ſine debitis expeditionibus, ſolutionibuſque dirictuum, fuerunt poſteà ſerica illa repoſita intus Venerabilem Eccleſiam Sãctæ Mariæ Victoriæ Clericorum Regularium in Burgo Plagiæ, & cum id innotuerit Gubernatoribus Arrendamenti ſerici, fuerunt ſerica illa cum interuentu Domini Vicarij Generalis Neapolis ſequeſtrata iuſſu Dom. Antonij Capoblanchi Marchionis Carifi tùnc Reg. Conſ. collegæ noſtri, & Delegati dicti Arrendamenti, nùnc Regiam Cãcellariam Regentis, optimè meriti, nobilitate præditi, nũquam ſatis laudati ob eximias virtutes, morum candiditatem, & integritatis claritatem: & cum tractaretur de præſtanda licentia
69 pro extractione illarum mercium, quidam Clericus ſoluit pretium dictorum ſericorum in beneficium Arrendamenti, ne detegeretur perſona, quæ illa introduxit.

70 Vlteriùs quod reſpectu bonorum adnotauimus, procedit quoque, ſi reus armis prohibitis præcinctus ad Eccleſiam confugerit, nàm poteſt illis à Iudice laico ſpoliari, cũ hoc reo nocumentũ inferre nõ cenſeatur, ſed peccãdi occaſionem auferre videatur, *Suarez lib.*3.*cap.*12.*n.*3. *Cutell.de immun.Eccleſ.lib.*2. *quæſt.*8. *Fagundez de præc.Eccleſ. præc.*2. *lib.*4. *n.*55. *Portell.in dub.Regular.verb.Eccleſ.immunitas nu.*15. *Io: de Cruz par.*1. *præcept.*8. *quæſt.*3.*art.*1.*concluſ.*3. *Gambacurta lib.*4. *cap.*16. *nu.*11. *c.*17, *c.*26.*nu.*11. qui rationem aſſignat, quia arma prohibita ſunt, & item eorum vſus tàm Clericis, quàm laicis, tàm intrà Eccleſias, quàm foris, *l.*1. *C. vt armor. vſus inſcio Principe interdic.ſit, lib.*11. *c.Clerici arma de vita, & honeſt.Cleric. c.*1. *§. ſi Clericus de pace tenenda, Corn. conſ.* 20. *lib.* 3. *Soco reg.*30. *Tiraq.de nobil.c.*20. *nu.*66. *& idem Gambac. d. c.* 26.*nu.*12. ſubdit, quod Eccleſia non aufert ſatelliti ius acquirendi ſibi arma,

Digitized by Google

arma, sequitur hanc quoque conclusionem *P.D.Tbom.del Bene de immun.Eccles. tom.2.cap.16.dub.30. nu.2.*

71 Et apud Gallos, Clerici arma vetita deferentes,per Iudices seculares puniuntur,vt testantur *Cassan.in consuet.Burgun. rub.1.§.5. ver.Archidiaconus nu.99. Carolus lib. 2. Reg. Franc. priuil. 17. Couar. var.resol.tom.2. c.20. nu.18. vers.trigesimo sexto.*

72 Idem vsus viget in Hispania, nàm huiusmodi Clerici,arma prohibita deferentes, à ministris laicalis iurisdictionis armis illis spoliantur, vt testatur *Couar. d. c. 20. nu. 18. vers. trigesimo sexto,* subdens, quod hoc iuxtè fieri potest, nàm si id à Iudicibus secularibus non fieret, liberam haberent Clerici facultatem arma vetita deferendi, & maxima ab illis scelera perpetrarentur in Reipublicæ iniuriam, & Ecclesiastici ordinis,ac dignitatis opprobrium.

73

Pœnæ pecuniariæ, & transactiones, quæ ad euadẽdum crimen extractionis fiunt, fisci, vel Consignatariorum Arrendamentorum, commodis cedere debeant.

§. V.

SVMMARIVM.

1 *Gabellas fraudans, non tenetur nec Deo, nec Mundo, si iniusta sit, vel sine authoritate imposita,nu.2.*

3 *Gabellam, legitima authoritate impositam, quisque tenetur soluere, & non soluentes peccant, n.4.*

5 *Gabellam non soluens,pœnis punitur, & quæsit de iure communi,nu.6.& qua de iure Regni, nu.7.*

8 *Extrahentes serica à Regno sine debitis solutionibus, qua pœna puniantur, num.119.*

9 *Extrahentes oleũ sine debitis solutionibus,qua puniantur pœna, nu.122.*

10 *Fraudãtes diricti Regiæ Dohanæ Neap. & contrauenientes capitibus ad eius regimen præscriptis, qua pœna mulctentur,n.120.*

11 *Fraudantes diricti Dohanarum Apuleæ, & contrauenientes illarum capitibus, qua pœna puniantur,n.121.*

12 *Extrahentes frumentum,aliasque fruges à Regno, qua pœna feriantur.*

13 *Extrahentes equos,equas, & pullos à locis præfixis, qua pœna teneantur.*

14 *Fragantia non requiritur, vt in extractione equorum, equarum, & pullorum, pœna applicentur.*

15 *Officiales conscij in extractione equorum, qua pœna teneantur.*

16 *Extrahentes gemmas, monetas, aurum, & argentum,qua pœna puniantur,n.21.*

17 *Custodes portarum,conscij in extractione gemmarum, monetarum, auri, & argenti, qua pœna teneantur.*

18 *Negotiatores soliti extrahi gemmas, monetas, aurum, & argentum, qua pœna mulctentur.*

19 *Extrahentes gemmas,monetas,aurum,& argentum,vt puniantur, quæ sufficiant, nu.22.*

20 *Indultu non gaudent,nec componi possunt extrahentes gemmas, monetas, aurum, & argentum.*

23 *Extrahi non possunt monetæ pro viatico sine licentia R.C.*

24 *Extrahẽtes puluerem,pirium,salnitrum, sulfur, qua pœna teneantur.*

25 *Vendentes, & fabricantes puluerem, salnitrum, qua pœna puniantur.*

26 *Vendentes armà,& ferra infidelibus, qua pœna obligentur.*

27 *Extrahentes arma,qua pœna teneantur.*

28 *Extrahentes animalia,qua pœna teneantur.*

29 *Vendẽtes sues aduenis,qua pœna feriãtur.*

30 *Extrahentes à Ciuitate Neap. panem, qua pœna puniantur, & qua pœna Officiales negligentes, nu.31. & quando dicatur delictum consummatum, n.32.*

33 *Extrahentes à Regno linum, & non deferentes in Ciuitate linum natum in eius territorio,qua pœna puniantur.*

Digitized by Google

34 *Pœna qua puniantur introeuntes in Ciuitatẽ triticum, farinam, ordeum, non soluta gabella.*

35 *Pœna qua puniantur introeuntes res comestibiles, non soluta gabella.*

36 *Vendentes bona subiecta gabellæ grani vnius pro rotulo, qua pœna mulctentur.*

37 *Vendentes, & ementes vinum in domibus particularium, vel locorum piorum, qua pœna puniantur, & qua pœna locantes domus ad hunc effectum, nu.38.*

39 *Pœnæ pecuniariæ, contra extrahentes bona vetita impositæ, cui applicentur.*

40 *Gabellæ omnes in anno 1649. fuerunt insolutum datæ eorum Assignatarijs.*

41 *Pœna commissi contrà fraudantes gabellas indictæ, publicanis debetur, n.108.*

42 *Pœnæ pecuniariæ contrà fraudantes gabellas impositæ, conductoribus gabellarum competunt, nu.44. & 105. nisi in instrumento locationis, aliud fuerit actũ num 43.*

45 *Pœnæ contrà fraudantes gabellas impositæ, quare conductoribus debeantur.*

46 *Pœnæ contrà fraudantes gabellas sunt in fructu eiusdem gabellæ fraudatæ.*

47 *Pœnæ contrà fraudantes gabellas illi cõpetunt, cui gabella debetur, & quare, nu.48.*

49 *Gabellarum conductores iura fiscalia habent.*

50 *Pœna duc.10. pro qualibet libra serici cõtrà non reuelantes serica in termino præfixo, diuidi debet inter Regiam Curiam, & Arrendatores serici, nu.118.*

51 *Gabella serici Gubernatoribus tempore Præsidatus Dom. Comitis de Ognattæ fuit soluta mediatas quantitatum introitarum in Arca militari ex transactionibus factis in causis contrabannorum serici.*

52 *Pœnæ impositæ contrà fraudantes gabellas, fisco debentur, & hæc est vera opinio, rationibusque probatur, & contrarijs respondetur, nu.83. 84. 87. 109. & ità decisum, nu.96.*

53 *Statuta contrà fraudantes gabellas emanata publicum bonum respiciunt.*

54 *Principi competit publicam procurare vtilitatem, quod ius supremum dominium ipsius respicit, & alteri non valet transferre, nu.55.*

56 *Criminalis est causa contrà fraudantem vectigalia, nu.61.*

57 *Gabellas fraudare crimen est, nu.116.*

58 *Criminale dicitur iudicium, vbi pœna est corporalis.*

59 *Ciuilis dicitur causa intercepti, quando agitur ad persequendam rem commissam, nu.111.*

60 *Criminalis dicitur causa intercepti, quãdo agitur ad vindictam criminis, n.112. & 115.*

62 *Pœnæ, quæ ex delicto perueniunt, fisco acquiruntur.*

63 *Pœnarum compendia de regalibus sunt, nu.101.*

64 *Pœnæ, & obuentiones fisci sunt.*

65 *Pœnæ debentur ei, qui iurisdictionis Dominus est, & eius sunt fructus, n.103.*

66 *Pœnæ sunt iurisdictionis emolumenta, nu.102.*

67 *Pœnarum non præsumitur facta concessio, nisi expressè agatur, nu.70. & 104.*

68 *Pœnæ in concessione regulantur ad instar iurisdictionis.*

69 *Iurisdictio non censetur concessa, nisi expressè agatur.*

71 *Pœnæ non possunt acquiri, nec possideri sine speciali titulo.*

72 *Pœnarum priuilegium concessionis non habens, lite pendente abstinere debet à possessione illarum, & ità decisum, n.73. & 74.*

73 *Baronibus in eorum terris debentur vectigalia, pœnæque per noua edicta imponuntur.*

75 *Baroni non acquiritur pœna, quã incurrunt transgressores ordinum Principis, ne frumentum, vel aliæ res extrahãtur, & ità decisum, nu.76.*

76 *Baro habens ius tractarum in suis terris, non acquirit pœnas contrà extrahentes non soluto portorio statutas.*

77 *Principis suprema potestas non potest in alterum etiam verbis amplissimis trãsferri.*

78 *Pœnæ contentæ in prohibitionibus factæ à Principe eius fisco debentur.*

79 *Pœnæ, quæ perueniunt ex contrauentione banni à Prorege emanati, fisco debentur, nu.114. & quare, nu.80.*

81 *Pœna, in statuto, quando non exprimitur, cui sit applicanda, tunc fisco debetur, nu.117.*

82 *Conductoribus gabellarum quæ pœnæ cõtrà fraudantes gabellas indictæ, acquirantur, nu.110.*

Digitized by Google

83 Tex. in l.ſi quis ſine, C. de vectigal. & commiſſ. *declaratur.*
85 *Conductoribus Gabellarum non applicantur pœnæ illæ,quibus authoritate Regia mulctantur fraudantes gabellas.*
86 *Conductor gabellarum iura Regalia non habet.*
89 *Gabellæ fructus non extimantur pœnæ, quæ veniunt ex crimine fraudatæ gabellæ.*
90 *Prouentus non veniunt appellatione fructuum feudi.*
91 *Prouentus non includuntur in liquidatione pretij feudi, nec in liquidatione fructuum pro ſoluendo releuio.*
92 *Gabellarum Conſignatarijs vigore dationis inſolutum eis facta, quæ fuerunt conceſſa.*
93 *Gabellarum ius exigendi habens, non dicitur habere iuriſdictionem.*
94 *Pœnæ commodum reſeruaſſe cenſetur, qui ſibi reſeruauit cognitionem delicti.*
95 *Princeps an poſſit aliquid ſuperaddere in eius beneficium, ſuper gabellæ tertio conceſſa.*
96 *Pœnæ pecuniariæ ob fraudatum vectigal, fiſco, & non conceſſionario gabellæ debentur, & ità deciſum.*
97 *Pœna intercepti quando fiſco, vel conceſſionario gabellæ debetur, & quid deciſum.*
98 *Pœna intercepti Conſignatarijs gabellarum debetur, ſed aliæ pecuniariæ fiſco competunt, & ità deciſum.*
99 *Conductores gabellarum pœnas contrà fraudantes gabellas non acquirunt, niſi ſequuta ſententia.*
100 *Princeps poteſt tranſigere pœnas etiam in præiudicium tertij, & deciſio Regiæ Iunctæ affertur.*
101 *D. D.Felix Lanzina, y Vlloa Præſ. S.C. laudibus extollitur.*
106 *Emens gabellam videtur emiſſe pœnam delinquentium.*
107 *Pœna videntur cõceſſæ,facta vectigalium conceſſione in feudum.*
113 *Compoſitiones fiunt in cauſis contrabannorum, de dubio criminis ſtatu.*
123 *Princeps tranſigendo crimen, non ledit ius partis pro intereſſe ciuili.*

Pœnæ pecuniariæ, & tranſactiones, quæ ad euadẽdum crimen extractionis fiunt, fiſci, vel Conſignatariorum Arrendamentorum, commodis cedere debeant.

§. V.

1 FRaudans gabellas, etſi commune ſit axioma, vt non teneatur nec Deo, nec Mundo, vt inquit *Bart. in l. vectigalia* 10. *ff. de public. & vectigal.* Tamen
2 hoc eatenus viget, quatenus gabella, ſiue vectigal illicitum, & iniuſtum ſit, ac ſine authoritate impoſitum, vt cauetur in *d.l. vectigalia, ff. de public. & vectigal.* & notant *Bart. & Roman. ibidem, Bal. in l. cũ proponas in fin. C. de naut fœnor. Tiraq. in præfat. de vtroque retract. nu.*68. *cum ſeqq.*
3 Vndè ſi datium legitima præcedente authoritate fuerit indictum, non ſolùm omnes tenentur, vt probat *Guttierez de*
4 *gabell. quæſt.*2. *nu.* 22. ſed tranſgreſſores lethaliter peccant, vt inquit *Diu. Thom.* 1.2. *quæſt.*96. *art.*4. *Gabriel in* 4. *ſentent. diſtin.*16. *q.*3. *notab.*6. & etiam pœna affliguntur, *Dec. in c. nàm concupiſcentiam in*
5 *2.lect. de conſt. Iaſ. in l.*2. *nu.*143. *C. de iure emphiteut. Gironda de gabell. in* 12. *par. nu.*8. *Guttierez de gabell. quæſt.*2. *nu.*20.
6 Pœna hæc,qua de iure cõmuni huiuſmodi tranſgreſſores mulctantur, eſt, vt res, quæ vehuntur, incidant in commiſſum, *l.*1. *&* 2. *C. de vectigal. l. commiſſa in princ. ff. de public. l. cum proponas, C. de naut. fœnor. l. qui fiſcales, C. de nauicular. lib.*11.
7 Sed de iure noſtro municipali non ſolùm pœna commiſſi puniuntur, ſed alijs pœnis corporalibus, & pecuniarijs, quas

Digitized by Google

vltra tradita *in rub.* 12, recolere nõ piget.
8 Etenim contrà extrahentes ſerica non ſolutis Regijs dirictibus imponitur pœna ducatorum decem pro libra, & annorum decem triremium, & relegationis ignobilibus, vel nobilibus reſpectiuè, ac Baronibus etiam ſuſpenſionis iuriſdictionis,
9 vt *in pragm.* 25. *de extract.* Contrà extrahentes oleum imponitur pœna mortis, Dominis nauium, & Nautis annorum decem triremium, & Dominis olei onerantibus, vel onerare facientibus naues prędictas, non ſolutis dirictibus, vltra olei, & mercis amiſſionem, ducatorum decem pro quolibet ſexterio olei, & nobilibus, vel inferioribus pœna annorum decem relegationis, & triremium reſpectiuè, & Baronibus ſuſpenſionis iuriſdictionis, vt
10 *in pragm.* 44. *ſub tit. de extract.* Contrà fraudantes dirictus Regiæ Dohanæ, ſiue maioris fundaci Ciuitatis Neapolis, & contrauenientes capitibus ſtatutis ſuper regimine dictæ Dohanæ, vltra pœnam commiſſi mercium, imponitur pœna ſolutionis valoris illarum, animalium, & nauium, applicanda Regiæ Curiæ, & Gubernatoribus eiuſdem Dohanæ, deducta parte reuelantis, & additur etiam pœna triremium, & relegationis ignobilibus, vel nobilibus reſpectiuè, vt *in pragm.* 27. *de extract* idemq; confirmatur *in prag.* 38. *cit. tit. de extract.* Contrà fraudantes
11 dirictus Dohanarum Apuleæ, & contrauenientes capitibus ſuper earundem regimine emanatis, eædem pœnæ imponuntur, vt *in prag.* 39. *tit. de extract.*
12 Contrà extrahentes frumentum, ordeum, aliaſq; fruges à Regno ſine licentia Domini Proregis, vltra pœnam amiſſionis frumenti, aliarumque frugum, ac nauium, vel animalium, imponitur pœna mortis etiam contrà illos, nomine quorũ fit extractio, famulos, nauclerios, & fautores, vt *in pragm.* 20. *ſub tit. de extract.* & licet per alias Sãctiones pœna erat relegationis, & triremiũ, vt *in prag.* 9. 11. *&* 18. *eiuſdem tit.* tamen per dictã *pragm.* 20. fuit dicta pœna relegationis derogata, & pœna mortis addita.
13 Contrà extrahentes equos, equas, & pullos à Regno, vel vltra flumen loris, aut Piſcariæ imponitur pœna duc. 10. m. & relegationis in perpetuum, & deportationis nobilibus, ſi pecuniariam ſolucre nequeant, ignobilibus remigationis in perpetuum: comprehenduntur etiam ordinantes extractionem, & deferentes
14 ſuper eorum nauibus res prædictas vetitas, etſi in fraganti capti non fuerint. Et
15 contrà Officiales conſocios, & permittentes extractionem, pœna mortis imponitur, vt *in prag.* 13. *de extract.*
16 Cõtrà extrahentes gemmas, monetas, cuiuſcumq; impreſſionis, aurum, & argentum, ſiuè factũ, ſiuè infectum abſq; licẽtia in ſcriptis S.E. vltra amiſſionem rei, imponitur pena amiſſionis tertiæ partis bonorum, ſiue ſtabilium, ſiue mobilium contrà forenſes, & contrà Neapolitanos ſolutionis triplicati valoris rei, & etiam relegationis, aut triremium per decennium, nobilibus, & ignobilibus reſpectiuè, & cõprehenduntur complices, fautores, nautæ, Domini nauium, & etiam amittunt nauigia, & iumenta. Contrà cu-
17 ſtodes portarum conſcios pœna mortis, & priuationis officij: eadem pena mortis mulctantur negotiatores ſoliti talia committere, quæ tamen nõ valet imponi
18 huiuſmodi negotiatoribus, niſi facta relatione in Collat. Conſ. & vt pœnis prædictis huiuſmodi extrahentes puniantur,
19 ſufficit, quod in itinere res vetitæ reperiantur, etſi fragantia non interceſſerit, & etiam vt indicia grauia, & vrgentia concurrant, vt habetur *in prag.* 2. *de monetis*, idemque diſponitur *per pragm.* 10. *&* 16. *de extract.* Imò cauetur, quod di-
20 cti extrahentes aurum, argentum, monetas, & gemmas, non gaudeant Regio Indultu, nec componi poſſint, vt *in prag.* 17. *de monetis.*
21 Sed per aliam Regiam pragmaticam recentiorem de anno 1622. contrà extrahentes monetas aureas, vel argenteas ſignatas, ſiue ſigno Regni noſtri, vel Hiſpaniarum, vltrà amiſſionem monetarũ, imponitur pœna mortis, & publicationis bonorum: comprehenduntur complices, auxiliatores, conſenſum dantes, ac etiam extrahẽtes monetas diminutas. Et quod
22 delictum dicatur conſummatum, ſtatim quod reperiantur monetę ſupra nauigia, vel quãdo propè fines Regni exportans repertus fuerit, vt *in prag.* 23. *&* 24. *de*
23 *extract.* Et etiam pro viatico non licet monetas extrahi, niſi præuia licentia R.C. Portulani, & Magiſtri Annonę *prag.* 4 *eod. tit.*

Con-

Digitized by Google

24 Contrà extrahentes puluerem,pirium, ſalinitrum,& ſulfur ſine licentia S.E. imponitur pœna relegationis, & triremium per decennium nobilibus,& ignobilibus reſpectiuè, vt *in prag.*15. *de extract.*

25 Et contrà ementes, & vendentes puluerem , & pirium cauſa extrahendi imponitur pœna amiſſionis puluerís, & alia corporis declaranda, *prag.*17. *eod.tit.* & per aliam *pragm.*43. *eod. tit.* prohibetur venditio, & fabricatio puluerís,& ſalinitri ſub pœna relegationis, & remigationis per quinquenniũ nobilibus, & ignobilibus reſpectiuè , & Baronibus ſuſpenſionis iuriſdictionis, & duc.ducentum.

26 Et contrà vendentes arma, & ferra infidelibus pœna mortis imponitur , & eadem pœna puniuntur ſcientes,& non reuelantes, *prag.*2. *eod. tit. de extract.* Ea-
27 demque pœna mulctantur extrahentes arma vltra vſum, *prag.*22.*eod.tit.*

28 Contrà extrahentes animalia vltra pœnam amiſſionis animalium,indignationis Regiæ , & ducatorum mille imponitur
29 *prag.*1.*eod.tit.* Et contrà vendentes ſues aduenis vltrà amiſſionem duc.1000. & alia declaranda imponitur , comprehenduntur etiam emptores *prag.*6.*eod.tit.*

30 Aduerſus extrahentes à Ciuitate Neapolis panem abſque licentia in ſcriptis vltrà amiſſionem panis, animalium , vel cimbæ , imponitur pœna vnciarum quinquaginta , repartienda inter Sacras Domus Sanctæ Mariæ Annunciatæ , & Incurabilium, & etiam relegationis, vel triremium nobilibus , & ignobilibus re-
31 ſpectiuè . Et contrà Officiales negligentes in procedendo contrà huiuſmodi extrahentes , imponitur pœna priuationis officij, & relegationis per triennium. Et
32 quod dicatur delictum commiſſum, facta oneratione ſuper nauibus , etſi illæ non exierint *prag.*21.*de extract.*

33 Contrà extrahentes linum natum in Regno, per extra Regnum,ſine licentia S.E. & contrà non deferentes in Ciuitatẽ Neapolis linum natum, in eodem territorio, imponitur pœna amiſſionis lini, & vnciarum auri quinquaginta , cuius medietatem lucrentur acculatores *prag.* 7.*eod.tit.*

34 Aduerſus introeuntes in Ciuitatem, triticum, farinam, panem,non ſoluta gabella, imponitur pœna vltrà amiſſionem rerum , relegationis , vel triremium per triennium , nobilibus, & ignobilibus reſpectiuè, & exilij fœminis,vt *in prag.*28. 29. *&* 41.*de extract.*

35 Contrà introeuntes in Ciuitatem bona comeſtibilia, non ſoluta gabella, imponitur pœna duc.quatuorcentum, relegationis, & triremium per quinquenniũ nobilibus,& ignobilibus reſpectiuè,*prag.* 42. *ſub tit.de extract.*

36 Aduerſus vendentes bona ſubiecta gabellæ grani vnius pro rotulo, Mancipijs Regiarum triremium,imponitur pœna relegationis , & remigationis per triennium, nobilibus , & ignobilibus reſpectiuè, & exilij minoribus , *pragm.*31. *eod. tit.*

37 Contrà vendentes vinum in domibus particularium,aliorumque locorum pio. rum imponitur pœna vltrà amiſſionem vini,duc.biſmille, & alia corporis declaranda nobilibus, & triremium per trien-
38 nium ingnobilibus, & duc. mille: comprehenduntur locantes domus ad huiuſmodi effectum, & contrà ementes vinum in dictis locis, imponitur pœna duc. decem, & exilij per biennium, vt *in pragm.* 30. *&* 36. *de extract.*

39 Hæſitari ſolet, ad quem ſpectant huiuſmodi pœnæ pecuniariæ impoſitæ contrà prædictos extrahentes bona vetita, & fraudantes Regias gabellas , nùm ad fiſcum, vel ad aſſignatarios earumdem gabellarum.

40 Ratio dubitandi eſt, quia ex datione inſolutum facta in anno 1649. omnium Arrendamentorum , & gabellarum per Regiam Curiam in beneficium eorũdem Aſſignatariorum, autumatur , ad illos etiam pœnarum compendia ſpectare.

Quod confirmari poteſt *ex l.fin.*§. *Diui, ff.de public. & vectigal. & ex l.ſi quis ſine* 11. *C.de vectigal. & comm.* vbi caue-
41 tur , quod pœna commiſſi contrà fraudantes gabellas indicta,publicanis applicanda ſit, idem ſequuntur *Cin. in l.creditor, C.de de action.empti, Boer.deciſ.*180. *nu.*1.*Farinac.de furt.quæſt.*173.*n.*2.*Laud. de fiſco quæſt.*250. *Alfar. de offic. fiſcal. gl.* 34.§.2. *nu.*98. *Soccin.ſen.conſ.*36.*nu.*12. *Menoch.conſ.*188.*nu.*14. *Roſental.de feud. cap.*5. *concluſ.*46. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.*3.*cap.*10. *nu.*232. *Auguſt.Barboſa in Collect. ſuper Cod. tom.*2. *in l.ſi quis ſine,*

C.de

Digitized by Google

C.de vectigal.& comm.nu.5.Guttierez de gabell. quæſt.124.nu.4. firmans,quod res, quæ in commiſſum incidit, fiſco applicatur, ſi pro fiſco gabella exigitur ; ſi verò locata reperiatur, conductorum commodò cedit, & amplius ſubdit, idem caueri ex particulari lege Regni Hiſpaniæ.

42 Idemque non ſolùm procedit reſpectu pœnæ commiſſi, ſed etiam quò ad alias pœnas, indictas, contrà fraudantes gabellas, ſiue illæ impoſitæ ſint per nomina multiplicatiua,puta in duplum, vel triplum, ſiue aliter, vt notant *Peregr. de iure fiſci lib.6.tit.5.nu.32. Firman.de gabell. in 2.par. quæſt.19. Boer. deciſ.* 180. *Socc.conſ.36. nu.12.vol.4.Gratian.diſcept. for.to.5. cap.970. nu. 26. ad idem Camill. Borrell. de Præſtant. Reg. Cathol. cap.* 11. *nu.* 100. *&* 101. & prædicta etiam confirmat *Maximilian.Fauſt.in cõſ. pro Ærario clauſ.7. ordin.757. fol.453. verſ. Amplia, vt etiam aliæ pœnæ*, quod limitant,

43 quando in inſtrumento locationis aliud fuerit actum, ſed ſi in eo nihil dictum fuerit, ſemper pœna conductorum commodò cedit,*Iul.Ferrett. de gabell.nu.*161.

44 *Rol.conſ.42.in princ. lib.3. Menoch.de arbitr.lib.2.cap.397.poſt nu. 6.Farinac.de furt.quæſt.*173.*nu.*2. *Boer. deciſ.*180. *Maximilian.Fauſt.loc.cit.*

45 Et ratio eſt ſecundum *Borrell.d.cap.*11. *nu.* 102. quod ſi pœnæ eſſent locantium, & non conductorum,ipſi conductores de facili deluderentur in exactione, quia excluſo metu pœnæ illorũ, qui fraudem committunt,& ipſi tranſeuntes nihil perſoluerent,& gabella deſeruiret de vento, quod cum ſit abſurdum ex his videtur conductores eſſe in tuto.

46 Sed alia probatur rarione, & melius, quia pœnæ prædictæ ſunt in fructu eiuſdem gabellæ fraudatæ ,& ex eius fructibus, & redditibus dependunt, *Bal. in rub. ff. de rer.diuiſ. nu.4. & in l.1. nu.* 10. *C.de fruct.& lit.expenſ.Menoch.conſ.*198. *nu.*14. *Gratian.diſcept.for.tom.5.cap.970.*

47 *nu.*70. Quamobrem illis debentur, quibus gabella competit, vt inquit *Gratian. d.cap.970. nu.* 70. Eo magis quia pœnæ

48 huiuſmodi ei debentur,cui damnum fit, *Alfar.de offic.fiſcal. gl.*34. §.2. *nu*98. *Bal. conſ.246. nu.1.lib.4. Salic.in l.ſi quis ſine, C.de vectigal.& commiſſ. Peregr.de iure fiſci lib.6. tit.5.nu.*33. *Gratian.d.cap.970. num.* 23. *& ſeq.* Cùm ergò ex prædictis extractionibus ſerici,olei,& ſimilium,ſinè debitis ſolutionibus damnum inferatur Conſignatarijs gabellarum, idcircò eiſdem pœnæ competunt.

49 Præterea conductores gabellarum iura fiſcalia habent, & fiſcum locatorem repræſentãt *Bar.in l.creditor,ff.de action. empti,Salic.in l.ſi quis ſine,C.de vectigal. & commiſſ.Bal.conſ.246.vol.4. Peregr. de iur.fiſci lib.6.tit.5.n.33. Cabal.reſol.crim. par.2.caſ.*113.*nu.* 10. *Alfar.de offic.fiſc.gl.* 34. §.2. *num.*98. quod etiam non poteſt difficultari reſpectu Conſignatariorum Arrendamentorum, cum eis virtute dationis in ſolutum iura fiſcalia fuerunt translata.

50 Accedat etiam prædictis, quod reſpectu Aſſignatariorum Arrendamẽti ſerici, peculiari lege huius Regni cautum eſt,vt pęna ducatorũ decem pro qualibet libra ſerici contrà non reuelantes ſerica in termino præfixo, diuidatur pro medietate inter Regiam Curiam, & Arrendatores dicti Arrendamenti, hinc eſt, quod non poteſt amplius dubitari,quin pœnæ prædictæ ſpectent ad dictos Arrendamenti Conſignatarios, dùm maiora iura in dicto Arrendamento habent, quam Arrendatores retinebant.

51 Eo fortiùs quia ità fuit practicatum tempore, quo Regnum moderabat Dominus Comes de Ognatte, qui cum deputaſſet Commiſſarium cõtrabannorum in Prouincijs Calabriæ Præſidentem R.C. Simonem Vaaz Comitem Molę, hic nonnullas perſonas de contrabannis inquiſitas ad pecuniariam trãſactionem admiſit,& ſolutis quantitatibus in beneficium Regiæ Curiæ, illiſque introitatis in Arca Militari, inſtantibus deindè Gubernatoribus prędicti Arrendamenti,idẽ Dom. Prorex ſuo particulari diplomate demandauit, præcedente conſultatione facta per Dom.D.Franciſcum Merlinum Præſidentem S. C. & tùnc Delegatum prædicti Arrendamenti, quod de quantitatibus prædictis ſolutis, & introitatis in beneficium Regiæ Curiæ,ex cauſa dictarum tranſactionum ſolueretur medietas in beneficium Conſignatariorũ dicti Arrendamenti ſerici, & ità fuit celeriter exequutum, vt conſtat ex ordinibus, & reſcriptis S. E., quæ conſeruantur inter

ſcrip-

Digitized by Google

ſcripturas dicti Arrendamenti ſerici.

52 Sed contrariam ſententiam, quod ſcilicet pœnæ ſtatutæ contrà fraudantes vectigalia,fiſco debeantur,tanquam veriorem, & ſaniorem communiter amplectũtur *Bald.in l.creditor, ff.de act. empt. Angel. in l.ſi quis id quod, ff. de Iuriſd. omn. iudic.* Bertaz. *de gabell. in 9.par. princ. quæſt.9. Card.Tuſc.pract.concluſ.verb.gabella, concl.* 23. *nu.*5. *Guid. Papa dec.* 413. vbi ità ſeruari teſtatur, & *dec.* 477. *nu.*2. *&* 3. *Nicol.*Boer. *in conſuetud. biturig.tit. des conſtumes filielz,& cenſ.* §.9. *Ioan.Saxon. in conſuet. Turon. tit. 6. des pro ictz de peages,& conſtumes cap.*7. *art.*1. *quæſt.* 4. *Reg.Capyc.Latr.conſult.*118. *to.*1.*nu.*2. *Franc.Marc. deciſ.*422. *par.*2. idem tenet Boer. *deciſ.*180. & ità refert deciſum in fine dictæ deciſionis.

53 Et ratio eſt, quia ſtatuta, aliæque Sãctiones, quibus huiuſmodi fraudes cõtrà vectigalia puniuntur, ob publicum bonũ proceſſerunt *Afflict. deciſ.* 190. *nu.*9. *Reg. Conſt.in l.*1.*C.pen.fiſcal lib.*10. *nu.*27. vn-

54 dè cum publicam procurare authoritatem ad Principem ſpectet, *ad tex. in l. Præſes, C. de ſeruit. & aqua*, & ius illud procurandi publicam vtilitatem ſupre-

55 mum dominiũ Principis reſpiciat, quod alteri transferre non valet,etiam expreſsè; ideò ad eundem Principem huiuſmodi pœnæ pertinent, vt loquitur *Reg.Conſt. in l.*1.*C.pen.fiſcal. l.*10.*nu.*27.

56 Quod etiam confirmatur, nàm cauſa contrà fraudantem vectigalia,criminalis eſt, *Bertaz.in addit.ad conſ.*110. *eius Patris, l.*2. *Menoch.de arbitr.Iudic.quæſt.*79. *num.*9. *lib.*2. *Clar. in prax. crimin.* §.*fin. quæſt.*1.*ver.*3. *eſt caſus Farinac. conſ.crimin.* 85. *num.*79. *tom.*1. *Reg. Capyc.Latr.*

57 *conſult.* 118. *nu.*5. Siquidem crimen eſt fraudare gabellas, *l.* 1. *in fin. ff. de publ. iud.* §.*ſunt præterea inſtit. eod. cit. tit. l. fraud. ff. de publ. & vectigal.* Et etiam

58 quia contrà extrahentes bona vetita, & contrauenientes ordinibus, ad regimen gabellarum ſtatutis,pœna corporalis,ſcilicet mortis, relegationis, & triremium reſpectiuè fuit impoſita, vt ſupra declarauimus ex Reg. pragm. ideò iudicium ſemper criminale iudicatur, *Bart.in l.*3. *de ſepulcr.violat. Præſ.de Franc.deciſ.*162. *nu.*16. *Farinac. in prax. crim. quæſt.*100. *nu.*10.*Reg.Sanfelic.deciſ.*237. *nu.*4.

59 Et licèt per R.C. fuit deciſum cauſam intercepti eſſe Ciuilem, vt inquit *Reg. Moles deciſ.*36.hoc autem benè procedit, quãdo agitur ad perſequendã rem commiſſam; quando verò proceditur ad vin-

60 dictam criminis, cauſa ſemper vocatur criminalis, ſiuè pœna pecuniaria ſit, ſiuè corporalis, *gloſ. & Ioan. de Plat. in l. qui ſepulchra, ff. de ſepulchro violat. Alberic. & Salic.in l.*1. *C.de rapt. virgin.* Bald.*in l.ſi qua per calumn. C. de Epiſc. & Cleric. Farinac.in prax.crim.quæſt.*100.*nu.*55.*& in conſ.crim.*85. *nu.*39. *tom.*1. *Reg.Capyc. Latr. d.conſult.*118.*nu.*5.*tom.*1.

61 Cùm ergò cauſæ huiuſmodi contrà fraudantes vectigalia publicam reſpiciant vindictam,& iudicium conſtituant criminale,B*art.in l.*2. *de ſepulchro violat. Alberic.& Salic. in l.*1. *C. cit.tit. Peregr. de iure fiſci tit.*8.*de mulctis, & pen.nu.*8.

62 Ideò ſequitur, quod cum pœnæ prædictæ ex delicto proueniant, fiſco acquiruntur B*al.in l.fin ff.de ſolut.matrim.Dec. conſ.*4. *Guid.Papa deciſ.*413. *Boer.deciſ.*5. *Andr. in cap.* 1. §. *hæredit. de pace tenen. Reg.Conſt.in l.*1.*C.pen.fiſcal.lib.*10. *nu.*91.

63 Idemq; probatur ex efficaciſſimo medio, nàm pœnarum compendia de regalibus ſunt, & inter regalia computantur, *l.aliud eſt,* §.*inter mulctam, ff.de verb. ſignif. cap.*1. *quæ ſint regal. l. mulctatio, C. de modo mulctar.Menoch.de præſumpt.lib.* 3 *præſumpt.*97.*nu.*24. *Laſon.de feud.par.*5. *nu.*12. *Mortius in tit. de his qui feud. dari poſſ.nu.*13. *Peregr. de iure fiſci lib.*1. *tit.*5. *nu.*10. *Montan.de regal.verb.mulctarũ,pœnarumque compendia nu.*1. *fol.* 82. *Borrel. de præſtan.Reg.Cathol.cap.*13. *nu.*1. Qua-

64 propter iſtæ pœnæ, & obuentiones ſunt fiſci, *l.*1.*ff.ſi quis ius dicent.non obtemper, l.*2.§.1. vbi *Accurſ. ff. ſi quis in ius vocat non iuer.cap.*1.*verbo mulctarũ,quæ ſint regal. l.mulctar. C.de mod.mulctar.* Borrell. *d.cap.*13. *nu.*1. *Reg.Conſt. in l.*1. *C.pen. fiſcal.nu.*6. plenè *Cenſal. conſ.*3. *nu.*7. nàm

65 illi debentur pœnæ,qui iuriſdictionis,ac meri Imperij Dominus eſt, & cuius ſunt fructus, *Andr.in cap.*1.§.*ſi verò violat.pacis nu.* 16. *verſ.& attende, quia condemnationes de pace tenẽda,*B*art.in l.Imperiũ nu.*8.*&*12.*ff.de iuriſdict.omn.iudic Pariſ. de Put.de reintegrat.feud. cap.*203. *verſ. quidam* B*aro fol.*112. *Iacob.de Sanct.Georg. in inueſtit.feud.* §. *& cum mero, mixtoq;*

Im-

Digitized by Google

Imperio nu.6. Borrell. d.cap.13. num.2.

66 Pœnæ etenim hæc,& obuentiones ſunt iuriſdictionum emolumenta, *Bart. in l. fin.ff.ſolut. matrim. Tiraquell.de retract. conuent. §.1.gloſ.4.nu.18. Molin. de primogen.Hiſpan. lib.1. cap.2. num.21. Reg. Conſt. in l.1. C. pœn. fiſcal. lib.10. nu.21. & 91. Surd. conſ.83. num.10. vol.1. Camill.Borrell conſ.1.nu.4. 6. 59. 63. & de præſtant. Regis Cathol. cap.13. num.23.* idemque affirmat *Reg. Reuert. deciſ.243. nu.2.* ſubdens, quod iſtæ pœnæ ſunt annexæ cum iuriſdictione, ſequitur *Reg.Rouit.deciſ.6.*

67 Vndè non videtur pœnarum facta cõceſſio,nec præſumuntur ipſæ in alterum translatæ, niſi in diplomate, vel priuilegio ſatis apertè exprimantur, *Aluarot.in cap.1.§. ſi quis alio col.fin. de pact. tenen. Anton. Capyc. in inueſt. feud. §.feudorum clauſulæ in verbo cum mulctarum pœnarumque compendijs in princ. fol.126. col.2. Camill.Borrell.de præſtant.Reg.Cathol. d. cap.13.n.21.verſ.ex his palàm,Reg.Conſt. in l.1.C.pœn.fiſcal.nu.25. cum ſeqq.* regu-

68 lantur enim ad inſtar iuriſdictionis,quæ nunquam cenſetur conceſſa, niſi de illa

69 in priuilegio expreſsè agatur *cap.1. quæ ſint regal. Luc.de Penn.l.2. col.2. de fund. limotroph. lib.11. Ego ipſe reſp.3. nu.19. tom.2.*

70 Nec pœnæ ſub generali conceſſione veniunt, ſed ſpecialis pœnarum conceſſio requiritur, nàm cum pœnæ de regalibus ſint, ſine ſpeciali titulo poſſideri ne-

71 queunt, vt *in Conſtitutione Regni*, ea quæ ad decus *Andr.in cap.1.§.ſi quis aliũ de pact.tenen. Afflict. deciſ.122. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.3. §.1. nu.34. Montan.de regal.verbo bona vacantia n.4. fol.84.& nu.13. Reg.Reuert.deciſ.344.*vbi *Reg.de Marin.in obſeru.*

72 Vndè lite pendente poſſeſſor ſe abſtinere debet à poſſeſſione regalium, *cap. cum perſonæ de priuil.in 6. cap.cum veniſſent extr. de inſtit. cap.1. quæ ſint regal. Reg.Reuert. d. deciſ.* 344. vbi refert, ità fuiſſe iudicatum per R. C. in fauorem

73 fiſci contrà Comitem Policaſtri ſuper exactione tertiariæ ferri, quam prætendebat poſſidere in Ciuitate Policaſtri, & per R. C. fuit iudicatum nullum ius ei competere, eo quod nullum priuilegium conceſſionis produxit, idemque fuit de-

74 ciſum per eandem Regiam Cameram contrà Caſtellanum Caſtrinoui,ſuper immunitate gabellæ vini, quàm prætendebat in ſua taberna, vt teſtatur idem *Reg. Reuert. d. deciſ.* 309. *ex collectis per Reg. de Marin.*

Cùm ergò in huiuſmodi criminibus contrabannorũ Magnifici Gubernatores Arrendamentorũ nullo fruãtur Imperio, vel iuriſdictione, nec eis fuerunt taliũ pœnarum compendia conceſſa, neq; in illos translata, nec generaliter, nec ſpecialiter, ideò quo pacto, quo iure poſſint illas acquirere, & ſibi ipſis applicare.

Imò Barones huius Regni, qui in eo-

75 rum Terris iuriſdictionem habent, ijſq; competunt, nedùm datia,ſed pœnæ,quæ per noua edicta imponuntur, *Boſſius tit. de pœnis nu.25. Alned.de Ponte de laudim. quæſt.24. Præſ.de Franch.deciſ.434.Theſ. deciſ.132.* Verùm ſi noua conſtitutone Princeps prohibeat,ne frumentum,oleũ, aut alię fruges à ſua Prouincia extrahantur, certa conſtituta pœna, ſi quis rem huiuſmodi prohibitam exportauerit, pœna illa, quam tranſgreſſor reportauerit, fiſco, non autem Baroni acquiritur, *Menoch.conſ.604.Alned.de Ponte d.quæſt.24. Reg.Conſt.in l.1.C.pœn.fiſcal.lib.10.nu.25.*

76 Et ità fuiſſe deciſum per R.C. teſtatur *Reg.Moles deciſ.70. in manuſcriptis, Reg. Conſt in d.l.1.C.pœn.fiſcal.nu.26.* in cauſa cum D. Duce Amalphiæ, qui ex Regis conceſſione ius tractarum in tota ſua ditione habebat, itaùt ſi quid indè extraheretur, Portorium ſibi ſolueretur, & ſi quis vectigal illud fraudabat,res, quæ in commiſſum incidebant, ipſi Duci applicabantur. Euenit, quod Prorex iuſſit à Regno vinum, & frumentum non eſſe extrahendum, quidam à Terris ſubiectis Duci frumentũ extraſſit,non ſoluto Portorio eidem Duci debito, ſuppoſuit Dux pœnam præfixam ſui commodo applicandam, nihilominus fuit,deciſum dictã pœnam ad fiſcum ſpectare, vt tradunt *Reg.Moles,Reg.Conſtant. loc.allegat.* hanc quoque deciſionem refert *Laganar. in addit.ad Reg.Rouit.in rub.de extract.*

77 Ratio eſt, quia huiuſmodi prohibitiones fiunt ſupremi Imperij vi, ac poteſtate, quæ à Principis perſona nullo pacto poteſt ſeparari, nec in alterum quibuſcumque verbis, ac clauſulis etiam ampliſſi-

Digitized by Google

pliſſimis transferri, nec Barones de his cognoſcere, ac mulctas exigere poſſunt, quia eorum perſona ſummi Imperij capax non eſt, *Reg.Conſt.in d. l.1. C.pen.fiſcal. lib.10. nu. 26.* & proindè pœnæ, in
78 eiſdem prohibitionibus circumſcriptæ, fiſco debentur, *l.ſi donata, §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Pariſ. de Put.de ſindic. verbo compoſitio cap.5. nu.5.*

Et ex hoc deſumitur, quod ſi Barones, qui iuriſdictionem, & pœnarum conceſſionem habent, & tamen pœnam contentam in prohibitionibus, à Principe factis, non acquirunt, quantò magis pœnæ prædictæ cedere non debent in beneficium Gubernatorum gabellarum, qui talibus prærogatiuis carent.

79 Prætereà vulgatum eſt, quod pœnæ, quæ ex contrauentione Banni à Prorege emanati perueniunt, fiſco, & non Baroni acquiruntur, *Surd. conſ.152. vol.2. Præſ. de Franch.deciſ.434. Reg. Conſt.in d.l.1.C. pœn.fiſcal. lib.10.nu.10.* Siquidem ex hu-
80 iuſmodi contrauentione prætoria contemnitur poteſtas, illiuſque authoritas violatur, & etiam publica vtilitas offenditur, ideò eidem pœna debetur, cuius ordinationes leduntur.

81 Et quando in ſtatuto pœnale, à ſuperiore publicato non exprimatur, cui pœna ſit applicanda, tùnc pœna illa fiſco cedit, *gl.in l.iubemus nulli, §.his quoque iudicibus, C. de Sacroſ.Eccl. Affl. in conſt. Reg. Violentijs q.3. nu.6. Ant. Gabr. l.7. comm.concluſ.tit. de malefic. Marant. de ordin. iudic. par.4. nu. 32. Auiles in cap. Prætor, cap.2. verb. Camera, Reg.Conſt.in d.l.1. C.pœn.fiſcal.lib.10.nu.7.*

In contrarium non obſtant iura, & rationes ſuperiùs allegatæ, & præcipuè nõ aduerſatur *tex.in l.fin. §. Diui, ff.de public. & vectigal. & in l.ſi quis ſine 11. C. de vectigal. & commiſſ.* vbi decernitur, quod pœnæ contrà fraudantes gabellas impoſitæ, ad conductores gabellarum pertineant.

82 Nàm reſpondetur, iura prædicta loqui in pœna commiſſi, & ſic quando ciuiliter agitur pro conſequutione rei, ſiue mercis commiſſæ, ſiue pretij illius. Non autem procedunt in pœnis pecuniarijs, per ſuperiorem impoſitis ad vindictam criminis patrati, ità *Ripa in rubr. extr. de iudic. nu.9. gloſ. in l.1. vbi Alberic. & Salic.C.de rapt.virg. Cin.in l.fin. ff.de priuat. delict. Reg. Moles deciſ. 36.* & idem
83 conſtat ex verbis *cit.leg.ſi quis ſine, C.de vectigal.& commiſſ.* ibi, *ſi quis ſine perſona mancipium ideſt ſalinarũ conductorũ, ſales emerit, vendereue tentauerit ſiue propria audacia, ſiue noſtro munitus oraculo, ſales ipſi vna cum eorum pretio mancipibus abdicatur*; vndè *tex.* loquitur de pœna commiſſi, vel pretio eiuſdem rei, quæ in commiſſum incidit, & in hunc ſenſum loquuntur omnes DD. qui in contrarium allegari poſſunt, ſiquidem omnes fundantur *in d.l.ſi quis ſine.*

84 Nec obſtant dicta per *Maximilianum Fauſt. in conſ. pro Ærar. clauſ.9. ordinat.* 757. quia ad ſua dicta confirmandum allegat *Bal. in l. creditor in princ. ff. de act. empt. Boer. deciſ.* 180. qui DD. contrarium affirmant, quod ſcilicet pœnæ cõtrà fraudantes gabellas infixæ, ad fiſcum pertineant, imò *Boer.* ità refert deciſum per Parlamentum Franciæ, & inquit, quod firmarijs gabellarum non poteſt applica-
85 ri pœna illa, qua authoritate Regia, & per Regios Iudices virtutes Regiæ Sanctionis mulctantur fraudantes gabellas.

Prætereà idem *Fauſt.* ea nititur ratione, quia emptores ſiue conductores gabellarum, quòad hæc iura fiſci habent, hæc ratio in iure eſt erronea, nàm vt di-
86 ximus iura regalia, proùt pœnarum cõpendia, emptoribus gabellarum nõ tranſeunt, nec ipſi illa habere præſumuntur, niſi ſpecialiter fuerint cõceſſa per fiſcum, & abſque conceſſione habere nullo modo poſſunt.

87 Et inſuper reſpondetur, nàm idem *Fauſt.* ſuam ſententiam limitat, quoties aliud de hoc actũ fuit, vel de conſuetudine aliter ſeruatur; cùm ergò in Bannis in præcipua materia vini pœna cõtrauentionis ſpecificè reſeruetur in beneficiũ fiſci, & etiam de conſuetudine, ità fuit ſemper obſeruatum tàm in Arrendamento vini, quàm in alijs vectigalibus; ideò omni iure pœnæ prædictæ ad fiſcum pertinent.

88 Nec minus obſtant alij DD. dicentes, quod pœnæ huiuſmodi ſunt in fructu eiuſdem gabellæ fraudatæ, & ex eius fructibus, ac redditibus originem habẽt.

Quia reſpondetur, quod fructus ga-
89 bellæ æſtimantur res, quæ contrà deuetum extrahuntur, pœnæ autem, quæ ex

Digitized by Google

hoc crimine cõtrauentionis proueniunt, dicuntur fructus iuriſdictionis, *Andr.in cap.1. § hæreditatem de pace tenen. Guid. Pap.deciſ.413. Reg.Conſt.in l.1. C.pen.fiſcal.nu.91.lib.10.*

90 Quod adeò eſt verum, nàm appellatione fructuum feudi prouentus non veniunt; vndè non ſolùm in liquidatione pretij feudi, quod venditur, ſed etiam in liquidatione fructuumfeudi, pro ſoluen-
91 do relcuio, Regiæ Curiæ, per mortem feudatarij, prouentus, & pœnæ pecuniariæ non ineluduntur, nec veniunt appellatione fructuum feudi, *Reg. Moles deciſ. 9. tit.de iur.releu. in manuſcriptis*, vbi ità deciſum refert per Regiam Cameram, *Reg.Conſt.in l.1.n.67. & ſeq.C.pœn.fiſcal. credit præfer. lib.10. D.Reg.de Marin. reſol.quotid.lib.2.cap.84.nu.3.& 4.*

Neque obſtat, quod ex datione in ſolutum facta Conſignatarijs gabellarum, pecuniariæ pœnæ ad Conſignatarios pertineant.

92 Nàm reſpondẽtur, quod ex huiuſmodi datione inſolutum Conſignatarijs Arrendamentorum nil aliud fuit translatum, niſi ius exigendi datia, ſiue gabellas, vt colligitur ex verbis *prag. 20. de vectigal. tom.2.* ibi, *E perche gl' Arrendamenti han da reſtare à beneficio dell' Aſſignatarij, acciò ſiano pagati con li frutti di quelli pro rata, che à ciaſcheduno toccarà, ſecondo l'aſſento delli libri noui, hà parſo per maggior ſodisfattione ſua, incaricarli da hora l'amminiſtratione, e gouerno delli detti Arrendamenti, hauendo da reſultare aſſolutamente in ſuo lucro il beneficio della bona amminiſtratione.*

Et melius infrà, ibi, *E perche la noſtra intentione è, che li Conſignatarij habbiano indipendentemente queſte entrate, e le gouernino, e l'amminiſtrino, come loro proprie, e godino delli emolomenti, che in quello ſi ſperano con il tempo. Offeremo in nome di Sua Maeſtà fare in queſta forma tutte le dichiarationi, che pareranno conuenienti à loro ſodisfattione, e dare gl'ordini neceſſarij per la bona amminiſtratione, e gouerno delle dette entrate, e per euitare, e caſtigare li Controbanni, e fraudi, che contro quelli ſi commettono.*

Ex quibus verbis non ſolùm deſumitur, quod Conſignatarijs gabellarum virtute huiuſmodi Regiæ Sanctionis, ius exigendi gabellas, illarumque adminiſtratio, & gubernium fuit tributum; vndè pœnæ contrà fraudantes gabellas im-
93 poſitæ, non comprehenduntur, nàm qui ius exigendi gabellas in aliquo loco habet, non dicitur Imperium habere, nec iuriſdictionem, ſed ſolummodò præeminentiam, & gubernationem, & ideò non poteſt pœnas acquirere, *Capyc. deciſ. 27. nu.31. & 32. ex tex. in l.3. §.1. ff. de public. & vectigal.*

Prætereà deſumitur, quod ex dictis verbis, D. Prorex ſibi ipſi reſeruauit cognitionem contrabannorum, & animaduerſionem in delinquentes, ibi, *E di dare gl'ordini neceſſarij per euitare, e di caſtigare gli controbanni, e fraudi, che contro quelli ſi commetteranno.* Qui enim ſibi reſeruat cognitionem delicti, & animaduerſionem in delinquentes, commodum pœnæ, quæ ex illo delicto prouenit, re-
94 ſeruaſſe cenſetur, *Bart. in l. fin. ff. ſolut. matrim. Bald.in l.1.C.de fructib. & lit.expenſ.cap.1. §.è contrario de inuelt. de re alien.fac. Bal.in l.ſi ſeruus comm. ff.de ſtipulat. ſeruor. Capyc. deciſ. 27. Pancirol. conſ.605. num.5. inter conſ. Menoch. Reg. Conſt. in l.1. C.pœn. fiſcal. credit. præfer. lib.10. nu.23.*

Inſuper non obſtat *prag.25.de extract.* vbi pœna duc.10. contrà non reuelantes ſerica in terminis præfixis, debeat inter Arrendatores, & Regiam Curiam diuidi. Nàm ex hoc trahitur conſequentia, quod in alijs pœnis contrà extrahentes ſerica impoſitis, idem ſit cenſendum; imò conſequentia contraria deſumitur, ſiquidem in dicta pragm. multa ordinantur capita circà non reuelantes ſerica, & circà extrahentes, & in primo diſponitur pœnæ diuiſio, in alijs non ſequitur; quia vbi voluit, dixit, vbi noluit, tacuit: facit etiam, quod diximus, nàm quando in ſtatuto non eſt dictum, cui pœna ſit applicanda, tùnc fiſco debetur.

Denique prædicta cõfirmantur rerum iudicatarum authoritate, nàm cum priſcis temporibus dubitaretur, an Cæſarea
95 Maieſtas Imper.Carol.V. ſuper gabella ſerici conceſſa D. Principi Biſiniani gr.5. pro qualibet libra ſerici, quæ à Prouincijs Calabriæ extraheretur, potuiſſet in Regis Patrimonium augmentum alia-

gra-

Digitized by Google

grana quinque ſuperaddere, & cum affirmatiuè fuerit reſolutum, teſte *Reg. Reuert.deciſ.*28. *in collect. per Reg.de Marin.*deindè fuit eſitatum, ad quem ſpecta-
96 ret pœna intercepti, in quā incidebant, gabellas ipſas fraudātes, nùm ad dictum D. Principem primum conceſſionarium, vel ad fiſcū, Princeps ſupoſuit ad ipſum ſpectare; ſiquidem per conceſſionem factam primæ gabellæ in ſui beneficium, fuit translatum omne ius pœnarum, & contrabannorum, aduerſus gabellam illam fraudantes; & etiam quia de iure, ad quem ſpectat gabella, ad eundem ſpectant contrabanna.

Attamen per Collaterale Conſilium ad relationem Regiæ Cameræ fuit iudicatum,intercepta ad Principem ſpectare, ſed aliam eſſe imponendam pœnam pro Regia Curia, nimirum pecuniariā,ità teſtatur *Reg.Reuert. deciſ.*28.*in fin. ex collect. per Reg.de Marin.*

Imò in eadem cauſa Regij fiſci,cū di-
97 cto Dño Principe Biſiniani fuit reſpectu dictæ particularis pœnæ intercepti deciſum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Conſilio, quod ſcilicèt intercepta ſerici,quando eſt fraudata gabella tàm Regiæ Curiæ, quàm Ill. Principis Biſiniani,ſpectēt ad dictum Ill. Principem; verùm quando eſt fraudata gabella Regię Curię, fraudantes teneantur ſoluere eſtimationem ſerici intercepti Regiæ Curiæ, ità quod tantumdem ipſa Regia Curia conſequatur, quantum eſt valor intercepti,vt apparet ex decreto Regiæ Cameræ lato ſub die 27. Iulij 1557. relato *per Reg.de Marin. in fine ſecundi tom.deciſ.Reg.Reuert.fol.*833.*decret.* 191. *in ordin.*

Vndè ex hac deciſione conſtat, quod illa ſolummodò pœna ad Dominos gabellarum pertinet, quæ interceptum vocatur, aliæ verò ad fiſcum, qui etiam aliquando pœnam intercepti lucratur.

Idemq; ſub die 9. Februarij,& 5.Martij 1650.fuit generaliter deciſum per Regiam Camerā ad relationem Spectabilis D. Regentis Cacacij,tūc Præſidentis Regiæ Cameræ in decreto generaliter edito pro recta adminiſtratione Patrimonij S.C.M. vbi plura continentur capita, & in tertio capite ſuper hoc articulo, ità prouidetur: ſimiliter prouiſum eſt, bona intercepta in præſenti, & in futurum intercipienda, vel illorum pretia, etiam non adhùc exacta ex cauſa non ſoluti vectigalis, ſeù derictuum quorumcumq; Arrendamentorum,ſpectare tantùm ad creditores aſſignatarios dictorū Arrendamentorū, nec pro alia cauſa eſſe expendenda; etſi fortè reperiuntur prouiſiones in contrarium expeditæ, ſuſpendatur illarum executio vſque ad alium ordinem Regiæ Cameræ: alias verò pœnas vltrà intercepta prędicta,vel illorum pretia,ſpectare tātùm ad Regium fiſcum, ità habetur in decreto 641. fol. 942. ex collectis *per D.Reg.de Marin. poſt 2.tom. deciſ. Reg.Reuert.*

Prædictis etiam adſtipulatur deciſio, quam nuper edidit Regia Iuncta Contrabannorum in cauſa Gubernatorum Regiæ dohanæ Neap. prætendentium contrà Regium fiſcum ad ipſos ſpectare ſerica, quæ extracta à Prouincijs Calabriæ, debitis non præcedentibus expeditionibus, dùm iter agebant verſus Portum Lungonis,intercepta fuerunt à Cimba in excubiam deputata, per eoſdem Gubernatores,qua de re,cum preces porrexerint Excellentiſſimo Domino Proregi pro illorū applicatione remiſit articulum decidendum per dictam Regiam Iunctam, & interim fuerunt ſerica vendita per Gubernatorem arcis Portus Lungonis,ordine mediante, vt pretium deponatur. Vndè per dictam Regiam Iunctam,me exiſtente generali Commiſſario ſub die 29. Nouembris 1663. tale fuit interpoſitum decretum: Regia Iūcta declarat, interceptum ſerici in actis deductum ſpectare ad Regiam dohanam capientem; & proindè quantitates peruentæ in poſſe Officialium arcis Portus Lungonis,ex pretio dictorum ſericorum, reſtituatur Gubernatoribus dictæ Regiæ dohanæ, retenta quantitate debita pro iure tractæ, & cum obligatione ſoluendi dirictus ſpectantes ad Arrendamentum ſerici Calabriæ, penès Proſperum de Laurentijs Act.

89 Prætereà prefatas pœnas contrà fraudantes gabellas impoſitas, adhùc in caſu contrario non poſſunt acquirere conductores, ſeù emptores gabellarum, niſi ſequuta Iudicis ſententia declaratoria, quæ ſi non ſequatur, ne-

Digitized by Google

queunt propria authoritate illas ſibi ipſis applicare, nec etiam habere dicuntur ius in re, ità *Bal.in l.commiſſa, ff.de public. & vectigal.Firman.tract. de gabell.par.4. n. 25. verſ. ſed requiritur factum hominis, Ferrett. de gabell. nu.240. Crauetta conſ. 115.nu.6.Farinac.de furt.iquæſt.173.nu.4.*

Hinc eſt,quod cum tranſactiones cõtrà huiuſmodi delinquentes non ſequantur,facta ſententia condemnatoria ad pœnas, ſed quia ipſi tranſactionem offerunt pro euitando crimine, & pœna corporis afflictiua, & ad illam authoritate Principis admittuntur, cuius eſt condonare
100 crimina, delicta tranſigere, etiam in præiudicium iuris tertij, maximè quando ius illud eſt incertum , & ambiguum, & poteſt eſſe,& deeſſe,ità *Larrea alleg.3. nu.9.& 10. par.1. Anton. Gabriel de iure quæſit.non toll. concl.2. num.1.Reg.Capyc. Latr. deciſ.180. num.110. cum ſeq. tom.2.* Ideò ſequitur, quod in pecunijs peruentis, ex cauſa dictarum trãſactionum,nullum competit ius Conſignatarijs Arrendamenti , cum fiant compoſitiones , ſiuè trãſactiones de dubio criminis ſtatu,pro quantitate pecuniæ,pro patrato crimine oblata , vt inquit *Mauſon. de contraban. queſt.16. nu.4.5.20.& 26.*

Et hic articulus mox pendet decidendus in Regia Iuncta Contrabannorum, vbi reſideo , ad inſtantiam Aſſignatariorum Arrendamentorum olei, ſerici, dohanarum Apuleæ , qui preces porrexerunt Excellentiſſimo Domino Comiti de Pegnoranda tùnc Proregi noſtro, efflagitantes , vt compoſitiones , quæ fiunt in Regia Iuncta, cedant pro medietate in eorum beneficium,quorum preces idem Dominus Prorex, Regiæ Iunctæ remiſit, vt in Collaterali Conſilio decideret articulum , & ad illorum excluſionem nonnulla de iure allegauit Dominus Conſiliarius Aſcanius Raetanus tùnc fiſci Patronus Regiæ Iunctæ , quæ paulò infrà inſeruntur.

Verumtamen cum idem articulus excitatus fuerit Regio fiſco petente,in Regia Iuncta,iuſſu Excellentiſſimi Comitis de Pegnaranda conſtituta, Præſidente in ipſa, Domino D. Felice Lanzina Vlloa Regiam Cãcellariam Regente,natalium candore conſpicuo,doctrinæ Excellen-
101 tia,mirabili integritate,morum probitate,ſublimi, proprijs meritis , & virtutibus nuper aſſumpto ad munus Præſidis S.R.C. & Viceprotonotarij,poſt digniſſimè,& mirabiliter expletum officium fiſci Aduocati in Supremo Italiæ Senatu Curiæ Madrid , in qua Regia Iuncta efflagitaui agens fiſci partes ſpeciali reſcripto eiuſdem Dom. Proregis, vt tranſactiones, ſeù compoſitiones, quas ordine D. Delegati, Gubernatores Arrendamenti vini gerebant aduerſus nonnullos, fraudes perpetrantes, contrà idem Arrendamentum,cedere deberent commodis Regiæ Curiæ, nedùm in futurum, ſed etiam pro præterito ; vndè dicti Gubernatores vt diſtulerint articuli deciſionem,quam expeditam in fauorem Regij fiſci introſpiciebant duc. 38.m. Regiæ Curiæ exoluerunt,ad hoc,vt in poſterum huiuſmodi tranſactionum emolumenta acquirerent.Acta ſunt penès Gregorium Ferrarium.

Sequuntur, quæ de iure reſpondidit quondam Dominus Conſiliarius Raetanus in cauſa ſupra enucleata.

MAgnifici Gubernatores gabellæ ſerici,Regiæ Dohanæ Neapolis,Do hanarũ Apuleæ,& extractionis olei, neſcio quo pacto , vel iure prætendere poſſint prouentus, emolumenta, ac pecuniarum quantitates ex tranſactionibus factis , & faciendis, cum inquiſitis in Regia Iuncta contrabannorum, obuenientes, ſpectare ad Conſignatarios, quibus dictæ gabellæ , & impoſitiones fuerunt datæ inſolu-
102 tum ; obſtant enim eis vulgatiſſima iura , & iuris regulæ, nemo enim neſcit mulctarum, pœnarumque compendia cõnumerari inter Regalia, *in cap.1.quæſint Regalia*, vbi *Iſer.Afflict.* & cæteri paſſim,
103 & eſſe fructus iuriſdictionis, quæ ſimiliter eſt de Regalibus, *Azo in ſum. C.de pœnis, Bart. Bald. & Ang. in l.1. ff. ſolut. matrim.Roman.Soccin.& Alex.Iacobin.& Dec.*quos refert *Tiraquell.de retract.conuent.§.5 gloſ.4.nu.10. Socc.conſ.70.nu.10. vol.4. Rolan. conſ.78. nu.8. vol.2. & conſ. 73. nu.3. vol.4. Capyc. in deciſ.27.* & pro-
104 indè ſpectare ad Dominum iuriſdictionis, nempè ad Regem, *c.2. c. 3. & c. conqueſt.de vſuris, l.ſi Dominum,C.de pignor. act.* latiſſimè *Ceſal. in conſ.3. nu.71.* fru-

ctus

Digitized by Google

ctus enim non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipiuntur, *l.qui ſcit, ff.de vſuris.*

Tempore inſolutum dationis nulla fuit Conſignatarijs, nec verbis generali. bus, nec ſpecialibus conceſſa iuriſdictio,
105 nec illius fructus,quę quia regalia ſunt, indiuidualem conceſſionem requirunt, *c.quòad translationem*, vbi *DD. de officio Delegati, Alber.in l.1. ff.de offic. eius, Menoch.præſumpt.97. lib.3. Couarr. practic. cap.1. nu.10. Maſtrill. de magiſtrat. lib.1. cap.6.nu.76. Surd.conſ.210.nu.58.& conſ. 127.nu.62. Larrea alleg.fiſc.13.nu.10.*

Iſtis Conſignatarijs fuerunt dati inſolutum redditus harum gabellarum, & dohanarum, quí nihil commune habent, cum iuriſdictyone, & fructibus illius.
106 Scio : nec me latet, pœnas fraudatæ gabellæ firmarijs, ſiue gabellarijs applicari poſſe prætendi, *ex l.fin.§.Diuus,ff.de public. l.ſed & ſi quis, C. de vectigal. & commiſſ.argum. l creditor*, vbi *DD.ff.de actionib. empti, Bald. & Salic.poſt Cin.d. l.ſed & ſi quis, Bart.in d.l.creditor, & in l.ſi prouinc. §.ſi ego, ff. de noui operis nunciat. Affl.in cap.1. quæ ſint Regalia, verb. vectigal nu. 36.* vbi allegat *Bald. in rubr. ff. de rerum diuiſ. 3. col.* dicentem, quod
107 qui emit gabellam, videtur emiſſe pœnam delinquentium, idem *Bald.in cap.1. §.ſciendum nu. 2. de feudi cognit. Roman. in l.commiſſa, ff.de public.& vectigal.Angel.in l.at vbi, ff.de petit.hæredit. Alex.in l.ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. Iudic. Bertacch.in tract.de gabell.par.2. quæſt.9. Dec.conſ.36. nu.12. Boſſ in tit.de fraudantib.gabell.nu.17. Schrader. de feud. par.3.*
108 *c.4. nu.16.* qui dicit, quod vectigalibus conceſſis in feudum, etiam pœnæ videntur conceſſæ,in quas illi incurrunt,qui illas,quas vehunt, aut portant merces non profitentur, vel de profeſſis,vectigalibus non ſoluunt, *d.l.commiſſa, vbi Bart. ff.de public. & vectigal. Boerius* latiſſimè *in decíſ.* 180. qui omnium meminit, *Guid. Papa in ſuo ſingul.455. Peregr.de iure fiſci tit.de pœnis,& mulctis nu.6. verſ. limita, & in tit.de conduct.gabellarum nu.31. &* 32. *Roſenth. de feudis cap.5. de Regal. con-*
109 *cluſ.4.* qui dicit, quod commiſſa, & pœnæ, ob omiſſam profeſſationem,& vectigalium non factam ſolutionem, fiſco applicantur, ſi per ſuos exigit vectigal, ſed ſi alijs locauit, aut vendidit, conductoribus, & emptoribus debentur, per iura,& authoritates prædictas.
110 Scio etiam, quod hæc opinio habuit contradictorem *Angelum in d.l.ſi quis id, quod, ff.de iuriſd.omn. Iudicum,* quem refert etiam *Boer. vbi ſupra nu.6.* ſed com-
111 munis ſupra allegata opinio procedit, quando ciuiliter agitur pro conſecutione rei, vel mercis commiſſæ, ſiue pretij illius,non quando criminaliter ad criminis vindictam proceditur,ad tradita per *DD.in rubr.extra de iudic.* vbi *Ripa n.92.* allegat *Gloſam*, & communiter Legiſtas *in l.3.ff.de ſepul.viol. Gloſ. in l.aut damn. ff.de pœnis, & in l. 1.* vbi *Alber. & Salic. C.de raptu virginum, gloſ. in l. fin. ff.de priuat.delict. Cinus, & Bald. in l.ſi quæ per calumn.C.de Epiſcopis,& Clericis,Reg. Mol.in deciſ.36.quæſt.7.*qui dicit,Regiam
112 Cameram ſemper iudicaſſe, cauſas intercepti eſſe ciuiles, & probari *in d. l. commiſſa, & l.fraudati vectigalis*, & ibi *per gloſ. & l. Caius, ff. ad Sillan.* & ideò datur actio contrà hæredem ad rei, vel pretij perſecutionem, licet debitæ ex præcedenti facto contrà legem, *ex Bart. in l.ex iudicijs nu.7. in fine, ff. de accuſat. l.3. §. quod autem, ff. quod quiſque iuris,* & ibi *Caſtrenſ. idem Bart.in l.1. ff.de priuatis delictis, Abb.in cap.fin.de ſepulturis,* & ponderatur etiam *tex. in l.2. §. item Diui fratres,ff.de iure fiſci.*
113 Sed Regia Iuncta contrabannorum, fiſco inſtante, procedit criminaliter, & ad publicam vindictam, cõtrà inquiſitos, nedùm fraudati vectigalis, ſed illicitarum extractionum,contrà quos, vltrà pœnam commiſſi, per Regias Pragmaticas ſunt inflictæ pœnæ, nedùm pecuniariæ, ſed corporales,relegationis nimirum,vel triremium, & contrà nonnullos, etiam mortis, & contrà Barones ſuſpenſionis iuriſdictionis,& cum inquiſitis fiunt compoſitiones, ſiue tranſactiones de dubio
114 criminis ſtatu, pro quantitate pecuniæ pro patrato crimine oblata, vt aduertit *Mauſon. de contrabann. quæſt.16. nu.4. 5. 20.& 26.*cuius dicta non tranſcribo;quas
115 pecuniarum quantitates ad fiſcum pertinere, non eſt ambigendum; ſiquidem ſuccedunt in locum pœnæ legalis, & ſtatutariæ, & eius vice fungi debent, *l.ſi donatæ,§.1.ff de donat.inter vir.& vxor.Pariſ.de ſindic.in verb.compoſitio cap.5 nu.5.*

quæ

Digitized by Google

116 quæ, vel quia reſpiciunt publicam vindictam,& conſtituunt iudicium criminale, vt dixi, *ex Bart.in l 3. ff. de ſepulchro viol. Alber. & Salic.in l.1. C.eod. Peregr. de iure fiſci tit.8.de mulctis, & pœnis n.8.*

117 vel quia expreſsè pœnæ pecuniariæ pro crimine inducuntur, quale eſt fraudati vectigalis, *d. l. fraud. & l. commiſſa. ff.de public.& vectigal. l.1.ff.de his,quæ pro nõ ſcriptis habentur*, ſemper ad fiſcum pertinent, vt *in tit.ffff.de priuatis delictis,de furtis, & de vi bonorum raptorum, & l.*

118 *fin. §. fin. ff. de iniur.* vel quia quando ſtatutum pro aliquo facto pœnam imponit, ſi non exprimit, cui ſit applicanda, pertinet ad fiſcum, *Bart. in l.Agraria, ff. de term.mon. Afflict.in cap.1. quæ ſint regalia,in verbo vectigal nu. Peregrinus de mulctis, & pœnis nu.5. Roſenthal de feudis concluſ.50.de regal.*

Et ſi attendimus verba pragmaticarum, has pœnas reſpectiuè imponentiũ, parum remanet dubitationis, quando quidem reſpectu Arrendamenti ſerici, *in pragm.* 25. anni 1628. confirmata *per*

119 *pragm.37.*anni 1644. *ſub tit.de extract.* contrà non reuelantes ſericum, nec ſoluentes diricțus imponitur pœna, vltrà commiſſum ſerici, & contrà detentores duc.decem pro qualibet libra, & hæc pœna, hoc in caſu eſt repartienda inter Fiſcum, & Arrendatorem,deducta quarta parte debita reuelanti, cuius Capituli vigore, & eo in caſu proceſſerunt diuiſiones, quæ hactenus factæ ſunt, vt aſſeritur.

120 Sed in cap. ſequenti,in quo agitur de extractione ſerici, quod eſt delictum ſeparatum, & alterius generis, vt habetur *in tit. C. quæ res vendi non poſſunt*, vltrà pœnas commiſſi, imponitur pœna duc. decem pro libra, & annorum decem ad triremes,& relegationis ignobilibus, vel nobilibus reſpectiuè,ac Baronibus etiam ſuſpenſionis iuriſdictionis; harum pœnarum tranſactiones nullo modo prætendere poſſunt, nec in toto, nec in parte Conſignatarij dictæ gabellæ, quia fiſci commodo cedere debent, ex iuribus, & authoritatibus ſupra allegatis; lex enim, & ſtatutum loquens in caſibus diuerſis, diuerſimodè diſpoſuit, & vbi noluit, non dixit, argum.*tex.in l.vn. §. ſin autem, C. de caduc. toll.*

121 Reſpectu verò Regiæ Dohanæ, ſiue maioris Fundaci *in pragm.27.ſub tit. de extract. de anno* 1635. contrà fraudantes diricțus, & contrauenientes capitibus eiuſdem pragmaticæ,vltrà pœnam commiſſi mercium, imponitur pœna valoris illarum, animalium, & nauium, applicanda Regiæ Curiæ, & dictis Gubernatoribus, deducta parte reuelantis, & additur etiam pœna triremium, & relegationum,ignobilibus,vel nobilibus reſpectiuè, idemque fuit diſpoſitum, *in prag.* 38. anni 1644.

122 Et reſpectu dohanarum Apuleæ idem diſponitur *in pragm.*39. anni 1644.

123 At reſpectu Arrendamenti extractionis olei, *in pragm.44.ſub eod.tit.* lata ſub die 11. Aprilis 1647. imponitur pœna mortis Dominis Nauium, & Nautis annorum decem triremium, & Dominis olei onerantibus,vel onerare facientibus naues prædictas contrà vetitum, vltra olei, & mercis amiſſionem duc. decem pro quolibet ſtario olei,& nobilibus,vel ignobilibus pœna annorum decem relegationis, & triremium reſpectiuè, & Baronibus ſuſpenſionis iuriſdictionis.

Cuius reſpectu facțę tranſactiones,vel faciendæ, tàm pro pœna ducatorum decem pro quolibet ſtario, quàm pro pœnis corporalibus, omninò Fiſci tantùm commodo cedere debent, quia vt dixi, cedunt loco pœnæ legalis, corporis afflictiuę,vel pecuniariæ,deſcendentis ex delicto, quæ in dubio Fiſci commodo cedit, & Fiſcus in his tranſactionibus, ſiue compoſitionibus ius tantum ſuum remittit, attento dubio ſtatu cauſæ, nec lędit

124 ius partis pro intereſſe ciuili, quod nihil commune habet cum crimine, *l.ſi docueris,ff.de falſis, Paris de Puteo, vbi ſupra cap.7. num.* 12. qui Conſignatarij attento facto, & dubijs probationibus ferè nihil ciuili iudicio (vbi plenæ probationes requiruntur receptæ parte citata) conſequi ſperare poſſunt, ideòque non eſt, de quo conquærantur; hæc breuiter ad tuitionem iurium Regij Fiſci adducere volui, ſub cenſura Dominorum iusdicentium, quibus omnia ſubmitto, vt corrigant, vt addant, iuxtà libitum propriæ voluntatis.

De

De Naui onerata frumẽtis, quæ ex vi ventorum appulit extrà Regnũ, quando quis excuſetur, vel non à crimine.

§. VI.

SVMMARIVM.

1. NAui, vi tempeſtatis appulſa extrà locum deſtinatũ, excuſatur quis, neque tenetur ad pœnam delicti extractionis, nu. 2. etiã ſi ibi vendiderit merces, nu. 3. & de ratione, nu. 4.
5 Voluntas coacta nõn dicitur voluntas.
6 Vaxellum ſi ex vi tempeſtatis à portu delato recedat, quando teneatur ſoluere, diſtinguit ritus R.C.
7 Tempeſtatis vis æquiparatur incurſui latronum.
8 Impedimento ſuperueniente excuſatur promiſſor ab obligatione, & pœna.
9 Naufragium probari debet per teſtes in loco viciniori, & duo teſtes ſufficiunt, nu. 10. etiam abſque partis citatione, n. 11. & incompetentia Iudicis dictum actum non impedit, nu. 12. & nulla ſolemnitas Iuris Ciuilis requiritur, n. 13. contrarium diſponitur in iudicio ordinario, nu. 14.
15 Pauli Pepe inquiſitio in Iuncta contra bannorum.
16 Extrahendi animus, & conſenſus ex quibus colligatur.
17 Dolum arguunt expreſſio falſarum qualitatum, & mendacia.
18 Simulatio falſi procuratoris, dolum, & delictum arguit.
19 Faciens per interpoſitam perſonam illud, quod ſibi eſt prohibitum dolum arguit.
20 Delinquentis animus ex geſtis antè, & poſt delictum dignoſcitur.
21 Extrahens ſi repertus fuerit in via, & antequam peruenisſet ad locum prohibitum, an ſit puniendus.
22 Teſtes de naui, quando ſunt participes delicti extractionis, nullam fidem faciunt.
23 Naufragium, ſiue caſus aduerſus ſummariè probatum fiſco non citato, ei non præiudicat, quando agitur ad excludendum delictum.
24 Teſtes inueriſimilia deponentes, falſi reputantur.
25 Scientes puniuntur in delicto extractionis frumenti.
26 Præſumptiones enumerantur, quæ extractionis delictum excludunt.
27 Dolus non præſumitur, quando aliquid palàm fuit factum.
28 Lucri cauſa præſumitur extractio facta, quæ ſi ceſſat, excluditur delictum.
29 Cauſæ defectus delictum excludit.
30 Nobilitas, & integritas inquiſiti delictũ excludit.
31 Præſumptiones pro reo elidunt præſumptiones, aut indicia, ſi quæ adeſſent pro fiſco.
32 Præſumptio excludens delictum, dicitur propria animi nobilis.
33 Teſtes familiares, domeſtici, aut inhabiles ad defenſam, à reo producti, præualent dicto teſtium pro fiſco.
34 Mandatum, vel ratihabitio non probat gaudere de delicto; niſi probetur antecedens factum, quod eius nomine patratum ſit.
35 Poſſibilia magis ſunt præſumenda, quam ſuſpicio ad inducendum delictum.
36 Nauis Dominus præponens magiſtrum ad certam nauigationem, non obligatur, ſi aliter fecerit magiſter.
37 Procurator ex quocumque mandato non poteſt obligare principalem criminaliter.
38 Falſi crimen tria requiſita requirit, etſi omnia tria non exiſtant de crimine falſi, diſceptari nequit, nu. 39.
40 Suppoſitio perſonæ, vt aliquid faciat, quod illi nõn ſpectet, non ſemper eſt delictum, præcipuè quando non animo calumniandi fit, ſed ad proprium damnum euitandum.
41 Dolus excluditur, ſi interponens perſonam ſuppoſitam crediderit ſibi licuiſſe, & nu. 42.
43 Falſum nõ dicitur, quod iuuatur primordio veritatis, & quando aliquo tempore fuit verum, ſed mutatum, vel nouatum tempore diſpoſitionis.
44 Falſi crimen excuſatur, quando adeſt aliquid admixtum veritati.

45 Falſi

Digitized by Google

45 *Falſi crimen conſtituitur ex mutatione veritatis, quæ tribus modis fit, & qui ſint, & quis ex illis falſitatem concludat, n.46. & quis ex illis ſimulationem, nu.47. & quis neque falſitatem, neque ſimulationem, nu.48.*

49 *Dolum ad conſtituendum crimen falſi debet eſſe malus, nu.51. & 53. neque fraudandi animus, ſufficit, nu.52.*

50 *Falſarius non dicitur omnis mendax.*

54 *Dolus euaneſcit, quando omnia, quæ proceſſerunt, fuerunt Iudici patefacta.*

55 *Dolus excluditur, quando actus fit palàm coram omni populo, & manifeſtè, nu.56.*

57 *Dolus excluditur ex quacumque credulitate, aut iuſta, aut erronea.*

58 *Dolus non præſumitur in eo, qui facit id, ad quod faciendum inuitabat rumor, & fama, & quare, nu.59.*

60 *Neapolitani Ciues non ſoluunt diritus dohanæ pro extractione, quæ fit pro quacumque parte Regni.*

61 *Extrahens res pro uſu, & graſſia huius Ciuitatis Neapolis non tenetur ſoluere diritus dohanæ.*

62 *Deciſio Regiæ Iunctæ in cauſa Pauli Pepe.*

De Naui onerata frumẽtis, quæ ex vi ventorum appulit extrà Regnũ, quando quis excuſetur, vel non à crimine.

§. VI.

1 TVtus quis euadit pœnis, aduerſus extrahentes contrà deuetum indictis, ſi nauis frumento, aliiſque mercibus onuſta Neap. vel alio permiſſo loco deſignata, vi tempeſtatis in locum vetitum appulit, *tex. eſt in l. Cæſar, & l. fin. §. ſi propter neceſſitatem, ff. de public. & vectigal.* ibique cauetur hoc in caſu nullum

2 poſſe conſiderari delictum; proindè nec teneri ad pœnas contrà illicita extrahen-

3 tes; imò ſi exonerauerit merces, ibique vendiderit immunis, quoque redditur à ſolutione gabellæ, *l.1. vbi gl. & Bart. C. de naufrag. lib.11. cit. l. Cæſar. & l. fin. §. ſi propter neceſſitatem, ff. de public. & vectigal. Franciſcus Marcus deciſ.289. n.12. par. 2.* idemque perbellè confirmat *Reg. Galeot. controu. 46. & 47. lib. 1.* vbi ſatis abundè probat, quod ſi nauis coacta venit in portum, non ex cauſa commercij, etiam ſi exoneraſſet, & merces vendidiſſet, cum illa exoneratio, & venditio conſideretur tanquam ex cauſa neceſſaria, fiſco ius aliquod non competit, & inter cæteras, quas glomerat rationes, inquit, quod quilibet fortuitus caſus mercato-

5 res excuſat, & voluntas coacta non dicitur voluntas; Hoc pariter diſponit *rit.*

6 *R.C. in §. vaxellum ſub tit. de fundic. flagell.* vbi ſi vaxellũ vi tempeſtatis ad portum Regni delatum, ceſſante tempeſtate recedat, nihil ſoluit; verùm ſi ex libera voluntate, ac ſpontè ſedata tempeſtate nullo iuſto impedimento detentus remanere voluerit in eodem portu, quidquid præſcriptum eſt, ſoluere debet. Idemque pluribus deciſionibus confirmatur, de quibus fateor *in reſp.37. tom.1.* & plura ad ornatum dicti ritus tradit *Andr. in add. in verſ. ſed in prædictis, Reg. Galeot. contr.46. nu.6.*

Imò hoc pariter eſt, ſi propter timorem hoſtium, vel piratarum appulſus fortiatur, ſic ex *tex. in d. l. fin. §. ſi propter neceſſitatem, ff. de publican. & vectigal.* tradit *Angel. & Bart. in l.1. C. de naufrag. lib.11.* Non enim tenetur nauis tali timore ducta portorium, vel datia exoluere ſequuntur *Petr. de Rauenn. ſing.861. Sur. conſ.239. lib.2. Ferrett. de gabell. nu.115. to.12. tract. Dynus in l. contractus n.83. de reg. iur. Marſill. Laudenſ. tract. de fiſco quæſt.171. Bald. conſ.198. lib.2. Alex. conſ. 7. vol.3. Stracc. de mercatur. tit. de nauib. par.2. nu.26.*

7 Exploratum eſt enim, vt vis tempeſtãtis, quemadmodùm latronum incurſus ab omni promiſſione, & obligatione cẽſeatur remota, *l. fin. §. ſi propter neceſſitatem, ff. de publican. l. ex conduct. §. ſi vis tempeſtatis, ff. locat. Sebaſtian. Medic. de fortuit. caſib. par.2. c.3. nu.4. Reg. Galeot.*

8 *contr. 46. nu.28.* ſubdens, obligationem pœnalèm non ligare promittentes ex difficultate, & impedimento ſuperuento, nec ſtipulationem committi, facto non adim-

adimpleto coactione necessaria, ad idem est *tex. in l. fin. §. idem iuris, ff. ad leg. Rhod. de iactu.*

9 Obligatur autem magister nauis, Iudicem Prouinciæ, vbi casus successit, adire, & apud eum testibus probare finistrũ euentum; nimirùm nauem vi ventorum, & maris impetu deiectam fuisse in loco non permisso, ità *Bar. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. Luc. de Penn. in l. 2. & 3. C. cit. tit. Abb. Felin. & Dec. in c. 2. de testib. Gabriel. concl. 1. de testib. nu. 36. Farinac. de testib. quæst. 72. nu. 53.* vbi alios copiosè coaceruat *Reg. Capyc. Latr. decis. 60. nu. 4. Reg. Galeot. contr. 36. & 37. lib. 1. Ego resp. 34.*
10 *nn. 2. 3. & 4. tom. 1.* Satis tamen est in hoc duorum testium depositio, vt legitimè casus aduersæ fortunæ probatus dicatur,
11 *l. 3. C. de naufrag. lib. 11.* nec partis citatio exposcitur; neq; Iudicis incompetentia huiusmodi actum impedit; sufficit .n.
12 vt petat Iudicem loci vicini, vbi casus euenerit, ità *Bart. in d. l. 3. C. de naufrag. lib. 11.* sicq; decreuit *Rota Genuæ decis. 3.*
13 *nu. 17.* Imò nulla solemnitas Iuris Ciuilis requiritur, *Lucas de Penn. in l. 2. C. cit. tit. Marsil. sing. 24. Rebuff. in l. 2. C. de naufrag. lib 11. Reg. Capyc. Latr. decis. 60. Ego resp. 34. nu. 3. & 37. vol. 1.*

14 Hoc tamen fallit, si versatur in iudicio ordinario, in quo naufragium, vel ventorum impetus debet constare legitimis, & concludentibus probationibus; cum probationes in loco naufragij exaratæ, instante magistro nauis, nullam fidem faciant in tali iudicio ordinario, *Alex. in l. à Diuo Pio, §. & si super rebus nu. 7. & in l. sæpè nu. 81. ff. de re iudic.* & ità pronunciauit *Rota Genuæ decis. 3. nu. 3. vers. verum ego, & nu. 9.* idemque firmaui *in resp. 28. nu. 13. to. 1.*

Quodq; nunquid præcipuum sit, quando agitur criminaliter, & tractatur excluso probati delicti extractionis; tùnc vtrum nautæ, alijque testes de naui concludenter probent casum aduersæ fortunæ, itaùt extrahens cæterique complices pœnis statutis non feriantur?

15 Accidit huiusmodi contentio retrò elapsis annis inter Regiũ Fiscum, & Paulum Pepe modo defunctum; etenim quidam Baccius Bandinelli Procurator, & complementarius dicti Pauli, & Lactantij Ledaldi de mense Aprilis 1655. onerauit nauem nuncupatam *S. Paulo, & S. Antonio* frumẽti sub nomine Petri Gentilis, & cum mandato expedito per Regentem officium Portulani, quo permittebatur dicto Petro, & pro eo Iulio Calzolaio ipsius Procuratori extractio huiusmodi, in computum curruum 800. frumenti per Regiam Cameram de mense Iulij 1655. extrahi permissorum, cum cautione de illos exonerandi Neap. sub pœna dupli, vltrà tractam, & medietatem impositionis quinque pro cẽtenario; cumque Baccius huiusmodi cautionem præstiterit, discessit nauis prædicta à portu Barlettæ, & Venetias appulit, ibique frumentum exposuit.

Propterea fuit formata inquisitio contrà Baccium, Lactantium, magistrum nauis, aliosque complices; ac præcipuè cõtrà Paulum, aduersus quem ad duo reducebatur capita, quorum Primum de contrabanno modiorum tritici 7056. à Ciuitate Baruli extrà Regnum. Alterum de falsitate commissa tempore onerationis; siquidem ipse Paulus mandauit onerari nauem frumento, ipsique pertinebat, & oneratio facta fuit sub nomine Petri Gentilis, & pro eo Iulij Calzolaio sui Procuratoris, quando Petrus Gentilis nesciebat aliquid de tali facto, neque Iulius Procurator Petri erat Baruli, tempore quo oneratio prædicta suo nomine facta fuit.

Inquiebat fiscus, hęsitari non posse, vt
16 sit Paulus debitis pęnis contrà extrahentes præscriptis plectendus, cum constet consensus, animus, & machinatio eiusdem Pauli extrahendi dictum frumentũ per Venetias; dùm dolosè supponitur nomen Petri Gentilis, & illius Procuratoris licèt absentis, omissa legitima licentia, *Grauett. cons. 288. nu. 8. Menoch. præs. 3. nu. 54. lib. 5.* nàm expressio falsarum
15 qualitatum, & mendacia in obtinendis expeditionibus dolum arguunt, *l. si quis affirmauerit, §. 1. l. quod venditor, l. & eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dolo,* si-
18 mulatio falsi Procuratoris arguit dolum, & delictum, *l. falsum, §. si quis, ff. de furt. l. falsus, C. eod. tit. Decian. cons. 32. nu 29. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 531. n. 19. & 26. Menoch.* alios allegans vbi supra
19 *nu. 53.* & dolosus præsumitur, qui illud quod sibi est prohibitum, facit per inter-

Digitized by Google

poſitam perſonam, *l.ità tamen, §.geſſiſſe, ff.de admin.tut.Caſtr.in l.ſi is qui bonis, ff. de acquirend.hared. Maſcard. vbi ſup. nu.* 127. & qui rem prohibitam facit, dolo facere videtur, *l. tutor, qui repertorium, §. dolo, ff. de adm.tut. l.dolo, ff.ad leg.falc.Farinac.in prax.crim.par.*3. *quaſt.*89. *nu.*92. *Menoch. conſ.*98. *nu.*30. & animus delinquendi ex hoc colligitur, *l.* 1. *C. de dolo, Farinac.vbi ſup.quaſt.*18. *nu.*71. *quaſt.*80. *nu.* 77. *& ſeq.*

30 Idemque confirmatur ex euentu, nàm frumentum fuit Venetijs cuidam Seminiati Senatori tradìtum, cum quo Paulus rationes, & computa habebat, à quo pretium recepit, animus enim detegitur ex his, quæ anteà, vel poſteà geſta ſunt, *l.ſi ſeruus plurium, §.fin.ff.de leg.*1. *§.pauonum inſtit. de rer.diuiſ. Dec.conſ.*11. *nu.*1. *Cacher.deciſ.*71. *nu.*33. *Surd.conſ.*540. *nu.*44. & alij quos allegat *Barboſ. tract. variar. axiom.*27. *nu.*4. *&* 5. & plus factis, quam verbis demonſtratur, *l.*1. *§.fin. ff.de dolo, Grau.conſ.*13. *nu.*2. *Maſcard.concl.*95. *n.*1. *de probat.to.*1. *Farinac. pract.crim. q.*89. *nu.*78. & fortiora ſunt ad illum detegendum, quam verba *l.certum, ff.ſi cert.petat. l.fin ff. de diuor. c. exiſtimant* 12. *quaſt.*3. *Ceſul.conſ.*77. *n.*2. *& conſ.*96. *nu.*27. *lib.*1. *Seraph.de priuileg. iuram.priuil.*1. *nu.*57. *& ſeq.*

Imò conferunt, quæ in fortiori tradi-
21 dit *Salic. in l.*3. *C.de naut. fœnor.* qui loquens de extrahente frumentum, & reperto in via, antequam locum prohibitũ fuiſſet ingreſſus, quærit, quid ſi neget, quod extrà territorium erat portaturus, & reſpondet, his verbis: *Per teſtes, quibus prædixerat, vel ſi ſit deprehenſus iuxtà confines, vbi nullus erat vltrà habitator, ad cuius domum portare potuiſſet, vel ſi erat, non affirmat ſe portare ad domum illius, vel ſi affirmet, ille alius neget, & ſi fortè erat molendinum in partibus illis, ad quod portare aſſerit pro macinando, conſiderandum eſt, an ſeruet iter rectum, & communiter viſitatum, conſiderato loco, à quo initianit; nàm qui iter conſuetum non ſeruat, præſumitur contrà deuetum, ſeù prohibitionem facere; l. qui fiſcales, C.de nauicul. l.*10. *l. ſi quis, C. de curſ.publ. l.*12. *l.non ſolum, §.annis, ff.de excuſat.tutor.* & hoc antè *Sal.* tenuit *Bar. in d. l. qui fiſcales,* & conferunt DD. ſupra enucleati in quinto priuilegio.

22 Hinc ſuccedit, quod nautæ, & reliqui teſtes de naui, naufragium aſſeuerantes, in iudicio criminali nullam fidem faciũt, tanquam participes delicti, vel ſaltim ſuſpecti, vt apertè conſtituitur *in cap.* 220. *conſulatus maris,* & egi *in reſp.*28. *nu.*12. *tom.*1. eò fortiùs, quia tractatur excluſio probati delicti, & probationum fiſci, quæ tendunt, nedùm ad probandum caſum, ſed circumſtãtias, & caſum, nempè quod à principio animus extrahendi Venetias, adfuerit etiam in nautis, qui contrabannum coadiuuarunt, & quando extractio fuit à principio facta malis artibus, & ſine licentia, procedunt allegata *per Bertaz.cõſ.*348. *n.6.* vt ſcilicèt huiuſmodi teſtimonijs nulla ſit fides adhibenda, *Dec. in cap.in nomine Domini nu.*52. *de teſtib.* quem ſequitur *Farinac.de teſtib.quæſt.*72. *num.*55.

23 Prætereà teſtimoniale in loco aſſerti naufragij confectum, euidens periculum autumans, exiſtimatur præcogitatum, vt ſimulato facto, in remotis partibus verificato, fiſco non citato, occultaretur delictum, *c.ſuper eo il primo, c. teſtimonium de teſtib. ibid.Felin.nu.*8. *Gramat.conſ.*24. *nu.*25. *Farinac. de teſtib. quæſt.*56. *art.* 3. *nu.*126. *&* 188. *c.*2. *de teſtib.l.ſi quando, §. ſed cum oportet, C.de teſtib.*

Accedat prædictis, quod ex depoſitis per eundem inquiſitum reſultat maxima inueriſimilitudo, nàm affirmat, proùt & conſtat, Venetijs fuiſſe frumentum venditum pretio currenti, ſinè aliqua diminutione, & quo pacto hoc euenire potuit, ſi frumentum calamitate tempeſtatis madefactum erat, quemadmodùm teſtes
24 depoſuerunt, certè alterum de duobus erit verum, vel naufragium non adfuiſſe, vel dato pro vero naufragio frumentum per Venetias antecedenti tractatu ibi habito ad publicum pertinebat, & conſulto fuit extractum, quarè ſi inueriſimilia deponũt teſtes, Rouingni accepti, falſi reputantur, *Abb.in c. quia veriſimile in fin.de præſ. Dec.conſ.*94. *Gram. deciſ.*103. *nu.*78. & illis credi non debet, *Curt.iun. conſ.*17. *nu.*6. *Grauett.conſ.*134. *num.*137. quæ enim inueriſimilia, ſunt falſitati proxima ſunt *Bald. in l.*2. *col.* 3. *C. de ſeru. fugitiu. Grauett.conſ.*61. *nu.*9. *Tiraquell. in l. ſi vnquam in princ.nu.*40. *C. de reuocand.*

Digitized by Google

cand.donat. Mascard. concl. 740. *num.*35. *tom.*1. *de probat.Casanat.cons.*39.*nu.*65.

25 In contrarium autem nonnulla congerebat inquisitus,supponens, vt aliquis de contrabanno, & prohibita extractione inquiri possit,nõ sufficeret probare,quod alter extrà Regnum transtulit rem prohibitam, quam ipse onerare fecerit intrà Regnum; nisi probetur mandatum, vel saltim consensus,vt alibi transferret,absque quo non potest esse delictum alterius, quam extrahentis sinè sua voluntate, ità *eadem pragm.*20. *de extract.* concludit pro omnibus, *Che scientemente esequissero simili estrattioni*; & omninò sic de iure erat, ad cumulata *per Reg. Rouit.in prag.*10.*de extract.n.*22.*& Bald.in l.vnic.C.de rector.Prouinc.* quæ quidem cum sint facti, maximè ad inducendum delictum,non præsumuntur, *l.creditor*,§. *Lucius.ff.mand. gl in c.ne quis arbitretur* 12. *quæst.*2. *Marsc. cons.* 2. *ver. & adduci potest, Gabr. comm. opinion. lib.*7. *concl.*2. *nu.* 10. *&* 15. *Marsc. iterum in rub. de fideiuss.nu.*63. *Mascard.de probat.lib.*2.*conclus.*1093. *nu.*7.*Bertaz.cons.*76.

26 Consensus autem in præsenti themate excluditur, quia nauis prædicta stetit in plagia Baruli per tres menses continuos coram omni multitudine, hic enim non est modus, quo contrabanna fiunt, quorum assecłæ sunt sollicitudo, operimenta, tenebræ, latibulę, & loci petitio magis occulti; vndè benè congruit regula *tex. in l.vlt.ff.de rit. nupt.* quod si res

27 de per se omninò prohibita, & absque excusatione palàm fiat, præsumitur magis errore, quam dolo facta, sequitur *Menoch. de arbitrio cas.*244. *& de præs. l.*5.*cap.*19.*nu.*8. dicens, præsumptionem hanc iuris, & de jure esse,aduersus quam probationem non dari.

Insuper pretium tritici in Ciuitate Ve-

28 netiarum veniret ad rationem carolenorum 13. pro modio, & hic Neap. valebat carolenos 14.& 15. propterea sequitur,non posse præsumi fuisse transmissum dictum frumentum Venetijs ex proposito, quando absolutum est in iure, non præsumi delictum; imò potiùs omne incontrarium, si causa lucri, & magni lucri non adest manifestè; pro quo lucro, & non alia causa potest dici illud factum, quod prætenditur,vt sentijt *Farinac.cons. crim.*60. *nu.*58. *post Hym.cons.*75. *nu.*13. *& cons.*319.*nu.*10.*Rol.cons.*38. *lib.*1. *Dec. cons.* 78. *nu.*7. *Aret. cons.*80. *nu.* 6. *Ruin. cons.*1.*nu.*3. *&* 4. *lib.*5. *Siluan.cons.*7.*n.*9. *Alciat.præs.*16. *reg.*3.& hic faciunt communes regulæ,nunquam concludere non

29 solùm præsumptiones, quin etiam probationes pro delicto,aduersus vnicam in contrarium defectus causæ, scilicet lucri in casu nostro, *Bald. in l. clarum nu.*4. *C. de author.præst. Foller.in pract.crim. ver. etsi confitebuntur in* 2.*p.* 3.*p. nu.*22. *Menoch. de præsumpt. l.*1. *cap.*86. *num.*17. & non sufficit lucri causa modici idem *Menoch.l.*5.*præsumt.*20.*nu.*48.

Accedat prædictis alia præsumptio,

30 quæ resultat ex probata integritate, & nobilitate inquisiti, quæ non leuis est ponderis, ad cumulata per eundem *Menoch. præsumpt.*24. *lib.* 5. *num.*5. ceteros adducentem.

Has, & alias præsumptiones pro reo

31 elidere presumptiones,coniecturas,& indicia, si adessent pro fisco, fuit doctrina *Bart.& DD.in l.nõ solum*,§.*sed vt probari,ff de nou.oper. nunciat. Boss.in tit. de conuict.nu.*59.*Neuiz.in silua lib.*11.*cap.*3. *nu.*66.*Mascard.de probat.to.*2. *concl.*864. *nu.*3. *&* *concl.*1224. *nu.*3.*tom.*3. maximè

32 coram Iudice, & Tribunali Supremo, quia præsumptio excludens delictum, dicitur propria animi nobilis, *Alex.ad Bar. per illum tex. in l. meritò, ff. pro soc. Dec. in c.*1. *nu.*48. *de off. deleg.* Et pro reo ad

33 defensam testes etiam domestici, familiares, & alij inhabiles præualent dicto testium pro fisco, *Vulpell. cons.* 66. *nu.* 8. *Dec & Ias.in l.vt vim.ff.de iust.& iur. & alijs per Almont.Ciazz.in discept.crim.ad reor.def. c.*1.*per tot.*

34 Quinimò ex ratihabitione non probatur mandatum, nisi probetur antecedens factum, quod eius nomine delictũ patratum sit,ad notata *per gl.in l.*1. §.*deiecisse, ver.ratum habuere, ff. de vi armat.*

36 & ea quæ sunt possibilia magis præsumenda, quam quod suspicatur ad inducendum delictum *ad tex. in l. meritò, ff. pro soc. Peregr.decis.*9.*nu.*2.*Merlin.contr.* 86. *nu.*3.*lib.*1.

36 Hinc aiebat Paul. inquisitus, quod ex prædictis non dumtaxat constat,eius mãdatum abesse,sed consensũ deesse:&Dominus nauis præponens magistrum ad

Digitized by Google

certam nauigationem, determinatumq; iter, non obligatur, ſi aliter fecerit, & diuerſam nauigationem exercuerit, vt tradidere *ex l.1.§.propoſitio,ff.de exercit. act. Affl.deciſ.82. nu.9. Stracc.de mercat. tit.mand. nu.15. Io: de Heuia in laberint. commer. naual. c.4. nu. 19. in fin. egomet not.15. nu.46. poſt to.2. reſp.* ideò ad pœnas contrà extrahentes extrà Regnum in pragm. exaratas, non tenetur, eò fortiùs quia nauis ventorum, & maris impetu, deiecta fuit in loco nuncupato Roiugno territorij DD. Venetorum, vbi non erat in ſtatu proſequendi iter deſtinatum Neapolim, ſtante quod ipſa nauis vi tempeſtatis aquam vndique capiebat, antennam magiſtram perdiderat, & ex omni parte egebat refectione, vndè conſilio habito cum nautis concluſerunt, neceſſarium petere primum locum, vbi eſſet modus, & materiale dictæ refectionis, qui non erat, niſi Venetijs, ibique neceſſitate ducta appulit nauis prædicta, & adito Iudice loci teſtimoniale dedit caſus, examinatis omnibus dictæ nauis Officialibus, & nautis, qui iuramento factum tempeſtatis,& ſtatus miſerabilis eiuſdem nauis depoſuerunt, quod teſtimoniale plenè probat caſum tempeſtatis, *ex l.3. C.de naufrag.*

Præterea in hoc puncto affertur, fideiuſſionem præſtitiſſe Baccium Bandinelli, ipſumque ſe obligaſſe de immittendo frumento Neap. ſub pœna dupli vltrà reliquas; vndè non poteſt contrà Paulũ proſequi duplum, & ab eo petere pœnas, niſi agendo ciuiliter, quod Baccius fideiuſſionem fecit de mandato Pauli, vel vti eius Procurator; cùm ergò Procurator
37 ex quocumque mandato nõ poteſt obligare principalem criminaliter, *ad tex. in l.ſi Procurator,*& ibi *DD.ff.quod quiſquis iur.* vbi *Curt.iun. Rebuff.de ſentent. exequut.art.7.gl.13. Suarez.comm.opin. ver. Procurator, & alij per Magon. dec. luc.* 51. reſultat itàq; Paulum moleſtandum non fore.

38 Neque de crimine falſi idem Paulus inquiri poteſt, ſi quidem iuris indubitati eſt tria copulatiuè requiri ad cõſtituendum crimen falſi, ſcilicet mutatio veritatis, dolus notabilis,& ingens intereſſe partis, vt diffusè habes *per Farinac. de falſ. quæſt.*150.*n.*336.*&* 338. vndè ſi non
39 omnia iſta tria exiſtant, de crimine falſi diſceptari nequit, idem *Farinac. loc. cit.* congerens *Grauett.conſ.*75. *n.*18.*& conſ.* 319. *num.* 13. *Ruin. conſ.* 8. *in fine l.*4. alioſque.

Hic autem non vnum, ſed omnia requiſita deficiunt, nàm primum non concurrit, vt patet ex ſequentibus. Primò, quia ſuppoſitio perſonæ, vt aliquid fa-
40 ciat, quod ſibi non ſpectat, ſed alteri, nõ ſemper eſt delictum, nec res prohibita, imò aliquando permiſſa, & iure ordinata, quando non animo calumniandi, ſiue damnum alteri faciendi, ſed quia aliter proprium damnum euitari nõ poſſet, manifeſtato hoc Iudici, qui id permittere debet, *tex.eſt notab.in l. at qui natura,* §. *cum me abſente, ff. de neg. geſt.* vbi ad multa inferunt *DD.* & ibi *gl. ver. committat, ver quomodò iurabit,* vbi allegat *tex.& gl.in l.ſi quis de libertate, ver. neque id propter euictionem, ff. de iniur.* & optimè *Alber.in l.dolum poſt nu.*3. *C. de*
41 *dolo malo,* dicens, excludi dolum ſemper quod interponens aliam perſonam ſuppoſitam, credidit ſibi licuiſſe.

Quorum iurium diſpoſitio ità applicatur in caſu, de quo agitur, nàm Petrus Gentilis, dùm alia fecerat oneramenta tritici per ſuum computum, promiſerat
42 ex cõuentione hoc facere, dilatio autem data per eum, erat periculoſa, & præiudicialis, ideò ſuppoſitio non fuit cum dolo, etiam tacita veritate, faciunt notata *per Bal. in d.* §. *cum me abſente in* 1. *lect. nu.*7.

43 Secundò, quia non poteſt dici falſum, id quod iuuatur aliquo primordio veritatis, & quando aliquo tempore fuit verum, ſed mutatum, vel nouatum tempore diſpoſitionis, *tex.*eſt rotundus *in l. cũ filius,*§.*hæres meus,*& ibi *Bar. Imol.& Alber.de Roſat.ff.de leg.*2.*Gram.cõſ.*30.*n.*12. *Corn.conſ.*26.*nu.*15. *Grau. conſ.*46. *nu.*8. *Menoch.conſ.*221. *nu.* 18. *& de præſ. l.*5. *c.*20. *nu.*53. *Marſ.ſing.*35. *Foller.in pract. crim. ver. item quod commiſit falſitatem nu.*35. *Iul.Clar. in* §.*falſum, ver. præterea excuſatur nu.*45. *Seſſe deciſ.Aragon.* 109. Ità eſt in caſu, de quo tractatur; ſiquidem negari non poteſt, de præterito domum Anzaldi, & Pepe cõtinuò oneraſſe triticum Baruli per Procuratorem Calzolaium Petri Gentilis, cum quo,& Paulo

loeadem conuentio fuit pro isto oneramento,& idē Gentilis promisit facere nouā procurationē, ergò in hoc facto multæ fuerunt mixturæ veritatis,vndè Paulo imputare ex hoc falsum contrà omne ius erit, & *Gram.in d.conſ.30.in fine ex Paul.*
44 *de Caſtr.* concludit, quod aliquid admixtum veritatis excusat à falso.

45 Tertiò ex notab. doctrina *Bal. in l.ſi ex cautione in 1.quæſt. C.de excep.non numer. pecun.* quem ad hoc refert, & sequitur *Reg.Rouit. in rubr. prag. de falſ.* quod scilicet mutatio veritatis tribus modis
46 fit. Primò, quando cōcurrit mens, & verba, siue actus ipse cum veritate, & hæc est illa, quæ requiritur pro vno ex tribus requisitis ad constituendam falsi-
47 tatem. Secundò, si concurrit mens cum veritate, non autem verba, & opus, quæ sunt contraria, tùnc ista mutatio inducit simulationem, non falsitatem. Tertiò,
48 quando mens concurrit cum veritate, verba tamen,vel actus est secundum veritatem, tùnc non est, neque falsitas, neque simulatio, quam doctrinam exornant, *Seſſe deciſ.Arag.* 109. *nu.*5. *Muta in prag. Sic. tom.*1. *tit.*35. In casu isto Paulus quando ordinauit onerari nauem, licèt actu, vel verbis mutasset, quod erat, quia triticum erat suum, dùm onerabatur Baruli, at mente non discessit à vero, tùm quia Petrus Gentilis hoc promiserat, tùm quia triticum hic Neap. ad cōputum partiti eiusdem Petri consignandum erat Ciuitati,ergò si mens erat cum
49 veritate, vel cum primordio, & mixtura aliqua veritatis, & animo tantùm iura sua tuendi, remanet hanc fuisse ad peius simulationem, non verò illam veri mutationem, quæ necessaria est ad constituendam falsitatem.

50 Deficit etiam secundum requisitum, idest dolus, & hic debet esse dolus malus *ad tex. in l. nec exemplum* 20. *C. de falſ.*
51 cum non omnis mendax dicatur falsarius, *l.quid ſit falſitas* 23. *ff.ad l. Corn.de*
52 *falſ.* & omninò requiritur dolus verus in falsitate, vt in omni crimine, *Gram. conſ.* 23.*nu.*6. *Alciat.de præſ. reg.*2. *c.*31. *nu.*3. *Menoch. de præſ. l.*5. *præſ.*20. *nu.* 5. itaùt
53 neque fraudandi animus sufficiat,*l.aliud*
54 *fraus de verb.ſignif.* sed ipse dolus requiritur,*DD.in l.iuriſgentium*, §. *ſed ſi fraudandi,ff.de pact.* & differre dolum à fraude,docet *D.Thom.*2.2.*queſt.*55. *art.*5.

Dolum verò abesse, & animum quoque fraudandi in casu isto apertè dignoscitur ex eo, quia omnia fideliter fuerunt manifestata magistro Portulano, & Officialibus,quod non aderat Baroli Iulius Calzolaio Procurator Gentilis,quod dictus Gentilis promiserat facere nouam procutationem, quod frumentum onerabatur per domum dicti Anzaldi, & Pepe, vt dirigeretur Neap. dicto Petro.
55 Hinc sequitur indubitata iuris conclusio, dolum euanescere, quando omnia Iudici fuerint patefacta, ità *Iac.de Leonar. inter conſ. Socc.iun.conſ.*39. *nu.*35. *l.*2. *Menoch. d.præſ.*20.*nu.*54.

56 Excluditur etiam dolus ex alio, quia facta sunt omnia coram cuncto populo, palàm, & manifestè,non aliquo occultato, & tacito, in vno loco non abscondito, sed in Ciuitate Baruli tàm celebri, & nota, itàque succedit doctrina, *l. non eſt veriſimile, ff.quod met.cauſ.* quam ad hoc sequitur *Mant.de tac.& ambig.l.*8.*tit.*21.
57 *nu.* 44. dolum nempè per hæc in facto tàm publico excludi omninò tenent *Menoch.cōſ.*221.*nu.*4.*Maſcar.de probat.to.*2. *concl.*745. *nu.*5. *Bertaz.conſ.*521. *nu.*17. *Socc.conſ.*39. *nu.*32. *l.*2. *Conſil.Hodierna controu.*38.*nu.*23.

Et quando factum supponitur publicè coram multis personis, per quas facilè cogitari poterat, non posse, quod gererebatur, occultari, tùnc nec præsumi po-
58 test animus dolum, vel falsitatem committēdi, sed potiùs adfuisse credulitatem erroneam, vel iustam, qua omnis dolus excluditur, *Foller.in pract.crim.ver.item quod commiſit falſitatem num.* 80. *&* 94. *verſ.ſexto ceſſat præſumptio*, *Surd. conſ.* 132. *nu.*24. *Farinac. de falſit. queſt.*153. *nu.*216. *Mant.de tac. lib.*8. *tit.*21. *nu.*44. *Thomaſ.deciſ.Macerat.*50.*nu.*412.

Constat insuper, dolum abesse ex eo, quia solitum est expeditiones fieri triti-
59 ci, ordei, olei, & similium,sub nomine vnius, quod esset alterius, idcircò optimè conferunt notata *per Menoch.cit.præſumpt.*3.*nu.*25.*lib.*5. vbi ait, item etiam dolus multo minus in eo præsumitur, quia facit id, ad quod faciendum inuita-
60 bat rumor,& fama,cum fama ipsa à dolo excusare soleat, idemq; firmant *Crau. cōſ.*319.*n.*4.*Franc.Marc.q.*175.*n.*1.*in* 1.*p.*

Defi-

Digitized by Google

Deficit etiam tertium requiſitum, nempè intereſſe partis, quando quidem vbi fit extractio per intrà Regnum à loco permiſſo, vt eſt Barulum, non dubitatur nullum dirictum deberi Regiæ Curiæ pro tracta, vel alio quomodolibet fiat extractio ſub nomine vnius, vel alterius
61 perſonæ: tota difficultas remaneret in dirictibus Dohanarum, datis inſolutum Conſignatarijs, & iſti dirictus non debentur, ità quando fit expeditio ſub nomine Ciuis Neapolitani, per quamcumq; partem Regni intrà, vel extrà, proùt neque pariter debentur, quando res extrahitur pro vſu, & graſſia huius fideliſſimæ Ciuitatis, ſic enim ſunt immunes Neapolitani, proùt bona, quæ veniunt pro vſu eiuſdem Ciuitatis, nàm ſicut perſonæ Neapolitanorum ſunt immunes pro rebus, quas extrahunt ab omnibus Dohanis, pro quacumque parte Regni, ità ſunt immunes, quicumque extrahentes, dummodò extrahant pro vſu, & graſſia Neapolis, vt apertè diſponitur *in prag. 1. de annona.*

62 Prędictis plenariæ diſpunctis in Regia Iuncta particulariter deſignata mandato Excellētiſſimi Domini Comitis Caſtrilli, tùnc claues Regni gerentis, me exiſtente Cōmiſſario eiuſdem Domini reſcripto, Præſidente in eadem Regia Iuncta Domino Regente D. Felice Lanzina, y Vlloa, nùnc meritiſſimo Præſide S.C. integritate iuris prudentia eruditioni morum ingenuitate nemini ſecundo dicta Reg. Iuncta ſic pronunciauit.

In cauſa Regij Fiſci cum Paulo Pepe Florentino inquiſito, & carcerato de contrabanno tt. tritici ſeptemmille, & quinquaginta ſex à Maritima Baruli per extrà Regnum, & falſitate, vt in actis, &c.

Die 15. menſis Decembris 1657. Neap. facta relatione in Regia Iuncta per Dominum Regium Conſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium, Per Regiam Iunctam eiuſq; Spectabilem, & Dominos Iudices per S.E. delegatos, prouiſum, & decretum eſt, quod ſupradictus Paulus Pepi, vt ſupra inquiſitus, & carceratus pro cauſis pradictis relegetur in Inſulam declarandam per S.E. per decennium, & condemnetur ad ſoluendum ad beneficium Regiæ Curiæ pœnam dupli pretij frumenti extracti, ad dirictum tractæ ipſius, & ad medietatem impoſitionis ducatorum quinque pro centenario, hoc ſuum, &c. Vlloa Reg. Anellus Portius, Franciſcus Roccus, D. Ioannes Gallanilla de Tsla, Vidit Aſcanius Raetanus Fiſcus, Proſper de Laurentijs Act.

De tractis pro extractionibus concedendis, & quādo reuocari queāt.

§. VII.

SVMMARIVM.

1 *Tractarum ius eſt de regalibus, & eius origo affertur, nu. 2.*
3 *Tractarum ius exigitur ex quibuſcumq; mercibus, quæ extrà Regnū aſportātur.*
4 *Tractarum ius quomodò exigatur; & fuit auctum à D.D. Petro de Toledo, n. 5.*
6 *Tractarum ius taxatur præcedante diligentia ſciendi pretium victualium extrà Regnum.*
7 *Tracta quibus, & quomodò concedantur.*
8 *Tracta, gratis conceditur mercatori ex ritu Regiæ Cameræ, & prouiſionibus eiuſdem expeditis per obſeruantiam dicti ritus, nu. 9. & decretum Regiæ Cameræ in hac materia latum traditur, num. 10.*
11 *Tracta concedenda mercatori, poteſt compenſari cum dirictu pro alijs bonis emptis.*
12 *Pecudibus immiſſis ab extrà Regnum in dohana Apuleæ, & ibi fidatis, & venditis, pretium ipſorum, extrahitur abſque ſolutione tractæ.*
13 *Tracta, quæ concedebatur ex ritu Regiæ Cameræ, reuocatur ex diſpoſitione Regiarum pragmaticarum, ſed Regia Camera conſultationem egit pro obſeruantia dicti ritus, tamen Collaterale Conſilium illam ſuſpendidit, nu. 14.*
15 *Lignamina ad vſum armatarum, & belli prohibentur extrahi à Regno.*
16 *Tracta conceſſa per Regiam Curiam, poteſt ſuſpendi, & reuocari imminenti Regni neceſſitate, & nu. 20. & habet tacitam condictionem, ne in Regnum merces deficiant, n. 21.*

17 Prin-

Digitized by Google

17 *Principis contractus potest reuocari pro bono pacis, & vtilitate publica, etiam iuratus, ac tollere potest ius partiũ quæsitum, vel dare excambium, n.*18. *& de ratione, nu.*19.

19 *Iuramentum intelligitur præstitum rebus in eodem statu permanentibus.*

22 *Tracta conceditur tempore magnæ fertilitatis, & si suspectetur sterilitas reuocatur.*

23 *Fiscus tenetur ad restitutionem pretij tractæ cum interesse, quando illa reuocatur; & decisio Regiæ Cameræ interpretatur, nu.*24.

25 *Tracta concessa ad certum tempus, quando possit post illud tempus Concessionarius vti, & nu.*27. *& idem si sit concessa pro certo loco, n.*26. *quid decisum per Regiam Cameram, quando est locus confederatus, nu.* 28. *& quando inter loca diuersa non militat ratio, nu.*29.

30 *Tracta concessa pro vno anno, solet prorogari pro alio anno, si necessitas nõ sit.*

31 *Pensio super fructibus vnius feudi concessa, si non fiat exactio fructuum, non debetur.*

32 *Praxis directus, & exactionis tractarum in Regia Camera, & quibus personis concedantur, plenè refertur.*

De tractis pro extractionibus concedendis, & quãdo reuocari queãt.

§. VII.

1 INter reliqua iura regalia, quę Inuictiſſimo Regi noſtro tribuuntur, eſt ius tractarum, quod inoleuit tempore Regis
2 Caroli I. poſtmodum defuncti in anno 1284. in Terra Foueæ, exigitur illud de victualijs, cæteriſque mercibus, cunctiſ-
3 que bonis, quæ extrà Regnum vehuntur, vt habetur *in ritu Regiæ Cameræ incipiente, item ius victualium extrà Regnũ;*
4 impoſuitque idem Rex Carolus pro eius exactione determinatam metam; dùm voluit, vt pro qualibet ſalma frumenti, alijſque frugibus exigatur tarenum vnũ, & pro quolibet curru caroleni quindecim, ſic refertur in quadam conſultatione per Regiam Cameram condita in anno 1463. Regi Ferdinando I., & conſtat in regiſtro litterarum Curiæ 2. fol. 144. & de ipſa teſtatur *Reg. Moles in deciſ. manuſcriptis tit. de iure tractæ.*

5 Deindè verò Dominus D. Petrus de Toledo, tempore quo Regnum regebat, auxit huiuſmodi ſolutionem in anno 1544. ad ducatos decem pro quolibet curru.

Sed poſtmodum tempore Præſidatus
6 Domini Ducis de Alcalà, alius ordo fuit præſcriptus, nàm commiſit Regię Cameræ, vt ſe informaret, ad quam rationem frumentum vendebatur Venetijs, Raguſæ, reliquiſque partibus extrà Regnum, pro quibus petebatur tracta, & iuxtà dictam informationem, indè ſe regulabat in taxatione pretij, pro conceſſione tractæ; & hoc ordine perſcrutato ius tractæ fuit auctum, illudque capiebat quolibet anno ſummam ducatorum 40345. ſic liquet ex conſultatione ędita per Regiam Cameram *ſub die* 24. *Maij* 1563. & legitur *in regiſtro conſultationum fiſci fol.* 2. & de eadem meminit *Reg. Moles in d. tit. de iur. tractar. in fin.*

7 Modò autẽ quis ordo in dicta taxatione ſeruetur, quàm metã tracta recipiat, an diuerſimodè inter merces exigatur, quæ merces huiuſmodi oneri obligentur, à quibus locis huiuſmodi extractiones adhibita conceſſione tractarum permittantur, quibus perſonis tales extractiones gratuitò conferantur, apertè cernitur ex relatione vulgari idiomate concepta, recollecta ex hodierna praxi R. C. quæ in fine huius §. ſequitur.

8 Non tamen me latet diſpoſitionem ritus Regiæ Cameræ ſub *tit. de Tract. quam habent mercatores*, his verbis conceptam: *Quod mercator extraneus poſtquam ſoluerit ius dohanæ de mercibus ſuis, quas vendidit, poteſt tantam pecuniam, ideſt merces emptas de tãta pecunia extrahere liberè de dohana, quanta eſt illa, de qua ſoluerat ius prædictum, & è contra ſi contrahunt, & ſoluunt illud pro, tot, quot defert ad dohanam, nihil ſoluit.*

9 Eamque diſpoſitionem confirmant prouiſiones per Regiam Cameram expeditæ ſub die 14. Aprilis 1556. quibus mandatur Officialibus dohanæ Litij, vt mer-

Digitized by Google

mercatores immittentes mercãtias, ſolutis Regijs dirictibus, & de retractu alias ementes, iterato ſoluere non teneantur dirictus pro exequutione decreti Regiæ Cameræ ſub die 29. Octobris 1556. interpoſiti, tenoris ſequentis, nempè.

Viſis actis per Magnificum Dominum
10 *Maſturtium Præſidẽtem Regiæ Cameræ, & cauſæ Commiſſarium, & his omnibus facta relatione per eundem in Regia Camera Excell. Domino Franciſco Reuerterio Locumtenenti, & alijs Magnificis Præſidentibus ipſius, fuit per eandem Regiam Cameram prouiſum, & decretum, quod litteræ expeditæ per dictam Regiam Cameram olim die 1. Iunij 1556. exequantur dicto Stephano de Bernaudo; proùt præſenti decreto exequi, & obſeruari debere, decernitur.*

11 Imò hãc diſpoſitionem iure inniti obſeruat *Goffred. de Gaet. ſup. eod. tit. de iur. tracta*, aſſerens non ſolùm poſſe mercatorem extrahere pecuniam peruẽtam ex alijs mercibus, de quibus ſoluit ius dohanæ, ſed etiam compenſare ius tractæ, & de eadem pecunia alias merces emere, illaſque extrahere à dohana, quod etiam annuit *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 5. de tract. nu. 5.*

12 In pecudibus quoque ab extrà Regnũ immiſſis in dohana Apuleæ, & ibidem fidatis conſtitutum eſt, vt pecunia peruenta ex venditione pecudum, Caſtratorum, caſei, & lanarum poſſint mercatores à Regno liberè extrahere ex priuilegio dohanæ Menepecudum Apuleæ, vt conſtat ex prouiſionibus, quas R.C. demandauit in eius obſeruantia ſub die 15. Maij 1466. regiſtratæ in part. 8. fol. 209. & 211.

13 Nihilominus ritus prædictus Regiæ Cameræ videtur derogatus per *pragm.* editam à Magno Capitaneo ſub die 16. Decembris 1505. quæ eſt 4. *ſub tit. de extract.* ibi prohibetur generaliter extractio pecuniarum auri, & argenti, etiam ſi pecuniæ prætendantur peruentæ ex pretio aliarum mercium venditarum, aut pro qualibet alia cauſa adhùc neceſſaria, excepta parua quantitate pecuniarum, quæ fuiſſet neceſſaria pro vita extrahentium, præuia tamen licentia Regiæ Cameræ, vt annuit *Campag. in c. Regni perpenſa nu. 7.*

14 Vndè quamuis Regia Camera conſueuerit prouiſiones expedire pro extractione pecuniarum peruentarum ex venditione mercium in Regno immiſſarum ex ordinibus Regis Ruberti, & Ferdinandi I. non obſtante dicta Regia pragmatica Magni Capitanei, & de hoc egit conſultationẽ ſub die 15. Octobris 1588. tùnc Domino Proregi, & per Collaterale Conſilium fuit prouiſum, quod exequantur dictæ prouiſiones; attamen tractu temporis fuit conſultatio prædicta reuocata, vt teſtatur *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de tract. nu. 4. & verſ. dico inquam.*

15 Et poſtmodum fuerunt promulgatæ aliæ Regiæ Sanctiones, & banna, quibus prohibetur extractio victualium, mònetarum, & omnium aliarum rerum abſq; debitis expeditionibus, & ſolutione dirictuum, de quibus verba fecimus in princ. huius tit., quibus adde, quod prohibetur in hoc Regno noſtro extrahere lignamina ad vſum armatarum, & belli *ex cap. Regis Ruberti incip. Agendorum*, de quo meminit *Reg. de Pont. d. tit. de tract. nu. 2. verſ. & de prohibita.*

16 Succedit præterea examinari, quid ſi Reg. Curia alicui vendidit tractas frumenti, poſſit nè deindè ex aliqua ſuperuenienti cauſa illarũ vſus prohibere? Et reſpõdetur, quod quamuis Princeps ſuũ teneatur ſeruare contractum, tamen ſi iuſta ſuperuenerit cauſa, poterit ab illo recedere, & quod poſſit reuocare, *Felin. in cap. 1. in 5. limitat. de probat. poſt Anton. de Butr. & Imol. in cap. cum M. extra de conſuet. Bal. in l. penult. C. de donat. int. vir. & vxor. Iaſ. in l. Barbarius nu. 32. ff. de offic. Præſid.* quod etiam probatur ex Theologis, vt ſcripſit *Diu. Anton. in ſum. par. 2. tit. 10. §. 4.* idemque ſequuntur *Affl. deciſ. 361. nu. 6. vſque ad 11. & in c. 1. §. ſimiliter nu. 25. de Capit. qui Cur. vendidit, Ruin. conſ. 230. num. 5. & 9. lib. 1. Gozadin. conſ. 5. nu. 18. Crauett. conſ. 135. nu. 22. Menoch. conſ. 350. nu. 27. lib. 4. Azeued. lib. 5. tit. 10. lib. 3. nu. 2.* vbi probat

17 Principem contractum à ſe iuratũm reuocare non poſſe, niſi iuſta ſuperuenerit cauſa, vtputa pro bono pacis, vel vtilitate publica, quod ſequuntur *Ferdin. Loazes in conſ. pro oppido de Mala n. 140. cum ſeq. Reg. Tap. in l. fin. cap. 9. par. 3. nu. 41. & ſeq.*

Digitized by Google

seq. de constit. Princ. Reg.Valenz. consi.99. num.33. cum seq. lib.1. Reg. Galeota resp. fisc.23.à nu.59. vsq; ad 71.& Reg. Capyc.
18 *Latr. decis. 178. nu. 61.* amplius inquit, quod potest Princeps contractum à se factum, etiam iuramento roboratum, reuocare, & detrahere iuri tertij adhùc quæsito, etiam si damnum non resarciat, nec dato bono excambio, *Bart. in l. fin. n.2. C.si contrà ius,vel vtilit.public. Alex. consi.190. nu.17.lib.2. Dec.in c.quæ in Ecclesiarum nu.15. de constit. Matienz. in dialogo relatoris 4.par. c.12.nu.2.& 3.& lib.5 recompil.tit.7.lib.7.gl.5.nu.4.Gozad. consi.5. nu.21. Larrea alleg.fisc.3. nu.11.*
19 *& in nu.12.* assignat rationem, quia in omni iuramento excepta censetur authoritas legis, non solùm Canonica,sed etiã Ciuilis, quando adest publica vtilitas, *Alex.consi.38. num.11. vol.3. Guttier.in auth. Sacramenta puber. nu.46. Seraph. de priuil. iuram. priuil.22. nu.27. Anton. Gabr.comm.concl.tit.de iure iurãd.concl.5. nu.30. Petr.de potest. Princ. 7.quæst.princip.§.supereſt modo videre n.26. cum seqq. Menoch.consi.224.nu.34.* & iuramentum
20 semper intelligitur præstitum, rebus in eodem statu permanentibus, *c. quemadmodum de iure iurand.* vbi *August.Barbosa DD.* colligit *Gratian.discept.for. cap.534. nu.51. Seraph.tract.de priuil.iuram. priuil.74.n.137.Crauett.cõs.276. Capyc.dec. 51.nu.13. Valer.Reginald.in prax.for. penitent.lib.18. nu.34. vers.quarto,* & ideò rebus notabiliter mutatis, non obligat promissio, *Sanchez de matrim.lib.1.disp. 63. nu.2.Couar.in cap.quamuis par.1.§.3. de pact. P.D.Thom.del Bene de parlament. tit.de immun.Eccles.dub.4.sect.27.* vbi ait quod Princeps secularis ad euitandum lites, potest iuramentum infirmare.

Idem in proprio casu nostro affirmant *Marcell.de Mauro alleg. 38. nu.9. Reg. de Ponte de potest.Proreg. tit.5. Reg. Reuert. decis.425. ex collectis per D. Reg. de Ma-*
20 *rin.tom.2.* dicentes, posse Proreges tractas frumenti alicui venditas, ex superueniẽti causa sterilitatis illas posteà prohibere, & rationem ponit *Reg. de Ponte loc.cit.* quia concessio tractatarum pro frumenti extractione insitam, & intrin-
21 secam habet conditionem, & naturam, quod licitum sit extrahere, quatenus Regnum remaneat munitum,& de hoc opus non habeat, *Affl.in cap.post natale de pace iuram.firmat.nu.9. Reg.de Curt. in diuers. feudal. §. recedendo igitur, nu.54. Molfes. in consuetud. Neapol. par.5. c.5. nu.27.& 28.*& amplius *idem Reg.Reuert.* refert pro hac parte concluſum per R.C.

Siquidem dictæ tractæ concedi solent tempore magnæ fertilitatis. *Reg.de Curt. vbi sup.nu.57.* imò si suspectatur sterilitas anni sequentis, adhùc tractæ concessæ denegantur, sic affirmat vltrà præcitatos DD. *Maur.iun. alleg.106. nu.3.& Thor. in addit. ad Reg.de Pont.de potest. Proreg. tit.5. nu.8.*

Et in eadem decisione testatur idem *Reg.Reuert.* fuisse quoque disceptatum,
22 nàm dato, quod possit Prorex tractas prohibere, quod interesse propter hanc prohibitionem fiscus teneatur emptori tractarum reficere, ibi in dicta decisione emptor efflagitabat, Regiam Curiam forè condemnandam ad ipsi soluendum pretium tractarum ad rationem ducatorum sexaginta pro quolibet curru, ex eo quod tanti fuisset in Ciuitate Venetiarum venditurus, vel ad interesse quãtiplurimi, R. C. tamen decreuit, fiscum teneri ad soluendum ducatos triginta pro quolibet curru; tamen fisco ab hac
23 determinatione reclamante,relata causa in Collaterali Consilio, decisio prodijt, vbi fuit declaratum, fiscum non teneri, nisi ad soluendum pretium receptum pro venditione tractarum cum interesse ad rationem decẽ pro centenario,& licet inter votantes interfuerit maxima votorũ disparitas; tamen pro maiori, ac saniori parte ità fuit concluſum, vt testatur *Reg. Reuert. d.decis.425. to.2.ex collect.per D. Reg.de Marin.*

Nihilominus est animaduertendum, quod in casu dictæ decisionis relatæ *per Reg.Reuert.* supponebatur in facto,quod
24 Regia Curia de mense Maij 1569. vendiderat Hieronymo à Montenigro tot tractas fruméti, pro certo pretio conuento, etiam soluto, eo appoſito pacto, vt nullatenus potuisset per totum mensem Octobris immediatè sequentis extractionem prohibere, verùm,si hoc mẽse elapso, prohibitio sequeretur, teneri Regiam Curiam ad pretij habiti restitutionem vna cum interesse ad rationem duc. decem pro centenario: contigit demum ob

Digitized by Google

ſterilem frumenti recollectionem in hoc Regno propter bonum publicum tractarum prædictarum menſe ſequenti fieri prohibitionem; vndè caſus hic videtur ſpecialis, nàm pacto iam erat conuentum pro reſtitutione pretij cum intereſſe decem pro centenario ſequuta tractarum prohibitione, & licèt pactum huiuſmodi intrà limites certi temporis circumſcribatur; tamen in prædicta eadem deciſione fuit quoq; ponderatum, vt illud, quod in primo caſu fuit prouiſum, idem cenſetur conuentum, ſi ante tempus præfixũ fieret prohibitio, ad quod fuit allegata doctrina *Bar. in l. qui filiabus in princ. ff. de leg.* 1. dicentis, quod verbũ ambiguum in vna parte teſtamenti poſitum declaratur ex alia, in qua magis expreſsè loquutus fuit teſtator, ad idem eſt *tex. in l. ſeruus plurium*, §. *fin. ff. cit.* vbi habetur, quod ex verbis præcedentibus, & ſubſequentibus declaratur id, quod dubium eſt in teſtamento.

25 Prætereà notandum, fuiſſe quoq; per R.C. dubitatum, ſi facultate extrahendi frumenti conceſſa per extrà Regnum pro certo determinato loco, poteſt quis ea vti in alio loco, frumentumque ducere ad alium locum præter deſtinatum? Ratio dubitandi fuit, quia licentia extrahendi
26 conceſſa pro certa Ciuitate, non poteſt fieri extractio in aliam, quam in illam conſtitutam, eſt enim licentia hæc ſtricti iuris, & limitata cauſa, proindè limitatũ producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. Bertacchin. in tract. de gabell. q.* 4. *col.* 2. ſubdens, quod ſi fuit Titio conceſſum, vt poſſit frumentum extrahere, intelligitur tantùm de vnica extractione, *arg. l. boues*, §. *hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.*

27 Adſtipulatur etiã prædictis, vt quemadmodùm ſi concederetur licentia extrahendi frumentum è Regno infrà certum tempus, eo elapſo, & extractione non ſequuta, amplius conceſſionarius facultate ſibi conceſſa, vti non poſſet, vt ait *Card. in clemen. fin. nu.* 9. *in* 5. *queſt. de elect.* ità pariter dùm pro certo loco conceditur extractio, vt extrà illum locum conceſſionarius ea facultate vti non poſſit, validum eſt enim argumentum de tempore ad locum, & è contra *Bart. in l. vinum, ff. ſi cert. petat. Iaſ. in l. fin. ff. de condit. tricar. Euerard. in loco à tempore ad locum.*

28 Nihilominus in caſu propoſito R. C. decreuit, conuentum forè abſoluendum ab impetitione fiſci, quia Ciuitas, ad quẽ frumentum duxerat, non eſt locus prohibitus, ſed de confederatis, ac proindè non eſt, de quo redargui poſſit, vt teſtatur *Reg. Reuert. deciſ.* 17. ſequitur *Reg. de Marin. in obſer. ad d. deciſ. to.* 1.

Eſt etiam aduertendum, quod argumentum à tempore ad locum, & è contra tùnc demum procedit, quando inter tempus, & locum diuerſa non vrget ra-
29 tio, & in caſu prædictæ deciſionis diuerſa conſiderabatur ratio, nàm in licentia extrahendi conceſſa per certum limitatum tempus, vt eo elapſo illa expiret: poteſt dici, quod ſic concedenti expedit, ſicque illius intereſſe conſideratur, ſecùs eſt, ſi conceſſa extractione pro vno loco, conceſſionarius pro alio, facultate ſibi conceſſa, vſus eſt, quia in hoc caſu nullum poteſt conſiderari intereſſe concedentis, ſi locus tamen ſit, de concedentis dominio, vel Amicorum, ità explicat idem *Euerard. loc. cit.* & in noſtro caſu annuit *D. Reg. de Marin. in obſer. ad d. decis.* 17. *Reg. Reuert. to.* 1.

Vlteriùs eſt aduertendum, quòd ſi fuit
30 cõceſſa tracta præſcripto tempore vnius anni, non poterit conceſſionarius id, quod non eſt extractum in illo anno, extrahere alijs annis; quia eatenus intelligitur conceſſa, quatenùs Regnum ſuperabundat, & in caſu neceſſitatis minimè conceſſio intelligitur facta, & propterea ſolet apponi in conceſſione tractæ, clauſula *refectionis*, vt annis ſequentibus reficiatur, aliàs ſi non adeſſet dicta clauſula, tracta dicitur expirata, ex doctrina *Andreæ in c.* 1. *in princ. de natur. feud.* & ſequitur *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. d. tit. de tractis nu.* 9. *Maur. iun. d. alleg.* 106. *nu.* 1. *& alleg.* 107. *nu.* 6. *Reg. de Curt. in diuerſ. feudal.* §. *redeundo igitur nu.* 51. refert ità deciſum per Regiam Cameram *Thor. in comp. deciſ. in verb. extractio*, & ſubdit etiam *Reg. de Curt. ibi nu.* 61. quod
31 penſio ſuper fructibus feudi conceſſa, ſi non fiat exactio ex defectu fructuum, vel ex prohibitione Principis, nil debetur, & *nu.* 62. quod tracta vno anno prohibita, non debetur penſio in anno ſequenti, niſi adſit clauſula *refectionis*, quod etiam ob-

Digitized by Google

obseruat *Thor. in add.ad Reg. de Pont. d. tit.5. de tract.nu.9.*

Sequitur praxis, modo vigẽs, super tractarum expeditione,in R.C.

RIstretto della forma, si prattica per la Regia Camera circa l'espeditioni, che s'ordina farnosi dalle Marine del Regno, per l'estrattioni de' grani, & 32 orgi, saccherie, legumi, faue, risi, vino, aceto, & acquauite, seccamenti, e salumi, tauole, e legnami, e della Tariffa del deritto della tratta di ciascheduno genere di esse.

Estrattione di grano,& orgio.

IL deritto della tratta delle sudette estrattioni di grani, & orgi, è ad libitum de' Signori Vicerè,non hauendono hauuto giamai Tariffa certa, e si sono valutate, conforme le notitie, che si sono hauute della necessità, che ve n'era fuora del Regno, e conforme le domandi fatte da Negotianti, Assentisti, ò altri particolari, con li quali si è trattato il stabilimento del prezzo, e da' Signori Vicerè si è dato ordine al Tribunale della Camera, per dare l'espeditioni necessarie,espressãdo nelli Viglietti il prezzo, al quale si è seruita valutare dette tratte, alla persona,che l'hà concedute,qual prezzo in tempo del gouerno del Signor Cõte d'Ognatte nell'anni 1650. & 1651. fù stabilito à ragione de carlini sette il tumolo, e nell'anno 1652. à ragione di carlini sei, e mezzo il tumolo, nell'anno 1653. parte à detta ragione di carlini sei, e mezzo il tumolo, & parte à carlini cinque, & vn quarto; Nel gouerno del Signor Conte de Castrillo nell'anno 1654. à ragione di carlini cinque, e tre quarti il tumolo, nell'anno 1657. parte à ragione de carlini sei il tumolo, e parte à carlini quattro; in anno 1658. à detta ragione de carlini quattro il tumolo; in anno 1659 per vn partito fatto con Santi Maria Cella in nome dell'Impressarij del Pane di monitione del Stato di Milano à ragione de carlini cinque il tumolo; E nel gouerno del Signor Conte di Pegnaranda à ragione di carlini quattro il tumolo; Nel gouerno dell'Eminentissimo Signor Cardinale d'Aragona, e nel presente gouerno dell'Eccellentissimo Signor Don Pietro Antonio d'Aragona dall'anno 1665.à questa parte si sono valutate le tratte à ragione di carlini tre il tumolo, e dell'orgio si è per primo valutata la tratta à ragione di carlini due il tumolo, & vltimamente à ragione di grana quindeci il tumolo.

La Republica di Ragusa in virtù di Real Cedula di S.M. tiene concessione d'estrahere ogn'anno Carra 500.di grano per vso de' suoi Cittadini, e per esse pagar la tratta alla ragione di doc. sei il Carro di tumola 36.

Le sudette tratte di grano, & orgio prima dell'anno 1665. si han soluto concedere à diuersi creditori di Corte per causa di soldo, ò altri crediti alla ragione, ch'è stata valutata dalli Signori Vicerè, à quali è parso concederla per intiero.

In virtù de' Reali Priuilegij li sequenti luochi pij tengono concessione di dette tratte de' grani.

LI Padri di S.Francesco della Prouincia di Bosna Argentina alla ragione di Carra 24.l'anno.

Li Santi luochi di Gierusalem Carra 40. l'anno.

Li Padri di S.Francesco della Prouincia di Bosna Croatia Carra 30. l'anno.

Li detti Padri di S. Francesco della Prouincia di Dalmatica Carra 30. l'ãno.

Li detti Padri di S. Francesco della Prouincia d'Albania Carra 30. l'anno.

Li luochi permessi per l'estrattione di detti grani,& orgi sono li sequenti.

PEr la Prouincia di Salerno la Città di Salerno, e li Bonati solamente.

Per Calabria Citra, Beluedere solamente.

Per Calabria Vltra,Pizzo,e Cotrone.

Per Otranto,Taranto, Galipoli,Brindisi, & Otranto.

Per Bari, Barletta solamente.

Digitized by Google

Per la Prouincia di Capitanata, Manfredonia ſolamente.

E tutte l'altre Prouincie, e luochi del Regno ſono prohibite, per dette eſtrattioni, però ſuole alle volte diſpenſare S. E. che ſimil'eſtrattioni ſi permettano da qualſiuoglia luoco prohibito, & in tal conformità ſi ſpediſcono le Prouiſioni dal luoco, che la parte dimandarà con l'aſſiſtenza della perſona deputanda dalla Regia Camera, nel carricamento, e dal detto Eccellentiſſimo Signor Vicerè D. Petr'Antonio d'Aragona ſi è ordinato con ſuo Viglietto delli 22. Magg. 1667. che l'aſſiſtenza à detti carricamēti ſi commetta alli Gouernatori Regij dell'iſteſſi luochi, doue ſi fà il carricamento.

Occorrendo eſtrahernoſi grani, & orgi per infra Regnum, non ſi poſſono dalla Regia Camera ſpedire le prouiſioni per tal'eſtrattioni, ſe non dalli ſudetti Carricatori permeſſi, e dimandandoſi eſtrattione da altri Carricatori, vi è neceſſario expreſſa licenza di S.E.

Le prouiſioni per l'eſtrattione de' grani, & orgi per extra Regnum ſi ordinano farnoſi con obligo, dando in Camera, che ſotto la pena del duplicato prezzo della quantità del grano, & orgio, che ſi permette eſtrahere, oltre del deritto della tratta, & altre pene contenute nelli Regij Banni, e Pramatiche, s'habbia da produrre frà termine di meſi ſei numerandi à die onerationis, valido, & autentico reſponſale dell'immiſſione, diſcarricamento, & introduttione di dette quantità de grani, & orgi ſequeſtrate in luochi d'Amici, e confidati di S.M. legalizzato dal Miniſtro della Maeſtà Sua, ò vero dell'Vniuerſità, ſeù Republiche, doue non vi è detto Regio Miniſtro.

E per l'eſtrattione di detti grani, & orgi, che permettono tanto per Napoli, come per altri luochi del preſente Regno, dall'eſtrahenti ſi dà pleggiaria in potere del Maſtro Portolano della Prouincia, dalla quale ſi fà l'eſtrattione di produrre valido, & autentico reſponſale dell'immiſſione, diſcarricamento di detti grani, & orgi frà termine di meſi due numerandi à die onerationis ſotto le pene ſudette.

Eſtrattione di ſaccherie, faue, legumi, vino, aceto, acquauite, Maccaroni, che ſi eſtraheno dalle Prouincie di Bari, & Otranto, la Tariffa de' quali per il pagamento della tratta è la ſequente.

L'Amendole à carlini 20. lo cantaro.

L'Aneſi, Cimmini à carlini 17. lo cantaro.

La ſemenſa de lino à grana 10. lo tumolo

Le ſuſcelle à carlini 4. lo cantaro.

Le fico ſecche à carlini 5. lo cantaro.

Li Cogliandri, filigreci, l'appope, e ſenape à carlini 9. lo cantaro.

La ſemenſa di finocchi à carlini 10. lo cantaro.

Lo tartaro di botte à carlini 10. lo cantaro

La cenere di tartaro, detta feccia arza à carlini 8. lo cantaro.

La gumma à carlini 5. lo cantaro.

Le galle di tenta, ſeù Preuetarelle à carlini 7. lo cantaro.

Le faue à doc. 14. lo Carro.

Li ciceri, lente, ſeù nemiccoli à doc. 18. lo Carro.

Li faſuli à doc. 16. lo Carro.

Le cicerchie à doc. 13. lo Carro.

Li lupini doc. 4. e mezzo lo Carro,

Le ſudette faue, e legumi ſi valutano à ragione di tumola 36. lo Carro.

Lo Vino à carlini venti la botte.

L'Aceto à carlini 18. la botte, &

L'Acquauita à carlini 25. la botte.

Ciaſcheduna botte ſi valuta alla miſura Napolitana di barrili dodeci.

Li Maccaroni à ragione di carlini 20. lo cantaro.

Le ſudette tratte ſono ſtate ſolite cōcedernoſi da' Signori Vicerè à diuerſi creditori di Corte, per cauſa di ſoldi, ò altri crediti, & in particolare per la mittà dell'annuo ſoldo delli Capitanei di Giuſtitia, loro Caporali, e fanti di queſta Città, alli quali ſi è valutato al loro credito, la ſumma concedutali per intiero, iuxta la ſudetta Tariffa, però dalli 15. di Ottobre 1663. auāti per la Regia Camera ſi è proceduto all'affitto del partito delle ſudette robbe, che ſi eſtraheno dalle ſudette Prouincie, qual'è rimaſto al Magnifico Gioſeppe la Trinità per annuo eſtaglio de doc. 10010. pagabili anti-

Digitized by Google

anticipatamẽte in Cassa militare, cõ la frã. chitia de tutti deritti, conforme estraheſſe la Regia Corte, aduerſo del qual patto di franchitia ſi è comparſo per li Gouernatori delle dohane di Puglia, pretendendo hauerno ſempre eſatto detto deritto per tali eſtrattioni, anco in tempo de' ſimili affitti, fatti per la Camera, e reſta decidendo detto articolo.

Eſtrattioni de Riſi.

QVeſte, ſi permettono dalle Prouincie d'Apruzzo ſolamente, & il deritto della tratta è alla ragione di carlini cinque lo cantaro.

Eſtrattione di Carne ſalata, e Caſi.

Il deritto della tratta ſi valuta à ragione di carlini trenta lo cantaro.

Eſtrattione de' Vini, che ſi eſtraheno dalle Prouincie di Terra di Lauore, Principato Citra, e Calabria Citra.

IL partito predetto ſtà affittato à D. Franceſco Scioli per anni quattro incominciato à primo d'Ottobre 1667. per botte 4700. l'anno alla ragione de carlini trenta la botte, pagabil iterza per terza, con goduta di meſi tre per ciaſcheduna terza, con patto eſpreſſo di non poſſernoſi concedere altre tratte de' vini da dette Prouincie, che botte 1600. per ſeruitio di S.M. & 1150. per Miniſtri Papalini, e concedendoſene altre tratte, ſe li poſſa' eſcomputare all'eſtaglio di detto partito alla ragione di carlini 30. la botte.

Le tratte de' Miniſtri Pontificij ſono le ſequenti.

EMinentiſs. Cardin. Nepote di S. Santità	B. 150.
Monſignor Magiordomo	B. 100.
Monſignor Teſoriero	B. 100.
Gouernatore di Roma	B. 100.
Datario di S. Santità	B. 100.
Generale di S. Chieſa, e Gouernatore de' Borghi	B. 200.
Caſtellano del Caſtello S. Angelo	B. 200.
Secretario de' Breui	B. 100.
All'Eccellentiſs. Sign. Ambaſciatore di S.M. reſidẽte in Roma	B. 150.

All'eſtaglio del Partito ſi bonificano le ſequenti tratte, chiamate contrà formam partiti, cioè

LA Chieſa di S. Maria Maggiore di Roma	B. 200.
Collegio Germanico di Roma	B. 200.
Arciconfrateria della Reſurrettione di Roma	B. 100.
Congregatione del Santiſſimo dentro la Chieſa di S. Giacomo de Spagnoli di Napoli	B. 100.

Et anco dell'eſtaglio ſudetto, ſi ſodiſfano le tratte dell'Eminentiſſimi Cardinali della fattione, che reſiedono in Roma, chiamate tratte ſchiaue alla ragione de doc. 150. per vno per il numero, e perſone, che li Signori Vicerè reſtino ſeruiti con Viglietti particolari ordinare ogn'anno alla Regia Camera, dalla quale in eſequutione di detti Viglietti di S.E. con la fede di Monſignor Nuntio della reſidenza in Roma di detti Signori Cardinali, ſi ſpediſcono le prouiſioni dittantino, che il Maſtro Portolano permetta, ch'il tale Partitario di tratte de Vini in nome del tale Cardinale poſſa eſtrahere botte cento di Vino, che li ſpettano per inditione di ciaſcheduno anno, che ſi computa iuxta il tempo, che principia l'affitto del partito, per gratia di S.M. e che detto Partitario ſia tenuto à pagare à detto Eminentiſſimo Cardinale per la cauſa ſudetta detti doc. 150. Per quali tratte di detti Eminẽtiſs. Cardinali eſtrahẽdono per detto Partitario, ſe li dà carrico all'annua sũma partitata eſtrahere.

Vi ſono anco altre ſituationi ſopra detto partito tanto per giuſtitia, come per gratia di S.M.

Le tratte di Botte Vacanti, e legnami ſciolti, che ſi eſtraheno dalle Prouincie di Terra di Lauore, e Principato Citra, eccetto Caſtellamare di Stabia, ſono affittate cioè.

LE tratte di botte vacanti al detto D. Franceſco Scioli per anni quattro incominciati à primo d'Ottobre 1667. per annuo eſtaglio de doc. 300. pagabili anticipatamente; e le tratte de' legnami ſciol-

ſciolti ſono affittate à Gio: Mirella per anni 4. incominciati à 12. d'Agoſto 1667. per annuo eſtaglio de doc. 1605. pagati ſimilmente anticipatamente.

Sopra li ſudetti partiti di tratte di botte vacanti, e legnami ſciolti vi ſono molte ſituationi per gratia di S.M.

Le tratte di ſeccamente, e ſalumi, tauole, e legnami, che reſpectiuè ſi eſtrahono dalle Prouincie di Terra di Lauoro, Principato Citra, Calabria Citra, & Vltra, & Terra di Maratea, reſtano affittate al Magnifico Franceſco Peres per anni quattro incominciati à 26. di Settembre 1667. per annuo eſtaglio de doc. 5310. pagabili terza per terza con goduta di meſi tre per ciaſcheduna terza.

Sopra detto partito vi ſono diuerſe ſituationi per gratia di S.M.

Le robbe ſoggette à detti partiti ſono le ſequenti, e ſi valutano al detto Partitario alla ſequente ragione cioè.

L'Amendole à carlini 30. lo cantaro. Aniſi, Cemmini, paſſi, fico ſecche, pruna ſecche, noci, nocelle, caſtagne verde, e ſecche con la ſcorza, e ſenza, tartaro, ſuſcelle, feccia di tartaro, feccia, arza, riſi, farri, antriti, mele, e galle alla ragione di carlini ſette lo cantaro. Verùm l'eſtrattione di noci, nocelle, e caſtagne con la ſcorza à ragione di tumola cinque in luoco di cantaro.

L'Alici, Sarde ſalate, Tonnina, e Sorar à grana 25. lo barrile.

Le tauole d'abeto à ragione de doc. 25. il migliaro.

Le tauole di fago, e zappino à doc. 15. il migliaro.

Le tratte di legnami di fago, zappino, e caſtagno à ragione di grana 25. la tratta.

Legna corte per brugiare non atte à lauorare à carlini 3. la canna.

Legname à minuto per lauorare à torno à carlini 12. e mezzo la carrata.

Le Cerchie à carlini 5. lo migliaro.

Li remi, di palmi 32. l'vno à grana 40. il paro.

Remi di palmi 24. l'vno à grana 12. e mezzo il paro.

Remi piccioli, ſeù palilli à grana 8. e mezzo il paro.

Tratta di Seta, che ſi eſtrahe per extrà Regnum.

OGni balla di ſeta di lib. 275. ſi paga di tratta à beneficio della Regia Corte, doc. 20. & fatto il pagamento in Caſſa militare, s'ordina l'eſtrattione.

Indultu generali an gaudeant inquiſiti de contrabannis.

§. VIII.

SVMMARIVM.

1 *INdultus à Catholica Maieſtate elargitus de anno 1658. propter Sereniſſimi Principis Hiſpaniarum natiuitatem commemoratur, eiuſque verba afferuntur, nu. 2.*

2 *Indultus, nùm comprehendat inquiſitos de extractionibus rerum prohibitarum, & contrabannis, & vide n. 64. & deinceps.*

3 *Vectigalia fraudantes, crimen furti committunt.*

4 *Pœna fraudati vectigalis, nùm ſit criminalis, & quid de re intercepta, & vide n. 79. & deinceps.*

5 *Origo, in delictis inſpicitur, ſed vide nu. 82.*

6 *Pœnas contrabannorum, etiam pecuniarias, per abolitionem generalem eſſe remiſſas, iudicauit Regia Camera in Collaterali Conſilio, ſed vide ex nu. 15. & decretum Regiæ Cameræ affertur, n. 202.*

7 *Pœna, ex delicto deſcendens, illo ſublato, cenſetur ſublata, proùt & ipſum comiſmiſſum, ſed vide contrarium nu. 64. & deinceps.*

8 *Abolitio generalis culpam, & delictum tollit in totũ, ſed vide n. 64. & deinceps.*

9 *Dominium rerum extractarum, nùm ipſo iure, in fiſcum tranſeat, patrato ſcelere, ſed vide n. 79. & ſeq. & ex n. 160.*

10 *Sententia non ſequuta, inquiſiti quòad ſtatum perſonarum, bonorum, & iurium in eorum integritate remanent, ſed vide n. 14. 63. & 160.*

11 *Sen-*

11 *Sententia non prolata, nùm dicatur facta incorporatio ad beneficium fisci, in Indultu requisita, pro limitatione gratiæ,& nu.*14.63.*&* 160.

12 *Incorporatio rei, tùnc fieri dicitur cum illa, in fisci corpus redigitur, vel in Patrimonium eius conuertitur,& in illius rationibus descripta est, & vide nu.*172.

13 *Dictio* realiter, *quid importet.*

14 *Sententia,an requiratur,pro limitatione Indultus, tàm respectu pœnæ corporalis, vel pecuniariæ, non exequutæ, incorporatæ,&c.quàm respectu rei extractæ,& tractæ, dohanarumq; derictuum, & nu. seq.& ex nu.*63.*&* 160.

15 *Clausula exceptiua Indultus,*dummodò pœnæ non sint realiter exactæ incorporatæ, &c. *habet locum, etiam ante sententiam, quando fuerit aliquo modo, fiscus assicuratus, tàm ex verbis Indultus, quàm ex mente Regis indulgentis.*

16 *Verborum proprietas est attendenda, & num.*30.

17 *Verbum* cautum, *in clausula exceptiua Indultus positum, quid importet.*

18 *Calepino adhærendum est circà verborum proprietatem.*

19 *Securitas, & cautio idem sonant.*

20 *Cautio,dupliciter, contingere potest, simpliciter, & cum adiuncto, & nu.*22.

21 *Cautio dicitur fieri, vel sine stipulatione, vel cum illa, vel adiuncto iuramento, horum autem vnus modus est securior altero, & dicitur cautio simplex.*

22 *Cautio cum adiuncto fit,quando personali obligationi aduntur fideiussores, pignora, aut sequestrum.*

23 *Cautio cum pignore commemoratur in iure.*

24 *Cautio cum sequestro habetur apud DD.*

25 *Cautio idonea, vbi in lege, vel contractu requiritur, non intelligitur de simplici obligatione, sed de cautione cum fideiussore, aut pignore.*

26 *Cautio, siue nuda, siue cum fideiussore,vel pignore, in omni scriptura fieri potest.*

27 *Verbum* cautum *in clausula exceptiua Indultus, positum, vti genus generalissimum continet sub se omnes cautēdi modos, superiùs expressos,ex nu.*20.

28 *Genus continet sub se omnes eius species.*

29 *Genus vbi ponitur, omnes eius ponuntur species, illoque remoto, remouentur.*

30 *Verba, siue legis, siue statuti, secundum propriam significationem, sunt accipienda.*

31 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda, & comprehendunt omnia, quæ sub generalitate continentur, tàm in materia fauorabili, quàm odiosa.*

32 *Indultus excludit pœnas, pro quibus expressa adest obligatio, licet nuda.*

33 *Obligatio cum stipulatione multiplicem continet cautelam, scilicet scripturam, hypothecam, iuramentum,ac stipulationem.*

34 *Verba cui conueniunt, eorum dispositio conuenit.*

35 *Indultus excludit pœnas,pro quibus dati sunt fideiussores, aut pignora, vel adest sequestrum nu.* 37. *sed vide,& nu.*179.

36 *Cautio cum fideiussore, aut pignore loco solutionis est.*

37 *Sequestrum, vbi interuenit, excludit inquisitum ab Indultu, & ex nu.* 44. *sed vide ex nu.*179.

38 *Dictio* quolibet modo *in clausula exceptiua Indultus apposita, importat quamlibet assicurationem, etiam indirectam, & impropriam, qualis est actus assecurationis per sequestrum,sed vide n.*190.

39 *Dictio* quolibet modo *verificat actum in aliquo minimo.*

40 *Sequestrum parit pignus iudiciale, & nu.*46.

41 *Promissio nuda parit actionem personalem.*

42 *Sequestrum magis tutum reddit creditorem, quàm fideiussor,& nu.*46.

43 *Hypotheca an detur fisco pro pœnis.*

44 *Verba Indultus non iudicantur superflua, sed vnumquodque suum parit affectum.*

45 *Verba,in clausula exceptiua Indultus,*aut quouis modo cautum,*non stant iacosè, sed comprehendunt simplicem assecurationem.*

46 *Ex sequestro acquiritur ius Officiali pro prouentu, etiam si ante sententiam fuerit remotus ab officio.*

47 *Exequutio in bonis excludit inquisitum ab Indultu.*

48 Mastril. de Indultu cap.22. & Reg.Rouit. in decis.91. nu. 26. *loquuntur in Indultu, diuersis verbis concepto,& refelluntur,nu.*50.

49 *Verba præsentis Indultus referuntur, actiuè ad fiscum, ex se, quouis modo assecu-*

Digitized by Google

ſecuratum, vt hic.

50 Maſtril. *fragili innititur fundamento.*

51 *Indultus excludit pœnas, pro quibus factæ ſunt Apocæ, ſiue Banco directæ, ſiue priuatæ, & nu.75. & ſeq.*

52 *Apocæ Banci habent exequutionem paratam ex diſpoſitione Reg. pragm.*

53 *Apoca priuata, & epiſtola producũt actionem conſtitutæ pecuniæ, & obligatio, quæ naſcitur ex eis, eſt loco ipſius rei, pro qua ſit.*

54 *Actionem, qui habet ad rem, videtur rem illam habere.*

55 *Pœna ſimpliciter fiſco debita, adhùc tamen non quæſita, eſt per Indultum remiſſa, etiam ſi condemnatio ſequuta ſit.*

56 *Pœna totaliter fiſco quæſita in quatuor ex ſex caſibus clauſulæ exceptiuæ Indultus, nimirum exacta, incorporata, aſſignata, aut compoſita, non cenſetur remiſſa.*

57 *Lucrum radicatum procedit à pari cum damno.*

58 *Gratia, & priuilegia ſunt interpretanda, vt minus, quàm fieri poteſt, Regi noceant.*

59 *Rex non cenſetur velle derogare iuri fiſci ſui.*

60 *Bona fiſco quæſita non veniunt ſub generali Indulgentia.*

61 *Pœna, etſi totaliter fiſco non ſit acquiſita, ſi firmius ius habet in ea, eſt ab Indultu excepta, & de ratione, nu. ſeq.*

62 *Pœnas iam quæſitas, ſi remitteret Rex, ſentiret damnum.*

63 *Indultus non extenditur ad res extractas, ſiue illarum pretium, ſi non extent, nec ad tractas, & iura dohanarum.*

64 *Extrahentes res vetitas, mulctantur pœna corporali, pecuniaria, & amiſſione rei extractæ, quod commiſſum vocant.*

65 *Interceptum ſtatim deſinit eſſe extrahentis, & acquiritur fiſco, & ab Indultu exceptum eſt, ſed vide decretum n.203.*

66 *Actio datur fiſco contrà hæredes extrahentis res vetitas, vel ad pretium, ſi res non extet, & nu.80. & vide ex nu.172.*

67 *Vectigal ſi fuerit fraudatum, res incidit in commiſſum, & ſtatim tranſit in dominium fiſci.*

68 *Fiſcus rem, in fraudem extractam, dicitur habere incorporatam, etiam ſi non ſit declarata intercepta.*

69 *Fiſcus, remittendo crimen, non ſentit damnum, quia habet cauſam lucratiuam in pœnis, niſi bona eſſent incorporata, tùnc enim eſt damnum.*

70 *Interceptum ſi eſt venditum, & de pretio factum depoſitum, illud erit fiſci, & ceſſat Indultus, ſed vide decretum, n.203.*

71 *Pretium ſuccedit loco rei.*

72 *Interceptum ſi fuerit reſtitutum cum cautione, excluditur ab Indultu.*

73 *Cautio de exhibendo facit rem extare.*

74 *Cautio de exhibendo loco proprietatis eſt.*

75 *Interceptum ſi fuerit reſtitutum cum Apoca Banci, facta per inquiſitum valoris illius, pro cautela fiſci, in caſu victoriæ, excluditur ab Indultu.*

76 *Obligatio ſoluendi pretium rei reſtitutæ, loco ipſius rei eſt.*

77 *Apoca, ſiue Banci, ſiue priuata, quæ ſit ad cautelam fiſci pro re intercepta, excluditur ab Indultu.*

78 *Indultus ad bona intercepta non extenditur, ſed tantum ad delictum, & pœnam contrabanni corporalem, & ità iudicatum.*

79 *Actio recuperandi commiſſum, vel eius pretiũ, dicitur ciuilis, & n. ſeq. & n.87.*

80 *Hæredes extrahentis res vetitas tenentur fiſco ad illas exhibendas, vel pretiũ.*

81 *Cauſæ intercepti ſunt ciuiles, & in eis non currit inſtantia, ſicq; iudicatum, ſed vide nu.169.*

82 *Delicti cauſa non attenditur, vbi pœna applicatur fiſco, non ad vindictam criminis principaliter, ſed pro perſecutione commiſſi, vel eius æſtimationis.*

83 *Extractiones rerum de vno ad alium locum, quomodò concedantur.*

84 *Pœna à iure impoſita, quæ non debetur ex conuentione, quæcumq; illa ſit, dummodò non ſit exacta, incorporata, &c. iuxtà tenorem indultus, cenſetur remiſſa.*

85 *Indultus non extenditur ad ius tractæ, & quantitatem duplicis valoris, ad quã obligatur extrahens, vel ſi reſponſale non producitur, & nu. ſeq. & nu.101.*

86 *Tracta & pretium taxatum, ad quod obligatur extrahens, non veniunt in Indultu, nec debentur ex delicto extractionis.*

87 *Pœna licet fiſco applicanda, quando debetur ex conuentione, licet occaſione delicti, dicitur ciuilis, & non criminalis.*

88 *Statutum de criminalibus loquens, non extenditur ad pœnam, licet fiſco applicandam,*

Digitized by Google

eandam, quando debetur illa ex conuentione, licet occasione delicti.

89 *Indultus non comprehendit quantitates ex conuentione debitas, nec ratas Arrendamentorum, nec quantitates denunciantibus debitas, nu.*91.

90 *Directus rerum extractarum non venit sub Indulgentia, & quotuplex sit nu.*93. *& seq.*

91 *Indultus non extenditur ad res tertij, quæ videntur exceptæ, ac reseruatæ.*

92 *Reuelanti extractiones acquiritur ius, pro quãtitate promissa, quod per Principem aboleri non potest, & vide decretum Regiæ Cameræ, n.*206.

93 *Ius tractæ frumenti, aliarumque rerum, quæ extrahuntur, est directus ab Indultu exceptus, & vide decretum, nu.*204.

94 *Tracta, eiusque ius est antiquissimum, & ad quam rationem exigitur.*

95 *Directus rerum extractarum est distinctus à pœna, & ab indultu excluſus.*

96 *Ius exituræ, licet diuersum à iure tractarum, non venit sub Indulgentia, & vide decretum, nu.*204.

97 *Vendentes frumentum vltrà pretium taxatum, non gaudent Indultu respectu superflui, ab emptoribus exacti, & quomodò id procedat, nu.*207. *& seq. & vide decretum nu.*207.

98 *Extrahentes monetas, aurum, vel argentum, excluduntur ab Indultu.*

99 *Fraudantes tractas frumentorum non gaudent Indultu in Regno Siciliæ, nisi solutione facta, vt hic, & quid de fraudantibus herbagia Regiæ Dohanę, n.*101. *&* 203. *& vide decretum nu.*203.

100 *Extrahentes equos excluduntur ab Indultu.*

101 *Responsalia non præsentantes, excluduntur ab Indulgentia, & supra nu.* 85. *& vide decretum nu.*212.

102 *Officiales falsificantes libros interceptorum, non gaudent Indultu.*

103 *Scribens schedulam falsam pro excarceratione debitoris, licet non sequatur effectus, non gaudet Indultu.*

104 *Indultu gaudent omnes, qui extrahendo deliquerunt, tàm respectu pœnæ corporalis, quàm pecuniariæ ex delicto extractionis debitæ, non autem ex conuentione, exceptæ tractæ, dummodò pœna non sit exacta, &c.*

105 *Sententia condemnationis non requiritur ad excludendos extrahentes ab Indultu, & nu. seq. &* 119. *& deinceps, & vide ex nu.*160.

106 *Interceptum ipso iure fisco incorporatur, etiam ante sententiam, & excipitur ab Indultu, sed vide ex nu.* 160. *& decisionem Reg. Cam. nu.*202. *& seq.*

107 *Dominium rei interceptæ transit in fiscum, nec requiritur sententia, quoad effectum iuris, sed tantùm facti, ad auocandam, scilicet, possessionem, & nu.*118. *&* 122. *sed vide ex nu.*160.

108 *Pœna ipso iure indicta per verba denotantia canonem latæ sententiæ, declaratione non indiget, & nu.* 119. *sed vide ex nu.*160.

109 *Extractionum delicta dicuntur commissa circa, vel intra rem, & ideò interceptum etiam absque sententia fisco acquiritur, & nu.*118.

110 *Carcerati, aut fideiussoribus detenti non gaudent Indultu, vt hìc, & nu.*113. *sed vide nu.* 146. *& seq. & decis. nu.* 215. *& seq.*

111 *Pœna dicitur exequuta per carcerationem, & carceratus excluditur à gratia medietatis illius in liquidatione instrumenti, quæ conceditur cum ista clausula,* dummodò non fuerit exequuta, &c.

112 *Indultus regulatur secundum formam Cancellariæ.*

113 *Indultus non extenditur ad carceratos, secundum Reg. Moles hìc, sed vide deinceps, & nu.*116. *& seq. & decis. n.*215.

114 *Carceratio in criminibus extractionum non fit pro pœna pecuniaria ante condemnationem, sed pro corporali ipsius delicti.*

115 *Verba Indultus ponderantur cum differentia inter pœnam, & condemnationem.*

116 *Pœna dicitur illa, quæ in iure est determinata, ad differentiam condemnationis, quam Iudex imponit pro suo arbitrio, sicut & mulctam.*

117 *Mulcta differt à pœna, quia ista irrogatur à lege, & illa ab homine.*

118 *Pœna pecuniaria à Iudicis arbitrio dependens, per Indultum est remissa, aliæ in iure expresè remanent exceptæ.*

119 *Condemnatio non requitur in pœnis ipso iure debitis, sed vide ex nu.*160.

120 *Pœna Domino iurisdictionis debita, qui antequam reus condemnetur, decessit,*

Digitized by Google

debetur eius haeredibus, licet tempore condemnationis alter habeat iuriſdictionem.

121 *Princeps, cui ipſo iure res acquiſita fuit, poteſt illam in tertium conferre, licèt non ſequatur ſententia.*

122 *Legis diſpoſitio illicò ſuam operatur exequutionem.*

123 *Actio pro pœna fiſco acquiſita tranſit ad haeredes, etiam lite cum defuncto non conteſtata, & nu.172.*

124 *Pœna fraudati vectigalis, tranſit ad haeredes, nulla Iudicis expectata ſententia.*

125 *Lex, quod non dicit, nec nos dicere debemus, & nu.128.*

126 *Velle quis non præſumitur, quod potuit dicere, & non dixit, & nu.128.*

127 *Res, quæ eſt, extra legem, non debet in practica introduci.*

128 *Diſtinctio vbi non fit à lege, nec à nobis facienda eſt.*

129 *Verba generaliter loquentia, generaliter ſunt intelligenda, proùt cantant & omnes caſus comprehendunt, etſi maior ſit ratio in vno, quàm in alio.*

130 *Determinatio vnica, plura reſpiciens determinabilia, debet omnia determinare æqualiter, maximè in caſibus æquiparatis.*

131 *Ratio ſi non ſit maior in vno, quàm in altero, æqualis ſit determinatio.*

132 *Verba non debent eſſe ſuperflua, & ſinè effectu, ſed aliquid operari, etiam in Priuilegijs.*

133 *Verborum Indultus in clauſula exceptiua, germanus ſenſus affertur.*

134 *Exceptio debet eſſe de regula, & illam declarare, & vide nu.180.*

135 *Verba Indultus in clauſula exceptiua ſunt intelligenda in caſibus, de quibus regula loquitur.*

136 *Sententia non requiritur in pœnis fiſco quæſitis, etiam ex mente Regis indulgentis, vide ex nu.160.*

137 *Ratio legis Indultus in clauſula exceptiua affertur, & ſupra nu.55. & ſeq.*

138 *Ratio iuris vbi militat, eadem iuris debet militare diſpoſitio.*

139 *Argumentum ex veriſimili validum eſt.*

140 *Delictorum frequentia iuris rigorem expectat.*

141 *Fiſcus quanto minus fieri poteſt lædi debet, vt poſſit neceſſitatibus eſſe ſufficiens.*

142 *Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatibus.*

143 *Contraria reſoluuntur.*

144 *Clauſula exceptiua Indultus* dummodò pœna, &c. *quid reſpiciat, & nu.ſeq.*

145 *Indultus clauſula exceptiua plures caſus reſpicit, tàm ſatisfactionis, quàm ſecuritatis.*

146 *Carcerati, & ſub fideiuſſoribus detenti gaudent Indultu.*

147 *Argumentum non procedit à caſu expreſſè affirmatiuè determinato ad caſum, etiam expreſsè, ſed negatiuè diſpoſitum.*

148 *Indultus non protrahitur ad intereſſe Regis pecuniarium, quando eſt ei ius quæſitum, vel firmius cautum.*

149 *Carceratio, quæ fit pro pœna delicti corporali, non fundat Regis intereſſe pecuniarium.*

150 *Fideiuſſores carcerati relaxati non fideiubent pro pœna pecuniaria, ſed pro repræſentanda inquiſiti perſona.*

151 *Condemnatio pro pœna pecuniaria non modo exigitur ante Indultum, vt habeat locum clauſula exceptiua, ſed etiã exactio ſecundum* Maſtril., *qui tamen refellitur & vide ex n 160.*

152 *Indultus habet locum, quando ſequitur condemnatio, & non reperitur cautus fiſcus, alias ſiue ſequatur condemnatio, ſiue non, eſt caſus exceptus.*

153 *Decretum Reg. Cameræ in Collat. Conſ. latum cum adiunctis de anno 1572. declaratur, & eius verba afferũtur, n.202.*

154 *Indultus, de quo loquuntur* Maſtrill. & Reg. Rouit. *diuerſis erat conceptus verbis.*

155 *Exemplis non eſt iudicandum, ſed melioribus rationibus in contrarium extantibus.*

156 *Deciſiones contrariæ pro temporum varietate prolatæ fuerunt.*

157 *Decreti Coll. Conſ. de anno 1572. ad interpretationem Indultus, quæ fuerit ratio, & nu.159.*

158 *Ratio alia aliam parit interpretationem.*

159 *Regis Patrimonium tempore decreti Coll. Conſ. de anno 1572. erat opulentum, ſed nunc exauſtiſſimum reperitur.*

160 *Dominium pro fraudato vectigali fiſco non quaritur ante ſententiam.*

161 Tex. in c. cum ſecundũ de Hæretic. in 6. *tergiuerſari nequit.*

162 *Sententia requiritur ad excludendum extra-*

Digitized by Google

extractionis crimen ab Indultu.

163 *Pœna non debetur ante condemnationem.*

164 *Delinquens non dicitur reus criminis, nisi per sententiam, & nu. seq. & n.* 176.

165 *Delinquens nullus dicitur post Indulgentiam.*

166 *Alienatio delinquentis in fraudem fisci reuocatur, & nu.* 168.

167 *Sententia requiritur ad priuandum canonicatu homicidam.*

168 *Delinquens post inquisitionem remanet Dominus, & alienatio sustinetur, nisi in fraudem fisci fiat.*

169 *Causa intercepti an sit criminalis, distinguitur.*

170 *Actio in contrabannis descendit ex maleficio, & dicitur criminalis, & nu. seq.*

171 *Origo actionis est inspicienda ad dignoscendam iudicij naturam, etiam si alia actio competeret, & vide nu.* 173.

172 *Incorporatio non dicitur ante condemnationem, sed finito iudicio criminali.*

173 *Actio de peculio datur ciuilis contrà patrem pro delicto filij.*

174 *Actio contrà hæredes, quando detur delinquente mortuo, distinguitur, & nu.* 187.

175 *Mors extinguit delictum, & actionem, quæ ex illo competebat ante sententiam.*

176 *Sententia condemnationis exigitur contrà principalem, vt detur actio contrà hæredes.*

177 *Delictum si fuerit sublatum, nùm remaneat actio ad rei persecutionem.*

178 *Sententia declaratoria retrotrahitur ad diem delicti quòad commissum, & pœnam.*

179 *Sequestrum debet esse post condemnationem, vt cautum reddat fiscum, & n.* 184.

180 *Regula de quo loquitur, de illo intelligenda est exceptio.*

181 *Debitum vbi non est, nec cautela dari potest.*

182 *Hypotheca etiam conditionali obligationi accedere potest, sed manet in suspenso, quousque casus eueniet, & interim bona non dicuntur hypothecata.*

183 *Pœna per sententiam non declarata, non reddit fiscum cautum.*

184 *Sequestrum, initio causæ factum, resoluitur in simplicem annotationem, & nu.* 187.

185 *Sequestrum, etiam post litem contestatam factum, dicitur iudicij præparatorium.*

186 *Iudicio extincto extinguntur illius præparatoria.*

187 *Sequestrum initio causæ factum, non est pro pœnæ executione, sed vt reus se purget.*

188 *Crimina læsæ Maiest. & Repetundarum sunt priuilegiata, & post mortem datur actio contrà hæredes ad bona auferenda.*

189 *Annotatio bonorum delinquentis, nil iuris dat fisco, si infrà annum à die citationis criminosus moritur, sed hæredes bona capiunt.*

190 *Dictio* (altro) *est complicatiua cum antecedentibus per similitudinem relatiuam.*

191 *Indultus dicitur materia fauorabilis.*

192 *Actio non est in fieri dependens ex delicto, quando datur fisco ex contractu, vel quasi.*

193 *Officialis inferior absque commissione superioris nulliter agit, vt hic.*

194 *Stylus iudicandi attenditur, & creditur Doctori de illo attestanti, & nu.* 196. *& vnica sufficit iudicatura.*

195 Mastril. *fuit magnus Doctor, & Minister supremus.*

196 *Doctori de consuetudine attestanti creditur.*

197 *Processus non est inchoandus à sequestro.*

198 *Exequutio facta ante sententiam, dicitur potiùs simplex annotatio, & inuentarium.*

199 *Inuentarium bonorum delinquentis, quod fit in principio litis, non reddit cautum fiscum.*

200 *Sequestrum, & inuentarium idem sunt*

201 *Gratia est latissimè interpretanda pro eo qui illam habuit; minimè quando motu proprio elargitur.*

202 *Decretum latum per Reg. Cam. in Collaterali Consilio cum adiunctis de anno* 1572 *ad interpretationem Indultus affertur, vt iacet typis traditum per* Reg. de Marin.

203 *Indultu gaudent omnes inquisiti pro causis interceptorum, & contrauentionis bannorum, quouis modo emanatorum, etiam in causis frumentorum, & herbagiorũ Reg. Dohanæ Neapecudum cum declaratione, vt hic in decreto generali, & nu.* 209.

204 *Inquisiti pro causis interceptorum, vt Indultu fruantur, tenentur restituere directus Dohanarum, exituræ, & tra-*

ctæ, & alios, quouis modo Regiæ Curiæ debitos, & cætera, vt hic.

205 *Arrendatoribus debetur medietas intercepti, vel rata iuxtà capitulationem.*

206 *Denũciantibus intercepta debetur quarta pars, ſiue legitima rata.*

207 *Frumentum vendentes vltrà pretium taxatum, gaudent Indultu, ſed tenentur illud plus reſtituere emptoribus cum declaratione, vt hic, & nu. ſeq.*

208 *Pretium frumenti venditi vltrà taxam, remanet loco depoſiti pro emptoribus incertis.*

209 *Herbagia Reg. Dohanæ Menæpecudum fraudantes, gaudent Indultu, ſed cum declaratione vt hic.*

210 *Indultus non extenditur ad ſententias, continentes confiſcationem bonorum, tranſactas in rem iudicatam tempore emanationis illius.*

211 *Indultus non habet locum in condemnationibus pecuniarijs, aliiſq; pœnis, ante datam illius factis, exequutis, exactis, incorporatis, aſſignatis, vel ſi aliter ſit de ipſis cautum Regiæ Curiæ, dummodò ſententiæ feciſſent tranſitum in rem iudicatam.*

212 *Significatoriæ expeditæ cortrà Miniſtros Regiæ Cameræ, ob computa non præſentata, & ob reſponſalia non producta, excluduntur ab Indultu.*

213 *Pœnæ contumaciæ, ac mandati ſpreti veniunt ſub Indulgentia.*

214 *Deciſio Regiæ Iunctæ in hac cauſa affertur.*

215 *Carcerati, contrà quos non erat lata ſententia tempore Indultus, gaudent illius beneficio, & ità deciſum per Regiam Iunctam.*

216 *Deciſio Regiæ Iunctæ pro carceratis.*

Indultu generali an gaudeant inquiſiti de contrabannis.

§. VIII.

DIuina annuente clementia, precibus totius ferè Chriſtiani Orbis, venit in lucem, tamdiù expectatus Sereniſſimus Hiſpaniarum Princeps, ob cuius feliciſſimæ ſemper prolis exuberantem hilaritatem, Cæſarea Maieſtas Philippi IV. Patris, ac Regis noſtri Inuictiſſimi, generalem elargitus fuit Indulgentiam, omnes exceſſus, omniaque crimina, vſque in diem illum commiſſa, totaliter abolentem, cum remiſſione pœnarum, tàm corporis, quàm pecuniæ, quæ realiter non ſint exactæ incorporatæ, aſſignatæ, acceptatæ, vel ſi quolibet alio modo eſſet Regius fiſcus pro eis aſſecuratus, aut bona per Iudicis ſententiam expreſsè publicata fuiſſent; qua generali abolitione ordine Excellentiſſimi Comitis Caſtrilli Proregis meritiſſimi publicata in hac Ciuitate Neapolis ſub die 29. Iunij 1658. contingit dubitari de verbis Indulgentiæ prædictæ, nùm ſub illis comprehendantur inquiſiti de extractionibus rerum prohibitarum, & contrauentionibus Bannorum, vel fraudati vectigalis, tàm reſpectu pœnæ corporalis, quàm pecuniariæ, in Bannis, Regijſque ſanctionibus contentæ, & amiſſionis rei interceptæ, ac dirictus, & ratæ, quæ debetur in ſuis caſibus Conſignatarijs, ſiue Arrendatoribus, vel etiam partis debitæ denuncciantibus; & res coram me deducta, vti Commiſſario generali contrabannorum iuſſu ipſius Excellentiſſimi Proregis, fuit in Regia Iuncta ſolemniter diſcuſſa inter Regium fiſcum, & D. Carolum Caſtelli, ac demum mediante ſententia terminata.

Dicebat fiſcus, quod licet inter delicta crimen fraudati vectigalis connumeretur, quod eſt furtum, *l. fraudati, & l. commiſſa, ff. de public. & vectig. l. 1. ff. de his, quæ pro non ſcrip.* & pœnæ pecuniariæ pro illo indictæ fiſci commodum reſpiciant, qua de re voluerunt *Abb. & Canoniſtæ in cap. ſuper his de accuſ. idem Abb. Felin. Dec. & Rip. in rub. de Iudic. DD. in l. 3. ff. de ſepulc. viol. Boer. in deciſ. 349.* quod caulæ, quæ à crimine deſcendunt, criminales appellentur, & ipſum commiſſum pœna ſit criminalis, quia venit in ſequentiam delicti, à quo deſcendit, eademque lege debetur, qua ipſum crimen punitur, *l. hodie, l. qui nomine, ff. ad l. cornel. de falſ.* origo enim inſpicitur ſecundum *Iſern. in c. Imperialem, §. ſi quis in feudatus col. 1. de prohib. feud. alien. ex tex.*

in

in l. sed quod, ff. de donat. quem sequitur *Capyc.* ibi *in* 4. *concl.* cuius opinionis antesignanus fuit *Accurs. in d. l.* 3. *de sepulc. viol. in ver. centum,* quem sectati sunt *Bar. Alber & Salyc.* ibi, *Cyn. in l.* 1. *C. eod. Bal. in l. si qua per calumniam, C. de Episc. & Cleric. Ias. in rub. C. de iudic. Imol. in rub. ff. de public. iudic. Innoc. in c. qualiter, & quando de accus. in* 2. *not. ab. Gemin. in cap. vnico de Cleric. coniug. in* 6. *in* 3. *not. Menoch. de arbitr. iudic. quæst.* 82. *lib.* 1. *de Franch. in decis.* 162. *nu.* 56. *Reg. Rouit. in prag.* 1. *de offic. Baiul. nu.* 38. & sic passim
6 in casibus aliarum abolitionum iudicatum pluries per Reg. Cam. in Collaterali Consilio datis alijs Consiliarijs adiunctis sub die 20. Octobris 1572. testantur *Reg. Moles in decis.* 62. & sub die 17. eiusdem anni in pœnis bannorum frumenti, *Ann. in sing.* 384. *Mastrill. de Indultu cap.* 19. *nu.* 20. *Innoc. Pagan. in alleg.* 32. *inter impressas post dec. Reg. Salern.* vbi *Thor. in add.* quorum memor fuit *Reg. Donat. Ant. de Marin in lib.* 1. *resol. cap.* 183. vbi inserit alleg. Dom. Bernard. de San. Cruce Regiæ Camerę Locumtenentis,& respectu rei commissæ, siue illius æstimationis
7 dicit *Reg. Moles* non refragari, quod agatur de persecutione rei,cuius dominium fiscus ipso iure acquisiuit, *ad tex. in d. l. commissa de public.* quia si delictum fraudati vectigalis, &
8 sic culpa sublata est, oportet, vt etiam pœna sublata sit, licet iudicium persecutionis illius ciuile fuerit, & ciuiliter intentatum; nàm generalis abolitio culpam, & delictum tollit in totum, *l. si interueniente, ff. ad Turpil. l. fin. C. de general. abolit.* maximè quando ob publicam lętitiam facta fuit, vt in casu præsenti, *l. abolitio, iuncta l. sequenti, & d. l. si interueniente ad Turpil. l. vnic. C. de publ. lætit. lib.* 12.

Et licet pariter, nec totum, nec omninò indubium sit,dominium rerum extra-
9 ctarũ ipso iure in fiscum transiuisse absque sententia declaratoria, saltim facti, *ex tex. in cap. secundùm de hæretic. in* 6. *Canon. in cap. Fœlicis de pœn. in* 6. *Bal. in l. quæ sub conditione,* §. *fin. ff. de cõdit. instit. Bar. in l. Imperator, ff. de iur. fisc. & in auth. de incest. nupt. Ias. in l.* 2. *C. de iur. emph. & in l si quis maior,* vbi *Alex. C. de transact.* adeò vt ante illam inquisitos
10 quòad statum personarum,bonorum,& iurium in eorum integritate remanere voluerint, *Socc. iun. in cons.* 69. *n.* 28. *vol.* 1. *Curt. iun. in cons.* 149. *nu.* 2. *Dec. in cons.* 127. *col.* 3. *& in cons.* 68. *nu.* 69. & pœnam non posse habere effectum, *Isern. in c.* 1. §. *sancimus col. penul quo tempore miles, Peregr.* qui alios cumulat *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *nu.* 8. *&* 12. nec illam exequi posse *d. c. cum secundum,* §. *fin. de hæretic. in* 6. *Alex. in cons.* 503. *nu.* 17. *& in cons.* 124. *nu.* 2. *vers. plus dicit lib* 1. *Vant de nullit. ex defect. Proc. nu.* 49 *ex tex. in l.* 1. *C. de except. rei iudic. Petr. Caball. resol. crim. lib.* 1. *cap.* 133. *nu.* 2.

Quod etiam prima fronte videntur suadere ipsamet verba Indultus, ex quibus animus concedentis desumitur,dùm requirunt, nedùm sententiam declaratoriam, sed realem exactionem, incorporationem, vel exequutionem, cum non
11 possit dici, realiter facta incorporatio cõmissi,nisi sequuta sententia,& capta sit possessio,*Mastril. de magistr. cap.* 10. *nu.* 361. *Farinac. in* 1. *par. fragm. lit. B. nu.* 116. in-
12 corporatio enim fieri dicitur, cum res in fisci corpus redigitur, vel in patrimoniũ eius conuertitur, & in illius rationibus descripta est, *Cuiac. in l.* 5. *C. de bon. vac. lib.* 10. *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 3. *&* 33. *Amaia in d. l.* 5. & dictio illa *realiter* importat, vt cum effectu factum sit,
13 quod requiritur, *Soccin. in cons* 143. *nu.* 4. *col.* 3. *Bertaz. de clausul. instrum. claus.* 34. *gl.* 5. *nu.* 1. *Barbos. de dictio. vsu freq. diction.* 342.

Id tamen dicebat fiscus procedere respectu pœnarum corporalium,vel etiam
14 pecuniariarũ,non exequutarũ,nec incorporatarũ,aut assignatarũ, neq; acceptatarum,si alio quouis modo cautus esset Regius fiscus; sed respectu rei extractæ, & commissi, aut pretij illius non extantis,& respectu tractæ,dohanarumque dirictuũ, & iurium,tàm ex iuris dispositione,quàm ex verbis Indultus cõtrarium esse verius, vt infrà, & in hoc totam vim faciebat Regius fiscus,omissa pęna pecuniaria.

Prædictis addebatur, clausulam illam
15 exceptiuam, *dummodò pœnæ non sint realiter, exacta, incorporatæ, &c.* habere locum, etiam si tempore gratiæ non sit lata sententia, quando fuerit aliquo modo fiscus assecuratus, idque patet ex verbis Indultus, & ex mente Regis indulgentis.

Et

Digitized by Google

Et incipiendo à verbis Indultus, tota difficultas fieri poteſt in quinto caſu, clauſulæ exceptiuæ, ibi, *ſi quolibet alio modo eſſet fiſcus pro pœnis aſſecuratus*, quod eſt idem, ac dicere, *vel aliter fiſco noſtro pro eis cautum fuerit*, vt legitur in alijs abolitionibus, & patebit inferius; pro cuius difficultatis elucidatione videndum eſſe puto, quid comprehendatur ſub illo verbo *cautum*, vt indè deuenire poſſim ad dubij reſolutionem: ſciri autem non po-
16 teſt, quid ſub verbo iſto comprehendatur, niſi priùs ſciamus illius proprietatē, à qua recedendū non eſſe, dixit *Iureconſ. in l. non aliter, ff. de leg. 3.* maximè quia verbum legis eſt, vt inquit *Seſſ. de inhibit. cap. 4. §. 5. nu. 19.* melior *tex. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis eod. tit. de legat. 3.*

17 Verbum iſtud *cautum*, tàm grammaticaliter, quàm legaliter à verbo *caueo* deriuatur, à quo etiam deſcendit *cautio*, & ſignificat ſecuritatem, ſiue ſecurum facere grammaticaliter, ità dicunt *Calepin. in verb. caueo, & cautio, Mar. Nizol. in Theſauro Ciceronis*, & in his terminis
18 Calepino adhærendum inquit *Præſ. de Franch. in deciſ. 662. ſiuè ex mente Io: Angel. Piſanelli*: legaliter ſic teſtantur authores *Lexic. iuris, Franc. Otom. de verbis iuris tom. 1. ver. cauere, & cautio, Alciat. in l. habere* 188. *§. cautum, & in l. ſatiſdationis 62. ff. de verb. ſign. Rebuff. in d. §. cautū*, vndè dixerunt *gl. & Dec.* per illum *textū in l. plus cautionis, ff. de regul. iur.* ſecuri-
19 tatem interpretari pro cautione, & è contrà eadē *gl. in l. 1. C. de proc. & in l. 3. C. de verb. ſign.* nouiſſimè *Barboſ. in l. diuortio, §. interdum intra nu. 10. ff. ſol. matrim.*

Cautio autem, & cauere dupliciter
20 contingere poteſt. Primò ſimpliciter, quando ſolus contrahens obligatur, ſiue citrà ſtipulationem, vt *in l. Titia* 134. *§. idem reſpondit el ſecundo de verb. oblig.* ſiue cum ſtipulatione, vt *in l. hæres* 21. *ad Trebell. l. 1. §. iudiciales, ff. de pret. ſtipul.* ſiue addito iuramento, vt *in §. ſed hodie inſtit. de ſatiſdat. & in l. 1. C. vt omnes*
21 *obed.* omnibus enim iſtis modis contrahens ſecurior redditur, licèt vnus modus ſit altero ſecurior, vt inquit *Reg. Cacac. in alleg. inferius citanda 86. in 3. tom. reſol. Reg. de Marin.*

22 Secundò cauetur cum adiuncto, quando nudæ promiſſioni ſuperadduntur, aut perſonæ, quæ ſunt fideiuſſores, aut res, quæ ſunt pignora, vel ſequeſtrum, *l. habere* 188. *ff. de verb. ſign. l. 1. §. iuberi, ff. de collat. bon. l. dubitet, ff. de fideiuſſ. l. Lucius, §. Paulus, ff. de admin. tutor. cum concordantibus.*

23 De cautione cum pignore eſt *tex. in l. ſi conuenerit, §. ſi quis, l. rem, §. ſatisfactū, ff. de pignor. act. & in d. l. 1. §. iuberi de collat. bon.*

24 De ſequeſtro loquuntur *Cancer. in 2. tom. variar. cap. 4. nu. 7. & 18. & tex. in l. fideiuſſor, §. penul. ff. qui ſatid. cog. Menoch. de arbitr. caſ. 457. nu. 1.* cum alijs inferiùs ſuo loco allegandis, & firmat *Card. Tuſc. in concl. 202. nu. 24. lit. S. tom. 7.* qui omnes concludunt, quod ſequeſtrum dicitur cautio.

Et iſtæ cautiones cum adiuncto, vti firmiores, & vtiliores dicuntur idoneæ, &
25 vbi in lege, vel contractu fit mentio de cautione idonea, intelligitur de iſta cum fideiuſſore, vel pignore, non de ſimplici obligatione, *l. 4. §. adÿci, ff. de fideic. liber. l. ſi mandato* 45. *§. fin. ff. mand. gl. in l. ſed & hæ, §. deſcendere, ff. de proc.*

26 Vtraque autem cautio, ſiue nuda, ſiue cū fideiuſſore, aut pignore in omni ſcriptura fieri poteſt, ſiue ſit inſtrumentum, vt *in l. Meuia in princ. ſol. matr.* ſiue ſit Chyrographum, *l. ſi ex pluribus* 89. *ff. de ſolut. l. ſicut certo, §. idem reſpondit, ff. commod.* ſiue ſint epiſtolæ, aut literæ, *l. Publia, §. fin. ff. de poſſ. l. Titius de conſt. pecu. l. Titia* 134. *§. item reſpondit el ſecundo, ff. de verb. oblig.*

Ex his igitur, vt ad dubij reſolutionem
27 accedam, conſtat manifeſtè verbum *cautum*, vel *cauere* eſſe genus generaliſſimū, continens ſub ſe omnes iſtas ſpecies, & cauendi modos, & ideò dùm Indultus excipit pœnas, pro quibus quouis modo eſt cautum fiſco, fateri oportet ſub illo verbo *cautum*, omnes iſtas ſecuritatis ſpecies contineri.

Ratio eſt manifeſta, quia genus con-
28 tinet ſub ſe omnes eius ſpecies, *l. omnes C. de præſcr. 30. vel 40. ann. l. 1. §. conuentionis, ff. de poſt.* cum alis apud *Surd. in deciſ. 255. ſub nu. 18.* illoque poſito, quælibet eius ſpecies ponitur, & remoto, remouetur, ex traditis *per Euerard. in loc. 6. eius Topic.* vndè dixit *Rebuff. in cit. l. habere* 188. *§. cautum de verb. ſign. pag. 845. verſ.*

Digitized by Google

29 *vers. cautionis autem*, quod quando in aliqua dispositione generaliter apponitur verbum istud *cautum*, siue *cauere*, omnem cautionem comprehendit.

Altera ratio est clara, quia à proprietate verborum non est recedendum, vt dixi supra, & probat *Surd. in decis. 9. n. 5.*

30 sed illa, siue legis, siue statuti secundum propriam significationem sunt accipienda, *l. 3. § hæc verba, ff. de neg. gest. Surd. loc. cit.* & si sunt generalia, generaliter debet intelligi, & comprehendunt omnia, quæ sub proprietate, ac generalitate continetur, *l. 1. § quod autē, ff. de aleat. l. 4. § toties, ff. de damn. infect. Surd. cit. decis. 9. nu. 3.* tàm in materia fauorabili, quàm odiosa, vt ibi, & probat *Barb. in l. quia tale n. 37.*

31 *ff. sol. matr.* Igitur verbum istud *cautum*, in Indultu appositum, omnes securitatis species amplectitur; & proindè dicēdum venit, ab eo excludi infrascriptos casus.

Primò excluduntur pœnæ, pro quibus expressa adest obligatio in scriptis cum

32 stipulatione, quæ licèt facta sit simpliciter, & sine adiuncto, continetur tamen sub verbo *cautum*, vt supra fundatum est, imò multiplicem continet fisci cautelam, scilicet scripturam, hypothecam, iura-

33 mentum, ac stipulationem, vt notat *Vinc. de Franch. in decis. 618.* & ideò si ei verba Indultus conueniunt, eius etiam di-

34 spositio conuenire debet, *Tiraq. in l. si vnquam in ver. libertis, C. de reuoc. donat. Surd. in decis. 276. nu. 11. & 14. per tex. in l. 4. § toties, ff. de damn. infec. l. quod constitutum de milit. test.* maximè quia non dicitur idoneè cautum, quod verificatur cum adiuncto, sed cautum quouis modo.

Secundò, multò fortius excluduntur pœnæ, pro quibus est facta obligatio cū

35 adiuncto, scilicet fideiussore, vel pignore, ex ea enim maiorem fiscus habet securitatem, cum talis cauendi modus loco solutionis sit, *ad tex. in l. rescripto, §.*

36 *plenè, ff. de muner. & honor.* & sub verbo *cautio* continetur, vt notant post alios *Damad. in patroc. pauper. cap. 6. num. 12. tom. 8. par. 2. tract. & Gregor. Lope. gl. 10. lib. 10. nu. 33. p. 7.*

Tertiò, à maioritate rationis sunt excepti ab Indultu illi, contrà quos fuit fa-

37 ctum sequestrum, quia sub illo verbo *cautum* continetur sequestrum, ad cautelam fisci factum in principio inquisitionis, iuxta tradita per *Cancer. variar. lib. 2. cap. 4. nu. 22.* quod multò magis procedit, attenta dictione illa *quolibet modo*, quæ

38 importat nedùm assecurationem per pignoris captionem, & realem exequutionem, comprehensam sub antecedenti verbo *exequutæ*, sed modum etiam indirectum, & inproprium, qualis est actus assecurationis per sequestrum, ex doctrina *Io: Andr. in c. indemnitatibus nu. 2. de sent. excom. Gozzad. & aliorum*, quos probat *Barbos. in dict. 330. nu. 2.* vbi *nu. 6.* dicit,

39 quod hæc dictio verificat actum in aliquo minimo, ità vt debilis, quæque securitas procurata per fiscum, excludat inquisitum ab Indulgentia pœnæ pecuniariæ; si enim per simplicem acceptationem pœnæ, per inquisitum promissæ, est

40 casus in Indultu exceptus, quantò fortius quando pro pœna est factum sequestrum, ex quo resultat, velut pignus iudiciale iuxtà terminos, *l. à Diuo Pio, § in vēditione, iuncto §. pignora, ff. de re iudic.* quod pignus strictius reddit cautum ius fisci, quam nuda illa promissio, ex qua

41 oritur tantùm actio personalis, *§. in personam instit. de act.* negari enim non potest, quod per sequestrum, magis securus sit fiscus pro iure suo, etiam magis ei cō-

42 sultum, quàm per fideiussores, vt in puncto in propria materia verbi *cautum* ad interpretationem Indultus anni 1629. fundauit *Reg. Io: Camill. Cacac.* tùnc regalis patrimonij fisci Aduocatus *in alleg. 86. ex nu. 41.* post hæc scripta Typis tradita inter *alleg. diuersorum in 3. tom. Reg. Donat. Ant. de Marin.* in nouissima editione Lugdunensi, quo loci audacter fir-

43 mat, casum sequestri esse ab Indultu excluſum, siue detur fisco hypotheca pro pœnis, vt explicat *Reg. Constant. in tit. pœn. fiscal. credit. præferri lib. 10. nu. 107.* & firmat *Alfar. de offic. fisc. gl. 34. nu. 136.* siue non, cum sufficiat in præsenti casu, quod tenens bona sequestrata securior factus sit consequendi pœnam tempore condemnationis, quæ fuit ratio regulæ in Indultu exceptiuæ, vt infrà dicam, & fortius si sunt sequestrata bona intercepta, quorum dominium statim, quod ad manus fisci peruenerunt, fuit illi acquisitum, nec est quærendum, si est contractū pignus prætorium, vel iudiciale, vt infrà.

Præ-

Prætereà verba Indultus non iudicantur ſuperflua, ſed vnumquodque ſuum
44 parit effectum; pœna exacta parit exactionem, incorporata, incorporationem; aſſignata, aſſignationem; acceptata, promiſſionem; compoſita, compoſitionem; vltima verba, *aut quouis modo cautum*, non debent ſtare iocosè, ſed vti genera-
45 lia, multa particularia comprehendunt, & ſignanter caſum ſequeſtri, & ſimplicis exequutionis, cum nullo alio modo, exceptis ſuperiùs expreſſis, dicatur cautus fiſcus, niſi per ſequeſtrum, *tex.* eſt, *& glo. in d. l. habere* 188. *verſ. rebus, ff. de verb. ſign.* per illud enim veluti per pignus, vel
46 fideiuſſorem, quiſq; aſſecuratur, vt dixit *Paris de Put. de ſyndic. in verſ prouenctus, c.* 1. *nu.*4. ibi ex actu ſequeſtri quæri ius Officiali pro prouenctu, etiã ſi ante ſentẽtiam fuerit ab officio remotus, & ex hac
47 exequutione in bonis fuiſſe inquiſitos excluſos ab Indultu, ex dictis *per Reg. Rouit.* refert *Nouar. in collect. 3. num. 9. ſuper pragm. 2. de abolit.*

Quibus non obſtant tradita *per Maſtrill. de Indultu cap.* 22. quia loquitur de
48 cautione de ſtando iuri, & ſoluendo iudicatum, aut de non baraptando, nec tradita poſt ipſum *per Reg. Rouit. in deciſ.* 91. *nu.*26. quia procedunt in Indultu diuerſis verbis concepto, nempè quando fuit dictum, *dummodò pœna compoſita ſit*, aut aliter *pro ea fiſco noſtro cautum*, quæ verba reſpiciebant voluntatem debitoris, & fiſcum non actiuè, ſed paſſiuè, nimirum quando à debitore accepiſſet pignora, fideiuſſorem, aut ſimplicem promiſſionem in exequutionem compoſitio.
49 nis, & acceptationis pœnæ. At verba præſentis Indultus reſpiciunt, nedùm prædicta, & caſum exequutionis realis, vel perſonalis, iuxta ſuperiùs dicta *ex tex. in l.* 2. *C. de prætor. pign.* ſed caſum ſimplicis ſequeſtri, ac minimi aſſecurationis modi, & referuntur actiuè ad fiſcũ, quatenus ſcilicèt ex ſe, vel facto Iudicis, ſine inquiſiti voluntate ſe cautum reddidiſſet pro pœna commiſſi ipſo iure quæſita, vel pro alia pecuniaria iure debita,
50 vt colligitur *ex Conſ. Carleual. diſput. lib.* 5. *in Apolog. contrà Rouit. in d. deciſ.* authoritatemque *Maſtrill.* fragili inniti fundamento oſtendit *Reg. Cacac. in d. alleg.* 86. *nu.* 66. *& 67.*

Quartò, ſunt exceptæ pœnæ, pro qui-
51 bus fuerunt factæ Apocæ, ſiue Banco directæ, ſiue priuatæ alicuius quantitatis ſoluendæ, quando cõdemnatio ſequatur, iſtas enim Apocas ſub verbo *cautum*, etiã contineri, ſuperiùs demonſtratum eſt *nu.* 26. cùm ex illis magis ſit ſecurus fiſcus pro pœna, quia Apocæ Banci habent
52 exequutionem paratam ex diſpoſitione *Reg. prag.* 64. *de offic. Proc. Caſar.* vbi *Reg. Rouit. ex nu.* 63. *D. de Franch. in deciſ.* 502.
53 Apocæ priuatæ, & epiſtolæ pariunt actionem conſtitutæ pecuniæ, *l. Titius* 24. *in fin. ff. de conſtit. pecun.* & obligatio, quæ reſultat ex Apoca, eſt loco ipſius rei, *D. de Franch. in deciſ.* 75. *ſub num.* 9. *Ludouic. in deciſ. Peruſ.* 45. *ſub num.* 20. ideòque
54 rem ipſam habere videtur, qui actionem habet ad illam, ex regula *tex. in l. qui actionem* 15. *ff. de regul. iur.* notat punctualiter *Reg. Cacac. in cit. alleg.* 86. *nu.* 45. *cum ſeq.* & repetit *nu.* 80. *&* 81.

Ratio autem quare iſtæ pœnæ, & aliæ inferius referendæ ſunt exceptæ, licèt nõ exprimãtur, nec in iſta, nec in alijs Pragmaticis ſub *tit. de abolit.* quæ eiſdem ferè verbis conceptæ ſunt, eſt apertiſſima,
55 nec poteſt alia ad propoſitum aſſignari; Aliæ enim ſunt pœnæ, ſimpliciter fiſco debitæ, ſed adhùc non quæſitæ, & iſtæ ſunt per Indulgentiam abolitæ, etiam ſi condemnatio ſequuta ſit.

Aliæ ſunt totaliter fiſco quæſitæ in quatuor ex ſex caſibus exceptis, videlicet,
56 ſi exactæ, incorporatæ, aſſignatæ, aut compoſitæ, & iſtæ ab Indultu ſunt exceptæ, quia dominium illarum eſt Regis, qui noluit proprias res concedere, ſed aliena non petere, ſiue remittere, cum lucrum
57 radicatum procedat à pari cum damno, *l.* 2. *§. merito, ff. ne quid in loc. publ. gl. in l.* 2. *§. ſi quis autem, in ver. per in integrum de itin. actuq. priu. DD. in l. non amplius, §. ſi certum, ff. de leg.* 1. *Alex.* poſt alios *in conſ.* 169. *num.*4. *lib.* 2. *& in l.* 2. *§. fin. iuncta l. ſeq. qui ſatiſd. cogã.* & ideò gra-
58 tiæ, ac priuilegia ſunt interpretanda, vt minus quam fieri poteſt, noceant Regi, *l. nec damnoſa, C. de præc. Imper. offer.* imò reſtringenda ad minus præiudicium, in punctο *Nouar. in collect. 3. n. 6. ſuper prag. 2. de Abolit.* Princeps enim non cenſetur
59 velle derogare iuri fiſci ſui, *Criuel. in deciſ.* 82. *nu.* 21. & in materia Indultus loquitur

quitur idem *Nouar. in rub. de abolit. n. 25.*
60 nec eius indulgentia solet continere bona, iam fisco quæsita, *Bal. in d. l. nec damnosa. Ias. in d. §. si certum sub nu. 7.* optimè *Catalan. de Indult. cap. 19. ex nu 62.*

Aliæ pœnæ sunt, quæ etsi totaliter fisco quæsitæ non sint, firmius tamen ius
61 habet in eis, quàm ex simplici obligatione delinquentis, quæ ex delicto, vel sententia oritur, vt est pœna per delinquentem acceptata, quæ non est totaliter fisco quæsita, cum nihil sit ei traditum, vt in quatuor casibus præcedentibus, & tamen est ab Indultu excepta, non alia ratione, nisi ista desuper tradita, quia ex acceptatione delinquentis magis securus efficitur fiscus, quàm erat antea, quæ ratio multò magis procedit, quando firmior adest cautela fideiussionis, pignoris, aut sequestri.

Et ratio rationis est generalis, quia pœnæ istæ, pro quibus firmius fisco est
62 cautum, æquiparantur illis iam quæsitis, quas si remitteret Rex, sentiret damnum, ex iuribus citatis in puncto *Surd. dec. 270. nu. 20.* & aduertit *Reg. Cacac. in d. alleg. ex nu. 34.*

Quintò excipiuntur ab Indultu res extractæ, siue commissum, quod vocant, aut
63 pretium illius, si non extat; item tractæ, dohanarumque directus, & iura, idque liquet, tàm ex iuris dispositione, quàm ex verbis indultus.

Ex iuris enim dispositione, nedùm cõmunis, quàm Regni extrahentes res veti-
64 tas vltrà pœnas corporales, & pecuniarias, amissione etiam rei extractæ multantur, *ex tex. in l. 3. C. de naut. fœn. l. cotem ferro, §. si Dominus, iuncto §. illicitorum, l. cõmissa, ff. de public. l. 1. & 2. C. quæ res extrah. nõ poss.* & habetur *in pragmaticis sub tit. de extract.* cuius rei dominiũ
65 statim desinit esse extrahentis, & fisco acquiritur, *d. l. commissa, & l. fraudati vectigalis de publica.* in quibus iuribus, & *in d. §. illicitarum*, disponitur etiam contra
66 hæredes actionem dari, si res non extet, quia non fuit intercepta, sed per extrahentem distracta, datur fisco actio ad pretium iuxtà placitum Seueri, & Antonini Cæsarum *in l. 2. C. de vectigal. & comm.* & est punctualis *decis.* Regiæ Cameræ *apud Reg. Moles 58. quæst. 20.* frau-
67 dato enim vectigali, res incidit in commissum, & statim transit in dominium fisci, vt expressè statuit *Vulp. in d. l. commissa*, vbi notant DD. & sequũtur *Persen. tract. de gabell. nu. 7. Bertach. in eod. tract. par. 4. num. 31. Couar. per illum tex. in Epit. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 8. sub nu 9.*
68 & dicitur fisco incorporata, *Io. de Plat. in l. omnes col. 1. vers. posset dici, C. de petit. bon. sublat. lib. 10.* cuius verba, vti notabilia transcripsit *Reg. Cacac. in d. alleg. nu. 76.* vbi id procedere ait, etiam si bona non sint declarata intercepta, vndè notabiliter dixit *Bal. in d. l. nec damnosa in 2. oppos. sub n. 1. C. de præc. Imper. offer.* quod
69 remittere crimen non sit fisco damnosum, quia in pœnis habet causam lucratiuam, nisi bona essent incorporata, quia tùnc censeretur damnum, & non possunt talia bona concedi. Idque extenditur multipliciter.

Extenditur primò, etiam si res intercepta esset vendita, & de pretio factum
70 depositum, puta quia esset tempore peritura, vel deterioranda, nàm illud pretium erit fisci, quod loco rei successit, vt
71 post *Bar. in l. si rem, & pretium, ff. de pet. hæred. & Negus. de pign. par. 5. memb. 1. nu. 48. Reg. Cacac. loc. cit. nu. 78.*

Extenditur secundò, si bona ista fuerunt à Regia Curia restituta, cum fideiuf-
72 soria cautione, aut pignore, in casu quo declarabuntur intercepta, illa enim cau-
73 tio de restituendo, vel exibendo ad omnem ordinem, facit rem extare, vulgatis iuribus, *in l. 1. & 2. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum, l. Procuratoris, §. fin. ff. de trib. act. Ludouic. in decis. Perus. 45. nu. 10. Præs. de Franch in decis. 75. nu. 9. & decis. 614.*
74 *nu. 3 & decis. 635. nu. 3.* & cautio illa est loco proprietatis, *Gayll. pract. lib. 3. obseru. 47. in puncto Reg. Cacac. in d. alleg. 86. nu. 79.*

Extenditur tertiò, si pro bonis restitutis scripsit inquisitus Apocam Banco, va-
75 loris rerum restitutarum, pro cautela fisci in casu victoriæ, ista enim obligatio
76 est loco rei interceptæ, vt dixerunt *Ludouic. in cit. decis. 45. nu. 20. & Dom. de Franch. in d. decis. 75. nu. 9* ex regula *tex. in l. qui actionem, ff. de regul. iur.* idque
77 procedere in omni alia scriptura, chyrographo, siue obligatione facta ex causa restitutionis rei interceptæ, & aduertit *Reg. Cacac. in cit. alleg. nu. 80. & 81.*

Et quod gratia per Principem conceſſa, non extendatur ad bona intercepta,
78 ſed ſolùm operetur effectum quòad delictum, & pœnam contrabanni corporalem, refert iudicatum per Collat. Conſil. *Reg. Sanſcl. in deciſ. 407. par. 3.* & apparebit infrà.

Ratio principalis cõcluſionis eſt, quia recuperatio rei commiſſæ, aut illius pre-
79 tij criminis vindictam nullo modo reſpicit, & proindè ciuile iudicium eſt, ad tradita *per DD. in rub. extra de iudic.* vbi *Rip. nu. 92.* allegat *gl.* & legiſtas *in l. 3. ff. de ſepulc. viol.* idem dixerunt *gl. in l. aut damnum ff. de pœn. & in l. 1.* vbi *Alber. & Salyc. C. de rapt. virg. gl. in l. fin. ff. de priu. delic. Cyn. & Bal in l. ſi qua per calumniã, C. de Epiſc. & Cleric. Imol. in rub. ff. de public. iudic. Alex. Iaſ. & alij in rub. C. eod. Abb. in c. veniens col. 3. de accuſ. Roman. in conſ. 152. Alex. conſ. 132. nu. 2. per tex. in §. in ſumma inſtit. de iniur. & in cap. quicumque 11. q. 1.* probat *Reg. Moles in deciſ. 36. quæſt. 7. ex d. l. commiſſa, & l. fraudati vectigalis, vbi gloſ. l. Caius, ff. ad Syllan.*
80 ex eo, quia datur actio contrà hæredes ad rei, vel pretij perſecutionem, licet deſcendat ex præcedenti facto contrà legẽ, *Bart. in l. ex iudiciorum nu. 7. in fine, ff. de accuſat. & in l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſq; iuſ.* vbi *Caſtr. idem Bar. in l. 1. ff. de priu. delic. Abb. in cap. fin. de ſepul.* & dicit etiam ponderari *tex. in l. 2. §. item diui fratres, ff. de iur. fiſc.* ex quibus, & alijs
81 iudicatum refert per Regiam Cameram die 23. Septembris, & 2. Octobris anni 1570. cauſas intercepti eſſe ciuiles, & in eis non currere inſtantiam, non obſtantibus alijs deciſionibus eiuſdem Tribunalis, inferius referendis, quas ex iſtis reddi dubias, aduertit *Bernard. de Sãctacruc. apud Reg. de Marin. d. cap. 183. nu. 2.*

Quando enim pœna non applicatur fiſco ad vindictam criminis, principaliter pro intereſſe Reipub., ſed agitur de
82 perſecutione rei commiſſæ, vel eius æſtimationis, licèt oriatur ex præcedenti facto, non attenditur origo, & cauſa delicti, ſed ipſa natura iudicij, vbi fiſcus perſequitur rem, aut æſtimationem, *d. l. 3. §. idem ſcribit, ff. de pecul. l. 1. ff. de ſepul. viol, l. 1. ff. de iur. fiſc.* confert *tex. in l. cum proponas, C. de donat.* vbi Imper. poſt habito nomine furti, crimen iſtud in ciuilem audaciam appellat, & præcipitem auaritiam.

Hæc quòad res interceptas, reſpectu
83 verò tractæ, aliorumque dirictuum eſt præmittendum id, quod ſupponit *Reg. Cacac. in cit. alleg. nu. 82.* vbi dicit, quod in extractionibus faciendis ſolent Proreges, ſiue Regia Camera, vel Magiſter Portulanus concedere licentiam extrahendi res de vno ad alium locum, & tũc ille, qui vult extrahere, ſe obligat de immittendo res illas ad locum deſtinatum, & producendo Magiſtro Portulano reſponſale de immiſſione prædicta, quod ſi non fecerit, quia præſumitur extrahere à Regno, contrà Regias ſanctiones, promittit ſoluere ius tractæ, item quantitatem duplicis valoris rei extrahendæ, pretium cuius tunc æſtimatur, puta tritici ad rationem ducat. duorum, vel plus pro modio, & ſi deindè fit extractio extrà Regnum contrà licentiam datam, vel reſponſale validum non producitur, agit fiſcus contrà extrahentem ad tria, ſcilicet ad pœnam corporalem impoſitam extrahentibus res vetitas abſq; licentia; ſecundò ad ius tractæ, quo fraudatus fuit; & tertiò ad pretium tempore obligationis taxatum.

Reſpectu pœnæ à iure impoſitæ, quæ-
84 cumq; illa ſit, dummodò non ſit exacta, incorporata, &c. iuxtà tenorem Indultus putat ipſe *nu. 83.* extrahentes gaudere Indultu, & ità dicit audiuiſſe ſemper iudicatum, modò pœna illa ex iuris diſpoſitione, non ex conuentione debeatur.

Reſpectu iuris tractæ, ac quantitatis duplicis valoris rei extractæ contrà for-
85 mam Prouiſionum, vel ſi reſponſale non producitur, inquit, *ex num. 84.* non gaudere Indultu, & ità ſæpiùs iudicatum; tùm quia agitur de iure fiſco quæſito, ac de damno vitando; tùm quia vltra legis obligationem, adeſt obligatio conuentionalis, qua quis promiſit ſoluere tractã, & pretium taxatum, illa enim quantitas licet debeatur occaſione delicti extra-
86 ctionis, non tamen debetur ex delicto, cum illud dicatur ex delicto deberi, quod ex illo naſcitur, *ad tex. in fin. princ. inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* ſed quan-
87 do debetur ex conuentione, licet occaſione delicti, dicitur actio ciuilis, quia immediatè debetur ex conuentione, &

cau-

Digitized by Google

causa appellatur ciuilis, etiam si pœna est in totum fisco applicanda, ex notabili doctrina *Grat. in cons.* 136. *num.* 10. *lib.* 2. qui allegat *tex. in l.* 1. *C. de his quib. vt indig. l.* 1. *C. de pet. hared. l. Caius, ff. ad Syllan.* cum alijs apud *Gratian. discept. to.* 5. *cap.* 956. *nu.* 8. nec comprehenditur in statu-
88 to, de criminalibus loquente *Bertaz. in cons. crim.* 216. *sub nu.* 2. *lib.* 1 vndè cum Indultus loquatur in causis criminalibus, & quando criminaliter proceditur, vt in principio ibi, *Qui de quibuscumque delictis, ac criminibus ab hodierna die retro factis, &c.* concludit *Reg. Cacac.* sub illo,
89 non comprehendi istas quantitates ex cõuentione debitas, à qua oritur actio ciuilis; & de his referũtur decisiones infrà.

Quibus addo, quod etsi pœnæ non exactæ, &c. sint sublatæ per Indulgentiam, id
90 tamen nõ procedit respectu directus, qui non debetur ex delicto, sed est ius separatum, debitum Regio fisco, nec venit sub Indulgentia, *ex tex. in l. docueris*, §. *fin. C. de falsi. l.* 3. *C. de public.* nec respectu ra-
91 tæ, quæ debetur Arrendatoribus, & quantitatis debitæ denunciantibus ea ratione, quia res tertij videntur exceptæ, & semper reseruatæ, *l. nec quicquam, ff. pro soc.* & ipsemet *Reg. Mol. in alleg. decis.* 62. testatur, per Regiam Cameram declaratum, idemque firmat *Thor. in add. ad d. alleg.* 32. *Innoc. Pagan.* & dat ratio-
92 nem, quia per denunciationem quæritur ius reuelanti, quod per Principem aboleri non potest, *glos. in l. vnic. C. de in ius voc. Foller. in pragm.* 10. *de abolit. in vol. Reg. Rouit.* & decisio Regiæ Cameræ, facta in Collaterali Consilio, referetur inferius *nu.* 202.

Inter quos directus cõnumeratur tàm ius tractæ frumenti, iuxtà Ritum Regiæ
93 Cameræ *sub tit. de iure tractar.* quàm aliorum bonorum, quæ extrahuntur à Regno iuxtà alium *Rit. de iure extituræ*, §. *item ius victualium, & in* §. *Rex liberalis-*
94 *simus*, quod ius tractæ est antiquissimum, & fuit impositum tempore Carol. I. ad rationem carolenorum 15. pro curru frumenti, *in d.* §. *Rex liberalissimus*, posteà tempore D. Petri de Toledo Proreg. in anno 1544. fuerunt aucti alij scuti duo, & in anno 1588. fuerunt impositi alij scuti quatuor pro curru frumenti, & medietas in hordeo, & in anno 1559. per Ill. Ducem de Alcala fuit hoc ius redactum ad formam, quæ ad præsens seruatur, vt per *Reg. Moles in d. tit. de iur. tractæ*, de quibus supra diffusè egimus, & propterea non potest dubitari, quin directus sit,
95 vt pro absoluto habuit *Reg. Rouit. in decis.* 91. *n.* 1. *in fin.* nàm vti distinctus à pœna, non comprehenditur in Indultu, *Reg. Constant. in l.* 1. *C. pœn. fisc. nu.* 71. *&* 73.
96 *Mastrill. loc. cit.* idque etiam procedit in directu extractionis olei, cæterarumque rerum, pro quibus soluitur ius exituræ, licet diuersum à iure tractarum, iuxtà *Ritum Reg. Cam. de iur. exituræ; & de iure tractar.* vbi *Goffred. de Gaet.* prout ab In-
97 dultu fuerunt excluſi vendentes frumentũ vltrà pretium à Reg. Pragmatica taxatũ, respectu superflui, ab emptoribus exacti, ità habetur apud *Reg. Moles, & Cons. loc. cit.* vbi alia similia notant, & explicantur in dicta decis. facta in Collat. Consilio, inferiùs reportanda *nu.* 202. sequitur *Nouar. in collect.* 3. *num.* 70. *vers. & sic pariter in pragm.* 2. *de abolit.* imò extra-
98 hentes monetam, aurum, vel argentum, excluduntur totaliter ab Indultu per literas Suę Maiestatis, *in prag.* 17. *de monet.*
99 & in Regno Siciliæ fraudantes tractas frumentorum, similiter generali abolitione non gaudent ordine eiusdem Catholicæ Maiestatis, vt testatur *Mastrill. in d. tract. de Indultu cap.* 19. *nu.* 10. qui sic in illo Regno seruari dicit, nisi priùs solutis tractis, & directibus Regiæ Curiæ, ac pœnis in Regijs Pragmaticis contentis; habitaque partis remissione, vt *Mastrill.* ibi notat *ex Bellug. in specul. Princ. rub.* 33. §. *rem nouam num.* 15. idem iudicatum per Reg. Cam. in Collaterali Consilio contrà
100 extrahentes equos de anno 1573. refert ibid. *Mastrill. nu.* 15. *ex Petr. Tholos. syntag. iur. par.* 3. *lib.* 32. *cap.* 24. *nu.* 14. idemque contrà non præsentantes respon-
101 sa lia, aut fraudantes herbagia Reg. Dohanæ Menæpecudum, siue quodlibet aliud contrabannum committentes, nisi prius soluerint directus, ad Regiam Curiã spectantes, cum medietate intercepti ad beneficiũ Arrendamenti, & quarta parte reuelantibus, sic decisum refert *Mastrill. d. nu.* 10. & post eum *Nouar. in d. collect.* 3. *nu.* 70. & ante istos *Reg. Reuert. in dec. Reg. Cam.* 549. vbi *Reg. de Marin. in obseru.* & patebit in dicto decreto infra *nu.* 203.

Digitized by Google

Et Officiales, falſificantes libros interceptorum, fuit declaratum, non gaudere
102 Indultu, *Reg. Moles in deciſ. 62. de iure Dohana, ex tex. in l. Lucius, ff. ad Turpil. & in l. ſi docuerit, C. de falſ.* proùt idē eſt in ſcribente falſam ſchedulam pro ex-
103 carceratione debitoris, licet nō ſequuto effectu, vt dixit *Reg. Rouit. in dec. 2.*

Ab hac tamen concluſione excipiuntur omnes illi, qui extrahendo deliquerunt, non tamen ſe obligauerunt, vt in priori caſu dictum eſt, iſti enim gaudent Indultu reſpectu pœnæ corporalis, cùm non ſit caſus exceptus, & etiam pecunia-
104 riæ, excepta tracta, dummodò pœna non ſit exacta, &c. ex eo, quia nulla adeſt conuentio, ſed tantùm ex delicto extractionis eſt debita, ideòque in Indultu continetur, & ità pluries deciſum in Regia Iuncta, teſtatur *Reg. Cacac. in d. alleg. 86. nu. 88.*

His poſitis, venio ad id, quod in principio dicebam, ſcilicet caſus iſtos eſſe ab
105 Indultu exceptos, etiam ſi tempore gratiæ nulla fuerit condemnationis ſententia prolata, quod patet tàm ex verbis Indultus, quàm ex mente Regis indulgentis.

Ex verbis Indultus probatur multifariam.

Primò, quia in iſſo excipiuntur pœnæ pecuniariæ incorporatæ, & iam fundatum eſt, *ex l. commiſſa, & l. fraudati*, cum
106 alijs concordantibus, res commiſſas, illarumq; pretium ipſo iure fiſci commodis incorporari, ex qua incorporatione non quærit fiſcus pœnæ exactionem, per indultum remiſſæ, ſed vti ſibi debitæ, & in hoc non requiritur ſententia declaratoria ad effectum pœnæ committendæ, ac
107 dominij in fiſcum transferendi, & ad effectum iuris, ſed tantùm ad auocandam poſſeſſionem, quòad effectum facti, nàm lex, commiſſi pœnam ipſo iure inducit per verba de notantia canonem la-
108 tæ ſententiæ, iuxta tradita *per gl. in l. 3. §. quod ait, ff. quod quiſque iur. Bar. in d. l. commiſſa, & in l. Imperator, ff. de iur. fiſc. Bal. & Angel. in l. 1. C. ex delic. defun.* ſtatim operatur effectum ſuum exequutiuū, *d. c. cū ſecundū de hæret. in 6. Dec. in conſ.* 144. & 372. dicuntur enim extractionum
109 crimina commiſſa circa, vel intra rem, & proindè ante ſententiam declaratoriā res extractæ fiſco acquiruntur, citatis iuribus, & ſtatuit *tex. in l. 1. §. an bona, ff. de iur. fiſc. Bar. in d. l. Imperator*, quem ſequitur *Bernard. de Sanct. Cruc. in d. alleg. inſerta per Reg. de Marin. loc. cit.*

Idque à fortiori procedit contrà carceratos, vel fideiuſſoribus deten-
110 tos, contrà quos etiam ſi pœna eſſet, dicitur iam exequutum pro pretio rei commiſſæ; cum captura exequutio dicatur perſonalis, *Caſtr. in l. ſi quis curialis nu. 3. C. de Epiſc. & Cleric. Bar. in l. is qui nu. 2. ff. ex quib. cau. maior. Carau. in rit.* 134. *nu.* 4. vt in ſimili deciſum refert *Reg. Capyc. Latr. in deciſ. 72.* quod per carcerationem dicatur pœna exequuta, & proindè carceratus excluditur à gratia-
111 medietatis illius in liquidatione inſtrumenti, quæ conceditur cum iſta clauſula, *dummodò non fuerit exequuta*, vt de ſtylo Cancellariæ teſtatur *Reg. Conſtant. in l. 1.*
112 *C. de pœn. fiſc. nu. 58.* vbi dicit, Indultum regulari ſecundum dictam formam Cancellariæ, quæ deciſio multò magis ſeruāda erit in caſu iſto, dū ſtrictiora sūt verba Indultus generalis, adeò vt ſufficiat ſequeſtrū, quo fiſcus fuit aſſecuratus, & cō-
113 trà carceratos nullum eſſe dubium, vt illi non comprehendantur in abolitione, dixit *Reg. Moles in d. dec. 62. ex l. Domitianus, ff. ad Turpill.* Hoc tamen non videtur carere difficultate, quia *Reg. Capyc. Latr.* loquitur de carcerato, contrà quem erat liquidatum inſtrumentum, & ſic erat lata ſententia, & ſequuta condemnatio,
114 ſed in criminibus extractionum non carcerantur delinquentes pro pœna pecuniaria ante condemnationem, ſed pro corporali ipſius delicti, vt dicit *Reg. Cacac. in cit. alleg. n. 63.* ideò de hoc inferius dicam in ſolutione contrariorum, *nu. 146.* & deciſio affertur *nu. 215.*

Secundò ponderando verba Indultus, ibi, *Che godano di queſta gratia l'inquiſiti, &c. ò contro di eſſi fuſſe ſequita ſentenza di deportatione, ò di qualſiuoglia pœna, non ſolo corporale, mà anco di condennatione pecuniaria, ò confiſcatione di beni, che ſpettaſſe al Regio fiſco, purche le pene, ò cōdennationi predette nō ſi trouaſſero realmente eſatte, eſequite, incorporate, aſſignate, & accettate, ò in altro qualſiuoglia modo ſi fuſſe il Regio fiſco aſſicurato*; eſt con-
115 ſtituenda differentia inter pœnam, &

con-

condemnationem pecuniariam, pœna enim est illa, quæ in iure est statuta, ac
116 determinata, condemnatio autem est illa, quam Iudex imponit pro suo arbitrio, *l. si qua pœna, ff. de verb. sign: Carau. in prag. de Senatusc. Macedon. §. 3. in prine. Peregr. de iure fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 2.* & est idem, ac mulcta, quæ legitur in alijs gra-
117 tijs, *sub tit. de abolit.* quæ mulcta pecuniaria, imponitur à Iudice, ad differētiam pœnæ, quæ irrogatur à lege, vt alijs omissis, per iura explicat *Ant. Nebrissens. in vocab. iur. ver. mulcta*, licèt ad hoc non aduertens pœnam, & mulctam confundat, & malè *Reg. Cacac. in d. alleg. nu. 53.* & sic sunt res distinctæ, ac separatæ. In-
Indultu autē legislator remisit pœnas pecuniarias à Iudicis arbitrio dependētes; *mà anco di cōdennatione pecuniaria.* Igitur
118 aliæ in iure expressæ remanent exceptæ, tanquam immediatè patrato scelere fisco debitæ, & acquisitæ; pœna namque à lege taxata, absque alia Iudicis sententia debetur: & res extracta, si intercipiatur, statim desinit esse extrahentis, & fisco applicatur, in cuius dominium, absq; alio ministerio transit; si autem non intercipiatur, tenetur extrahens soluere æstimationem, & pœnam iam determinatas, quæ statim fisco acquisitæ fuerunt, *d. l. fraudati, & l. commissa de public.* Similiter quia delictum est intrà rem, omisso delicto, fiscus persequitur rem sibi debitam, siue eius æstimationem, *d. l. 1. de iur. fisc.* nec alia sententia requiritur, vt ibi
119 *Bar.* notat; in pœnis enim ipso iure debitis, condemnatio non requiritur, ità *ex Anchar. Bertran. Tiraq. & alijs*, probat *Molin. de Primog. lib. 3. cap. 11. nu. 19. 20. & 24.* citans *D. Io: Baptist. Larrea in alleg. fiscal. 37. nu. 6. par. 1.* idem tenent *Caball. in resol. 267. nu. 20. Guttier. de tutel. par. 3. cap. 24. nu. 25. Criuell. in decis. 140.*

Ex quibus infert *Mier. de maior. 4. par. quæst. 24. nu. 10.* ad casum, vt quando quis
120 commisit delictum, ex quo Domino iurisdictionis, tùnc existenti, esset condemnatio applicanda, si contingat mors dicti Domini, antequam sententia condemnationis sit prolata, & iurisdictio ad alterum Dominum transeat, deindè condemnatio sequatur; pœna nihilominus debetur hæredibus primi Domini, cui à die patrati criminis acquisita fuit.

Et *Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. nu. 15.* dicit in omnibus casibus, in quibus ipso iure quæritur res fisco (vt in casu nostro disponunt Regiæ Pragmaticæ) statim res intercepras amicti, & q; potest Princeps
121 ante declarationem rem illam in tertiū transferre, quia in eius dominium commisso delicto, immediatè transiuit, sicuti secundum iuris rationem determinauit, *Beroū. in cons. 6. in 1. dub. & in cons. 176. nu. 89.* & post eum, *Affl. in decis. 255.* subdens *Peregr. nu. 13.* quod, quando pœna
122 est à lege declarata quòad effectum iuris, non requiritur sententia, sed patrato crimine statim fisco acquiritur, & sententia legis illico suam operatur exequutionem, quod voluit *Menoch. in cons. 99. nu. 172.* Indè dixit *Peregr. nu. 7.* actionem
123 pro pœna fisco acquisita, transire ad hæredes, etiam lite cum defuncto non contestata, quod non posset esse, si sententia declaratoria requireretur, vt in
124 propria materia fraudati vectigalis pœnam ipso iure impositam, transire ad hæredes, nulla Iudicis expectata sententia, probat *Farinac. in Prax. crim. tit. de inquisit. quæst. 10. nu. 70. vers. sed his non obstantibus, & nu. 75. vers. limita 16.* quo loci concludit, nullam requiri declarationem.

Tertiò, in nulla parte Indultus hoc legitur, vt requiratur condemnatio;
125 igitur quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, vulgata *l. illam, C. de col. lat. Surd. in decis. 195. nu. 4.* si enim hoc voluisset, vtique dixisset, *l. si seruus, §. prætore, vers. non dixit, ff. de acquir. hæred. Tiraq. in l. si vnquam nu. 3. vers. l. libertis,*
126 *C. de reuoc. donat. Surd. decis. 88.* & cum de facili exprimere potuerit, & non exprexit, præsumitur noluisse, *Menoch. in cons. 30. nu. 8.* vndè dixit *Reg. Valenz. in*
127 *cons. 93. nu. 25.* quod non debet in practica introduci res, quæ est extra legem, & alijs idem aduertit *Reg. Cacac. in cit. alleg. 86. nu. 50.* maximè quia condemnationem Indultus exprexit, vbi voluit in exceptione sequenti, *aut bona per sententiam confiscata*, & vbi voluit, omisit, *Surd. in decis. 322. nu. 22.*

Quartò, verba Indultus non distinguunt si lata, vel non lata sit sententia con-
128 demnatoria, ideòque nec nos distinguere debemus, *l. Præses, ff. de offic. Præsid. l. no.*

*l.non diſtinguimus, ff.de arbitr. Burboſ.de diction. ver.lex nu.*28. *&* 29. ſed ſunt intelligenda generaliter, prout cantant *l.de pretio, ff.de public. in re.action.l.*1. *§.generaliter, ff.de leg.præſta. Surd. in conſ.*271.
129 *nu.*28.& comprehendunt omnes caſus, etiam ſi maior ſit ratio in vno, quàm in alio, *l.*1. *§.quod autem, ff. de aleat.l.in fraudem*, vbi *Bal. ff. de teſtam.milit. Reg. Cacac.loc.cit.nu.*51.

Quintò, vnica determinatio plura reſpiciens determinabilia, debet omnia
130 æqualiter determinare, maximè quando caſus ſunt æquiparati, vt hic, *l. iam hoc iure, ff.de vulg. l.quamuis, C. de impub. & aljs ſubſtit. & ex l. Gallus, §. & quid ſi tantùm de lib. & poſthum.* tradit *Valenz.in conſ.* 83. *num.*138. *&* 139. ſed in Indultu vnica verborum ſtructura ſunt excepti ſex caſus ſuperiùs enumerati, *purche le pene, ò condennationi non ſi trouaſſero real-*
131 *mente eſatte, eſequite, incorporate, aſſignate, accettate, ò in altro qualſiuoglia modo ſi fuſſe il fiſco aſſicurata*, ex quibus apertè videmus, quod in quarto, & in quinto caſu, quando pœnæ ſunt aſſignatæ, & acceptatæ, non requiritur ſententia præcedens; igitur nec etiam in hoc quinto, quando aliter erit fiſco cautum, cum non ſit maior ratio in vno, quàm in alijs, *R.Cacac. d.alleg.nu.*52.

Sextò, eſt certum, quod verba non debent eſſe ſuperflua, nec ſine effectu ma-
132 nere, ſed potius aliquid operari, etiam in priuilegijs, *l.ſi quando, ff.de leg.*1. *l.fin. ne quid in loc.publ. l.ſi ſtipulatus fuero, ff. de verb.obligat. cap.ſi Papa de priuil.in* 6. *Bertaz. in l.ſi quis maior nu.* 243. *ff. de tranſact.* ſed in principio noſtri Indultus dicitur, *contro di eſſi fuſſe ſeguita ſentenza di qualſiuoglia pena, non ſolo corporale, mà anco di condennatione pecuniaria*, &
133 immediatè ſequitur, *purche le pene, ò condennationi predette non ſi trouaſſero realmente eſatte, &c.* Igitur reſpectu pœnæ, quę differt à mulcta, vel condemnatione, vt ſupra eſt demonſtratum, Indultus non requirit condemnationem, alias enim verbum pœnæ ſtaret ſine effectu, & eſſet ſuperfluum, nàm ſufficiebat dicere à quacumque condemnatione, ſub qua omnia veniebant; ergò vt verba operentur, ſunt intelligenda de pœna, abſque condemnatione, & ſit ſenſus, quod ſiue adſit condemnatio, in illo verbo, *condennatione pecuniaria*, ſiue non adſit in hoc verbo, *purche le pene, &c.* ſemper habet locum clauſula exceptiua in aliquo ex dictis ſex caſibus, notat *Reg. Cacac. d. allegat.* 86. *nu.* 53.

Septimò, indubitata eſt iuris determi-
134 natio, quod exceptio debet eſſe de regula, & illam declarare, *l.quæſitum, §. denique, ff.de fund.inſtruct. l.nam quod liquidè, §. fin. de pen. leg. Seraph.in deciſ.*980 *n.*7. *Euerard. in Topic.loc.*3. & in propria materia *Cathalan.de Indult. d.cap.*19. *nu.* 20. ſed in principio Indultus ſtatuitur regula generalis, indulgendo omnes pœ-
135 nas, ſiue cępta inquiſitione, ſiue non, lata, vel non lata ſententia; deindè excipit iſtos ſex caſus, inter quos eſt præſens, quando aliter pro pęna eſt cautum fiſco; ergò vt exceptio ſit de regula, debet intelligi in caſibus, de quibus regula loquitur, ſiue cępta inquiſitione, ſiue non, ſiue lata, ſiue non lata ſit condemnatio, aduertit *Reg.Cacac.in alleg. prædicta n.*54.

Et ex his conſtat manifeſtè, quod ex verbis Indultus non modo non colligitur requiri ſententiam condemnationis, ſed apertè apparet contrarium.

136 Amplius ex mente Regis indulgentis, ſententiam hanc declaratoriam non requiri, multifariam ſuadetur.

Primò ex ratione, qua motus fuit Rex ad excipiendos illos ſex caſus, quàm ſupra retuli, nempè quia noluit remittere ius ſibi radicatum, vel quod firmius ſibi
137 competit; ſed ad hanc firmitatem fundandam non requiritur ſententia, cum ſufficiat, fideiuſſore, pignore, ſequeſtro, obligatione, apoca, &c fiſco eſſe cautum, iuſque ſuum, magis firmatum, vt ibi eſt probatum, quæ ratio militat, ſiue ſit lata
138 ſententia, ſiue non; ergò debet militare eadem iuris diſpoſitio, ſic ratiocinatur *Reg.Cacac. in ſæpius cit. alleg. num.*58. *ex tex.in l.illud, ff.ad l.Aquil.* cum alijs apud *Barb in loc.comm.lit, B.nu.*6.

Secundò colligit *Reg. Cacac.* iam citatus *nu.*59. mentem Regis ab argumento
139 ex veriſimili, iuxtà *tex.in l.tale pactum, ff.de pact. l. fin. in princ. ff. quod met. cau. c. quia veriſimile de præſumpt.* & inquit, veriſimile eſſe, quod Rex interrogatus, ità reſponderet, duplici ratione; tùm ob delictorum frequentiam, maximè quæ

in

140 in extractionibus committuntur, vndè rigor est exercendus ad *tex. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœn. & in l. 3. C. de Episc. aud. Gram. in decis. 38 n. 14. D. de Franch.*

141 *in decis. 521. nu. 22.* Tùm ob Regis summum interesse, propter quam quātò minus fieri potest, est illi auferendum, vt possit vrgentissimis necessitatibus esse

142 sufficiens, in quibus nemo liberalis existit, *l. proximè 50. ff. de ritu nupt.*

143 Nec obstant in contrarium adducta, quibus satisfacit, ibi *Reg. Cacac. ex nu. 60.*

Primò obijcitur, quod illa clausula, *dummodò pœna, &c.* respicit satisfactio-

144 nem veram, vel fictam; satisfactio supponit debitum; pœna autem non potest dici debita, antequam per sententiam fuerit declarata, etiam si ipso iure in eam incurratur.

Huic obiecto respondit *Reg. Cacac. nu. 61.* assumptum esse falsum, cum illa clau-

145 sula, plures contineat casus, quorum aliqui respiciunt satisfactionem, alij verò non, vt est hic, quando aliter fisco est cautum, in quo non ad satisfactionem, sed ad securitatem respexit Rex, pro qua non est necessaria sententia, cùm securitas fiat vno ex modis superius enarratis, & sufficit, quod ius sit fisco radicatū, vel firmius sibi debitum, quæ fuit ratio clausulæ exceptiuæ, ex probatis supra.

146 Secundò obijcitur, quod carcerati, & illi, qui sub fideiussoribus detinētur, gaudent Indultu, & tamen his modis est cautum fisco; igitur ità pariter dicendum in alijs supra adductis.

Huic obiectioni facilem esse responsionem, inquit *Reg. Cacac. ibi nu. 62. & 63.*

147 etenim Indultus expresè includit carceratos, & sub fideiussione detentos, & sic non potest argui à casu expresè affirmatiuè derterminato ad casum, etiam expressum, sed negatiuè dispositum, vt est pœna, pro qua fisco est cautum, ea

148 ratione, quia pœnæ in clausula exceptiua contentæ, respiciunt interesse fisci pecuniarium, quod noluit Rex remittere, quando est ius quæsitum, vel firmius cautum; carceratio autem nō fundat hoc interesse pecuniarium, cum illa non fiat

149 pro pœna pecuniaria, sed corporali, iuxta dispositā *in Constit. Regni Humanitatem*, & ideò ex carceratione non potest dici cautum pro pœna pecuniaria, sicut

150 nec ex fideiussoribus, quando carceratus relaxatur, qui non fideiubent pro pena pecuniaria, sed pro præsentanda persona inquisiti.

Tertiò non obstat authoritas *Mastrill. de Indultu cap. 22. nu. 10.* vbi ad intelle-

151 ctum clausulæ exceptiuæ, *dummodo fisco aliter cautum, &c.* inquit ipse, non modo requiri condemnationem, sed imò pœnæ exactionem, & ità in illo Senatu iudicari; perperam enim inquit *Reg. Cacac. num. 66. & 67.* intellectum verborum *à Mastrill.* percipi, quorum verus sensus

152 est, vt Indultus habeat locum, quando sequitur condemnatio, & non reperitur cautus fiscus vno ex supradictis modis. Sed si reperiatur ei cautum, siue sequuta sit condemnatio, siue non, semper habet locum clausula exceptiua, vt apertè probatum est supra *ex nu. 15.* in toto discursu, & signanter *nu. 48.* vbi altera fuit data responsio dictis *per Mastrill.*

Quartò obijcitur decretum per Regiā Cameram in Collaterali Consilio latum

153 cum adiunctis de anno 1572. de quo est aliquid dictum supra *nu. 6.* & alibi, & verba illius per extensum describentur inferius *nu. 202.* relata *per Reg. de Marin. in 2.to dec. Reg. Reuert. pag. 869.* hoc enim decreto fuit iudicatum, quod ab Indultu excipiantur omnes condemnationes pecuniariæ, & aliarum pœnarum, quæ ante datam illius fuerint factæ, & exequutæ, exactæ, incorporatæ, & assignatæ, compositæ, vel aliter sit de ipsis cautum Regiæ Curiæ, dummodò sententiæ desuper latæ, similiter fecissent transitum in rem iudicatam dicto die, vt supra &c.

Huic obiectioni multiplex responsio adaptari potest, &

154 Primò conferunt omnia, quæ dicta sunt supra *nu. 48. vers. quibus non obstant*, quo loci fuit data responsio dictis *per Mastrill. & per* Reg. *Rouit.*

Secundò dicit *Reg. Cacac. in sæpius cit. alleg. 86. nu. 69.* & deinceps, illam interpretationem factam in Collaterali Consilio dicto anno 1572. super verbis In-

155 dulgentiæ, tùnc per Regem nostrum Philip. II. concessæ, non posse vsurpari interpretationem aliarum abolitionum, postea emanatarum; siquidem exemplis non est iudicandum, maximè vbi adsunt validæ rationes in contrarium, quibus

potius

Digitized by Google

potius eſt innitendum,quàm exemplo iudicaturę, etiã ſi ſit Præfecti Prætorij, *l.nenemo Iudex , C.de ſent. & interloc. Reg. Tap. dec. Suprem.Senat.2.nu.282.* meliori-
156 bus enim perpenſis rationibus contrarias deciſiones pro temporum varietate vidimus emanatas, quarum nonnullas recenſet, ibi *Reg.Cacac.nu.70.* multaſque alias, quæ poſſent afferri breuitatis gratia prætereo, qua de re ſententias eſſe caſus fortuitos , & cauſas habere ſua ſydera, in adagio eſt, & notat. *Reg.de Pont. in deciſ.40.in fin.*

Tertiò,ſi attendimus cauſam,propterquam Indultus de anno 1572. conceſſus fuit, facilè percipiemus rationem illius deciſionis in Collaterali Conſilio prolatæ de anno prædicto,quæ non poteſt mi-
157 litare in præſenti Abolitione ; cauſa illius Indulgentiæ fuit duplex ; Vna ſcilicet vniuerſale continens bonum , ac totius Chriſtianæ Reip. lætitiam,quia Turcarum claſſis à Sereniſſimo D. Ioanne de Auſtria deuaſtata fuit ; Altera particulare continens gaudium Regnorum Domini Regis Philip. II. , cui natus erat filius primogenitus;& hac duplici conſiderata cauſa non eſt mirandum, ſi in decreto iam dicto latiſſima fuit interpretatio facta, etiam contra verborum Indultus ſignificationem; ſed abolitio præſens non emanauit ex prima cauſa , quæ non erat maior , ſed ex ſecunda , quia natus fuit Domino Regi filius primogenitus, peculiare gaudium Regnorum ſuorum. Ideò non eſt nùnc facienda illa latiſſima,
158 & contrà verborum ſignificationem, Regiſq; mentem interpretatio, quæ tùnc ex duplici cauſa facta fuit,quia alia ratio aliam parit interpretationem,inquit *Reg. Cacac. loc.cit.nu.72. ad tex.in l. interpoſitas, C.de tranſact. cum concord.*

Quartò inquit ibi *Reg.Cacac.nu.73.* ex alia ratione in decreto prædicto fuiſſe,
159 tùnc factam latiſſimã interpretationem Indultus , quia eo tempore Regium Patrimonium erat opulentum, & non exauſtum, oneribuſque affectum, proùt nùnc reperitur exauſtiſſimum, & ideò non eſſe præſumẽdum, quod voluerit Rex eſſe ità liberalis , proùt eo tempore interpretati ſunt in Collaterali Conſilio.

In contrarium autem dicebatur,motiua fiſcalia habere aliquid coloris , ſi verum eſſet antecedẽs abſolutè, quod fraudato vectigali, res ſtatim veniat in commiſſum , ità vt non expectata ſententia dominium illius fiſco quæratur , cuius opinionis, per verba *tex.in d.l.commiſſa,*
160 *& l.fraudati de public.* vltra ſuperius per fiſcum relatos DD. fuerunt *Bertrãd. in conſ.43. Amaya in l.1. C.de iur.fiſc.lib. 10. Maſtrill. de Indultu cap.22.ex nu.12. Gabr.com.opin.concl.crim.11. nu.4. & 12.* & alij paſſim,ſed contrariam opinionem, quod pro fraudato vectigali dominium fiſco non quæratur ante ſententiam, dicebat inquiſitus probari iuribus,& rationibus,communiori opinione,ac ſtylo,ità iudicandi.

Rationes, & iura dicebat eſſe.

Primò *in d. cap. cum ſecundum de Hæretic. in 6.* à quo *tex.* (quem tergiuerſari
161 temerarium dixit *Mexia de taxa pan. concl.6. num.68.*) elicitur per Canoniſtas communis regula *in cap.1. de homic.in 6.* ſignanter *per Io:Andr. & Archid.* relatos *per Berou.in conſ.* 154. quod pœna ante ſententiam,nec poteſt dici, nec debetur, quia eſſet ante ſententiam habere reum pro condemnato ad delictum , ſine quo pœnam non deberi, certum eſt.

Secundò *in l.fin.ff.ad l.Iul. Maieſt.* ibi, *Nam niſi hoc crimen à ſucceſſoribus purgetur, hereditas fiſco vindicatur* ; ergò non ante vindicatur , quam crimen non pur-
162 getur, & ſic non ſufficit ſola inquiſitio, nec ſub præteſtu ſolo actus commiſſi,dominium rei tranſit in fiſcum , etiam in enormiſſimo illo læſæ Maieſtatis crimine , proùt *in d.c.cum ſecundum*, erat diſpoſitũ in læſa Maieſtate diuina, & tamen dici non poteſt in dictis criminibus,bona publicari ipſo iure ante ſententiam,quicquid ſit, an illa reſpectu pœnæ ſit declaratoria, retrotrahibilis ad diem delicti, de quo inferius , concordat cum *d. l.fin. tex.in l.res quæ 22. vbi gl.* allegat *d.l.fin. & l.ex iudiciorum eod.tit.*

Tertiò *in l. prohibitum in fin. C. de iur. fiſc. lib.* 10. *& in l.eius , qui delatorem, ff. eod.* ibi , *Verum oportet conſtare prius , & de crimine pronunciare* , ex quibus verbis
163 deſtrui dicebat inquiſitus æquiuocum aſſumpti,quod licet requiratur ſententia, illa tamen eſt declaratoria , hoc enim nullus negat , dùm conſtito , & iudicato poſitiuè de delicto , ius deindè operatur

pœ-

Digitized by Google

pœnam indictam deberi, quod ex sententia declaratur, sed quia illa non debetur, nisi constito per sententiam de delicto, ideò sententia est necessaria, vt pœna debeatur, & ante condemnationem non potest dici, pœnam deberi, & in pœna esse dominium fisco quæsitum, *ad tex. in l. quæsitum, ff. qui, & à quibus*, ibi, *Quoniam ante sententiam Dominus est*, cum alijs apud *Gabr. in d. concl.* 11. vbi etsi aliter ipse sensiat de iure nouo canonico, *per tex. in dicto cap. cum secundum*,
164 dicebatur, ipsum falli manifestè, cum *tex.* ille potius iura antiqua confirmet, nam sententia est necessaria ad declarandam, non imponendam pœnam, iam impositam, sed illa capit vim, vt debeatur à sententia, quatenus per eam delinquès dicitur reus illius criminis, pro quo pœna debetur, quod ponderauit *tex. in d.c. cum secundum*, concordant *Mexias loc.cit. Bossi. in tit. de Hæret. nu.* 26. *Rol. cons.* 8. *n.* 7. *vol.* 1. *Bertrand. in cons.* 43. *ex nu.* 21. *vol.* 1. *Curt sen. in cons.* 59. *ex nu.* 6. *& cæteri apud Mastrill. loc. cit nu.* 11.

Et indè oritur, quod fiscus ante sententiam non est Dominus propriè, ac verè, dùm contingere potest, non condemnari inquisitum, sed absolui, & sic commissum, & pœna potest ad summum dici, quod debeantur, si condemnatio sequatur, secus si absolutio: vndè debitum erit sub conditione, quæ dùm non est potestatiua, retrotrahitur ad diem delicti, quando tamen termini sunt habiles, & conditio non est caducata, quia amplius non potest verificari, puta quia per abo-
165 litionem non potest super delicto pronunciari, cũ delinques nullus reputetur post indulgentiã, *ad tex. in d. l. filius fam.* vbi *Imol. Ias. & Alciat. Mantic. de tacit. lib.* 24. *tit.* 46. *nu.* 20. *Cost. de retrotract. cap.* 7. & interim actionem tantùm habet fiscus, siue ius ad eam, pendente euentu decisionis, non ipsum dominiũ, plenè *Amaya in d. l.* 1. *C. de iur. fisc. lib.* 10. *nu.* 61. cum non sit absurdum, dominum dici interim, qui ius tantùm habet ad rem, *ad tex. in l. is, qui actionem, ff. de regul. iur.* & quis non dicitur inquisitus, nec commisisse delictum, à quo pœna descendit, nisi per sententiam fuerit condemnatus?

Quartò fundabatur defensio in omnibus iuribus, quæ dant fisco actionem reuocatoriam aduersus alienationes factas à reis post reatum; si enim à die commiss.
166 facinoris transiret in fiscum dominium pro pœna, non egeret ipse reuocatoria, tanquam in fraudem, vt est *tex. in l. auferuntur, vers. in reatu, ff. de iur. fisc. & in d. l. ex iudiciorum de accusat.* quod est argumentum *Amayæ loc. cit. nu.* 56.

Quintò *ex tex. in c. Clericis, ne Cleric. vel Monac.* ex cumulatis *per Couar. in c. si furiosus, p.* 2. §. 3. *nu.* 3. *Nauar. in c. si quando except.* 9. *de rescrip.* vbi disponitur, quod licet Clericus homicida ipso iure priuetur canonicatu, non tamen ante sen-
167 tentiam, per quam condemnatus incipit esse homicida, idem *Nauar.* probat *in cons.* 43. *de homicid. & Molin. theolog. de iustit. & iur. tom.* 1. *disput.* 96. quia non dicitur talis, quousque non sit pronunciatus talis, *Valenz. in cons.* 128. *num.* 29. facit *gl. in l. his consequenter*, §. 1. *ff. fam. herciss. & l. ex facto*, § *Iulianus, ff. de vulgar.* ratione *tex. in l. Iulianum verum debitorem*, cum ibi notatis *ff. de cond. indeb.*

Communiori opinione id probari dicebat inquisitus ex supra citatis DD., alijsque relatis *per Gabr. com. opin. crim. concl.* 12. *Farinac. in tract. de Hæres. quæst* 190, §. 5. *nu.* 72. *per tex.* apertum *in l. manicheos*, §. *præterea C. de Hæretic.* vbi *Azo nu.* 10. *Scacc. Valenz. Azor. Sanchez, &*
168 *alij per Farinac.* cumulati, qui dicit reum remanere Dominum, & rectè transferre dominium post inquisitionem, etiã si condemnatus fuerit in contumaciam, nisi alienasset in fraudem, & hanc esse æquiorem, ac receptissimam sententiam ex benigna iurium interpretatione, allegans vltrà alios *Menoch. in cons.* 159. *nu.* 19. *vol.* 2. *vers. non obstat tertium, Sanchez in præcept. decalog. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 35. *Quemada, & alios*, estque *consil. Farinac. post dictam quæst.* 190.

Ad quod comprobandum tuebatur inquisitus, *consil. Peregr. Iannini* 85. *à n.* 39.
169 *inter consil. Farinac.* vbi quærens, nùm causæ interceptorum, pro quibus corporales, & pecuniariæ pœnæ sunt inflixæ ad fisci commodum, semper sint criminales, distinguit duo tempora ante, vel post condemnationem, & sententiam.

Ante condemnationem dicebatur, absonum esse asserere, quod ista iudicia sint ciuilia, quia ad rei persequutionem ten-

Digitized by Google

dunt, nec hoc intellexit *Reg. Moles in d.deciſ.36. quæſt.7.* quia eſſet contrà om-
170 nes iuris regulas cumulatas *per Innoc. Pagan. in d. alleg.* 32. vbi *Thor. poſt dec. Reg.Salern.*& contrà rationem ponderatam per dictum *Bernard.de S.Cruc. nu.*8. cum inſpecta origine, non poſſit negari, actionem fiſci venire ex maleficio,& cõtrauentione legis punibili, & ſic omninò videtur iudicium eſſe criminale iuxtà doctrinã *Bar.* cõmuniter receptã *in d. l.3.de ſepul. viol.* cũ origo ſemper ſit inſpicienda, vt dignoſcatur natura actionis, & iudicij, etiam ſi expreſsè competeret alia actio, *ad tex. in l. ſi procuratorem dedero, ff.mand.l.* 1.§.*ſed etiã Pomponius cum ſeq. ff.depoſ.l.ſed id, quod,* § *ſi filius, ff.pro ſoc.* qua de re *Maſtril. de Indul.cap.*19. *nu.*10. *Bernard.de San.Cruc.ac Reg.de Marin.*qui eũ refert *in d.reſol.*183.*& Reg.Rouit.in d.*
171 *deciſ.*91. dant pro indubitato,indultum cõprehendi inquiſitos de talibus contrabãnis, & ità pluries iudicatũ teſtantur, & in Regno ſeruari,ad quod terminandum ſat eſſe deberet illa ſynodalis deciſio in Collaterali Conſilio, cum tot adiunctis famigeratis huius Regni Miniſtris,quam referunt *de Marin. & Maſtrill.* quæ fuit in anno 1572. poſt ſcripta *per Reg. Moles*.

Poſt condemnationem poſſet eſſe difficultas de iure, niſi in Indultu eſſent remiſſæ pœnæ, licet cum limitatione,vt in.
172 ferius, quia condemnato reo, dùm pœna ipſo iure debetur, videbatur poſſe fiſcum agere, maximè contrà hæredes,vel tertios poſſeſſores ad rem, & bona ciuiliter, & in hoc ſenſu eſt accipiendus, *Reg. Mol.in d.deciſ.36. verſ.& propterea perſequutio contra tertium,* & deinceps, dùm ſupponit rem, fiſco iam incorporatam, vindicari, quod nõ poteſt verificari ante condemnationem, ſed finito iudicio criminali, & ità omninò intelligi debet per
173 *tex.*quem ſingularem appellat *in d.l.*3. §.*item ſcribit,ff.de pecul.* vbi actio de peculio eſt contrà patrem ciuilis pro delicto filij,& iſto caſu,non attenditur origõ, quia eſt contrà tertium ex iudicio finito contrà delinquentem, per quod neceſſario debuit conſtare delictum filij, vt pater de peculio teneretur, alioquin antequam conſtet per ſententiam, pœnam deberi, ſunt inapplicabiles contrà tertium termini *l.* 1. *de iur. fiſc.* & aliorum iurium *per D.Moles* ibi.

Idque confirmari dicebat ex alia iuris concluſione, nàm quando quæritur, an
174 mortuo delinquente teneantur hæredes,& cõtrà ipſos aliqua remaneat actio, de qua *per Amaya in d.l.fin. C.de iur.fiſc. lib.*10. *nu.*28. adhibetur diſtinctio *tex. in l.fin.C.ſi reus,vel accuſ.& in l.*3.*C.ſi pend. appell.*ſi principalis viuens fuerit cõdemnatus, vel non; nàm ſecundo caſu extincto delicto principali per mortem, vel vt hic per abolitionem, extincta quoque eſt omnis actio, quæ ante ſententiam eſt ac-
175 ceſſoria, & in conſequentiam delicti; *ex tex.in l.cum principali de regul.iur.l.*3. §.*fin.ff.de ſeru.ruſtic.* & ſtante ſtatuto remouente delictum,illud remanere impunibile, omnemq; actionem acceſſoriam, pro illo ad pœnam ceſſare fundat *Teſtaÿ in alleg.*9. *nu.*145. *&* 153. *poſt Rol. in conſ.* 12.*nu.*27. *lib.*3. *Auil.in cap.Prætor. ver.de recham. nu.*23. *Farinac.in conſ.*37. *nu.*26. Primo autem caſu condemnato reo,actio
176 ad pœnam contrà hæredes tranſit de per ſe, quia ſtat tanquam principalis cõdictione ex lege, & ità intelligenda eſſe iura *in d.l.commiſſa,& l.fraudati,* probat *Amaya*, vt ſcilicet quatenus contrà hæredes dant vindicationem, ſupponant neceſſarium antecedens adeſſe delictum, quod non poteſt verificari, niſi per ſententiam, quæ facit delinquentem eſſe talem; reuideatur *Amaya nu.* 41. *&* 56. vbi dat alterum intellectum dictis iuribus, vt illa loquantur in Miniſtris, & Officialibus,vectigalia fraudantibus, qui poſſunt ſyndicari.

Item ex diſtinctione *Barboſ.in l.ſi filius famil.ex nu.*108.*ff.de iudic.* vbi quærens, an ſublato delicto remaneat actio ad rei
177 perſequutionem, diſtinguit, aut actio pendet immediatè à delicto, aut mediatè; ſi immediatè, dicit nullam remanere actionem, ſic mediatè ſit ex iuribus apud eum;immediatè autem dependet rei perſequutio pro commiſſo, vel pro pœna, quando ſic vnita ſunt, vt vnum non poſſit dici debitum, nec poſſit peti, niſi conſtet de alio,quod euenit ante ſententiam pro delicto ex ſupra cumulatis; vt firmant *Criuell. in deciſ.*141.*nu.*5. *Farinac. Tuſc. Peregr. Caball. & alÿ*, quos probat *Amaya nu.*31. omnibuſq; in contrarium

ad.

Digitized by Google

178 adductis, qui fundantur in vi ſententiæ declaratoriæ, relatis *per Criuell.ibi nu.6. & Reg.Rouit in d.deciſ.91.n.32.* vno verbo reſpondebat inquiſitus, verum eſſe condemnato reo, dùm cõſtat eſſe talem, retrotrahi vim ſententiæ quòad commiſſum, & pœnam ad diem delicti, ſed non indè ſequi, quod non ſit neceſſaria ſententia, & quod actio ante illam tranſeat de per ſe, & principaliter.

Et ex his dicebat, ex ſequeſtro, ſiue potius annotatione bonorum, facta in initio informationis de contrabanno ante ſententiam, vel contumacias ante litis conteſtationem, & nedùm cepto iudicio, nec tranſmiſſa inquiſitione per citationem, nil fiſcum prætendere poſſe quòad pœnas, & commiſſa, licet aliquam habuiſſet actionem ante Indultum, quod.

Primò fundatur ex verbis ipſius Indulgentiæ; ibi enim poſtquam fuerunt condonata omnia crimina, præter excep-
179 ta, inter quæ non numerantur contrabanna, ſubiunxit Excell. Prorex, *ò contro di eſſi fuſſe ſeguita ſentenza di deportatione, e di qualſiuoglia pena, non ſolo corporale, mà anco di condennatione pecuniaria, ò confiſcatione di beni, che ſpettaſſe al Regio fiſco*. Hæc ſunt verba vniuerſalia pro regula pœnarum remiſſarum, immediatè poſt regulam ſequitur exceptio, *Purche le pene, ò condennationi ſudette non ſi trouaſſero realmente eſatte, eſequite, incorporate, aſſignate, & accettate, ò in altro qualſiuoglia modo ſi fuſſe il Regio fiſco aſſicurato*, ex quorum verborum lectura dignoſcitur manifeſtè, excipi pœnas iſtas, poſt condemnationem fiſco acquiſitas, regula enim loquitur de ſententia, ibi, *Contro di eſſi ſeguita ſentenza*, & melius, ibi, *Mà anco di condennationi pecuniarie*; igi-
180 tur exceptio, quæ debet eſſe de regula, eiuſdemque naturæ, & qualitatis, *ad tex. in l.nam quod liquidè, ff. de pœn. leg. Barboſ. in Axiom.iur. cap.85. nu.6. Tuſc. in concl.423.nu.5. to.3.* loquitur pariter de aſſecuratione pœnarum poſt ſententiam fiſco debitarum, ideòque ſequeſtra, ſi talia eſſent, quæ poſſent fiſco acquirere aſſecurationem, deberent eſſe poſt condemnationem, vt limitatio iſta locum habere poſſet.

Secundò, quia non poteſt dari cautela abſque debito, *l. is, qui, & l. contra-hitur, ff. de pignor. Merlin. de pignor. qu.79.*
181 *lib.2.tit.2.* ſed pœnam non deberi ante ſententiam, iam fundatum eſt. Igitur non eſt cautela eius, quod adhuc non debetur, & à contingentia iudicandæ rei dependet; & licet etiam obligationi conditionali poſſit hypotheca accedere, illa
182 tamen eſt in ſuſpenſo, & facto tantùm caſu, retrotrahitur, ſed interim bona non poſſunt dici hypothecata, *l. res hypothecariæ, verſ. ſed & in conditionali, ff. de pignor.* vndè remanet reſolutum, quòd
183 non poſſit dicere fiſcus, cautum ſibi fuiſſe pro pœnis, non dùm per ſententiam declaratis, vt pro abſoluto habuerunt Domini *in d.deciſ.Reg.Rouit. 91. nu.2. & 36. in fine*, faciunt adducta *per Gratian. diſcept.cap.531.nu.36.*

Tertiò, quia ſequeſtra initio cauſæ, & ante litem conteſtatam, imò in caſu iſto
184 ante citationem, reſoluuntur in ſimplices annotationes, vt *poſt Parid. de Put. Coler. Maſtrill. & alios*, reſoluit *Reg.Rouit. in cit.deciſ.91.nu.31.* & etiam poſt litem
185 conteſtatam nõ ſunt ad exequutionem eius, quod non eſt, ſed ſunt præparatoria iudicij, vt diſtinguit *Tondut. de præuen. & præpar.iudic. tom.1. cap.22. & 23. poſt Carroc. de ſequeſt.par.2.quæſt.37. Lacellot. de attent.par.2.c.4.tit.de attent.lit.pend. in Præfat. ex nu.248.* ergò extincto iudicio per abolitionem, extinguuntur annotationes, ac præparatoria illius, *ad tex. in l.1. ff. & C. de requir.reis*, vbi primò deci-
186 ditur, ſequeſtrum initio cauſæ importare annotationem tantùm, ibi, *ſed annotari*, & ſubdit *gl.* ſcilicet *eius bona in-*
187 *ſcriptis redigi*. Secundò hanc annotationem non eſſe pro exequutione pœnæ, ibi, *non vtique ad pœnam*, ſed vt poteſtas eì ſit purgandi, ſi potuerit. Tertiò loquitur, quando pendente purgationis tempore moritur reus, ibi, *Etſi nec dùm ſe purgauerit ad hæredes proprias res ſignatas tranſmittat*, & *glo. ex d.l.1. ff. eod. & l.2. C. ſi pend. appell.* dicit hoc verum, etiã
188 in crimine læſæ Maieſtatis, licet iſtud, & aliud repetundarum ſint priuilegiata quòad hoc, vt poſt mortem agatur contrà hæredes ad bona auferenda, vt aduertit *Amaya in d.l.fin.C. de iur.fiſc.nu.63.* & eſt clarus *tex. in l.1. in fin. ff. de req.reis*, quod facta annotatione, reus eſt citandus, etſi infrà annum à die citationis mo-

Digitized by Google

riatur,annotatio nil iuris dat fiſco,ſed he-
189 redes bona capiunt.In hac cauſa inquiſitus non eſt citatus,& interim Indulgentia ſuperuenit; quomodò igitur poteſt prætendere fiſcus,ius ſibi ex annotatione quæſitum?

Quartò,id confirmari ex eadem clauſula Indultus per fiſcum ponderata, *ò in qualſiuoglia modo aſſicurato*, nàm dictio, *altro*, eſt applicatiua cum antecedenti-
190 bus per ſimilitudinem relatiuam, *gl. in l.1.ff.mand.ver.alio quocumq; modo, l.fin. §.cui dulcia, ff. de pœn. lega. Barboſ.de dict.ion.cap.26.vbi nu.*4.cumulat iura,etiam ſi dictum fuerit, alijs quibuſcumque, ad idem *Tuſc.in concl.*245. *num.*9. *tom.*3. & omnes conueniunt, quando agitur de
191 materia fauorabili, vt eſt generalis Indultus ob tantam lætitiam, *Barboſ.ibi n.*6. ſi igitur in antecedentibus fuerunt exceptæ pœnæ,debitæ poſt condemnationem,exequutæ, vel conuentæ realiter,in
192 quibus caſibus poteſt fiſcus agere ex contractu per cõuentionem, vel ex quaſi per ſententiam, quæ actio non eſt amplius in fieri,dependens à delicto, vt notant *Imol. in l. poteſt accipi, ff. de fideiuſſ. Herring.de fideiuſ. cap.*20. §.10. *nu.*21. & alij, quos refert *Amaya in d.l.fin.num.*45. indubitatè ſequitur,per ſimplicem annotationem, nullam actionem fiſco fuiſſe quæſitam, ſed alias cautelas eiuſdem qualitatis cum antecedentibus debere concurrere, ex quibus ei remaneat actio per dictam clauſulam, *ò in altro qualſiuoglia modo aſſicurato*,& integrum verſ. *Purche*, ad limitationem eſſe vniformi qualitate legendum in ſuo genere, & ſubſtantia cum antecedentibus.

Quintò,quia nec ſequeſtrum, nec annotatio in hac cauſa dici poſſunt; omnia
193 enim fuerunt nulliter geſta ex proprio marte Officialis inferioris, nulla præcedente commiſſione, contrà expreſſum *tex.in l.probibitum. C. de bon. vacan. lib.* 10. *in l.* 1. *C. de prohib. ſequeſtr. pecun.* & contrà iura municipalia *in c. Regni item ſtatuimus, quod ſi Procuratores fiſci*, & *in pragm.*1.*cap,*6.*de Salar.eor.*

Sextò, quia adeſt ſtylus ità iudicandi in ſimilibus abolitionibus pro intelligentia huius propriæ clauſulæ, *dummodò aliter non ſit cautum Regio fiſco*, vt non ve-
194 rificetur exceptio, niſi pro apprehenſione, & cautela in exequutionem rei iudicatæ,non autem per annotationem,initio cauſæ factam, de quo ſtylo iudicandi non ſolùm teſtatur *Maſtrill.in d.tract.de Indul.cap.*22. *nu.*10. qui ſufficit ad illum, plenè probandum, ex quo fuit magnus
195 Doctor, & ſupremus Miniſter, ad tradita *per Maſcard. de probat. concluſ.* 528. *Gabr com.opin.eod.tit.concl.*4.*Burſ.in conſ.* 43. *nu.* 53. fuitque originalis doctrina *Bar.in l.de quibus,ff.de leg.* quem ſequuti ſunt *Bal in cap. cum dilectus de conſuetud. Dec.in conſ.*559.*vol.*2.*Gozzad.in conſ.*59.
196 *col.* 4. qui loquuntur de Doctore, atteſtante conſuetudinem, in qua maiora requiruntur,quàm in ſtylo,ad quem verificandum, vna etiam ſynodali iudicatura ſufficit, *Gabr.loc.cit. concl.*8. ſed etiam teſtatur *Reg.Rouit.in d.deciſ.*91. *nu.*30. vbi relatis verbis *Parid. de Put.* ad limitandam abolitionem pœnarum, per dictam clauſulam, *vel aliter Regio fiſco cautum*,
197 concludit per hæc verba: *Et dùm Paris conſiderat etiam actum,per quem ſint capta pignora, debet intelligi de pignoribus, legitimè captis, nempè in vim rei iudicatæ iuxtà ordinem tex. in l.à Diuo Pio, §.in venditione, ff. de re iudic. non autem illegitimè, & contrà iuris ordinem, quæ nullum producunt iuris effectum, & ſonant aperta verba Parid. qui ponit exemplum pignorum captorum, quando præceſſit condemnatio; non enim proceſſus eſt inchoandus à ſequeſtro, l.*1. *&* 2. *C.de exec. rei iudic.l.ſi cum nulla,ff. eod. ad idem Coler. de proc.execut. par.*1.*cap.*2. *nu.* 81. hoc enim
198 caſu dicitur potiùs deſcriptio, ſiue inuentarium bonorum, quàm vera ſequeſtratio, ſeù pignorum captio, & exequutio, vt poſt infinitos cumulatos aſſerit
199 *Coler.d.cap.*2.*n.*153. & de hoc inuentario loquitur *Maſtrill.* in loc ſupra in contrarium citato, dùm ait, in illo Regno fuiſſe ſemper iudicatum, quod gaudeant
200 Rei Indultu,etiã facto inuentario,ideſt ſequeſtro, ſi pœna adhuc per fiſcum non ſit exacta, & ſic *Maſtrill.* expreſsè declarat, idem eſſe ſequeſtrum, quod inuentarium; hæc *Reg. Rouit.* qui ponit gladiũ ad radicem.

Et ſi aliqua ratio hæſitandi remaneret, dicebat inquiſitus,in dubio eſſe iudi-
201 candum pro gratia,etiam faciendo latiſſimam interpretationem ad fauorem eius.

Digitized by Google

eius, qui illam recipit, *ad tex. in l. fin. ff. de constit. Princip. c. si gratiosè de Hæret. in 6.* cum alijs apud *Mastrill. in cit. tract. de Indul. cap. 23. ex num. 15. & 17.* maximè quando nõ processit ad supplicationem, sed motu proprio, *Franch. in decis. 330. ex nu. 15. & 403.*

Hæc quòad causam, alia circà interesse dirictuum Gabellæ, dicebat inquisitus, non esse præsentis indagationis, cum dirictus non sint fisci, sed eorum, quibus à Regia Curia fuerunt dati insolutum, & proindè causam illorum non esse subiectam iurisdictioni delegatæ Regiæ Iunctæ contrabannorum, ex quo actio non competit fisco, sed Gabellarijs, quibus satisfiet tempore extractionis serici in actis adducti.

Quibus pro parte inquisiti adductis conferunt verba Decreti per Regiam Cameram in Collaterali Consilio cum adiunctis prolati de anno 1572. cuius supra mentio facta fuit, & illud est, vt sequitur.

202 Decretum 357. in ordine *Dom. Reg. de Marin. in 2.to. decis. Reg. Reuert. pag. 869.* *Super memoriali porrecto Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali de Granuela Locumtenti Generali per Regiũ fiscum, petentem declarari, quod in Regio Indultu, expedito per Regiam, & Catholicam Maiestatem, sub dat. in Oppid. Madrit die 26. Ianuarij 1572. non comprehendantur causæ interceptorum, nec causæ, quæ dependent ex contrauentione Regiorum Bannorum per Reg. Curiam, & eius Officiales emanatorũ, tàm super venditione, reuelatione, & pretio frumentorum, quàm super herbagijs Regiæ Dohanæ Menapecudũ, & aliorum bannorum, aliàs per Regiam Curiam emanatorum, & quod nec Officiales per Regiam Curiam significati comprehendantur, vt in memoriali porrecto, & actis continetur, ac etiam super memorialibus porrectis per locatos Reg. Dohanæ, & alios particulares cum Regio fisco litigantes, vt ex eis, & actis desuper factis continetur.*

Facta relatione prædicto Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali in Regio Collaterali Consilio per Reg. Cameram Summariæ, referente Magnifico Domino Anibale Moles Præsidente, & causæ Commissario, fuit per dictam Regiam Cameram accedente voto Mag. Dom. Michaelis de Villanoua, & Vincentij de Franch. Regiorum Consiliariorum in præsenti causa adiunctorum, ac etiam Excell. Regentium,

203 *Reg. Cancell. prouisum, & decretũ, quod omnes causæ interceptorum, & omnes causæ cõtrauentionis bannorum prædictorum, tàm in causis frumentorum, quàm super herbagijs dictæ Regiæ Dohanæ Menapecudum, & alias quouis modo emanatorum comprehendantur in Indultu prædicto, ità quod omnes inquisiti conuencti, seù molestati per Regium fiscum super causis prædictis, gaudeant, & gaudere habeant Indultu prædicto, cum hac tamen declaratio-*

204 *ne, quod in causis prædictis interceptorum prædicti inquisiti, qui voluerint gaudere Indultu prædicto, teneantur restituere omnes dirictus, tàm dohanarum, quàm exituræ, vel tractæ, vel alias quouis modo eidem Regiæ Curiæ debitos; teneantur sol-*

205 *uere Regijs Arrendatoribus medietatem totius intercepti, vel ratas eisdem debitas virtute capitulationis ipsorum; nec non*

206 *teneantur soluere quartam partem reuelantibus, vel ratam eis forte, legitimè debitam, &c.*

Et quod inquisiti prædicti, qui vendiderunt frumentum vltrà pretium in Regia

207 *Pragmatica contentum, teneantur illud plus superexactum restituere emptoribus frumentorum, quæ restitutio fiet de pretio per* Reg. *Curiam restituendo illis emptoribus, qui certi fuerint, & comparuerint.*

208 *Et quòad emptores incertos, & non comparentes pretium, & rata prædicta remaneant in* Regia *generali Thesaureria loco depositi in beneficium ipsorum, quando fortè in* Regia *Camera comparuerint.*

Quo autem ad contrauentiones bannorum super herbagijs Regiæ *Dohana Mena-*

209 *pecudum, fuit prouisum, quod debeant gaudere Indultu prædicto. Verùm sint salua, & reseruata iura Regiæ Curiæ super pretio affictus, facti per locatos, & interesse per* Reg. *Curiam passi ob contrauentiones prædictas; quæ iura remaneant* Regiæ *Curiæ reseruata, liquidanda tamen, & declaranda per* Reg. *Cameram, &c.*

Et insuper fuit prouisum, quod ab his omnibus excipiantur tantũ omnes senten-

210 *tiæ continentes confiscationem bonorum, quæ tempore emanationis dicti Indultus, scilicet 26. Ianuarij 1572. fecerant transitum*

Digitized by Google

ſitum in rem iudicatam, taliter quod dicto die ab eis reclamari non poterat.

Fuit etiam prouiſum, quod excipiantur omnes condemnationes pecuniariæ, & alia-
211 *rum pœnarum, quæ ante datam prædictam fuerint factæ, & exequutæ, exactæ, incorporatæ, & aſſignatæ, compoſitæ, vel aliter ſit de ipſis cautum* Reg. *Curiæ, dummodò ſententiæ deſuper latæ ſimiliter feciſſent tranſitum in rem iudicatam, dicto die, vt ſupra, &c.*

Quò verò ad ſignificatorias expeditas contra Miniſtros Regiæ Cameræ, ob com-
212 *puta non præſentata, & ob reſponſalia non producta, fuit prouiſum, quod non gaudeant Indultu, &c.*

Et quòad ſignificatorias expeditas contra alios pro pœnis contumaciæ, vel man-
213 *dati ſpreti, fuit prouiſum, quod omnes prædicti gaudeant, & gaudere debeant beneficio Indultus prædicti.* Hoc ſuum, &c.

De quibus omnibus facta per me relatione in Regia Iuncta, ipſiſque plenè diſcuſſis ſub die 15. menſis Iulij 1658.
214 viſo reſcripto S.E. expedito ſub die 4. menſis prædicti, & audito Regio fiſco, fuit prouiſum, quod inquiſiti de contrabannis, & extractionibus pro tempore præterito ante Indultum generalem, publicatum ſub die 29. Iunij eiuſdem anni 1658. gaudeant dicto generali Indultu, ſoluris dirictibus, & tractis, reſpectiuè debitis pro rebus extractis ſalua prouiſione facienda ſuper altero capite, vbi eſt facta exequutio, vel ſequeſtrum bonorum. Vlloa Reg. Anellus Portius, Frãciſcus Roccus, D. Ioannes de Vallenilla Isla. Vidit Aſcanius Raetanus fiſcus. Proſper de Laurentijs Act.

Deindè pro eadem cauſa contrabannorũ fuit carceratus Dominus Dux Balneariæ, & pendente iudicio inquiſitionis, ante tamen condemnationem, ſuperue-
nit altera generalis abolitio de menſe Aprilis 1662. per quam Inuictiſſimus Rex noſter ſolita munificentia gratiam
215 delinquẽtibus elargiri dignatus fuit cũ eiſdem clauſulis, reſeruationibus, & exceptionibus, vt in priori indultu dictum fuit, & proindè inſtetit dictus Dux gaudere generali Indulgentia, non obſtante quod reperiebatur carceratus, & deuenctum erat ad exequutionem perſonalem, ex qua poterat dicere Regius fiſcus, ſibi fuiſſe cautum pro pœna, & conſequenter gratiam non habere locum, cum ſit caſus in Indultu exceptus; ſiquidem reſpondebat, quod exequutio, ſiue realis ſiue perſonalis, vt excludat delinquentem à gratia, debet eſſe poſt condemnationem, & non ante, ex his, quæ ſuperius pro inquiſitis tradita fuere.

Et facta per me relatione ſub die 28. menſis Februarij 1663. per Regiam Iun-
216 ctam Contrabannorum fuit deciſum, quo Ill. Dux Balneariæ gaudeat generali Indultu, emanato de menſe Aprilis 1662. non obſtante quod reperiebatur carceratus ante expeditionem cauſæ, & non erat lata ſententia contrà ipſum. Penès Gregorium Ferrarium.

His poſitis, ſolent quandoque contrabannà patrari ab Officialibus deputatis ad illa euitanda, & quandoque ope, & auxilio eorum ab alijs committũtur. Vn-
217 dè formata contrà eos inquiſitione, petunt illi beneficio Indultus adiuuari; ideò materiam proſequendo, libet in 2. *par.* inſerere, quę de iure reſpondi in Regia Iuncta cõtrà delicta Perceptorũ deputata, vbi reſideo, partes fiſci agens contrà prætenſionem aliquorum Perceptorum circà fruitionem Indultus, nuper de anno 1662. elargiti, ex quibus ſuadetur, Officiales, etiam ſinè iuriſdictione pro delictis in officio patratis, generali Indulgentia nullatenus potiri, vt infra in dicta 2. *par.* latè fundauimus nunquid Indultus generalis Perceptores, cæteroſque Officiales comprehendant, & deciſiones plures Regiæ Iunctæ referuntur inferius.

Pœnæ ſtatutæ contra extrahentes res vetitas, quãdo aduerſus hæredes tranſeant.

§. IX.

SVMMARIVM.

1 *Mors omnia ſoluit.*
2 *Delictum vna cum pœna extinguitur*

Digitized by Google

guitur morte delinquentis, nec ab hæredibus poteſt exigi.

3 *Morte delinquentis extinguitur pœna corporalis, & priuatiua ſtatus.*

4 *Hæres adeundo obligatur ad debita defuncti, non autem ad pœnam corporalem.*

5 *Obligare quis non poteſt ad pœnam corporalem, nec tacitè, nec expreſsè.*

6 *Homini libero non eſt licitum, dare ſe alicui in quæſtionem, vel ad torturam.*

7 *Dominus membrorum ſuorum nemo eſt.*

8 *Pœna ſuos debet tenere authores.*

9 *Puniri non poteſt alius pro alio.*

10 *Pœna pecuniaria nunquid morte delinquentis extinguitur.*

11 *Pœna pecuniaria venit in conſequentiam delicti, vndè extincto delicto morte rei, ea etiam extinguitur.*

12 *Subiecto extincto, extinguuntur accidentia ſubiecti.*

13 *Pœna pecuniaria, quando principaliter imponitur, & non venit in conſequentiam delicti, obitu delinquentis non euaneſcit, & de ratione, n.* 15.

14 *Pœna pecuniaria quando dicatur principaliter impoſita, n.*16.

17 *Pœna pecuniaria, ſiue in conſequentiam delicti, ſiuè principaliter ſit impoſita, ſemper tranſit ad delinquentis hæredes.*

18 *Pœna pecuniariæ aduerſus extractionis crimen impoſita, an contrà tranſgreſſoris hæredes tranſmittantur.*

19 *Crimen fraudati vectigalis ad hæredem commiſſi ratione tranſmittitur.*

20 *Publicanus exigens pluſquam debebat, ſi decedat, antequam conueniatur, quando tranſmittatur ad hæredes hæc actio.*

21 *Vectigal non ſoluens, res ipſo iure incidit in commiſſum, & tenetur hæres, ſi rem illam poſſideat.*

22 *Pœna fraudati vectigalis non tranſit ad hæredes, niſi lite conteſtata, quod declarat* Paul. de Caſtr.

23 *Gabellas non ſoluens, res incidit in commiſſum, cuius perſequutio competit aduerſus hæredem, etiam lite non conteſtata, n.*24.

25 *Hæres an teneatur, non extantibus mercibus in fraudem vectigalis extractis, nu.*26.27. *&* 28.

29 *Succeſſores non tenentur ex delicto defuncti; niſi lite cum eo conteſtata, vel in quantum ad eos peruenit, quod limitatur, num.* 30. *&* 31.

32 *Hæres ex litis conteſtatione cum defuncto facta tenetur ex quaſi contractu.*

33 *Pœna pecuniaria in crimine contrabanni ad hæredes tranſit lite cum defuncto nõ conteſtata.*

34 Tex. in l. fraudati, & l. commiſſa, ff. de public. & vectigal. contrà gl. *in dictis iuribus declaratur.*

35 *Pœna rei commiſſæ ob fraudatum vectigal tranſit ad hæredes, etiam lite cum defuncto non mota.*

36 *Hæres tenetur ad æſtimationem rei, quæ in commiſſum incidit ob fraudatum vectigal, ipſa re non exiſtente, ad quod declaratur* tex. in l. 2. C. de vectigal. & commiſſ. *nu.*37.

38 *Pœna contrà fraudantem vectigalia trãſit ad hæredem, dummodò tamen lis mota ſit viuo defuncto nu.*39. *&* 40.

41 *Pœna contrà hæredem, qui non vendicauit mortem defuncti, tranſit ad hæredes, licèt nihil actum fuerit eo viuente.*

42 *Cauſa dicitur ciuilis, quando aufertur hæreditas ab indigno.*

43 *Delictum patrari dicitur, vel in committendo, vel in omittendo*

44 *Crimen committit, qui omiſit mortem defuncti vendicare.*

45 *Cauſa dicitur criminalis, quando pœna fiſco applicatur.*

46 *Gabellas fraudans, furtum committit.*

47 *Gabellas fraudans, mortaliter peccat, & ad reſtitutionem tenetur.*

48 *Criminis furti inſtantia ad hæredes tranſit, etiam ſi lis cum defuncto conteſtata non fuerit.*

49 *Pœna pecuniaria à lege impoſita ipſo iure ad hæredes tranſit, etiam lite non conteſtata cum defuncto, imò nec inquiſitione formata, n.*50. *& de ratione n.*51. *& an requiratur ſententia declaratoria nu.*52.

53 *Pœna pecuniaria in crimine contrabanni ipſo iure tàm* à leg. comm. *quàm* municip. *eſt impoſita.*

54 *Pœna pecuniaria, quando ipſo iure dicatur impoſita.*

55 *Pœna à banno indicta, ad hæredes tranſgreſſoris tranſit, & de ratione.*

56 *Pœna fraudatæ gabellæ contrà hæredes, poteſt exerceri intrà quinquennium in re ipſa.*

57 *Pœna ad hæredes tranſit lite non conteſtata,*

Digitized by Google

ſtata, quando ſumus in caſu, vbi litis conteſtatio non requiritur.

58 *Hæres tenetur ad pœnam ex delicto defuncti, ſi non fuerit lis conteſtata ex ſubterfugijs defuncti.*

59 *Cauſa intercepti dicitur ciuilis, & in ea inſtantia non currit.*

60 *Cauſa quando dicatur ciuilis, etiam vbi pœna fiſco applicatur.*

61 *Fiſcus in crimine intercepti agens ad pœnam, ciuiliter agere videtur, & de ratione.*

62 *Cauſa intercepti tranſit ad hæredes.*

63 *Actio ciuilis contrà hæredem datur.*

64 *Pœna in crimine contrabanni impoſita, tranſit in fiſci dominium, ſtatim commiſſo contrabanno.*

65 *Sententia qua forma concipienda ſit in caſibus, vbi pœna pecuniaria delicti tranſit ad hæredes delinquentis.*

66 *Hæres non tenetur vltrà vires hæreditarias, etiam non confecto inuentario, vbi pœna delicti tranſit ad hæredes delinquentis, & de ratione n.67.*

68 *Deciſio Regiæ Iunctæ in cauſa hæredum Andreæ Ciuitello.*

Pœnæ ſtatutæ contra extrahentes res vetitas, quãdo aduerſus hæredes tranſeant.

§. IX.

1 VVlgatum eſt dicterium, vt mors omnia ſoluat: ideò interitu delin-
2 quentis delictum vna cum pœna extinguitur, nec ab hæredibus exigi poteſt, vt dictat *tex. in l. defuncto, ff. de publ. iudic. l. 1. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. l. 1. ff. de priuat. delict. l. 1. C. ne ex delict. defun. l. ex iudiciorum. ff. de accuſat.*

3 Quod procedere non ambigitur in pœna corporis afflictiua, vel priuatiua ſtatus, vt loquitur omiſſis alijs *Vaſq. controu. Ill. lib. 3. cap. 96. nu. 13. & 14. & Farinac. prax. crim. quæſt. 10. nu. 36.* clarum eſt enim, quod hæres adeundo, videtur
4 quaſi contrahere, & ſe obligare ad debita defuncti, non autem ad pœnam delicti corporalem, ad quã, quis nec tacitè, nec
5 expreſsè ſe obligare poteſt, ſingul. eſt doctrina, *gl. in c. homo 23. dixt.* facit *tex. in l. qui ad certum, ff. locat. l. liberos, & l. nec ſi volens, C. de liber. cauſ. Bal. in l. ob as in fin. C. de action. & obligat.* non enim eſt
6 licitum libero homini dare ſe alicui in quæſtionem, vel ad torturam, *Bart. in l. cum ſeruus, ff. de condit. ob cauſam, & in l. interdum, §. qui furem, ff. de furt.* quia ne-
7 mo eſt Dominus membrorum ſuorum, *l. liber homo in princ. ff. ad l. Aquil.* &
8 pœna ſuos debet tenere authores, nec
9 alius pro alio regulariter puniri poteſt, *l. ſi quis in ſuo §. legis, C. de inoffic. teſtam.*

10 In pœna verò pecuniaria, quę pro eodem delicto venit infligenda, nunquid idem vigeat, vt ſcilicet obitu delinquentis euaneſcat; Et aliqui reſponderunt affirmatiuè, quia pœna etiam pecuniaria
11 venit in conſequentiam delicti. Cumq; delictum obitu delinquentis eſt extinctum, extincta etiam videtur pœna pecuniaria, quæ delicto accedit, vulgatum eſt axioma, quod extincto ſubiecto, extin-
12 guuntur accidentia ſubiecti, *l. 3. §. ne tamen, ff. de vſufruct. §. 1. inſtit. de vſufruct.* & ità arguunt *Cagnol. in l. pupillum, §. in hæredem nu. 4. in fin. ff. de regul. iur. Plac. epit. delict. lib. 1. c. 38. nu. 2. Bonac. comm. opin. lib. 2. verſ. morte extinguuntur pœna, pag. 57. nu. 3. in princ. Sebaſt. Medic. in tract. Mors omnia ſoluit, par. 2. concluſ. 32. nu. 86. Burſat. conſ. 77. nu. 20. vol. 1. Menoch. conſ. 99. nu. 150. Marc. Anton. Eugen. conſ. 21. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. Vulpell. in 1. reſp. crim. nu. 2. ver. ſi verò cauſa merita, & nu. 7. vol. 1. Boſſ. tit. de pen. n. 34. Oſaſc. dec. Pedem. 152. nu. 3.* & notat *tex. in l. ex iudiciorum, ff. de accuſ.* aliaque iura ſuperius exarata.

13 Sed alij dixerunt, quod quando pœna pecuniaria non debetur in conſequentiã delicti, ſed principaliter, vt eſt, quando per legem, vel ſtatutum imponitur pœ-
14 na pecuniaria, & corporalis, & principaliter agitur ad pœnam corporalem, & ad pœnam pecuniariam, tùnc non videtur extingui per mortem rei pœna pecuniaria, quæ vigore ſtatuti applicatur, ſed tranſit ad hæredes, ità *ex tex. in l. 3. C. ſi pendente appell. mors interu. l. fin. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. gl. in l. ex iudiciorum. ff. de*

ff. de accuſat. Gomeſ. var. reſol. tit. de delict. cap. 1. nu. 83. Alban. conſ. 80. nu. 1. Vaſq. controu. Ill. cap. 96. nu. 17. & 18. Oſaſc. dec. Pedem. 149. nu. 8. nec repugnant *Farinac.* dicta *in prax. crim. quæſt. 10. nu. 47. & 57. ver. aut verò in fine.*

Et ratio eſſe poteſt, quia miniſterio
15 legis pœna pecuniaria imponitur, à corporali diſtinctè; vndè plura ſunt capita *ex l. etiam 30. §. 1 ff. de minor.* Et propterea licèt pars legis extinguatur reſpectu pœnæ corporalis, remanet tamen reſpectu pecuniariæ, quæ afficit hęredes, quod ſecus eſſet, ſi pœna pecuniaria principa-
16 liter non daretur, ſed in conſequentiam, proùt eſſet publicatio bonorum, ità *Auguſtin. ab Angel. de malef. ver. eius bona, verſ. præſente Caio, & appellante nu. 35. circà med.* vbi obſeruat differentiam in ſtatuto, loquente per verbum *cum, vel &*, vt ſi dicat, cum pœna ducatorum, aut publicationis bonorum, tunc pœna illa non tranſit; ſi verò loquitur, & pœnam ducatorum, & tunc tranſit, quod etiam adnotant *Clar. quæſt. 97. nu. 7. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. nu. 38. & 40.*

17 Aliqui verò exiſtimant, plures aſſignari caſus, in quibus ſiuè pœna pecuniaria ſit in conſequentiam delicti, ſiuè principaliter impoſita, ſemper illa ad hæredes tranſit, nec obitu delinquentis extinguitur, vt diffusè diſſeritur in *2. part.*

18 Solet tamen in dubium reuocari, ſi pœnæ pecuniariæ in criminibus extractionũ cõtrà deuetum præſcriptæ, aduerſus hæredes inquiſiti tranſmittantur, aut interitu criminoſi hæredes liberi euadãt.

Ingens eſt inter DD. in hoc contentio, ex contrarijs opinionibus exorta, vnaquæq; ipſarum DD. calculo munitur, & iurium diſpoſitionibus circumuallatur; tamen in huiuſmodi certamine veram conſtituo ſententiam, deciſione Regiæ Iunctæ firmatam, relatis, & explosis iuribus, quibus hæredes fouentur.

19 Cenſent aliqui, casũ terminari *ex tex. in l. fraudati 8. ff. de publican. & vectigal.* vbi diſponitur, fraudati vectigalis crimen ad hæredem eius, qui fraudem contraxit, commiſſi ratione tranſmittitur.

20 *Gloſa* figurat caſum in publicano, qui fraudauit cenſum exigendo, pluſquam debebat, ſi antequam conueniatur, decedat, tranſmittitur in hæredes eius hæc actio, in quantum ex hoc ſunt locupletati; Et eadem *gloſ. ver. tranſmittitur*, ait,
21 quod qui debet ſoluere vectigal nomine alicuius rei, & eam ſupprimit, vt nõ exigatur vectigal; tunc fit commiſſio in fiſcum ipſo iure, & tenetur hæres, ſi rem illam poſſideat, ad quod allegauit iura concordantia *in l. 2. C. de vectigal. l. cotem, §. illi citarum, & l. commiſſa, ff. eod.*

22 *Paul. de Caſtr. in eademmet l. fraudati*, inquit, quod pœna fraudati vectigalis non tranſmittitur ad hæredes ante litis conteſtationem, quod intelligit de pœna dupli; nàm de pœna commiſſi non loquitur *tex.* quia cum ipſo iure fiat res fiſci, poteſt fiſcus ſemper illam ab hærede vendicare.

23 Adaptatur etiam *tex. in l. commiſſa 14. ff. de public. & vectigal.* cauetur ibi, commiſſa vectigalium nomine, etiam ad hæredem tranſmittuntur, nàm quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eius eſſe, qui crimen contraxit, dominiumq; rei vectigalis acquiritur, ea propter cõmiſſi perſequutio, ſicut aduerſus hęredem competit.

24 *Gloſ. in d. l. commiſſa*, dicit quod quando quis non præſtat vectigal, & occultat merces, ſtatim fiſco quæruntur, & tranſmittitur ius vendiçandi illas contrà hæredes, etiam lite cum defuncto non con-
25 teſtata; ſi autem res, vel merces non extant, tenetur etiam hæres, & allegat *gloſ. ver. competit*, iura concordantia *in l. ſi publicanus, ff. eod. l. de eo, §. fin. ff. ad exiben.* & in hoc caſu dicit eadem *gloſ.* non obſtare, *tex. in l. fraudati ſup. cit.*

Confert quoque *tex. in l. 2. C. de vectigal. & commiſſ.* ait *tex.* Neque commiſ-
26 ſum, quod ante quinquennium factum dicitur, ſi lite res anticipata non eſt, vendicari poteſt neque pro re, quæ in commiſſi causã cecidit, ſi ipſa non exiſtat, nec dolo ſupprimatur, pretium peti poteſt.

27 *Gloſ. in ver. nec dolo*, dicit, quod ſi res dolo, vel lata culpa non extet, fiſco non debetur pretium.

28 *Salic. ſup. d. l. 2.* explicans verba *tex. ſi ipſa non exiſtat*, intelligit, ſi ipſa fuerit perempta ſine dolo, vel lata culpa.

29 Adſtipulatur inſuper *tex. in l. vnic. C. ex delic. defunc.* ait *tex.* poſt litis conteſtationem eo, qui vim fecit, vel concuſſionem intulit, vel aliquid deliquit, defuncto, ſucceſſores eius inſolidum, alioquin

Digitized by Google

in quantum ad eos peruenit conueniri, iuris abſolutiſſimi eſt, ne alieno ſcelere dicentur.

30 *Gloſ.* ſex excipit caſus, vbi fiſco datur actio contrà hæredes, adhuc lite cum defuncto non conteſtata, & inter eos ponit crimen furti.

31 *Salyc.* copiosè explicat legem hanc, & illam ad huiuſmodi diſtinctionem reducit, aut pœna eſt impoſita ipſo iure à lege, & tùnc tranſit ad hæredes, & ad illam ſolidam tenentur *ad tex. in l. 3. §. qui autem ff. quod quiſq; iur.* aut eſt imponenda ab homine, & tùnc niſi lis fuerit conteſtata, non tranſit ad hæredes.

Ex quibus iuribus legalis concluſio eruitur, quod eatenus pœna pecuniaria, quæ principaliter cum corporali pro crimine contrabanni imponitur, tranſit ad hæredes, quatenus lis fuerit cum defun-

32 cto conteſtata, quia ex litis conteſtatione hæres tenetur ex quaſi contractu, *Bar. in l. defuncto, ff. quibus iudicium, & in extrauag. qui ſint rebell. ver. rebellando, Gomeſ. de delict. c. 1. nu. 82.*

33 Verùm contraria opinio, quod ſcilicet tranſeat ad hæredes pœna huiuſmodi, lite etiam cum defuncto non conteſtata, verior ſuadetur, tùm ex eiſdem iuribus in contrarium congeſtis, tùm ex alijs ad materiam apprime congruentibus, tùm etiam ex nonnullis rationibus.

34 Dixi ex iuribus pro contraria opinione expreſſis; etenim litera *tex. in l fraudati, & in l. commiſſa, ff. de public. & vectigal.* de requiſito litis conteſtationis non loquitur, adeò vt pœna fraudati vectigalis tranſeat ad hæredes, imò abſolutè ſancitur, quod crimen fraudati vectigalis ad hæredes tranſmittitur. Et licet *Gloſ.* id intelligat, data litis conteſtatione; hoc lex non diſponit, eſt opinio Doctoris, non autem legis ſanctio.

35 Imò ex eiſdem verbis apertè deſumitur, quod pœna commiſſi fiſco ſtatim quæritur, & tranſit ad hæredes, etſi lis nec conteſtata, nec cepta cum defuncto fuerit, ità *l. fraudati, l. commiſſa, & l. cotem ferro, §. Dominus nauis, ff. de public. & vectigal.* quæ ſic ſubiungit: illicitarum mercium perſequutio hæredem, quoque afficit *gloſ. in cit. l. commiſſa, Paul. de Caſtr. in d. l. fraudati*, idemque confirmat *Reg. de Marin. in obſer. ad dec. 516. Reg. Reuert.* dicēs, quod interceptis, & extractis rebus contrà prohibitionem Regiarum Sāctionum, ſtatim fiſcus efficitur Dominus intercepti, ideò poteſt poſt mortem extrahentis procedi pro recuperatione rei extractæ, tanquam quid debitum fiſco, hoc idem teſtatur idem *Reg. de Marin.* obſeruaſſe, ex quodam manuſcripto *Præſid. R.C. Iulÿ Cæſaris Minadois.*

36 Amplius ex prædictis iuribus deducitur, quod non exiſtentibus mercibus, cōtrà deuetum extractis, tenetur etiam hæres, quod intelligitur ad æſtimationem, vel pretium illarum, inquit *Reg. Moles. deciſ. 36.* & eſt doctrina *gl. in d. l. commiſſa, verb competit*, vbi quoq; dicit non obſtare *l. fraudati*, quia quemadmodùm ad pœnam commiſſi tenetur hæres lite non conteſtata cum defuncto, ſic quoque ad pretium, quod loco commiſſi ſuccedit.

37 Neque obſtat *l. 2. C. de vectigal. & commiſſ.* vbi habetur, quod ſi res, quæ in cōmiſſum incidit, non extat, fiſco pro re nō datur actio; ſed reſpondetur *tex. in d. l. 2.* procedere, quando res non extat, quia fuit perempta ſine dolo, vel lata culpa, vt inquit *gloſ. & Salyc. in d. l. 2.* Hic autem agitur, quando res fuit extracta, & vendita cum dolo inquiſiti.

Ex quibus colligitur, quod iura in cōtrarium relata, nedùm non aduerſantur, ſed etiam deſumitur, quod pœna cōmiſſi, vel pretij rei commiſſæ tranſit contrà hæredes, lite etiam cum defuncto non conteſtata.

38 Hanc quoque opinionem comprobat *tex. in l. ex iudiciorum 20. ff. de accuſat.* ibi, *Ex cæteris verò delictis pœna incipere ab hærede ità demum poteſt, ſi viuo reo accuſatio mota eſt, licèt non fuerit condemnatio ſequuta.*

39 Amplius eſt *tex. in l. fin. §. ſi quis profeſſus, ff. de public. & vectigal.* ibi, *Pœna ab hæredibus peti non poſſunt, ſi non eſt quæſtio mota, viuo eo, qui deliquit, & hoc ſicut in cæteris penis, ità & in vectigalibus eſt.*

40 In dictis iuribus non videtur requiri litis cōteſtationem, ſed tantùm expoſcitur, vt accuſatio, vel quæſtio mota ſit, & *gloſ. in d. l. ex iudiciorum*, explicans verbum *accuſatio*, inquit, ideſt actio: hinc dixerunt DD. quod ſufficit, vt actio, vel inquiſitio ex dictis verbis propoſita ſit in

vita

vita defuncti, & nulla requiritur litis cõteſtatio, ità vt pœna contrà hæredes tranſeat, ſic notant *Caball. reſol. crim. par.3. caſ.298.nu.4. Reg.Rouit.dec.64.nu.23.*

41 Quibus etiam apprimè facit *tex. in l. Caius, ff.ad Syllan.* vbi decernitur, quod pœna contrà hæredem, qui non vendi. cauit necem defuncti,tranſit ad hæredes, licet eo viuente nihil actum fuerit, ſubdens *tex.* ibi, *Paulus reſpondit cauſam, de qua quæritur, cum ſit pecuniaria, morte hæredis extinctam non videri.* Ecce in caſu huius *tex.* quod lis non fuit conteſtata, actio non propoſita, & inquiſitio non formata, & tamen pœna pecuniaria ex *dicto tex.* non extinguitur morte criminoſi, etſi lis non ſit cœpta cum defuncto, & hanc legem in noſtra ſpecie expendunt *Reg.Rouit. deciſ. 64. nu. 23. Caball.reſol.crim. par.3. caſ.298. nu.4. Ant. Gomeſ.var.reſol.tom.3. cap.2. tit.de delic. nu.80.ver.ſextus caſus.*

42 Verùm aduerſus hanc iuris diſpoſitionem inquit *Bart. in l.3. ff. de ſepulc. viol.* quod quando aufertur hæreditas ab indigno, proùt in caſu huius legis, cauſa dicitur ciuilis. Sed reſpondetur,quod illa ablatio hęreditatis ex delicto,& ratione delicti prouenit,ex delicto, quia illud

43 patrari dicitur vel in committendo, vel in omittendo, nàm cum hic omiſit mor-

44 tem defuncti vendicare, crimen comiſit, proùt annunt.verba eiuſdem *l.Caius*, ibi, *Quæro, an morte Titiæ extinctum ſit crimen*;ergò cauſa eſt criminalis; ſic aduertit *Innoc. Pagan. allegat. 32. num.18. poſt deciſ.Reg.Salern.* nec refert, quod idem *tex.* dicat cauſam eſſe pecuniariam,quia per hoc non ſequitur, vt ſit ciuilis, nàm

45 quando pœna fiſco applicatur, & fiſco infligitur, cauſa dicitur criminalis, ſic in puncto contrà *Bart.* reſpondet *Dec. in rubr.ext.de iudic. col.fin. ver. alij dicunt, Pagan.loc.cit.* vbi *Thor.in addit. Præſ. de de Franc.deciſ.162.nu.16. Anna ſing.384.*

46 Præterea hæc opinio ſupra relata rationibus cõuincitur, nàm fraudantes gabellã furtum committunt, dùm contrectant rem, eaque vtuntur lucri cauſa,in-

47 uito Domino, *l. 1. in fine, ff. de furt.* & peccant non ſolùm mortaliter, ſed ad reſtitutionem tenentur,quia lex humana obligat in conſcientia, vt *ex Fel. Guttierez Couar.* fundat *D. Franc. de Alfaro de offic.fiſcal.Gloſ.20.nu.55. Laga nar. in addit. ad Reg.Rouit. rubr.de vectigal. ver.*

48 *quod ſi hæc vera ſunt*. Cùm igitur in crimine furti inſtantia tranſeat ad hæredes, licet lis non fuerit conteſtata cum defuncto, vel ad eos nihil peruenerit, *gloſ.in l. vnica,C.ex delict.defunct.* vbi *Salyc. Buccaron.de differ.int. iud. ciuil. & crim. diff. 129. nu.3.* proindè idemque procedere debet in crimine contrabanni.

49 Altera ratio eſt, quia quando pœna à lege impoſita eſt ipſo iure, tranſit contrà hæredes, etſi nec lis conteſtata, nec inquiſitio formata ſit cum defuncto, *gl. in l.3. §. quod autem, ff. quod quiſque iur. Bar.in l.ex iudiciorum.ff.de accuſat.Salyc. in l.vnica,C.ex delict.defunct. Boſſ. tit.de pœn. nu.34. & tit.de ſenten. nu.46. Clar. in §.fin. quæſt. 51. ver. ſcias etiam, Farinac.in prax.tit.de inquiſit.quæſt.10.n.68.* vbi diffusè materiam agit, & in hanc inclinat opinionem, vti veriorem, *Cartar. de exequut.ſent. capto bannito, cap.1. nu. 353. Anton.Gomeſ.var.reſol.tom.3. cap 2. de delict. num.80. ver. ſextus caſus, Balb. deciſ.391. Ricc. collect.1070. Cabal. reſol. crim.par.3.caſ 298.nu.5.*

50 Idemque tenet, & inconcuſsè defendit *Reg.Rouit.dec.64. nu.10.* ſubdens,hãc eſſe limitationem ad regulam, quod pœna delicti non tranſit ad hęredes,lite non conteſtata cum defuncto, & ad hoc probandum,infinitos DD. congerit.

51 Et ratio eſt, quia quemadmodùm pœna tranſit ad hæredes, reo mortuo poſt latam ſententiam condemnatoriam, vt fundat omiſſis alijs *Farinac.* latè *in d. quæſt.nu.45. ex tex. in l.ex iudiciorum in princ.ff.de accuſat.* Ità quoq; pœna tranſire debet ad hæredes, quando imponitur à lege ipſo iure, quia tùnc ſententia dicitur lata non ab homine, ſed à lege, quod eſt plus, *Burſat. conſ.77. Emanuel Suarez recept.ſent.ver.pœna,quæ ipſo iure*, & diffusè *Farinac.cit.quæſt.10. nu.68.*

52 Sed obijcitur, quod licèt pœna ipſo iure imponatur,adhuc requiritur ſententia declaratoria, tale fuiſſe commiſſum crimen. Nihilominus reſpondetur,quod etſi verum ſit, vt requiratur declaratoria, id intelligitur quòad exequutionem facti, & exequutionem pœnæ, non autem quòad illius incurſum,pœna enim ſtatim commiſſo delicto incurſa eſt,etiam abſq;

Digitized by Google

declaratoria, exigi tamen non poteſt, niſi præcedat Iudicis declaratio, quę quidem declaratio etiam mortuo delinquente contrà hæredem fieri poteſt, vt dixerunt in puncto *Gabriel lib. 7. concl. 35. nu. 16. Cartar. de exequut. ſent. cap. bandito, cap. 1. nu. 356. Peregr. de iur. fiſc. tit. 5. lib. 4. nu. 12. ver. verum, Farinac. d. quæſt. 10. nu. 70. ver. item, Reg. Rouit. deciſ. 64. nu. 13. Cabed. deciſ. 197. par. 1.*

53 Hinc eſt, quod cum pœna contrà fraudantes vectigalia ipſo iure de iure communi imponatur, vt *in l. commiſſa, ff. de publican. & vectigal.* Et de iure Regni noſtri contrà eoſdem cauetur, vt commiſſo delicto incurrant in pœnam pecuniariam duc. decem pro qualibet libra ſerici extracta, & in corporalem relegationis, aut triremium per decennium, vt *in prag. 25. in 3. cap. & in prag. 37. ſub. tit. de extract. & aſportat. &c.* proindè ſequitur, quod huiuſmodi pœna pecuniaria tranſeat ad hæredes; ſiquidem verba Regiæ ſanctionis, vt commiſſo crimine in pœnas præ-
54 ſcriptas incurrant, vim habent latę ſententiæ, vt inquiunt *gl. in l. criminali ſuper verbo habeatur*, ibi *Bal. C. de iuriſd. omn. iudic. Tiraq. de retuoc. donat. gl.* reuertatur *nu. 26. Peregr. de iur. fiſc. tit. 5. nu. 7. lib. 4.*

55 Vlterius iure cautum eſt, vt pœna à banno indicta, ad hæredes tranſgreſſoris tranſeat, *Bart. in l. ex iudiciorũ, ff. de accuſat. Bal. in l. vnica, C. ex delict. defunct. Myſinger. cent. 2. obſer. 8.* vbi refert, bis ſic iudicaſſe Aulam Imperialem, *Ricc. collec. 1070. in 3. limit.* Et ratio eſt, quia bannum habet vim ſententiæ, vt inquit *Bart. loc. cit. in addit.* Quamobrem quãdo agatur de contrauentione Reg. Pragmaticę, vtpotè ob extractionem ſerici extrà Regnum ſine ſolutione dirictus, pœna vtiq; afficit hæredes delinquentis; ad quod in puncto conferunt etiam dicta *per Peregr. de iure fiſci l. 4. tit. 5. de crimine, quæ mor-*
56 *te non exting.* qui dicit quartum eſſe caſum in pœna fraudatæ gabellæ, quæ contrà hæredes poteſt exerceri intra quinquennium, & in re ipſa.

57 Facit etiam, quod in caſu, vbi non requiritur litis conteſtatio, pœna ſemper ad
58 hæredes tranſmittitur, vt ait *Bart. in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.* vel in caſu, vbi ſubterfugit reus litem conteſtari, habetur cauſa pro conteſtata, & operatur eoſdem effectus, quos operatur litis vera conteſtatio, ſic facit pœnas tranſire contrà hæredes, ſicut facit litis conteſtatio, *tex. eſt ſing. in l. ſi eum, §. qui iniuriar. ff. ſi quis caut. in fine*, ibi *Bal. Rom. Fulgoſ. & Alex. & idem Bal. in auth. habita, C. ne fil. pro patre in vlt. col. in med. Farinac alios DD.* coaceruat *prax. crim. quæſt. 10. nu. 51.* quibus addo *Vaſq. controu. Ill. cap. 96. nu. 25. ver. quarta principalis limitatio lib. 3.*

Hinc ſuccedit, quod ſemper pœna trãſit ad hæredes, quando non poterit dari litis conteſtatio, cum reus nõ erat in fortijs, vndè ex rei ſubterfugijs litis conteſtatio nõ fuit ſequuta, & quando etiã ex parte fiſci fuerunt ſequeſtrata bona, viuente reo pro conſequutione pœnæ, ex quo reſultat, quod ſunt peruenta bona delinquentis, & affecta huiuſmodi oneri, & proindè ad hæredes tranſit.

59 Accedat etiam prædictis, quod cauſa intercepti dicitur ciuilis, non autem criminalis, & in ea inſtantia non currit, vt fuit deciſum bis per R.C. teſte *Reg. Moles deciſ. manuſcrip. 36. in tit. de iure adoha.* Et ratio eſt, quia eatenus cauſa dicitur criminalis, quatenus pœna applicatur fiſco principaliter ad vindictam crimi-
60 nis pro intereſſe Reipublicæ, & non ad alium finem; ſi verò non eſt inſtituta cauſa, vel accuſatio ad vindictam criminis principaliter, ſed intentata actio à fiſco prętendẽte occaſione aliqua, vel delatione, tùnc quantumcũq; præcedat aliquod quaſi delictum cõuencti, quia fiſcus pro-
61 ſequitur rem, vel æſtimationem ſibi debitam, & vult pœnam iam incorporatam ex facto conuencti conſequi, proùt in cauſa extractionis eſt, non dicitur iudicium criminale, ſed ciuile; & licèt oriatur ex præcedenti facto, tamen non debet attendi origo, & cauſa delicti, ſed ipſa natura iudicij, vbi fiſcus proſequitur rem, vel æſtimationem ſibi debitam, *l. 3. §. idem ſcribit, ff. de pecul. l. 1. de ſepulc. viol. l. 1. de iure fiſc. Rip. in rubr. de iudic. nu. 92.* & ſequuntur alij DD. *Reg. Moles* refert bis deciſum per R.C. *d. deciſ. 36. in tit. de iure adoha, verſ. quando pœna*, idemque amplectitur *Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. 516. Reg. Reuert. to. 2.*

62 Ideò cauſa, & iudicium intercepti tranſit ad hæredes, *d. l. fraudati vectigalis, & l. commiſſa, ff. de public. & vectigal.* ſequi-

Digitized by Google

ſequitur *Reg. Moles d. deciſ. 36. verſ. quia indicium fol. mihi* 60. & ſequitur in puncto *Laganar. in addit. ad Reg. Rouit. in rub. pragm. de extractionibus in fine*, actio
63 enim ciuilis contrà hæredes datur, *l. ſi docueris cum concord. C. ad leg. Cornel. de falſ.*

64 Imò res extracta ſtatim deſinit eſſe eius, qui illam extrahit, & fiſco acquiritur, & quod pœna, quæ pro extractione debetur, commiſſa extractione, ſtatim in fiſci dominium tranſit, *d. l. commiſſa, Reg. Moles d. deciſ. 36.* ideò non poſſet difficultari, quin poſſit ab hæredibus exigi.

65 Verùmtamen in caſu prædicto, vt exactio pœnæ contrà hæredes fortiatur, debent citari prædicti hæredes pro eorũ intereſſe, & probato delicto, fertur ſententia, in qua pronuciatur, delictum fuiſſe à defuncto commiſſum, & propterea incurriſſe in pœnam pecuniariam à lege, vel ſtatuto inductam, & exindè eius hæredes, & bona eſſe obligatos, & obligata pro quantitate pœnæ prædictæ, ità docet *Igneus in l. Caius, nu. 12. verſ. tu verò, ff. ad Syllan. Menoch. conſ. 168. & ſeq. Alb. conſ. 90. in fine, Cartar. de exequut. ſent. cap. bann. c. 1. num. 355.* alijque, quos cumulant *Farinac. prax. crim. tit. de inquiſit. quaſt. 10. nu. 83. Reg. Rouit. dec. 64. nu. 23.*

66 Sed non tenentur hæredes vltrà vires hæreditarias, etiam quod inuentarium non confecerint, *Anchar. conſ. 411. Aret. conſ. 148. in fine, Federic. de Sen. conſ. 21. Anton. Gomez var. reſol. tit. de delict. c. 1. nu. 85. in fine, Oſaſc. deciſ. Pedem. 152. nu. 9. Cacheran. deciſ. Pedem. 151. nu. 9.* & alios complures allegant *Farinac. d. quaſt. 10. nu. 67. & Caball. reſol. crim. 298. num. 44.*

67 Et ratio eſt, quia inuentarij omiſſio non nocet hæredi, niſi vbi defunctus ex ſua obligatione, & contractu ciuili actione conuenitur, alias ſecus; quando enim de iure ciuili conuenitur hæres in ſupradictis caſibus ad pœnam, non conuenitur obligatione defuncti, ſeù ex actione ciuili, ſed actione pœnali ex delicto defuncti, nulla præcedente obligatione, & vbi non eſt alicuius rei obligatio, ibi omiſſio inuẽtarij nihil operatur, *Phan. de inuent. par. 7. nu. 72. Rolan. de inuent. pag. 211. nu. 4. Federic. de Sen. conſ. 21. col. fin.* & in noſtro propoſito ſic loquitur *Farinac. ibid. n. 67. verſ. ſed contrarium.* Quid autem in crimine vſurarum, in ſequenti par. habetur.

68 Prædictis quoq; arrident, quæ in Regia Iuncta contrabannorum obſeruauimus in cauſa Andreæ Ciuitiello: hic delatus de nonnullis contrabannis, fuit reſcriptum, informationem capi, ea pendente, obijt inquiſitus, & ordine Regiæ Iunctæ fuit continuata captura informationis, & indè hæredes fuerunt admiſſi ad tranſactionem duc. 18. m. de menſe Nouebris 1660. penès Proſperum de Laurentijs Act.

Rex extractæ à Regno in contrabannum, & captæ extrà Regnum, an ſint fiſco Regni reſtituendæ.

§. X.

SVMMARIVM.

1 *Res extracta à Regno in contrabannum, & capta extrà Regnum, an ſint fiſco reſtituendæ.*

2 *Res extractæ in contrabannum, ſtatim deſinunt eſſe extrahentis, & tranſeunt in dominium Domini vectigalis, & fiſco tribuitur rei perſecutio, & vendicatio contrà poſſeſſorem, n. 3. nec requiritur traditio, vt dominium translatum dicatur, nu. 4.*

5 *Intercepti cauſa ciuilis dicitur quòad perſecutionem rei.*

6 *Pœna contrà extrahentes ipſo iure venit infligenda.*

7 *Pœna impoſita per legem, vel ſtatutum, ipſo facto, habet vim latæ ſententiæ.*

8 *Pœna impoſita à lege verbis geminatis, habet vim latæ ſententiæ.*

9 *Pœna impoſita per legem, vel ſtatutum ipſo iure, & ipſo facto, vt debeatur, requiritur ſententia declaratoria facti, contra, nn. 11.*

10 *Delinquens ante ſententiam declaratoriam*

Digitized by Google

riam commiſſi delicti, manet in ſua integritate.

11 *Sententia declaratoria commiſſi delicti non requiritur in crimine notorio, vel ſi reus fuerit in fraganti repertus.*

12 *Delinquens captus in alieno territorio, remitti debet ad Iudicem loci delicti; & & ſic practicatum, nu.13.*

14 *Delicti locus eſt principalis forus.*

15 *Baro poteſt punire offendentem ſuum vaſſallum, licèt delinquens ſit de alieno territorio.*

16 *Extrahentes res in contrabannum à Regno, licèt ſint exteri, efficiuntur de foro huius Regni; & puniuntur iuxtà leges loci commiſſi delicti, nu.17.*

18 *Delinquentes in territorio meo, ſi capiãtur extrà meum territorium; poſſum tanquam offenſus remiſſionem petere, etiã ſi ſint bãniti, prout etiã ſi captus ſit in proprio domicilio delinquentis, n.19.*

20 *Iudex loci delicti ſi non requirat Iudices domicilij, vel originis pro remiſſione delinquentis, iſti procedunt.*

21 *Extrahentes ſerica à Regno, capti in maritima Neptuni, Status Eccleſiaſtici, per Summum Pontificem Alexandrum VII. fuerunt remiſſi ad Dominum Proregem Neap.*

22 *Litera Agentis Sua Maieſtatis in Vrbe pro remiſſione dictorum carceratorum, & reſcriptum Domini Proregis, nu.23.*

24 *Deciſio Regia Iuncta in cauſa Bartoli Bonica, per quam fuerunt declarata ſerica intercepta, & extrahentes condemnati ad remigandum in Regijs Triremibus, nu.25.*

26 *Res extracta à Regno, & captæ per cuſtodes Regiæ Dohanæ extrà Regnum, ad quem ſpectent.*

27 *Res extractæ abſque ſolutione dirictuum dohanæ, ad ipſam dohanam ſpectant, & non ad fiſcum.*

28 *Interceptum acquiritur illi, cui datium debetur.*

29 *Commiſſum ſpectat ei, ad quem gabella ſpectat.*

30 *Arrendamentorum practica, & obſeruantia circà acquiſitionem interceptorum.*

31 *Interceptum efficitur capientis cum onere ſoluendi dirictus alijs arrendamentis.*

32 *Conſuetudo attenditur in vectigalibus.*

33 *Conſuetudo eſt interpretatiua legum priuilegiorum, & ſcripturarum ex lapſu decennij tantùm.*

34 *Deciſio in cauſa Regiæ Dohanæ, & Ioannis Vandeim cum Regio fiſco.*

35 *Tracta debetur Regiæ Curiæ pro ſericis, quæ extrahuntur extrà Regnum, etiam ſi captæ ſint à cuſtodibus aliorum arrendamentorum.*

36 *Interceptæ facta per Regios Miniſtros, applicantur fiſco, ſolutis diricibus arrendamento illius rei interceptæ; ſecus quãdo ſunt capta intercepta per Miniſtros arrendamentorum.*

Rex extractæ à Regno in contrabannum, & captæ extrà Regnum, an ſint fiſco Regni reſtituendæ.

§. X.

1 ANceps quæſtio eſt, ſi res à Regno noſtro extractæ contrà deuetum, & extrà Regnum interceptę apud dominium alterius poteſtatis, nunquid reſtituendæ ſint fiſco Regni noſtri.

2 Decidi tamen videtur ex nimis explorata, & ſæpius relata concluſione, vt res extractæ in contrabannum, ſtatim deſinant eſſe illius, qui extractionem patrauit, & in dominium Domini vectigalis tranſeant *tex.* eſt *in l. commiſſa 14. ff. de publican. & vectigal.* his verbis loquens, ibi, *nàm quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe eius, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigalis acquiritur*; idemq; confirmat *gl. in verb. compitit.* dicens, quod quando quis non præſtat vectigal, & occultat merces, ſtatim illę fiſco quæruntur.

3 Et amplius commiſſi perſecutio aduerſus quemlibet poſſeſſorem eidem fiſco tribuitur, eidemque ius vendicandi tranſmittitur, ſic indicant verba *dicta legis commiſſa*, & docet *gl. in d. verb. competit*; & confert etiam *tex. in l. ſi publicanus. ff. eod. & in l. de eo, §. final. ff. ad exhibend.*

Digitized by Google

bend. & gl. in l. fraudati 8. ff. de publican. & vectigal. inquiens, quod debens ſoluere vectigal nomine alicuius rei, ſi illam ſupprimat, vt vectigal huiuſmodi non exigatur, ipſo iure fit commiſſio in fiſcum, & comprobat hoc pariter eadem *gl. in l. ſicut in fin. ff. quod cuiuſq; vniuerſ.*
4 ſequitur *Dec. conſ. 187. nu. 4.* ſubdens, non requiri in hoc caſu traditionem, vt dominium translatum dicatur, & ad idem facit *tex. in d. l. commiſſa*, & probat *Andr. de Feud. ſine culp. non amittend. nu. 4.* & apprimè conferunt etiam tradita *per Reg. Moles dec. 36. Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. 516. Reg. Reuert.* vbi ſubdit obſeruaſſe, ex quodam manuſcripto Preſidētis Reg. Cam. *Iulij Cæſaris Minadoes*, ſemper Regiam Cameram pronunciaſſe, quod fiſcus patrato crimine extractionis,
5 ſtatim efficitur Dominus rerum extractarum; Et inſuper eodem loco aduertūt cauſam intercepti ciuilem nūcupari, dùm fiſcus proſequitur rem, vel æſtimationem ipſius; nàm etſi initio attento dicatur criminalis, tamen non eſt perſcrutanda origo, & cauſa delicti; ſed natura iudicij, quo fiſcus proſequitur rem, vel æſtimationem ſibi debitam, *l. 3. §. item ſcribit, ff. de pecul. l. 1. ff. de ſepulchr. violat. l. 1. ff. de iur. fiſci, Rip. in rub. de iudic. nu. 92. & ſeq.* & ità decreuiſſe teſtatur Reg. Camera *Reg. Mol. deciſ. 36. tit. de iur. adohę.*
6 Imò pœna, quæ irrogatur contrà fraudantes vectigalia, ipſo iure venit infligenda, nedùm attento iure communi *ex d. l. commiſſa, ff. de publican. & vectigal.* ſed etiam inſpectis Regijs Sanctionibus in hoc Regno vigentibus; vt *in prag. 25. §. 3. & in pragm. 37. de extraction. & in pragm. 27. §. 21. eod. tit. & in pragm. 39. §. 16. eod. tit. de extraction.* quibus in iuribus in pœnas ſtatutas ipſo facto incurri decernitur, hæc enim verba *ipſo facto*,
7 vim habere latæ ſententiæ; adeò quod extrahentes ſtatim commiſſo crimine in pœnas illas incidunt, *gl. in l. in criminal. verb. habeatur*, vbi *Bald. C. de iuriſd. omn. iudic. Tiraquell. de reuocand. donationib. gl. reuertatur nu. 26. & 298. ad idem Bar. in l. commiſſa, Bal. in l. commiſſa, ff. de publican. & vectigal. Alex. in l. Imperator, ff. de iur. fiſc. Bal. & Angel. in l. 1. C. ex delict. defunct.* latiſſimè *Felin. in c. Rodulphus num. 48. cum ſeqq. de reſcript. Socc. iun. conſ. 68. num. 38. vol. 3. Menoch. conſ. 99.*
8 *nu. 158. vol. 1.* & idem quando lex, dùm pœnam decernit, vteretur verbis geminatis, vt pulchrè ſcripſit *Curt. ſen. conſ. 30.* & ſequitur alijs adductis *Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 5. nu. 7.*

9 Alij autem cenſent, requiri in hoc caſu ſententiam declaratoriam facti, qua declaretur, crimen illud fuiſſe cōmiſſum, & antea bona per fiſcum apprehendi nō poſſunt, licèt tranſierint in eius dominiū, *cap. cum ſecundum de hæretic. in 6.* vbi *Io: Andr. Ancheran. & Felin. Bart. in auth. de inceſt. nupt. col. 2. Bald. in l. quæ ſub conditione, § fin ff. de condict. inſtit. Curt. ſen.*
10 *conſ. 20.* vbi pulchrè inquit, quod ante declaratoriam reus quòad ſtatum perſonæ, bonorum, & iurium remanet interim in ſua integritate, ſequitur *Couarr. de ſponſalib. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 22. Peregr. loc. cit. nu. 8.*

11 Hæc tamen opinio locum non obtinet in crimine notorio, & manifeſto, vel quando deprehenditur reus in fraganti cum rebus extractis in contrabannum; nàm tunc non expoſcitur partis citatio, nec ſententia declaratoria, vt affirmat *Luc. de Penn. in l. cum allegat. col. 5. C. de re milit. lib. 12. Felin. in c. 1. nu. 60. de conſtitut. Gram. deciſ. 105. nu. 13. & 58. Berous conſ. 176. nu. 96. Soccin. apud Curtiū d. conſ. 20. nu. 28. Peregr. de iur. fiſc. d. lib. 4. tit. 5. nu. 11.* & ità ſeruatur in Regia Iuncta contrabannorum, vt latiùs dicemus *in §. de mod. procedend. in cauſis contrabannorum, &c.*

Quinimò non dumtaxat res interceptæ tradi debent fiſco Regni noſtri, ſed
12 etiam noſtris Magiſtratibus remitti debent huiuſmodi extrahentes, vt debitis pœnis feriantur; ſiquidem delinquentes deprehenſi in alieno territorio, ad Iudicem loci delicti remitti debent, & ab eodem plectendi ſunt, ità *Angel. de Peruſio in l. Graccus nu. 4. C. ad leg. Iul. de adulter. Roman. in l. 1. §. occiſores nu. 18. ff. ad Sylla-*
13 *nian.* probat *tex. in l. 1. C. vbi de crimine agi*, ſequitur in puncto *Paris de Puteo de ſindic. in verb. captura c. 4. nu. 2. in medio*, vbi refert, ſic obſeruatum; nàm quidam cōmiſit delictum Peruſij, & fuit inſequutus per familiam vſque ad Ciuitatem Florentiæ, & ibi fuit captus, & deindè Peruſij punitus, & ſimile fuit practi-

catum

Digitized by Google

catum tempore Pontificatus Iulij II. cum quibuſdam bannitis Bononiæ, & captis in loco Mirandolæ, ad Bononiam conductis, ibique ſuſpenſis, refert *Cartar. de execution. ſent. cap. bann. cap. fin. nu. 263.*

14 Etenim principalis forus locus delicti eſt, *Paul. de Caſtr. in l. 1. C. vbi de crimin. per tex. in cap. 2. de conſtitut. in 6. Didac. Cantererius Hiſpan. in ſuis qq. crimin. tit. de qq. tangentib. perſon. Iudic. quaſt. 3. nu. 13. Caball. reſol. crimin. reſol. 162. nu. 29. Azeued. lib. 8. recompilat. tit. 16. l. 1. nu. 66. Reg. Rouit. ſuper pragm. 1. nu. 50. vbi*
15 *de delict. quis conu.* adeò quod Baro poteſt punire offendentem ſuum vaſſallum, licèt offendens ſit alieni territorij, *Andr. in c. 1. quibus mod feud. amitt. verſ. de eo vero, & in §. ſed nec præterea, quæ ſit prima cauſa benef. amittend.*

16 Imò extrahentes res in cõtrabannum à Regnò, licèt ſint exteri, delinquendo in Regno, efficiuntur de foro iudicis, vbi deliquerunt, affirmant *Couarr. pract. qq. c. 18. nu. 5. Clar. in §. fin. quaſt. 57. num. 9. Couar. var. reſol. tom 2. c. 2. nu. 72. Præſ. de Franch deciſ. 147. nu. 1. Reg. Sanfel. deciſ. 250. nu. 11. Io: Koppen. deciſ. German. 43. nu. 12. Viu. comm. opin. tom. 1. in verb. Iudex domicilij nu. 3. Reg. Rouit. in d. prag. 1. nu. 58.*

17 Et puniri debent iuxtà leges, & ſtatuta loci commiſſi delicti, *Bart. in l. cunctos populos nu. 47. verſ. ſuper C. de ſumm. Trinit & fid. cathol. Bald. & Bart. in l. 1. C. eod. tit. Aret. conſ. 58. Bald. conſ. 393. nu. 2. lib. 1. Angel. de malefic. verſ. exiſtens Florentiæ nu. 3. Abb. in c. cum contingat nu. 8. verſ. ſed ſi dubium de foro compet. Alex. conſ. 11. vol. 1. Clar. in §. fin. quaſt. 85. nu. 4. Theſaur. deciſ. 90. nu. 5.* & hanc opinionem iudicando, & conſulendo ſeruandam in eſſe, teſtantur *Caball. reſol. crimin. caſ. 162. nu. 34. Reg. Sanfel. in pract. iudiciar. ſect. 25. nu. 9.*

18 Prætereà cautum eſt, vt delinquentes in territorio meo, ſi capiantur extrà meũ territorium, poſſum tanquam offenſus proſequi iniuriam, & petere remiſſionem ipſorum, etiam ſi fuerint banniti; & Iudices, ipſos habeant in fortijs, nàm tenentur eos mihi remittere, ità voluerũt *Bald. in l. 2. verſ. quid ergò ſi Iudex, C. de ſeru. fugitiu. Auend. in reſp. 40. nu. 2. Azeued. lib. 8. recompilat. tit. 16. l. 1. nu. 13.*

19 Hinc eſt, vt ſi quis in proprio domicilio, aut aliundè capiatur, adhuc de neceſſitate remitti debet ad locum patrati delicti, *Facchin. lib. 9. controu. iur. cap. 20. Bolognet. conſ. 8. nu. 9. verſ. ſed poſito ait,* etiam ſi ſit captus delinquens à Iudice domicilij, & remiſſio petatur à Iudice originis, & delicti, nàm adhuc remittendus eſt ad locum delicti, *Theſaur. d. deciſ. 90. nu. 4.* ſequitur *Reg. Conſtant. in l. vnic. nu. 125. C. de Claſſic. lib. 11. Reg. Rouit. in d. prag. 1. vbi de delict. nu. 57.* ideò inole-
20 uit praxis, vt Iudex loci delicti requirat Iudices originis, & domicilij, aliàs iſti in cauſa procedunt, *Decian. lib. 4. tract. criminal. cap. 18. nu. 5. & cap. 19. num. 1. Reg. Rouit. loc. cit. nu. 66.*

21 Et hactenus aſſeuerata iuribus, rationibuſque conſtituta confirmantur rei iudicatæ munimine; etenim in mẽſe Octobris 1664. contingit, vt quidam Bartolus Bonica Liparæ Inſulæ Siciliæ, nauem ſericis onuſtam in maritima Fuſcaldi citerioris Calabriæ à Regno extraxit, Liburnium proficiſcens, nullis debitis expeditionibus præcedentibus, appulit in maritimam Neptuni Status Eccleſiaſtici, quo in loco nonnullas ſericorum quantitates diſtraxit, & aſſerens vi tempeſtatis incidiſſe: quæſiuit apud Conſulem Nationis Hiſpanæ acta teſtimonialia conficere; tamen idem Conſul fraudem agnoſcens, ſerica, & nauem intercepit, dictum Bartolum, & nautas detinuit, certioremque reddidit Eminentiſſimum Dominũ Cardinalem de Aragona, tunc Regni moderatorem, qui ſuas partes interpoſuit apud tunc Summum Pontificem Alexandrum VII. & perpenſis, ruminatiſque rationibus, ſatis lepidè, & eruditè demonſtratis per Excellentiſſimum Dominum D. Petrum Antonium de Aragona, tùnc Regis oratorem, modò Prudentiſſimum Proregem; eiuſdẽ Pontificis iuſſu viuæ vocis oraculo habito; nauis, ſericã, & delinquẽtes traditi fuerunt Onuphrio Vecchione cohortis campaniæ tribuno, ad almam Vrbem accerſito pro hoc particulari, ordine eiuſdem Eminentiſſimi Proregis, vt liquet ex diplomate Magnifici Marci Antonij Barberio, degentis in Vrbe; & eſt, quod ſequitur.

Emi-

Digitized by Google

Eminentiſſimo,y Reuerendiſſimo Señor.

22 VIne à eſte lugar de Neptuno con las ordenes del Señor Cardenal Chigi, para la entregua deſtos marineros, que ſe hallauan preſos, y de toda ſu ropa,y para vencer las dificultades, que ſe podian ofrecer, lo qual ſe ha executado con toda la breuedad poſſible, pues por cauſa del mal tiempo, y neceſſitar el Bergantin de reparo,hà iuzgado combeniente el Capitan Vecchion partir con tres felucas,dexando dicho Bergantin,el qual ſe va acomodando , y podra V.E. embiar por el quanto antes que dando a cargo del Conſul el cuydar de todo, como mas deſtintamente dirà à V.E.dicho Capitan Vecchione, hauiendo por ſu parte hecho el poſſible.

He entregado al Capitan Onofrio Vecchione quarenta doblas de Eſpeña, de que me hà dado reciuo.

Lo que hà obrado el Conſul,parecerà por el proceſo original , que ſe remite, y con quanta fineca hà hecho el ſeruitio de Su Mageſtad,yo por mi parte ho procurado cumplir con mis obligaciones, ſabiendo las muchas, que tiengo à V. E. Cuya Eminentiſſima Perſona guarde Dios muchos annos , como le ſupplico. Neptuno 21.Henero de 1665.

Eminentiſs.y Reuerendiſs.Señor.

Cardinal de Aragon mi Señor.

Menor Creado de V.E.
Marco Antonio Barberio.

Et indè idem Eminentiſſimus Dominus Prorex huiuſmodi cauſam intercepti, & inquiſitionis decernendam cõmiſit Regiæ Iunctæ Contrabannorum, in qua examinata cauſa declarauit,ſerica cum naui eſſe intercepta , & applicari Regiæ Curiæ, & etiam dicta Reg.Iuncta Magiſtrum nauis cum nautis condemnauit ad remigandum in Regijs Triremibus : tamen poſt publicatam deciſionem Eminentiſſimus Cardinalis de Aragona Prorex, ob reciprocam obſeruantiam, & beneuolentiam cum Sede Apoſtolica, extrahentes à pęnà Triremium per gratiam liberauit, vt apparet ex reſcripto , & decretis Regiæ Iunctæ,quæ ſequuntur.

EL Cardenal mi Señor me hà mandado remittir à V.S. el Proceſo , que ba con eſte Villete ſobre el contrabando
24 de ſeda, que lleuauan en vn Bergantin con los Marineros , que ſe ha preſo , y traydo deſde Neptuno , y ſegun el reçiuo, que ha hecho el guarda ropa deſta Aduana, que tambien va incluſo , ſon cinco mil cientos,y trienta libra de ſeda, las que ſe han entrado en ella, y diçe Su Eminencia , que V.S. haga ſe vea luego en la Iunta de Contrabandos , y ſe deſpache eſta cauſa, diſponiendoſe la venta de la dicha ſeda , peroque antes de conduirla de quenta V.S.à S.Em. y tam. bien diçe,que V.S. mande llamar al Capitan Vechion, para informarſe de los Marineros,que eſtan preſos,y lo de mas, que condujere a la cauſa . Guarde Dios à V. S. Palacio à 29. de Henero 1665. D. Gaſpar de Salcedo . Señor Regente Lugarteniente de la Camara , Domino Commiſſario.

Super intercepto librarum ſerici quin-
25 *quemille centum triginta in Bergantino Capitanei Bartoli Bonica, vt ex actis.*

Die 6. menſis Februarij 1665. Neap. facta relatione in Regia Iuncta Contrabannorum per Dominum Militem V.I.D. Franciſcum Rocco Regium Conſiliarium, & Commiſſarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum, eiuſque Spectabilem, & Dominos Iudices, per S. E. delegatos prouiſum , & decretum eſt , quod declarentur ſerica in actis deducta intercepta ; & proindè procedatur ad venditionem ipſarum, & pretium liberetur Regio Fiſco,hoc ſuum,&c.D. Antonio Iuan de Centellas , D. Blaſius Boliaga , Franciſcus Roccus,D.Didacus de Vlloa,Vidit Fiſcus,Proſper de Laurentijs Act.

In cauſa Regij Fiſci cum Patrono Bartolo Bonica, Didaco , & Dominico Reſtuccio , & Antonio , aliàs Antonino Payano eius nautis de Lipari, inquiſitis, & carceratis de extractione ballarum viginti ſeptem ſericorũ,qualibet eſt librarum biſcentum quinquaginta in circa, à maritima Fuſcaldi per extra Regnum in contraban. num, & truffa, ſeù furto quatuor ex dictis ballis ſericorum , ad ſummam librarum mille in circa reſpectu dicti Bartoli , vt in actis penès ſubſcriptum Actuarium.

Die 13. menſis Maij 1665. Neap. facta

Digitized by Google

relatione in Regia *Iuncta per Dominum* Regium *Conſiliarium Franciſcum* Rocco *Commiſſarium.*

Per Regiam *Iunctam Contrabannorum, eiuſque Spectabilem, & Dominos Iudices per S.E. delegatos prouiſum eſt, quod ſupradictus Patronus Bartolus Bonica pro cauſis pradictis remiget, & remigando perſonaliter ſeruiat in* Regijs *Triremibus per annos decem, & ſupradicti nauta ſimiliter remigent in* Regijs *Triremibus per annos quinque continuos, hoc ſuum, &c. D. Antonius Iuan de Centellas, D. Blaſ. de Boliaga, Franciſcus* Roccus, *D. Didacus de Vlloa, D. Petrus de Valero, Proſper de Laurentijs Act.*

36 Prædictis quoque apprimè adaptatur, quod accidit retro elapſis annis diſceptari in Regia Iuncta, & quod indè ab eodem magiſtratu fuit terminatum; ſiquidem obtẽta facultate per Dominum Ioannem de Vandein ab Excellentiſſimo Domino Comite de Pegneranda, tùnc Regni Vicerege, retinendi cimbam, armis, & militibus munitam transfretantem, etiam extrà diſtrictum Regiæ Dohanæ pro inueſtigandis mercibus, quæ cõtrà deuetum extrahuntur, vt tutus ipſe redderetur à nonnullis fraudibus, quæ perpetrabãtur contrà impoſitionem granorum 25. pro vncia, quam in Regia Dohana, ipſe Io: poſſidebat; milites in hac cimba præpoſiti in maritima Canalis Plumbini interceperunt quamdam quantitatem ſerici, à maritimis Calabriæ in contrabannum extractam; fuerunt ſerica prædicta conſignata Officialibus Arcis Portulungonis, certirioratoque deindè dicto Domino Prorege, ſerica huiuſmodi ordine eiuſdem fuerunt diſtracta, & pretium ſolutum militibus dictæ arcis, cauſa eorum ſtipendijs; Poſtmodum dictus Ioannes, cæterique Gubernatores Regiæ Dohanæ huius Ciuitatis, precibus porrectis eidem Domino Proregi, petierunt reſtitutionem pretij eorundem ſericorum, & cauſa delegata dictæ Regiæ Iunctæ.

Inſtabant prædicti Actores iure meritò huiuſmodi reſtitutionem ad ipſos ſpe-
27 ctare; ſiquidem commiſſum commodis Arrendatorum vectigalis cedere debet; nàm propter profeſſionem, & ſolutionem datij non ſequutam in eorum contemptum, videntur res extractæ, *tex. eſt in l. commiſſa, ff. de publican. & vectigal.* & faciunt verba *incip. magiſter fundicarius*, & ſequitur *Marcell. de Maur. allegat. 55. n. 19. Guttierez de gabell. quæſt. 124. nu. 4.* & conferunt, quæ copioſè egimus *in* §. 5. & plenè ibi glomeratis adde *Salyc. in l. multarum, C. de mod. mulctar.*
28 dicens, huiuſmodi commiſſum ex iure accreſcendi competit illi, cui datium debetur, ſequitur *Peregrin. de iur. fiſci lib. 4. tit. 8. de pœnis nu. 9.* facit *tex. in l. ſi quis ſine, C. de vectigal. l. final.* §. *Diui, ff. de publican. & vectigal. Cyn. Bart. & Salyc. in d. l. ſi quis ſine, Alex. in l. 1. C. de mod. mulctar. Angel. in l. ait ſi quis, ff. de penſion. haredit. Alber. in l. 1. in fin. ff. de vectigal. & commiſſ. Corn. conſ. 181. col. 1. lib. 3. Io: de Amic. conſ. 110. nu. 20. Guid. Pap. deciſ. 423. Guttierez de gabell. quæſt. 124. nu. 3. Capiblanc. de Baronib. tom. 1. prag. 8. par. 1. nu. 230.* Reg. *Sanfel. deciſ. 407. nu. 11.* præcipuè quia interceptum ſucceſſit operæ eiuſdem Ioannis, ac Gubernatorum, quorum ſumptibus cimba huiuſmodi ad excubiam fuit deſignata, etiam extra diſtrictum Regiæ Dohanæ, accedente permiſſu Domini Proregis.

29 Contendebant autem Gubernatores arrendamenti ſerici, exiſtimantes, interceptum huiuſmodi ad ipſos pertinere, dùm datiũ ſerici fuit fraudatum; etenim iure conſtitutum eſt, vt ad quem ſpectat gabella, ad eundem attinet commiſſum, ità *Bertach. de gabell. par. 9. nu. 9.* Roſent. *de feud. cap. 5. concl. 40. Maſtrill. de magiſtratib. c. 10. nu. 132.* Reg. *Reuert. deciſ. 28. par. 1.* idemque conſtare aſſeuerabant ex paulò ante alligatis.

30 Nihilominus ipſis Gubernatoribus arrendamenti ſerici aduerſabatur ſtylus, & obſeruantia inter arrendamenta vigens; vtpotè quando cuſtodes vnius arrenda-
31 menti intercipiunt bona, ſuper quibus impoſita ſunt diuerſa datia, commiſſum tùnc efficitur capientis, qui tenetur ſoluere dirictus, cæteris arrendamentis debitos, & in hoc ſtylo acceſſit teſtimoniale cunctorum Regiæ Dohanæ Officialium.

32 In vectigalibus autem attenditur conſuetudo, ex doctrina *Bart. & Paul. de Caſtro in l. cotem ferro,* §. *Dominus nauis, ff. de publican. & vectigal. Guttierez de gabell. quæſt. 86. nu. 1.* quia conſuetudo non

ſolùm

Digitized by Google

33 ſolùm eſt interpretatiua legum, & priuilegiorum, ſed etiam ſcripturarum ex lapſu decennij tantùm, *tex. in cap. cum dilectus*, & ibi *Ant. de Butreo nu.* 18. *& 23. ad fin. Abb. nu.* 7. *de conſuetud. Guttierez lib.* 3. *pract. quæſt.* 62. *nu.* 26. *Tiber. Decian. reſp.* 51. *nu.* 51. *vol.* 2. *& nu.* 53. *vſq; ad* 60. *& conſ.* 46. *nu.* 128. *cum ſeqq. vol.* 2. *idem conſ.* 32. *nu.* 16. *vol.* 2. *& conſ.* 124. *nu.* 27. *vol.* 3. *Guttierez de gabell. quæſt.* 86. *nu.* 12. & hæc conſuetudo valida eſt, *Bald. in l. cum proponas* 13. *C. de nautic. fœnor. & Theſaur. qq. forenſ. lib.* 1. *quæſt.* 52. *nu.* 2.

Vndè in hac relata cauſa perpenſis omnibus per Regiam Iunctam; & præcipuè deciſionibus aliàs interpoſitis, quibus meminimus ſupr. *in d.* §. 5. ſic decreuit.

34 *Super inſtantia facta per Magnificos Gubernatores Regiæ Dohanæ Neap. & granorum* 25. *pro qualibet vncia, & ſuper ſolutione ducatorum* 9007. 4. 12. *ad eorum beneficium; peruenctorum ex venditione nonnullarum quantitatum ſericorum, interceptorum per eorum cymbas guardiæ in Canali Plumbini in menſe Septembris* 1660. *ſuper cimbis Patroni Antonij Aſſanti, & Dominici de Sãctis, extractarum à Prouincia Calabriæ Citrà in contrabannum, & venditarum ordine Excellentiſſimi Domini Proregis in Ciuitate Liuorni, & peruenctorum in poſſe Regiorum Officialium Arcis Portus Lungonis per ſuccurſum militum ipſius, proùt ex actis.*

Die 29. *Menſis Nouembris* 1663. *Neap. facta relatione in Regia Iuncta Cõtrabannorum per Dominum militem V. I. D. Franciſcum Roccum Regium Conſiliarium, & Commiſſarium, viſis litteris S. E. expeditis ſub die* 30. *Iulij, &* 1. *Septembris* 1660. *fol.* 14. *&* 13.

Regia Iuncta declarat, interceptum ſerici in actis deductum ſpectare ad Regiam Dohanam Neap. capientem; & proindè quantitates peruentæ in poſſe Officialium Regiorum Arcis Portus Lungonis ex pretio dictorum ſericorum, reſtituantur Gubernatoribus Regiæ Dohanæ, & impoſitionis granorum 25. *pro qualibet vncia, reten.*

35 *ta quantitate debita Regiæ Curiæ pro iure tractæ, & cum obligatione ſoluendi diritus, ſpectantes Arrendamento ſerici Calabriæ, hoc ſuum, &c. D. Antonio Ivan de Centellas, D. Blaſius de Boliaga, Franciſcus Roccus, D. Chriſoſtomus Vargas Machuca. D. Ioſeph Filiù, Vidit Fiſcus, Proſper de Laurentijs Act.* quam etiam peculiarem deciſionem in *d.* §. 5. retulimus.

36 Qua de re Regia Iuncta Contrabannorum ſemper obſeruauit, & obſeruat, ex rebus interceptis, quæ fiſci commodis applicantur (dummodò interceptum non ſequatur facto cuſtodum Arrendamentorum, cui eatenus debetur) ſoluere Arrendamentis ſerici, vel olei, aut aliarum mercium dirictus pro rebus interceptis.

Præfectus Triremium, capiens res extractas in contrabannum à Regno, tenetur illas reſtituere Fiſco Regni, nec dicitur legitima præda.

§. XI.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus Triremium, capiens res extractas in contrabannum à Regno Neapolis, tenetur illas reſtituere Fiſco Regni, & nu.* 2.

3 *Mar adiacens eſt de iuriſdictione Principis dominantis Territorio propinquiori.*

4 *Delictum in mari commiſſum, puniri debet à Domino Ciuitatis, vel portus illius; & non captis delinquentibus petit remiſſionem à capientibus, nu.* 5.

6 *Delinquens in Territorio meo, ſi capiatur extra meum Territorium, poſſum ego petere remiſſionem, etiam in bannito, nu.* 7.

8 *Seruum fugitiuum ex alieno Territorio, quis pro ſe adducere non poteſt.*

9 *Claſſis Dux dicitur habere Territorium in mari, quo Claſſis reperitur.*

10 *Locus, quo exercitus commoratur, dicitur ſuum Territorium.*

11 *Rex Philippus II. Inſtructiones ſtatuit pro decidendis controuerſijs inter Du-*

Digitized by Google

ces Claſſis, & Præfectos Prouinciarum.

12 *Dux Claſſis Iuriſdictionem habet duobus concurrentibus.*

13 *Prouincialis ſi deliquit cum alio Prouinciali in Claſſe, cognitio ſpectat ad Præſidem Prouinciæ, etiam ſi Dux Claſſis præuenerit, nu.* 14. *Verba inſtructionum referuntur, nu.* 15.

16 *Extractionis bonorum prohibitorum delictum, cõmiſſum à Claſſico, cognoſcitur à Iudice Terræ, à qua fit extractio, & verba inſtructionum Regis Philippi II. referuntur, nu.* 17.

18 *Bona ſi ſunt ſub Caſtro, & intrà Præſidia alicuius Principis non poſſunt capi vti præda ab alijs.*

19 *Deciſio Regiæ Iunctæ in caſu prædicto, quod ſerica capta per Triremes ſpectent ad fiſcum Regni Neapolis.*

20 *Conſultatio facta per Regiam Iunctam Contrabannorum pro differentia orta inter Dom. Ducem Turſij Præfectum Triremium, & Fiſcum Regni Neapolis pro ſericis extractis in contrabannum.*

Præfectus Triremium, capiens res extractas in contrabannum à Regno, tenetur illas reſtituere Fiſco Regni, nec dicitur legitima præda.

§. XI.

EXhitatio non iniucunda defertur, quæ retroelapſis annis controuerti contingit inter Dominum Ducem Turſij: etenim à ſuis Triremibus in mari Portus Hercolis interceptis duabus cimbis ſericis onuſtis, quæ contrà deuetum à Terra
1 Fluminis frigidi Prouinciæ citerioris Calabriæ extracta fuere, ſuppoſuit idem Dominus Dux, huiuſmodi ſerica ſuo cõmodo applicare, qua de re certiorato Excellentiſſimo Domino Comite de Pegneranda tùnc vices Regis gerente in hoc Regno ab Officialibus Arcis Portus Hercolis; idem Dominus Prorex Regiæ Iunctæ Contrabannorum commiſit, vt quid de iure eſſet, conſuleret.

Satis meritò ex duabus exploratis cõcluſionibus præſens contentio deciditur, altera ex ſupra exaratis in præcedenti §.
2 abundè liquet, largo DD. calculo munita, ac iuribus confirmata; vtpotè ſerica extracta à Regno in contrabannum, ſtatim deſinunt eſſe extrahentis, & in fiſci dominium tranſeunt; Altera eſt, quia ſerica fuerunt intercepta in mari Portus Hercolis dictionis Regis noſtri; idcircò commiſſum ad eundem Regem noſtrum
3 ſpectat; cum mar adiacens eſt de iuriſdictione Principis, dominantis territorio propinquiori, cui circumfunditur, ità omnes ſcribentes *in c. vbi periculum*, §. *porrò de elect. Bart. in tract. de inſul. in verb. nullius, & l. Cæſar*, vbi *Alex. in add. ff. de publican. Bald. in c.* 1. *quib. mod. feud. amitt. & in l. penult. ad fin. ſup. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact. & in ſuo repertor. in verb. Iudex, Angel. in l. Inſulæ de Iudic.* latè *Hipol. de Marſil. in l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. nu.* 180. *Paris de Puteo de reintegr. feudor. in cap. de finib. feudor. in princ. nu.* 7. cum alijs adductis *per Suarez allegat.* 15. *nu.* 1. *Cepoll. in tract. de ſeruit. in tit. de mar. nu.* 20. *Petr. Girard. de Petraſan. in ſuo ſing.* 15. *Corſect. in ſing. in verb. iuriſdictio, Bald. in l. ſi plures C. de cond. inſert. Angel. in l. ſanè, ff. de iniur. Io: de Anani in c.* 2. *de Cleric. venat. Bertach. in tract. de gabell.* 1. *par.* 12. *part. volum. tract. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de triremibus, nu.* 42.

4 Imò in facti ſpecie contrà milites ad cuſtodiam Arcis præpoſitos, inſequentes cimbas, ſerica vetita aſportantes, nautæ, alijque complices in huiuſmodi extractione nonnullos ictus ſcoppicti emiſerunt, illiſque militibus obſtitere; vndè coherctio huius facinoris in mari commiſſi ad dominum Ciuitatis, vel Portus pertinet, tanquam delictum in eius territorio patratum, *l. vnic. C. de Claſſ. lib.* 11. quam legem extollit *Bart. ibi. & Angel. ibid. & in l. ſanè, ff. de iur. iurand. idem Bart. in l. Cæſar, ff. de publican. Suarez allegat.* 17. *nu.* 3. *Simanc. de iuriſd. Cathol. c.* 2. *Villadieg. de hæret. quæſt.* 8. *in fin. Curia Philippica par.* 3. §. 4. *nu.* 2. *Cepoll. tit. de mari, Præſ. de Franch. deciſ.* 142. *nu.* 6.

Ete-

5 Etenim Dominus Terræ vicinioris nõ ſolũ poteſt animaduertere in delinquentes in mari adiacenti; ſed etiam, ſi ab alijs fuerint delinquentis capti, petere valet remiſſionem eorundem delinquentium, ità reiecta opinione *Lucæ de Penn. in l. vn. C. de Claſſic. lib.* 11. *& Affl. in c.* 1. *quæ ſint regalia in verb. armandia in fin.* aliter ſentientium affirmat Reg. *Conſtant. in d. l. vnic. C. de Claſſicis nu.* 21. & faciunt iura adducta *per Suarez. d. alleg.* 17. *nu.* 3.

6 Et amplius idem cautum eſt, ſi quis deliquerit in territorio Regis noſtri, & indè capiatur in ditione alterius dominantis, nàm adhuc eſt remittendus iuriſdi-
7 ctioni loci delicti, proùt in bannito voluit *Bald. in l.* 2. *verſ. quid ergò ſi Iudex, C. de ſeru. fugitiu.* ſequitur Reg. *Conſtant. in d. l. vnic. nu.* 125. *C. de Claſſic. lib.* 11. *Auendan. in reſp.* 40. *nu.* 2. *Azeued. lib.* 8. *recompilat. tit.* 16. *l.* 1. *num.* 13. Reg. *Rouit. in pragm.* 1. *vbi delict. &c. nu.* 57. eo fortius
8 quia non poteſt quis ſeruum fugitiuum ex alieno territorio pro ſe abducere, *l. quis ſit fugitiuus, §. item Celſus, ff. de edlit. edict.* vbi *Accurſ.* hoc notat, & ſequitur Reg. *Conſtant. in d. l. vnic. C. de Claſſic. nu.* 116.

Quinimò Dominus Dux Turſij vti Præfectus Claſſis ſuarũ Triremium omni caret iuriſdictione in loco prædicto;
9 nàm licèt de iure cõmuni mar, vbi Claſſis reperitur, eſt territorium illius Ducis
10 Claſſis, ſicut locus, in quo commoratur exercitus, vt dixerunt *Cinus, Bart. & Bal. in l.* 3. *ff. de offic. Præſ.* ac idem *Bart. Bald. & Iacobin. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide Catholic. Bald. & Alciat. in l. pupillus, §. territorium, ff. de verſ. ſignificat. Bal. in cap.* 1. *quib. mod. feud. ammittitur nu.* 16. *Paris de Puteo in tract. de duell. lib.* 1. *cap. qui poſſunt indicere p.* 4. *& Bellin. in tract. de re militar. cap.* 18. *nu.* 12. *circà medium par.* 2.

Nihilominus in hoc Regno Neapolitano ad euitandum controuerſias aſſiduè exortas inter Duces Claſſis maritimæ, & Prouinciæ Præſidem nonnulla, Capitula
11 Sereniſs. Rex Philip. II. immortalis memoriæ ſtatuit in poſterũ obſeruanda, quæ habentur in Inſtructionibus, & mandatis datis Principi Auriæ ſummo maris Præfecto, eaſque inſtructiones etiam ab alijs Ducibus ſuarum Claſſium ſeruari iuſſit, & hodiè ſeruantur, vt teſtatur Reg. *Conſtant. in d. l. vnic. C. de Claſſ. nu.* 76. *ver. in hoc Regno*, quas inſtructiones ad verbum
12 ſubnectit *num.* 77. ex quibus concludit, quod Dux Claſſis, vt iuriſdictionem habeat, duo concurrere debent, nimirum quod delictum ſit commiſſum à Claſſico contrà alium Claſſicum; ſecundum quod ſit commiſſum in ipſa Claſſe, ità Reg. *Conſtant. d. l. vnic. nu.* 80.

13 Et è contrà ſi Prouincialis deliquit cũ alio Prouinciali tam in terra, quàm in Claſſe, cognitio pertinebit ad Præſidem Prouinciæ, etiam ſi Dux Claſſis præue-
14 niſſet; & propterea remiſſiones eſſe faciendas inter eos in caſibus prædictis, nõ obſtante præuentione, vt teſtatur *Reg. Conſtant. in d. l. vnic. C. de Claſſic. nu.* 87. & adducit capitulum inſtructionis, ex quo deciditur caſus noſter; ibi,

15 *Se tales delictos fueren hechos contra la gente de la Tierra, aunque haya ſido preſo en la mar por la iuſticia de la armada, ſea remectido deſpues, y entregado à la iuſticia de la Tierra.*

16 Imò in eiſdem Capitulis peculiariter deciditur caſus extractionis bonorum prohibitorum, vt ſi extractio fiat à Claſſico, cognitio huius criminis ſpectat ad iuſtitiam Terræ, à qua extractio ſucceſſit, vt patet ex his verbis, ibi:

17 *Però en caſo de extracion de coſas prohibidas, y vedadas, que de Tierra ſe ſacaren la mar contra las leyes, y ordenes en tal Reyno vſadas, quiero, y es mi voluntad, por lo que emporta euitar eſte inconueniente, que alguno de la Armada, que haya cometido eſte delicto en la mar, fueſſe deſpues preſo en Tierra, conoſca en tal caſo, y proceſo la iuſticia de la Tierra.* Ex quibus verbis ſi Claſſicus in Terra ſit detentus propter extractionem rerum illicitarum, plectitur per Iudicem Terræ, idem fortius viget contra Prouincialem, qui extractionem commiſit, & in mari fuit apprehenſus.

18 Quodque precipuum eſt in hac ſpecie, nàm bona extabant ſubtus Caſtrum, & intrà Præſidia Regis noſtri, proindè dicuntur in loco tuto, nec poſſunt capi vti præda ab alijs, vt in materia prædæ loquuntur *in l. poſtliminij* 5. *ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Præſ. de Franch. deciſ.* 268. *Caball. cent.* 2. *caſ.* 148. latè Reg. *Galeot. reſp.*

Digitized by Google

reſp. fiſcal. 15. *nu.* 75. 95. 96. *&* 110. *tex.* ibi: *aut intrà præſidia noſtra eſſe cœpit*, ſed de prædictis fuſo calamo inferius diſſeritur.

Quibus omnibus diſpunctis in Regia Iuncta, me tunc non dumtaxat exiſtente Commiſſario, ſed Præſidente eiuſdem Regiæ Iunctæ, cuius Magiſtratus in proprijs meis ædibus congregabatur: ipſa
19 Regia Iuncta reſoluit, ſerica prædicta in controbannum extracta ſpectare, & ſpectauiſſe ad Regium fiſcum Regni Neapolis, & non ad Præfectum Triremium Dom. Ducem Turſij, & proindè fiat conſultatio Domino Proregi de prædictis die 18. Septembris 1660. penès Proſperum de Laurentijs Act. tenor autem conſultationis ſequitur.

Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Signore.

20 CON Viglietto di V.E. dì 10. di Settembre, ſi è ſeruita rimettere à queſta Giunta due carte ſcritte à V. E. dal Signor Duca de Turſi de 22. & 28. Agoſto paſſato, toccante la materia delle due felluche carriche di ſeta, partite in contrabanno dalla Terra di Fiume freddo della Prouincia di Calabria Citrà, preſe in Porto Hercole; ordinando, ſi vedano in Giunta, & eſſendoſi quelle in eſſa viſte, inteſo il Conſigliero Aſcanio Raetano fiſcale, non laſcia la Giunta de admirare, lo che rapreſenta detto Signor Duca in dette carte, e di conformarſi la Giunta in quello, che conſultò à V.E. in altra Conſulta de 23. di Luglio paſſato, per eſſere il caſo tanto chiaro, & euidente, che non può riceuere ombra de difficultà contro la chiarà ragione del Fiſco di queſto Regno, al quale ſe deuono reſtituire le ſete in ſumme de libre 4500. e conſignare li carcerati, atteſo di quello, che dice detto Signor Duca in dette carti, che tiene preſe informationi incontrario, circa lo che riferì à V. E. il quondam Viditore Luiſe de Vzeda, non hà inuiato detta informatione: e da quella mandata per detto quondam Viditore, coſta, che le due felluche carricorno la ſeta in detta marina di Fiume freddo della Prouincia di Calabria in controbanno ſenza pagamento de' Regij deriti per condurle in Ligorno, ò Genoua, e come furno nel Monte Cercello, ſe incontrorono con la felluca della guardia delli Regij Preſidij di Toſcana, quale volendo andare de conſerue con dette due felluche per timor de' Turchi, le dette due felluche, che portauano detto cõtrabãno, tirorno molte moſchettate, che lacerorno tutto il ſtendardo Regale, & hauendo dette felluche di guardia datone cõto al Gouernatore di detti Preſidij per catturare dette due felluche, che haueano fatto reſiſtenza, inuiò dodeci ſoldati alle Torre delle candele, doue per ordinario ſoleuano capitare per far acqua, e perche nel medeſimo tempo comparirono le due Galere della Squadra di detto Signor Duca, che portauano il Signor Principe Ludouiſio, e le dette due felluche ſtauano ſotto l'artigliarie di detta piazza, e ſi andauano accoſtando alla ſeconda Galera, la fellucha di detti Preſidij arriuò ſopra dette, che portauano il controbanno, e le catturò, e diede il capo, perilche li marinari le buttorono in mare, e mentre le ſtauano remorchiando ſotto detta fortezza, il Capitan Gio: Maria Dorio Capitano delle Galere di Spinola, fù à riferirlo al detto Signor Principe Ludouiſio, & all' iſteſſo tempo venne la felluca di dette Galere, e leuò detta preſa da potere dell'Officiali di detti Preſidij, & hauendo detto quondam Viditore Vzeda lamentatoſi di ciò con detto Signor Principe Ludouiſio, che competeua detto Capitano leuar dalle mani dall'Officiali di detti Preſidij detta preſa, che ſtaua ſotto l'artegliarie di detta piazza, il Signor Principe ordinò, che non ſi partiſſero le felluche dal luoco, doue ſtauano, e ſi faceſſe inuentario della robba, tenendoſi li marinari con buona cuſtodia per vedere à chi ſpettaua; di maniera che non ſi difficultà, che il delitto dell'eſtrattione è commeſſo in Terra del Regno, e per l'huomini di Terra, e l'altro delitto della reſiſtenza commeſſo contro la felluca Regia delli Preſidij di Toſcana, per il che la cognitione ſpetta alla Giuſtitia di queſto Regno, anco in caſo che fuſſe fatta la preſa dall'Armata di Mare, ſi doueria rimettere alla giuſtitia di Terra, nè qualſiuoglia Generale de Armata di Mare può conoſcere le perſone, che hanno

Digitized by Google

no commesso delitti in terra, e non sono huomini dell'Armata di mare, ancorche quella haueſſe peruenuta nelle catture de' delinquenti, anche lo tiene determinato la Maestà del Rè Filippo Secondo nell'Istruttioni date per euitar le differenze, che nasceuano trà li Vicerè delli Regni di S.M. e Generali dell'armate, delle quali si rimette l'accluſa copia, di più le dette Instruttioni hanno determinato il proprio caso all'estrattione di cose prohibite dalla Terra, che si portano per mare, contro le leggi, & ordini del Regno da doue escono, comanda S.M. ancorche fussero huomini della Armata, che estraheno dette robbe, pure si deuono rimettere alla giustitia della Terra, e finalmẽte si non vi fusse nessuna delle dette ragioni, pure stando la preda già peruenuta dall'Officiali di detti presidij di Toscana, sotto la fortezza, & artegliarie di detta piazza, non può qualsiuoglia armata anco Reale pigliarla in detto luoco, come vole la legge commune, e così stà pratticato, e decilo in molti capi. Alla Giunta è parso rapresentar il tutto à V.E. à chi si rimette di pigliare quella risolutione, che li parirà conueniente, tanto più che nell'vltima carta di detto Signor Duca de 28. di Agosto esso anco si rimette à V. E. alla quale facciamo riuerenza li 18. di Settembre 1660.

di V.E.

Seruitori

Francesco Rocco, Ascanio Raetano, D. Thomas Caranita, D. Ioseph Filiù.

Euellens à posse Officialium bona intercepta, vtrum subijciatur pœnis, contrà extrahentes delatis.

§. XII.

SVMMARIVM.

1 *Eripiens res interceptas à manibus Officialium, an mulctari debeat pœnis, contrà extrahentes præscriptis.*
2 *Pœna legis de persona ad personam non extenditur, idem in statutis, nu. 3. & in Regijs pragmaticis nostris, nu. 4.*
5 *Eripiens res interceptas, ligatur pœnis contrà auxiliatores præscriptis.*
6 *Auxiliator non dicitur, qui post commissum delictum opem præstitit delinquenti, & extra ordinem punitur, nu. 7. secus si particeps fuerit de delicto, nu. 8.*
9 *Auxilium in maleficio ignoranter præstitũ præsumitur: & nisi fiscus probauerit scientiam, absoluitur reus à pœna principalis delinquentis, nu. 10.*
11 *Euellens à manibus Curiæ interceptum, punitur eisdem pœnis, quibus principalis delinquens.*
12 *Auxilium præstans delinquenti in continenti post patratum delictum, præsumitur particeps, & quid in occultãte, refugiante, & viam in fugiendo prabente, nu. 13. & de ratione, nu. 14.*
15 *Statutum loquens in re, comprehendit non solùm extrahentem, sed etiam auxilium præstantem.*
16 *Statuta loquentia in re, extenduntur de persona in personam; & comprehendunt etiam participes, & cooperantes.*
17 *Lex pœnalis extenditur, ne delicta remaneant impunita.*
18 *Eximens carceratum à manibus Curiæ, punitur eadem pœna, qua erat puniendus ille carceratus, & si pro casu ciuili tenetur ad solutionem debiti, nu. 19.*
20 *Eximens equos inceptos à manibus Officialium, qui erat nobilis; & pœna remiga-*

Digitized by Google

migationis non poterat practicari, R.C. practicauit pœnam ducatorum mille, amiſſionis equorum, & pœnam eximentis carceratum à manibus Curiæ.

21 *Caſus in Regia Iuncta Contrabannorum incidens refertur.*

22 *Auxiliantes graſſatores viarum, & recaptatores, an gaudeant Indultu, à quo excluſi ſunt principales, vbi deciſio S.C. nu.* 23.

24 *Auxiliator punitur eadem pœna ſtatuti, qua punitur principalis.*

25 *Excubians antè oſtium, vt ſocij committant furtum, punitus fuit pœna vltimi ſupplicij.*

26 *Auxiliatores, & complices in aſſaſſinio non gaudent immunitate Eccleſiaſtica, proùt principales, & nu.*28.

27 *Immunitate Eccleſiaſtica gaudent auxiliatores, & opem præſtantes in homicidio proditorij; dummodò nõ fuerit vnus ex percuſſoribus; contrariam ſententiam, nu.*28.

Euellens à poſſe Officialium bona intercepta, vtrum ſubijciatur pœnis, contrà extrahentes delatis.

§. XII.

1 CVrioſa, & ſatis elegans quæſtio conuenit hic indagari, nunquid eripientes res interceptas à manibus Officialium, eiſdem pœnis mulctari debeant, quibus principales extrahentes feriũtur?

Porrò negatiuè reſpondendum eſt, nàm pœnæ ſtatutariæ contrà extrahentes diriguntur; hi autem cum extractionem non patrarunt, pœnis indictis non obli-
2 gantur, lex nàmq; pœnalis de perſona ad perſonam non extenditur, proùt præ-
3 cipuum eſt in ſtatutis, *Dec. in l. factum, §. in pœnalibus nu.* 5. *de reg. iur. Socc. conſ.* 74. *nu.*5 *vol.* 3. *Crauett. conſ.*98. *nu.* 13. *Maſcard. de general. ſtatut. interpr. concl.*4. *nu.*54. *Clar. in §. fin. quæſt.*89. & idem in

4 Regijs pragmaticis obſeruat *Reg. Rouit. in §.*1. *de aſſaſſ. nu.*20. *&* 21. dicens, quod ſtatutum loquens in perſona delinquentis, non comprehendit mandantem ex propria verborum ſignificatione *ex Bart. in l. hæc verba, ff. de adulter. Aſſl. deciſ.*404. *nu.*6

5 Ligari tamen videntur eiſdem pœnis, quibus auxiliatores coercentur, cum aliqui non dubitent, quin iſti auxilium præſtitiſſe dicantur, dùm à manibus Curiæ interceptum eripuere, ità *ex l. is qui opem, ff. de fur. §. ope inſt. de oblig. quæ ex quas. delict. naſc. Felin. in c. ſicut dignum de homic. Hippol. de marſil. in pract. crim. §. conſtante.*

6 Sed alij putant, auxiliatorem verè non dici eum, qui poſt commiſſum delictum delinquenti opem præſtitit; vtpotè illum receptauerit, aut fugiendi occaſionem dederit, nàm hic pari pœna, qua principa-
7 lis delinquens tenetur, plectendus non eſt; ſed extrà ordinem, *Bart. in l. in furti, §. ope nu.*4. *ff. de furt. Felin. Butricarius, & Dec. in cap.*1. *de offic. delegat. Clar. in §. fin. quæſt.*90. *nu.*2. *Menoch. de arbitr. caſ.*349. *nu.*21. *Farin. conſ.*106. *nu.*18. *& conſ.*143. *nu.*9. *Boſſ. de homicid. nu.*34. *Carrer. in pract. §. homicidium nu.* 29. *Gomeſ. de delict. c.*3. *nu.*50. *Maſcard. de probat. concl.* 159. *num.* 23. *Caball. reſol. crim. caſ.*273. *num.* 3.

8 Vt autem ille, qui poſt delictum opem delinquenti præſtitit, poſſit puniri pœna principalis delinquentis, fiſcus tenetur probare, quod dictus auxiliator, vel ante delictum, vel in ipſo delicto de eo particeps fuerit, *Felin. in c. ſicut dignum n.* 4. *de homic. Carrer. in pract. §. homicidium nu.*28. *Caualcan. de bracch. Reg. par.*4. *nu.* 186. *in fin. Maſcard. de probat. concl.*159. *nu.*23. *Giurb. conſ.*42. *nu.*13.

9 Nàm alioquin auxilium in maleficio ignoranter præſtitum fuiſſe præſumitur, *Felin. in d. c. ſicut dignum limit.*1. *&* 5. *de homicid. Farinac. quæſt.*130. *nu.*4. *Maceratenſ. lib.*3. *reſol.*8. *nu.*6. *Menoch. de ar-*
10 *bitr. caſ.*349. *nu.*6. vndè niſi fiſcus probauerit ſcientiam, abſoluendus eſt reus à pœna principalis delinquentis, *Bart. in l. omnis nu.*2. *C. de agricol. & cenſit. lib.*11. *Gomeſ. par.*3. *de delict. c.*3. *nu.*50. *Guazz. in defenſ. reor. cap.*14. *num.*20. *Carrer. in pract. §. homicidium n.*61.

Verum-

Digitized by Google

11 Verumtamen his non obstantibus in hac quæstionis specie, euellens à manibus Curiæ res interceptas, eisdem pœnis subijcitur, quibus principalis plectitur, cum manum apposuit in delicto; quamobrem adhuc auxiliator eisdem pœnis punitur, ità affirmant *Bart. in l. is qui opem nu. 5. ff. de furt. Iul. Clar. §. fin. quæst. 90. nu. 12. Cravett. cons. 220. nu. 12. Natt. cons. 458. num. 9. Bero. cons. 192. num. 8. vol. 2. Boer. decis. 167. Paris cons. 153. num. 37. cons. 164. nu. 21. cons. 166. nu. 6. in 4. Paz in schol. ad l. styl. 56. nu. 5. Costa d. distin. 9. nu. 8. Macerat. lib. 3. resol. 10. nu. 1. Surd. cons. 40. nu. 45. Sesse decis. 212. nu. 15. vsq; ad nu. 22. Canal. decis. 28. nu. 19. 26. par. 5. Menoch. de arbitr. cas. 349. nu. 3. Carpan. ad Nou. Mediol. constit. c. 1. vers. homicida n. 1156. Reg. de Pōt. de potest. Proreg. tit. 1. §. 3. nu. 54. Guazz. reor. defens. 33. cap. 10. nu. 1. Eugen. cons. 45. nu. 18. Thob. Noni. cons. 101. à nu. 13. Rim. iun. cons. 349. nu. 10. & 11. Burs. cons. 232. nu. 13. Giurb. cons. 2. num. 50.*

12 Et ratio est, quia particeps sceleris præsumitur, qui in continenti post patratum maleficium auxilium delinquenti præstitit, secus si ex interuallo, ità *Blanc. in l. final. nu. 201. & 236. ff. de quæstion. Grilan. de relaxat. carcerator. rub. de absolut. innocentis, quæst. 7. nu. 2. Carrer. in pract. §. homicidium nu. 27. Horat. Luc. contr. 168. nu. 3. vol. 1. crimin. Menoch. lib. 1. de præsumpt. quæst. 89. nu. 20. Farinac. cons. 219. nu. 1. Giurb. cons. 42. nu. 19.*

13 Vndè qui post cōmissum maleficium delinquentem comitatur, vel occultat, aut hospitio excipit, vel fugiendi occasionem præbet, vel viam commonstrat, aut alio modo auxilium illi præstat, faci-
14 lis contra eum insurgit præsumptio, quod ante delictum, particeps, & conscius eius fuerit; imò ad delinquendum, consilium quoque opem, & auxilium illi aperuit, *Bald. in l. non ideò minus, C. de accusat. Felin. in d. cap. sicut dignum nu. 4. de homic. Marsill. in l. final. nu. 33. ff. de sicar. Alber. de statut. quæst. 34. Gram. cons. 32. & vot. 15. Vulpell. cons. 115. in fin. Mascar. de probat. quæst. 159. num. 26. Clar. §. final. quæst. 90. nu. 2. Giurb. d. cons. 42. nu. 10.*

Meritò ergo succedit in nostra specie, vt eisdem pœnis statutarijs plectendus sit, qui eripuit rem interceptam à manibus Curiæ; nàm ob violentiam illatam corporali pœnæ subjicitur, & ob interceptum ademptum à manibus Curiæ maius delictum egit: ideò saltim eadem pecuniaria pœna tenetur.

15 Statutum .n. ad euitandum extractiones in rem loquitur, non autem in personam, dùm dicitur, ne frumentum, vel serica extrahantur; ideò statutum loquens in rem, comprehendit non solùm extrahentem rem, sed etiam auxilium præstantem in extractione, sic probatur *in l. aut qui*, vbi *Bart. ff. quod vi, aut clam l. hæc verba*, vbi *Bald. ff. de adulter. Dec. & Butricar. in c. 1. de offic. deleg. Alex. cons. 15. nu. 10. vol. 1. Angel. de malefic. gl. d. maleficio nu. 8. & 9. Giurb. cons. 41. nu. 10.*

16 Quemadmodum quando statuta pœnalia remanerent eluforia, tunc siue concepta sint per verba in rem, siuè in personam, ext enduntur de persona in personam, & necesse est, vt comprehendant tàm principales in delicto, quàm participes, & cooperantes; ità sensierunt *Villadieg. de extens. leg. pœnal. quæst. 1. nu. 81. Decian. cons. 33. nu. 19. vol. 1. Alteran. Mascard. de general. statut. interp. concl. 4. nu. 185. Reg. Rouit. in prag. 1. de assass. nu. 45. Giurb. cons. 41. nu. 22.* nàm vt delicta non
17 remaneant impunita, lex pœnalis extendi debet, *Bart. in l. quemadmodùm, C. de agricol. lib. 11. Rot. Bononiens. decis. 7. nu. 18. in nouissim.*

18 Prætereà cautum est, vt eximens carceratum à manibus Curiæ, puniatur eadem pœna, qua puniendus erat ille carceratus, & si erat pro causa ciuili captus,
19 teneatur eximens ad soluendum debitū illius carcerati, ac si pro illo fideiussisset, vt latè fundat *Caball. resol. crimin. cas. 8. Farinac. quæst. 32. de carcerib. & carcerat. nu. 7. cum seqq. Carauit. rit. 260. nu. 2. in fin. quæst. 68. nu. 10.* & sic practicatum refert in nostris Tribunalibus *Reg. Sanfel. decis. 44. Magon. decis. Lucens. 90. nu. 30. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 583. nu. 1. Reg. de Marin. in obs. ad decis. 383. Reg. Reuert. num. 2.*

20 Et amplius in proprio casu conferunt tradita per *Reg. Reuert. in decis. 383.* qui quærens, si eximens à manu Officialium intercepta, teneatur eadem pœna, inquit, quod in facti contingentia pœna perpetuæ remigationis non poterat practicari

Digitized by Google

cum illo viro illuſtri, qui eximuit duos equos interceptos, qui extrahebãtur, ſed quod poterat benè practicari pœna ducatorum mille, & amiſſionis equorum, ſiuè illa pœna, qua puniuntur illi, qui à manibus Curiæ carceratum eximunt, & ità concludit.

21 Inſuper apprimè facit, quod accidit diſcuti in Regia Iuncta Contrabannorũ: etenim Antonius Zuppa Capſerius Arrendamenti ſericorũ ſub die 5. Septembris 1667. cum accepiſſet quædam ſerica intercepta in Territorio Seminariæ, propè Terram Palmæ vlterioris Calabriæ, de nocte illa aſportauit in Terra Palmæ, & vt cuſtodirentur, tradidit Gubernatori dictæ Terræ Palmæ; & dùm deindè in eadem nocte exiuit à ſua domo, dictus Gubernator, illicò ſuperuenerunt octo milites igneis armis præcincti, extantes ad cuſtodiam Terræ Palmæ vtilis domini Domini Marchionis Arenæ, & vi illata eripuerunt dicta ſerica à domo Gubernatoris, & à manibus dicti Capſerij Arrendamenti, qui ea cuſtodiebat, & ſequenti die dictus Gubernator, dictiq; milites ad aſylum confugerunt; qua in re capta informatione, & tranſmiſſa ad Regiam Iunctam Contrabannorum, fiſcus inſtetit citari, & capi tàm dictum Gubernatorem, quàm dictos milites; & dùm erat ſuper hoc prouidendum precibus Domini Marchionis Arenæ, Excellentiſſimus Dominus Prorex reſcriptum gratiæ impartiuit ſub die 23. Ianuarij 1668. acta ſunt penès Proſperum de Laurentijs Act.

22 Vlterius corollariè notandum, an auxiliantes graſſatores viarum, vel illos, qui perſonas pro recactu ſequeſtrant, gaudeant Indultu, & abolitione, qua excipiuntur dicti graſſatores, & recaptatores? *Maſtrill. in tract. de indul. cap. 33. nu. 11. & 12.* refert deciſum, gaudere indultu prædictos auxiliatores, quia clauſula indultus, excipiens graſſatores viarum, & componentes perſonas, non comprehendit auxiliatores, & licèt *tex.* indultus excludit poſteà (& piratas, ac eorum receptatores) illa verba, & eorum receptatores referuntur ad proxima præcedentia de piratis, & non de receptatoribus, & graſſatoribus viarum; Et pro hac ſententia conferunt dicta *per Caball. reſol. criminal. cap. 16. & Foller. in pragm. Regn. de ſodomit. nu. 58.*

23 Nihilominus contrarium ſentiſt S. C. in cauſa Stephani Graſſi, qui erat inquiſitus de receptatione, & exploratione facta in beneficium graſſatorum viarum, & iudicauit, non gaudere indultu die 5. Octobris 1662. ad relationem M.C.V. penès Pettenatum Scribam, ea ratione, quoniam indultus publicatus in hoc Regno de anno 1662. cum declarationibus factis per Collaterale Conſilium excepit, vt non gaudeãt indultu diſrobatores viarum, eorumque receptatores, & auxiliatores; ſiquidem dictus Stephanus inquiſitus, licet non receptauit in eius domo graſſatores viarũ, tamen victum illis præbuit in nemore, & foreſtis, vbi dicti delinquentes degebant, & erat eorum explorator, ideò dicebatur ille auxiliator dictorum delinquentium ex doctrina *Bart. & aliorum DD. in l. is qui opem de*
24 *furt.* & auxiliator opem præſtans delinquentibus, punitur eadem pœna à ſtatuto impoſita contrà principalem, licèt ſtatutum loquatur de principali, *Alberic. de ſtatut. lib. 2. c. 14.* latè *Farinac. quæſt. 131. nu. 51. tom. 4. & quæſt. 129. nu. 105.* & in
25 mediatore loquitur *Geminian. in cap. 1. de teſtib.* & ille, qui antè oſtium excubuit, vt furtum committerent eius ſocij, & de eodem furto indè participauit, fuit per M.C. condemnatus ad vltimum ſupplicium, licèt Capitulum Regni *ad hoc* loquatur in furante tantùm, refert *Reg. Sanfel. deciſ. 36.*

Nunquid autem auxiliatores, & com-
26 plices in crimine aſſaſſinij non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica; prout principales aſſaſſini non fulciuntur, vti excepti à Gregoriana Sanctione?

Hoc in articulo *P. Gãbacurt. de immun. Eccleſiaſt. lib. 5. cap. 34. nu. 14.* ſentijt, auxiliatores, & cõplices gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & eandem opinionem ſequitur *P. Graſſet. de proditor. nece ſuper bulla Gregor. XIV.* vt mandantes, auxiliantes, & opem præſtantes in delicto homicidij proditorij, gaudeant immunitate Eccleſiaſtica; dummodò non fuerit vnus ex percuſſoribus, §. 20. *à nu. 1. per tot. nu. 26. Dian. reſol. moral. par. 6. tract. 1. reſolut. 26. quæſt. 14. Paſſarin. in tract. de pollutione Eccl. diſp. 5. c. 43. nu. 5. & c. 18. nu. 1.*

Digitized by Google

nu.1.Bonacin.tom.3.de censur.in particulari disp.2.quæst.3.punct.16.§.8.

28 Contrariam sententiam alij censent, nimirum auxiliatores in assassinio, eorumque socios, & complices Ecclesiæ immunitate non potiri, *Plac.lib.1. delict. cap.19. nu.25. Remig.de immun.Eccl.fall. 15.nu.9.Farin.quæst.123.nu.69.quæst.28. nu.26. & de immun.Eccl. nu.124. Guaz. reor.defens.1.cap.38.sub nu.42. Caball.de omn.gener.homicid.nu.527. Guttierez lib. 3.pract.quæst.7. nu.53. Sim.de Pret. cons. 81.num.9. Paris cons.166. vol.4. Vulpell. cons.143. nu.12. Crass.Cleric. effect.1. nu.* 685. si assassinij qualitates scierint, *ad tex.l.generaliter, C. de tabular. lib. 10. l. fin.ff.de decret.ab ordin.faciend.Surd.cons. 328. nu.29. Bertaz. crim. cons.328. nu.6. Crass.d.effect.1. num.686. Giurb. cons.50. num.44.*

De compositionibus, & transactionibus faciendis in delictis contrabannorum, & quid in Officiali.

§. XIII.

SVMMARIVM.

1 *TRansactione,& compositione sopiri crimina vetitum est magistratibus.*
2 *Pœna corporis afflictiua in pecuniariam conuerti nequit.*
3 *Pœnas differre,non est in posse magistratuum.*
4 *Officiales non debent esse legibus clementiores.*
5 *Criminosi gaudia turbant, & latitias hominum.*
6 *Nulla maior victima Deo offerri potest, quam vt iniqui puniantur.*
7 *Delinquenti venia concessa, alijs ad delinquendum audaciam præbet, & ignoscendo malis,perduntur boni, nu.9.*
8 *Pœna vnius multorum metus est.*
10 *Compositiones facilius inducunt homines ad scelera patrandum: & pro delictis nõ in delinquentium facultates, sed in eorum personas vltio fieri debet,nu.11.*
12 *Magistratus in visitatione generali vexari possunt,quando admittunt reos ad compositiones.*
13 *Compositiones de stylo fiunt, & de ratione, nu. 14. & de iure communi admittuntur,nu.15.*
16 *Contrabanni delictum solet transactione aboleri.*
17 *Compositiones fieri, in aliquibus delictis, consuetudine induci potest.*
18 *Author exercuit officium Commissarij contrabannorum per annos vndecim in Regia Iuncta,& modo adhuc exercet.*
19 *Transactio in delictis loco pœnæ succedit; & dicitur condemnatio pecuniaria, num.20.*
21 *Compositio fieri potest,ob dubietatem probationũ, quæ concurrũt in delicto,n.31.*
22 *Compositio, vt laudabilis sit, fieri debet audito fisco, & de licentia Principis.*
23 *Compositio fieri debet antè sententiam, & de ratione nu. 24. limitatur in reo paupere nu. 25. cui datur etiam dilatio ad soluendam transactionem nu.26. limitatur, si à sententia fuerit appellatum num.29. vel de nullitate dictum num.30.*
27 *Compositio fieri potest, quando reus est absens,& sententia prolata fuit in contumaciam; dummodò non officiat Reipublicæ, num.28.*
31 *Compositio fieri potest, quando non adsunt indicia sufficientia ad torquendum reum.*
32 *Compositio fieri non potest de delicto plenè probato.*
33 *Pœnas fiscales Iudex remittere non potest, & nu.34.*
35 *Iudex non potest, delicto probato,pœnas à lege statutas minuere.*
36 *Princeps potest pœnam ordinariam delinquenti mitigare, aut tollere; & ità obseruatum in Regia Iuncta Contrabannorum, nu.37.*
38 *Compositio facienda est cum reis, qui non sunt soliti delinquere, & à quibus speranda est correctio; contrarium cum personis scandalosis, & malæ famæ, nu.39. & ità practicatum in Regia Iuncta contrabannorum,nu.40.*

Digitized by Google

41 *Compoſitio fieri permittitur, quando inquiſitus eſt ſenex, infirmus, vel ſit minor, nu.42. & in delicto patrato per ſimplicitatem, vel cum cauſa, nu.43. vel ex diuturnitate temporis quo quis deliquit nu.44. vel in primo delicto, n.45.*

46 *Officialium delicta admitti non poſſunt ad compoſitionem.*

47 *Cuſtos mancipiorum Curiæ non gaudet reſcripto Principis, quo pœna remittitur.*

48 *Officialis negligens in officio, non poteſt abſolutorium reſcriptum impetrare.*

49 *Indultu generali non gaudent Officiales pro delictis in officio commiſſis de iure cõmuni, & Rex de foro Aragonum non poteſt pœnas Officialibus delinquentibus commutare, nu.50.*

51 *Officiales in delictis contrabannorum, quando ſunt conſcij, vel participantes, vel permittentes extractiones, maioribus pœnis plectuntur, quam principales extrahentes.*

52 *Officialis inquiſitus in ſindicatu poteſt partes concordare antè condemnationem.*

53 *Officialis, qui deliquit in officio pro ſumma ducatorum 10. non fuit admiſſus ad compoſitionem oblatam ducatorum 200. & ità iudicatum per Regiam Iunctam, num 54.*

55 *Officialis deputatus per Reg. C. ſuper onerationc frumenti, qui permiſit maiorem quantitatem onerare in contrabannum, non fuit admiſſus ad compoſitionem, ſed condemnatus ad remigandum.*

56 *Credenſerij, & ſubſtituti, Viceſecreti, inquiſiti de permiſſione onerationis vini in contrabannum, non fuerunt admiſſi ad tranſactionem.*

57 *In Portulani officio ſubſtitutus inquiſitus de delictis in officio, non fuit admiſſus ad compoſitionem.*

58 *Compoſitio in crimine aſſaſſinij admitti non poteſt, & in crimine raptus, oſculi violenti; & adulterij cum inceſtu n.59. & in crimine ſodomiæ etiam conſulto Prorege n.60. & in crimine falſi n.61. & in alijs delictis recenſitis, n.62.*

63 *Compoſitio, & tranſactio fieri nequeunt etiam à Principe de plenitudine poteſtatis cum delinquente, niſi parte concordata; & de ratione nu.64.*

65 *Gratia facta per Proregẽ delinquenti abſque partis remiſſione, fuit annullata per deciſionem Collateralis Conſilij.*

66 *Gratia, facta per Principem delinquenti, parte non concordata, valet quò ad fiſcum, non quò ad partem; ſed pars offenſa poteſt proſequi iudicium pro ſuo intereſſe, num.67.*

68 *Gratia Principis poteſt fieri ſuper aliquo incidenti abſque partis remiſſione.*

69 *Foriudicationis ſententia poteſt à Principe ſuſpendi, & remitti ad fauorem inquiſiti, etiam parte non concordata; & referuntur exempla, nu.70.*

71 *Tranſactio, & compoſitio fieri poteſt parte non concordata, quando pars offenſa eſſet incognita, extera, vel non conſtaret de hæredibus, nec haberetur de eis notitia.*

72 *Gratia Principis fieri poteſt delinquenti abſque partis remiſſione, concurrente cauſa publicæ vtilitatis, & pro bono pacis; & quæ ſint iſtæ cauſæ num. 73. & quando pars non accuſauit, nec inſiſtit, nu. 76.*

74 *Princeps ex cauſa publicæ vtilitatis poteſt ius tertij tollere.*

75 *Princeps commutare poteſt pœnas corporales in pecuniarias ex cauſis ſibi benè viſis, abſque partis remiſſione.*

77 *Compoſitio prohibetur fieri, quando non conſtat de delicto, nec adſunt legitima indicia, contrà inquiſitum, nàm diceretur metu facta; & eſſet potius extorſio, quam compoſitio nu.78. & teneretur Iudex in ſindicatu reſtituere, nu.79.*

De compoſitionibus, & tranſactionibus faciendis in delictis contrabannorum, & quid in Officiali.

§. XIII.

1 VEtitum eſſe conſtat noſtris Magiſtratibus, crimina tranſactione, vel compoſitione ſopiri, & non immeritò;
2 nàm pœna corporis afflictiua in iure ſtatu.

Digitized by Google

ſtatuta, in pecuniariam conuerti nequit, *Luc.de Pẽn.in l.1.C.de deſert.lib.12.*nec in
3 Magiſtratuum poſſe eſt,pœnas differre, *l.ſeruos in fin.ff.de vi public.* non enim
4 Magiſtratus debent eſſe legibus clementiores:& ſi debita pœna delinquentes puniri negligant, peiores ſunt ipſis delinquentibus,vt doctè annuit *Diuus Auguſt. de verbo Domini ſerm.16.*conuenit nàmque vt criminoſi, qui gaudia, & lætitias
5 hominum turbant, non dimittantur impuniti; imò ſanctiſſimum eſt iuſtitiam facere de ſceleribus;nàm *ex Seneca de tragedijs*, nulla maior victima Deo offerri
6 poteſt,quàm vt iniqui puniãtur,ità *Paul. de Caſtr. in l.3. C. de Epiſcop. audient.* ſiquidem experientia docuit,vt venia, vni
7 conceſſa, alijs ad delinquendum audaciã prębeat,in graue totius Chriſtiani populi
8 diſcrimen, & è contrà vnius pœna multorum metus eſt, & obſeruat *tex.in l.operis,C.de pœn. cap.quando de tranſactionib. l.capitalium,§ famoſos,ff.de pœn. l.1.C.ad leg.Iuliam repetundar.* facit etiam *tex.in cap. ex iniuſto 23. quæſt.4.* dicens, quod
9 ignoſcendo malis,perduntur boni.Compoſitiones autem homines facilius indu-
10 cunt ad ſcelera patrandum, vt obſeruat *Caſſan. in conſuetudin.Burgundiæ cap.45. nu.38.* Congruum eſt igitur, vt pro deli-
11 ctis non in delinquentium facultates,ſed in eorũ perſonas vltio fiat, & docet *tex. in cap.cognouimus cum duobus ſeqq. 16.*
12 *quæſt.6.* Quamobrem Magiſtratus in generali viſitatione vexari poſſunt, ſi ſcelerum vindictam prætermittãt,& ad pecuniariam pœnam delinquentes admittant, vt fusè agit *Gabriel Beratt. in ſpecul.viſitat.cap.13.nu.8.*

Attamen de generali ſtylo quotidiè
13 experimur, delicta compoſitione, vel tranſactione aboleri, quod rationi non
13 videtur abſonum,non dumtaxat inſpecto intereſſe, & vtilitate fiſci, vt ſuis opportunitatibus occurratur, ſed etiam inſpecta reorum incolumitate, nàm à vexatione, carcerum mancipatione, expenſis, pœnis,tortura eximuntur,& pro eximendo ſuo ſanguine.

15 Qua de re hic idem ſtylus non videtur à iure communi neglectus, vt conſtat *ex tex.in l.ab accuſatore, & l. deſiſtit cum l. ſeq.ff. ad Senat. Conſult. Turpillian. l. tranſigere, C. de tranſact. cap. final. vbi gl. de tranſact. Decianus de delict. tom.1. lib.4.tit.pactum n.20.Caualcan.de bracch. Reg. par.4. nu.198. cum ſeqq.*

16 Hinc etiam conſuetudo,inoleuit delicta contrabannorum pecuniaria tranſactione terminari, vt fatetur *Mauſon. de contrabann.quæſt.16.num.1. 23. & 24.* &
17 conſuetudo valet, vt in aliquibus delictis tranſactiones admittantur, ità *Paris de Put. de ſindicat. in verb.compoſitio, cap.1. nu.4. in fin. Farinac. in prax.crim. tit de inquiſit.quæſt.5. nu.3. verſ. natura, Campagn.in cap.Regni Neapolis. cap.221. n.16.verſ.limita,*hoc idem fatetur *Guazzin. in Regn.noſtro defenſ.reor.34. cap.1. nu.3. & idem Mauſon. de contrabann. loc. cit.* inquit, proprium eſſe Supremis Ma-
18 giſtratibus pœnas corporales, in cauſis contrabannorum indictis,in pecuniarias transferre; idemque pariter obſeruaui annorum vndecim interſtitio, quo in cauſis contrabannorum in Regia Iuncta deſignata, vti generalis Commiſſarius præfui, & modo præſum, & idem ſeruа-
19 tur. Tranſactio nàmque in delictis loco pœnæ ſuccedit, *tex in l.Senatus, §.ſi quis declarat, & §.ſeq. ff.de iur.fiſc. l.ſi eum,§. qui iniuriam, ff.ſi quis cautionibus, Paul. Ghirl.de relax.carcerat.tit de pœnar.compoſit.quæſt.1. nu.9. & quæſt.6. nu.1. Farinac.de inquiſit.quæſt.5. nu.4. Luc.de Penn. in l.1.col.11.verſ.ergò & componere, C. de deſertor. lib.12. Marant. conſ.118. nu.4. verſ.ſed in crimine iniuriarum, Paris de Put.de ſindic.in verb. compoſitio, §. an facta nu.5. verſ.nàm pœna, Carauit. in rit. 272.nu.12.Reg.Sanfelic.deciſ.63. num.40.* & idem habetur *in conſt.Regni aſperitatẽ,*
20 dicens,compoſitionem propriè dici condemnationem pecuniariam, quam facit Iudex, & notat *Affl. ibi. nu.11.* hoc pariter patet *in pragm.3.de compoſit.*qua per-
21 mittitur Iudici ob dubitationem probationum, reum ad tranſactionem admittere,& notat *Reg.Rouit.in rub.de compoſit.nu.1.& 2. Mauſon. de contrab.quæſt. 16. nu.7.cum ſeqq.*

22 Verùm vt trãſactio,vel cõpoſitio rectè ſortiatur, ac laudabilis diudicetur, nonnulla cõcurrere debẽt. Primò fieri debet à Supremo Magiſtratu,vocato,& audito fiſco,de expreſſa Principis licẽtia,ità *Put. de ſindicat.in verb. compoſitio cap.1.Paul. Ghirland. in tit. de relaxat. carcerator. quæſt.3.*

Digitized by Google

quæſt.3. num.4. & 5, Fab. à Monteleo.in pract. art.5. partis principalis 3. partic. quæſt.3.nu.1. & quæſt.2.nu.14. Caſſan.in conſuetud. Burgundiæ fol.242. nu.12. Caualcan.de bracch.Reg.par.4.nu.202.

23 Secundò expleri debet antè ſententiam, nàm ea prolata, amplius locus non
24 eſt compoſitioni, ſeù tranſactioni, quia videtur Iudex functus eſſe officio ſuo; & ſicut non poteſt Iudex poſt ſententiam pœnas commutare; ità nec etiam delinquentes tranſigere, *l. Iudex poſtquam de re iudic.cap.in litteris de offic. deleg. l. admones, §.iſte ferè, ff.de pœn. l.1. §.fin. ff. de quæſt.& l.1.§ ſin autem, ff.ad Turpillian, Ghirland.d.tit.de excarcer.reor.iud. nu.3, Guindiſal.de her. quæſt.17. nu.5.Plaza in epit. delict. c.23. num.5. & 6. Couar.var. reſol.lib.2.cap.9. num.8. Paris de ſindicat, d.verb.compoſitio, Ghirland. loc.cit. quæſt. 1. nu.8. Fab.à Monteleon. in pract.arbitr. in 3. quæſt. vlt. par. 5. partis principalis num.65. in 15. ampl. Carauit.in rit.272. nu. 10.& 11. Farinac.de inquiſit.quæſt.5. nu.9. Guazzin.defenſ.reor. defenſ.34.c.1. nu.2. Caualc.de bracch.Reg.par.4.nu.203. & 314.*

Hoc autem trifariam limitatur,primò,
25 quando reus eſt pauper, quo in caſu ne marceſcat in carceribus, licita fit compoſitio;imò poteſt Iudex remittere ei aliquam partem pœnæ,vel quandam temporis dilationẽ indulgere, quo veriſimiliter poſſit ſoluere pœnam, vt admittit *Caualcan.de bracch.Reg.par.4. nu.203. in fin. verſ. at etiam, Guazzin. defenſ.reor, defenſ.34. nu 6.* & nos etiam obſeruaui-
26 mus in Regia Iuncta Contrabannorum, nàm dedimus dilationem reis tranſactis, illicò ſoluere non valentibus,vt in diuerſis terminis tranſactionem ſoluerent, data per eis cautione.

Limitatur ſecundò reo abſente,& ſen-
27 tentia in contumaciã ſequuta,nàm fiſcus cum nõ habeat eum in fortijs,expediens eſt ipſi, illum tranſigere ; quo in caſu eſt etiam arbitrarium,pœnam corporalem permutare in pecuniariam, *Menoch. de*
28 *arbitrar.caſ.82.nu.5.* dummodò hoc non ſit in graue Reipublicæ detrimentum, *Ant.Gomeſ.de delict. cap.13.num.38. Diu. Thom.2.2. quæſt.67.art.4.Caluac.d.par.4. nu.203. verſ. item poteſt, Guazz.in d. defenſ.34.cap.1.nu.6.*

Limitatur tertiò, quando à ſententia
29 lata fuerit appellatum, nàm pendente appellatione,poteſt reus ad trãſactionem admitti, *Plaza epitom.delictor.lib.1.c.39. nu.27.& 28.Peregr.de iur.fiſc.lib.4.tit.8. nu.17.ad n.20. Praſ.de Franch.deciſ.370. Caualcan ibi.nu.203. in fin. Guazz. d.defenſ.34. cap.1.nu.6. in fin.* vel ſi fuerit di-
30 ctum de nullitate proceſſus: nàm per talem exceptionem obumbraretur probatio fiſci, & illa redderetur dubia; & tunc in dubio fieri poteſt compoſitio, *Fab.à Monteleon.in pract.arbitr. 2.quæſt. par.5. partis principalis nu.35.& ſeq. Guazzin. d.defenſ.34. c.1.nu.5.*

Alterum requiſitum eſt,vt compoſitio
31 fieri poſſit,quando delictum non ſit plenè probatum,vel contrà reum non adſint plena indicia,ex quibus poſſit tormentis ſubijci; quoniam ſuper illo dubio de criminis ſtatu valet fiſcus cum parte ſe tranſigere, *Farinac.de inquiſit.d.quæſt.5.n.5. Sebaſtian.Guazzin.defenſ.reor. defenſ.34. num.2,*

32 Si autem plenè conſtat de delicto, vt potè extractionis contrà deuetum,in quo pœna corporis afflictiua venit imponenda, & hoc caſu non eſt permiſſa tranſactio,ſeù alia compoſitio; cùm Iudex ne-
33 queat facere compoſitionem de pœnis fiſcalibus, & eaſdem pœnas remittere, *Guid. de Suffar. in l.Præſes, C.de tranſact. per tex.in l.prohibere, §.planè, ff.quod vi, aut clam,Campagn.in cap.huius Regni 221.*
34 *nu.12. verſ. & propterea.* Pœnam nàmq; fiſco quæſitã non licet Officiali remittere, *Paris de Put.de ſindic.in d.verb.compoſitio nu.2. Andr.de Iſern. in conſtit. Regn. ſi quis in poſterum, verſ. vt autem in fine de defenſ.&c.Campagn.in d.cap.221.n.14. Mauſon. de contraban. quæſt. 16.num.14.*
35 *& 16.*& tenetur Iudex in dicto caſu ſententiam proferre,pœnaſque à iure ſtatutas imponere, nõ autem minuere poteſt, *l.cum reis, l.ſancimus, C.de pœn.l.fin.C.de cuſtod.reor. l.ſeruo in fine, ff.ad l. Iul. de vi publ. l.ſi operis, ff.de pœn. l.2. §.fin. ff. ad Turpill. c. notandum 2. quæſt. 3. Farinac. de inquiſ. quæſt.5.nu.5.*

36 Verumtamen in hoc caſu ſolus Princeps ex poteſtate abſoluta delinquenti pœnam ordinariam mitigare, aut tollere poteſt, *l.1. in fin. ff. de conſtit.Princip. l.Diuus, ff.de pœn. Paris de Put. de ſindic. d.verb.*

Digitized by Google

d.verb.compositio, cap.1.nu.5.Ghirland. d. tit.de pœn.composit.quæst.3.nu.2.in fin.& nu.3.Fab. à Montelcon.in prax.arbitr. in 2.quæst.vlt.par.5. part. princip. nu.31.& seq. ibidem in 3.quæst.in 2.limit.nu.75.& seqq. Salycet. in l. transigere in 1. oppositi. & ibi *Purpur. in 3.col. C.de transact. Gab. lib.7.de malefic.concl.23.nu.6. Farinac. de inquisit.d.quæst.5.nu.5.*

37 Quemadmodum fuit obseruatum in personam Domini D. Alphonsi Caraccioli Ducis Celentiæ inquisiti, & conuicti de extractione frumenti; huic Excellentissimus Dominus D.Petrus Antonius de Aragona Regni Prorex indulgentiam impartiuit in anno 1667. soluta Regiæ Curiæ tracta ducatorum 3000. acta sunt penès Prosperum de Laurentijs,

38 Postremum requisitum, vt componantur rei, qui non sunt soliti delinquere, & sunt personæ honestæ,à quibus verisimiliter speranda est correctio, *l.3. in fin.C.de Episc.& Cleric.Paul.Ghirland.d. tit.de relax. carcer.quæst.2. nu.1. quæst.3. nu.4. Caualc.de bracch.Reg. par.4. n.204.*

39 Verùm si sunt soliti delinquere, & in ipsis compositio non est medicina correctionis, ac versamur cum personis scandalosis, & malæ famæ, nunquam compositio sequi potest, *l.3.in fin.C.de Episc. & Cleric. Ghirland. de relaxat. carcerat, qu.2. n.1.qu.3. nu.4.Guazzin.defens.reor. defens.34.c.2.nu.1.Nouar.in tract.de grauamin. vassallor. tom.1. grauam.13.* proùt

40 fuit practicatum in Regia Iuncta Contrabannorum in causa inquisitionis Andreæ Melarbi Prouinciæ Calabriæ Vltrà: hic inquisitus de quibusdam Contrabãnis sericorum, fuit admissus ad compositionem ducatorum bismille; deindè tractu temporis alias egit extractiones sericorum in contrabannum, & iterum formata inquisitione in Regia Iuncta, Dominus Marchio Tufi Præses Prouinciæ, & Commissarius Contrabannorum in dicta Prouincia, proposuit Excellentissimo Domino Proregi transactionem pro ducatis 800. pro dictis extractionibus, nouiter patratis,nomine dictæ Andreæ Melarbi,& remisso negotio ad Regiam Iunctam, per ipsam, instante fisco,fuit facta consultatio eidem Domino Proregi negatiua; vt non admitteretur dictus Andreas Melarbi ad transationem, stante sæpiùs geminata huius delicti inquisitione, licèt non erat in fortijs,& fuit rescriptum dicto Præsidi pro carceratione dicti Andreæ, & sequestro omnium eius bonorum; & ità fuit exequutum de anno 1666. & 1667. acta sunt penès Prosperum de Laurentijs.

41 Præterea compositio fieri permittitur, quando delinquens est senex, & aduersa valitudine vexatur, *cap. tanta 1. 86.dist.* & ità seruatum *in prax.* refert *Nouar. in pragmaticis super rub.de compositon. n* 4.

42 proùt etiam quando delinquens sit minor, *l.auxilium,ff.de minor.* vel delictum

43 per simplicitatem aut ex causa constat patratum, *cap.ex tuorum de sacrileg.* seù ob tẽporis necessitatem, *cap.requisitis 11. quæst.2.* aut crimen sit modicum, *l.1. C.si quis Imperat.maledixer.* quemadmodum

44 si à die commissi criminis tempus diuturnum interceßit, *l. querela, C. de falsi. Thesaur. decis.* 209. proùt etiã si primum

45 delictum sit, nàm singularitas delicti facit delinquentem potiri beneficio, vt luat in bursa, *cap.licet* 45.*dist.*& notat *Nouar. in rub. de composit. collect. 1.super pragmaticis,*

Nihilominus nonnulli assignantur casus, quibus compositio, aut transactio prorsus excluditur,

46 Et illorum primus satis ad rem, de qua tractamur, adaptatur, nimirùm ad transactionem admitti non possunt Officiales,quorum opera auxilio, aut fraude extractiones contrà deuetum sortiuntur, sed ipsi pœnis, in Regijs Sanctionibus præscriptis,plectendi sunt,quod suadetur *ex tex.*nimis expressè iuncta *gl.in l.mancipia, C. de seru. fugitiu.* his verbis, ibi, *si sollicitudine defensoris non fuerit requisitus, & reuocatus, idem defensor duo Vicaria mancipia exigat, nec beneficio principali valiturus;gl.in verb.principali,*

47 exponit, ideſt *Principis, quo pœna sibi remittatur,* ideò habetur, quod Officialis custos illorum mancipiorum non gaudet rescripto Principis, vt pœna sibi remittatur, quam *gl.* sententiam ibi *in verb. rescriptum,* sequuntur *Bald. num.1.& 6. Salycet. nu.* 8. *vers.& dicit gl.* imò *Bald.* summat *textum in d.l.mancipia,*hoc modo, *Officiales ideſt suo efficio negligens condemnatur,nec potest absolutorium rescriptum impetrare;* nec ista absolutio dat Iudici

dici regreſſum contrà partem, cui fauet iniuſtè.

Hinc etiam eſt, quod Officiales pro
49 delictis commiſſis in officio, non gaudent abolitione, & indultu generali per Principem conceſſo, nàm à quacumque elargitione excipiuntur de iure communi, vt *in d. tex. in l. mancipia*, & tradiderunt communiter *Paris de Puteo de ſindicat. in verb. an ſi poteſtas condemnauit nu. 9. Farinac. de inquiſit. quæſt. 6. nu. 56. Decian. lib. 3. cap. 35. tit. abolitio, quando impediat accuſare nu. 14. Plaz. in epit. delictor. c. 38. nu. 3. lib. 1. & tit. de inquiſit. quæſt. 6. nu. 56. Maſtrill. de indult. cap. 40. nu. 1. Catalan. de indult. cap. 42. nu. 10.* & propterea in omnibus indultis, qui in diuerſis caſibus fuerunt conceſſi, & publicati, ſemper excipiuntur delicta Officialium, qui ſunt puniendi pœnis à legibus ſtatutis. Ideòque fortius non poteſt
50 Officialibus delinquentibus pœnas commutari, idemque confirmat *Ioſeph Seſſa de inhibition. cap. 1. §. 5.* ſubiungens, vt Rex non valeat ex foro Aragonum remittere pœnas Officialibus inquiſitis, ac etiam cuſtodibus de publico introductis, ſed pœnis ſtatutis ſunt puniendi *nu. 101. & 103.*

Imò noſtro Principi adeò abſonum eſt crimen, aut fraus Officialis, peculiariter in extractionis facinore, vt grauiori
51 pœna illos coerceri curauit, quam principales delinquentes, quod ex Regijs Sãctionibus liquidò conſtat, & præcipuè in extractione equorum, nàm *ex prag. 8. & 13. de extraction.* puniuntur extrahentes equos, & pullos pœna Triremium, & nobiles deportationis; ſed Officiales pœna mortis; In extractione monetarum puniuntur principales pœna relegationis in vita, Officiales autem conſcij, aut cõplices puniuntur pœna mortis, *in prag. 19. cod. tit.* In extractione gemmarum, & auri, principales puniuntur pœna amiſſionis gemmarum, & relegationis per decennium, cuſtodes autem portarum conſcij pœna mortis, vt *in pragm. 2. de monet.* Igitur ſi grauiori pœna plectuntur, quia grauius æſtimatur facinus, dùm eorum opera extractiones committuntur, meritò à ſubſidio compoſitionis repelluntur.

Idemque probat *Paris de Puteo de ſindicat in verb. oblatio cap. 1.* vbi inquit, quod Officialis antè condemnationem in ſindicatu poteſt partes querelantes concordare, & offerre pecuniam ab ipſis petitam; In alijs autem caſibus dicit hæc propria verba: *Vidi in Tuſcia, quod qui-*
53 *dam poteſtas non ſcripſerat certam pecuniam modicæ quantitatis, videlicet ducatorum decem in prouentibus, qui voluit ſoluere ducatos ducentos, ne condemnaretur in ſindicatu, propter alia officia, & non fuit admiſſus, & fuit condemnatus;* & de iuſta obligatione Iudicis vide *Andr. Barbac. in repet. capituli præſentium de teſtib.*

54 Et hoc pariter confirmatur rerum iudicatarum authoritate: etenim in diuerſis caſibus, in Regia Iuncta Contrabannorũ, agitatis, Officiales conſcij, & cõplices in delictis extractionum nõ fuerunt admiſſi ad compoſitiones, & tranſactiones pecuniarias, quas offerebant in pecunia. Et proùt in cauſa Ioſeph Lucatelli de-
35 putati per Reg. C. in maritima Petacciatę ſuper onerationę frumentorum faciendą in dicto eo per Mercatores, qui emerunt tractas frumẽti à Domino Prorege: hic Lucatellus cum eius aſſiſtentia permiſit onerari maiorem quantitatem in contrabannum per Dom. Ducem Celentiæ ſupra relatum, & licet dictus Dux principalis gratiam obtinuerit à Domino Prorege, dictus autem Ioſeph Officialis non ſolùm non fuit comprehenſus in gratia Domini Proregis, ſed excluſus à tranſactione pecuniaria per ipſum oblata, & ſub die 14. Septembris 1667. fuit condemnatus ad remigandum in Regijs Triremibus per annos tres; vt ex decreto Regiæ Iunctæ, quod ſequitur.

In Cauſa Regij Fiſci cum Ioſepho Lucatelli Neapolitano, aſſiſtente deputato per Regiam Cameram in Maritima Petacciata ſuper oneratione tumulorum mille tritici vigore Prouiſionum expeditarum ſub die 22. Octobris 1665. ad inſtantiam Magnifici Sãcti Mariæ Cella directarum Portulano Aprutij, inquiſito, & carcerato de permiſſione nonnullarum quantitatum tritici, extrahi factarum cum eius aſſiſtentia à Maritima prædicta per extrà Regnũ in contrabannum ab Ill. Duce Acherontiæ

D. Al-

Digitized by Google

D.Alphontio Caracciolo abſque vlla expeditione, vt ex actis die 14. menſis Septembris 1667. Neapoli. Facta relatione in Regia Iuncta per Dominum Regium Conſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium. Per Regiam Iunctam Contrabannorum per S.E. Delegatam prouiſum, & decretum eſt, quod ſupradictus Ioſeph Lucatelli, vt ſupra inquiſitus pro cauſa prædicta remiget, & remigando perſonaliter ſeruiat in Regijs Triremibus per triennium continuum, hoc ſuum,&c. D. Melchior de Nauarra, Marchio Criſpani, Franciſcus Roctus, D. Thomas Caranita, Vidit Fiſcus, Proſper de Laurentijs Act.

56 Et idem fuit reſolutum per Regiam Iunctam in cauſa Auguſtini, & Caroli de Iorio Regij Credentierij in maritima Noceriæ Caſtellionis,& Notarij Thomæ de Blaſio,ſubſtituti Viceſecreti in eadem maritima;prædicti inquiſiti de permiſſione extractionis vini, factæ à Dominico Fontana vltrà quãtitatem,in Regijs prouiſionibus permiſſam; fuerunt dicti Officiales per Regiam Iunctam citati ad informandum, & reputati contumaces de anno 1667.& licèt obtulerint tranſactionem; tamen per Reg.Iunctam nõ fuerunt admiſſi, & mandatum Regiæ Audientiæ pro exactione pœnæ contumaciæ: proceſſus eſt penès Proſperum de Laurenrijs Act.

Amplius,hoc pariter fuit deciſum in
57 cauſa Antonij Soriani, ſubſtituti Regij Portulani in Ciuitate Cutronis, inquiſiti non ſolùm de extorſionibus in officio commiſſis, ſed etiam de contrabannis per eum patratis, ſub clypeo, officij cuſtodis in eadem maritima:obtulit tranſactionem ducatorum 1500. & Regius fiſcus non contradicebat; imò expreſsè inclinabat pro admiſſione dictæ tranſactionis; nihilominus per Regiam Iunctã fuit deciſum, nõ debere admitti ad tranſactionem dictum Antonium, ex quo erat Officialis, & deliquit in eodem officio, & ſic cenſuit conſulendum eſſe Domino Proregi ſub die 18. Auguſti 1668. Benè verum eſt, quod dictus Antonius obtinuit gratiam dictorum delictorum ab Excell. D. D.Petro Ant. de Aragona Regni moderatore, ex quo reuelauit negotium ſecretum Domino Proregi,reſultans in maximam vtilitatem Regiæ Curiæ, vt expreſsè annuit reſcriptum Domini Proregis; & ità exequutum acta ſunt penès Proſperum de Laurentijs Regiæ Iunctæ Act.

58 Vlteriùs ſunt alia crimina,quibus reus ad tranſactionem nequaquam admittitur, & inter cætera, eſt primò crimen aſſaſſinij,quod compoſitione ſopiri nequit in conſulto Prorege,nàm pœna mortis, & abſciſſionis membri eſt impoſita tàm in mandante, quàm in mandatario,etiam morte non ſequuta *ex pragm.1. de aſſaſſ.* refert *deciſ. Gram.vot.9. Capyc.deciſ.165.*

59 Secundò in crimine raptus, & oſculi violenti, adulterij cũ inceſtu non admittitur compoſitio,vt *in cap.vt ſine mortali circ.finem, verſ.ſuper his, D.Reg.Rouit.in rub.de compoſit.nu.7.& in pragm.1.nu.2.*

60 Tertiò crimen ſodomiæ; nec etiam conſulto Prorege poteſt admitti ad compoſitionem,& tollitur poteſtas Iudicibus guidandi, & aſſecurandi quomodolibet inquiſitos de præfato delicto, vt *in prag. 2.de ſodomia, Nouar.in d.pragm.1.de compoſit.num.12.*

61 Quartò in crimine falſi reiterati, non cadit compoſitio *ex prag. 3. de falſ. de Franch.deciſ.*430.vbi ampliat in Notario cõmittente falſitatem,*Nouar.in d.prag.1. n.*4. & idẽ eſt in crimine falſi ſimpliciter, quando falſitas eſt commiſſa in negotio principali, *Gram. deciſ.*47. *& Reg. Rouit. in d.rub. de compoſit.nu.* 8. & ibi additio *Laganarij litt.B.* extendit in hoc mandante falſitatem.

62 Quintò ad compoſitionem admitti non poſſunt ſacrilegi,raptores virginum, violatores ſepulchrorum, rei Maieſtatis, parricidij, homicidij, & ſimilibus; nàm in delictis grauibus culpa eſt relaxare vindictam, *cap. qui ſunt* 28. *diſt. Paris de Put. verb. compoſitio, cap.3. nu.2. Faber à Monteleon.in prax.arbr.5.par.quæſt.3. in ampl. Farinac.in tit.de inquiſit. quæſt.5. nu.*13. *Decian.tract.crim.lib.3.tom.1.tit. pactum, & tranſactio inter alia crimina, Caual .de bracch.Reg.par.4 nu.*232. *Guaz. defenſ.reorum defenſ.*34.*c.2.nu.*1.

63 Sextò compoſitio, ſeù tranſactio fieri nequit,etiam à Principe de plenitudine poteſtatis parte non concordata; neque per viam gratiæ, neque per viam commutationis pœnæ; niſi priùs pars offenſa ſit concordata, etiam ſi dixerit,ſaluo iu-

Digitized by Google

re partis, *l.2.C.de precib.Imper.offerend.l. fin.ff.ad Turpillian.cap.fin.de tranſaction, Farinac.de inquiſit.quæſt.5.nu.11. Caualc. de bracch.Reg. par.4.nu.205. Ruin.conſ. 60.vol.5.Bald.in l.vn.C.de in ius vocand. Paul. Ghirland. quæſt. 5. in princ.* quia poſſunt ex hoc ſequi mille ſcandala, *Conar.var.lib.2.cap.10.nu.4.Baiard.ad Clar. quæſt.59.num.43. Guazz.in defenſ. reor. defenſ.34.cap.3.nu.1. & ſeq. Peguera deciſ.6. Cabed. deciſ. Luſitaniæ 75. part. 1.*

64 nàm Princeps non poteſt tollere etiam de plenitudine poteſtatis ius tertij ſine cauſa, *l.venditor, §.ſi conſtat, ff.de ſeruit. vrbanor.prædior. l.fin. C.ſi contrà ius, vel vtilitatem publicam,* & in Regno noſtro hoc diſponitur *per prag.4.& 8.de cõpoſit.* ac idẽ noſtri Regnicoli teſtãtur *Marant. de ordine iudic. par.6.verſ.inquiſiti,n.56. Gram.conſ.34. in princ. & vot.55. num.9. Carauit.in rit.272. nu.1.& ſeq.Capiblanc. de Baronib.prag.6. nu.28. Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.de prouiſ.fieri ſolutis, §. 4. nu. 6. 7. & 8.* & iterum *in tit. de elect. Official. §.1.nu.5. & ſeq. Reg. Rouit. ſuper pragm.2.nu.3. rub.de compoſit. Nouar.in eadem pragm. nu.1. cum ſeq. Ego in reſp. 38. num.13. cum ſeqq. part.1.* quo addu-

65 co decretum Collateralis Conſilij, me patrocinante interpoſitũ pro reuocatione gratiæ factę, abſque partis remiſſione, cui addo *Reg. Sanfelic. deciſ.52. num.39. Thor.in comp.deciſ.in verb.compoſitio.*

66 Verùm hęc regula, etſi indubitata, ſuas recepit limitationes, Prima, vt gratia facta per Principem, etiam parte non concordata, valeat, quòad Regium Fiſcum tantùm, & per ea, quæ ad fiſcum pertinent, non autem quòad partem offenſam, refert deciſum *Petra de poteſtat. Princip. cap.8.* quam ſequitur *Nouar.in d. prag.2.*

67 *de compoſit. nu. 3.* Nàm poteſt Princeps, quando pœna eſt arbitraria, & non ſtatuta certa lege, componere reum abſque partis remiſſione, nihilominus ad inſtantiam partis offenſæ poteſt procedi ad vlteriora contrà inquiſitum pro eius intereſſe, refert exemplum *Reg. Sanfel. d. deciſ.53. nu.40.*

68 Secundò limita, ſi gratia Principis ſit facta ſuper aliquo incidenti, non ſuper delicto principali, putà contrauentionis exilij, quæ ad partem nihil attinet, & poteſt fieri etiam abſque partis remiſſione, *Carau. rit. 272. num. 2. verſ. limita hunc ritum.*

Tertiò limita in Principe ſuſpendente

69 ſententiam foriudicationis, firma tamen remanente quòad delictum, quod etiam procedit in Iudice ex ſpeciali delegatione, illi tributa, ſecũdum *Menoch.de arbitr. quæſt.92.nu.7.Ægid.Boſſ.in tit.de Princip. nu 227.* & in hoc neceſſaria non videtur partis remiſſio, cùm non tractetur de ip. ſius intereſſe, *Socc.iun. conſ.68. Miſinger. ſing. obſerv. centur.5. obſerv.11. in princ. Luc.de Penn.in l.ſi apparitor, C. de cohartalib. lib.12. nu. 32. ver. puto verius dici*

70 *legitima cauſa exiſtente,* & ità deciſum refert *Reg.Sanfel. deciſ.53. num.42.* & ſic practicatũ extitit in cauſis DD.Principis Cardeti, Principis Ricciæ, & Principis Iſerniæ, qui obtinuerunt gratiã ſententiæ foriudicationis, contrà ipſos prolatæ per M.C.V. ac per Regiam Iunctam contrà dictos DD.Principes Iſerniæ, & Ricciæ formatam, firma remanente inquiſitione quòad delictum principale.

Quartò limita, ſi pars offenſa eſſet in-

71 cognita, vel eſſet extera, vel mortua, & de eius heredibus non haberetur notitia, tùnc gratia, ſeù compoſitio poteſt fieri abſque partis remiſſione, præſtita tamen cautione de ſtando iuri, cùm pars quandocumq; ſuperuenerit, fatentur *Cl. quæſt. 58. nu.35. verſ. ſed quia nullus, Carau. in ritu 228. num. 18. Caualc. de brach. Reg. par.4.nu.208. Guaz.defenſ.34.cap.3.nu.5. Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit.3. de electione Officialium,§.4.nu.32.verſ.ſed quid ſi hæres eſt incertus, Nouar. ſuper prag. 2. de compoſit. nu.5. Reg.Sanfel.deciſ.53.nu. 18.* vbi refert deciſionem Collateralis Conſilij.

Quintò limita, concurrente publica vtilitate, quo in caſu poteſt compoſitio

72 fieri per Principem, ac etiam gratia inquiſito, abſque partis remiſſione, imò remittere etiam intereſſe partis offenſæ, affirmant *Decius conſ.520. nu.5. Ioſeph de Seſſe de inhibitionibus cap.1.§.5.nu.44.& in ſecunda regula nu.58.* licèt contrarium tenuerunt *Farinac. de inquiſit.quæſt.6.nu. 22. Maſcrill.de indultu cap.21.nu.13.* &

73 cauſæ publicæ vtilitatis ſunt, per quas poſſunt indultari delinquentes, ſ. ob capturam foriudicatorũ, & aliorum malefactorum, & alijs ſimilibus relatis *per Affl. in tit.*

Digitized by Google

*in tit. quæ ſint regalia in verb. bona committentium nu.*50.*verſ.cauſa enim indulgendi, Ioannes Grand. de bello exulum ſpeciali* 38. & ratio eſt, nàm licèt Princeps non poſſit aliquid in tertij præiudicium ſtatuere,*l.fin.C.ſi contra ius,vel vtilitatem publicam*, 74 non prohibetur tamen ex cauſa publicæ vtilitatis, & pro bono pacis Ius tertij tollere, *l.ſi ità verberatũ, §.ſi forte, ff. de reiuendicatione, Farinac. d.quæſt.6.nu.*24. 75 imò Princeps poteſt indulgere, & commutare pœnas corporales in pecuniarias ex cauſis,ſibi benè viſis abſque partis remiſſione,*Reg.de Ponte de poteſt. Proreg. de diuerſis prouiſionibus, de ſaluo conduct. nu.* 3. & ſic hodiè ſeruari, teſtatur *Reg.Sanſel. d. deciſ.*53.*nu.*19.*per totum* 24. & refert deciſionem Collateralis Conſilij cum Adiunctis *nu.*36.

Sextò limita, vt poſſit fieri compoſitio, & gratia abſque partis remiſſione, 76 quando pars offenſa non accuſauit, nec inſiſtit *ex l.*2.§.*item vanus,ff.de aqua pluuia arcenda, Caualc.de bracch.Reg. par.* 4. *num.*208. *Gnaz. in defenſ.reor. defenſ.*34. *c.*3.*n.*5.qui hoc extendit in delicto,caſualiter ſequuto, *verſ. item ſi caſualiter*, & hanc limitationem principalem ſequitur *Nouar. in Pragm.* 2. *de compoſition. nu.* 6. *& in deciſ.* 63. *Regiæ Audientiæ Apuleæ*, & adducit *Maſtrill.de indult. cap.*24. *nu.* 23.*in fine*, quam opinionem non amplector, & contrarium fundat *Larrèa deciſ. Granatenſi* 26. *nu.*10.

Poſtremus caſus, in quo prohibetur 77 compoſitio, quando non conſtat de delicto, & non adſunt legitima indicia in proceſſu, quia ſi nihil conſtat ex accuſatione, vel denunciatione facta,cõpoſitio fieri nequit, ità affirmat hoc eſſe diſpoſitum *per cap.Regni,Paris de Put.de ſindic. in verb.compoſitio nu.*6.*verſ.tamen,Mauſ. de contrab.quæſt.*16. *nu.*54.*&* 55. cui addo, quod tùnc reus eſt abſoluendus, ex *tex.in* §.*oportet il ſecondo, auth.de mãdat. Princ.* affirmat *Reg.Rouit. in rub. de compoſit.nu.*4. *Farinac.de inquiſit. qu.*6. *nu.*5. 78 imò eo caſu diceretur metu facta,& non valeret, & eſſet potiùs extorſio, quam compoſitio, *l.*1.*C.ſi per vim*, & teneretur 79 Iudex in ſindicatu reſtituere reo quantitatem ſolutam per tranſactionem, *Gugliel.in tract.de relaxat.carcer.tit.de pœn. compoſit.quæſt.*1.*nu.*4.*Carauit.in rit.*276. *nu.*3.4.*&* 5. *Farinac. d.quæſt.*6.*nu.*15.vbi declarat, quando dicatur illatus metus per Iudicem, & ſemper hoc ſic obſeruauimus in Regijs Iunctis exulum, & contrabannorum.

De modo procedendi in Cauſis Contrabannorum.

§. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Modus procedendi in cauſis contrabannorum, ex theorica, & practica demonſtratur.*

2 *Extractionis in crimine proceditur ex officio, & admittitur accuſator, vel denunciator, etiam tacito eius nomine, num.* 3.

4 *Querelæ, & libelli accuſationis debent ſubſcribi ab accuſatore, vel eius procuratore.*

5 *Vniuerſitas, præſentans ſupplicationes, querelas, & denunciationes contrà Officiales, & alias quaſcumque perſonas,debet eas facere ſubſcribi à regimine,vel à procuratore, & præuia publica concluſione in criminalibus,nu.*6.

7 *Denunciationes,& accuſationes in cauſis contrabannorum admittuntur abſque ſubſcriptione, & tacito nomine denunciantis, & de ratione nu.*8. *ſed cum diſtinctione, quando adſunt nomina teſtium, & quando non, nu.*9.

10 *Extractionis in crimine admittuntur, etiam perſonæ inhabiles ad accuſandũ, & quæ ſint nu.*11.

12 *Denunciatus in crimine extractionis à teſtificando repellitur.*

13 *Denunciatio ſola non ſufficit ad citationem rei.*

14 *Delictum in genere in crimine extractionis non requiritur, ſed ſufficit probare crimen per teſtes.*

15 *Teſtes ſingulares admittuntur in crimine extractionis.*

16 *Extractionis in crimine proceditur contrà mandantes, conſentientes, & auxi-*

Digitized by Google

lium præſtantes; & de ratione, nu.17.

18 *Mandantes, conſentientes, & auxilium præſtantes in criminibus extractionis puniuntur pœnis, in Regÿs Pragmaticis contentis.*

19 *Extrahentes res in contrabannum, poſſunt torqueri ex proceſſu informatiuo; & quæ probationes requirantur, nu.20.*

21 *Teſtis vnicus an ſufficiat ad torquendum reum ex proceſſu informatiuo, & an requiratur, vt ſit omni exceptione maior, nu.22. contrarium n.23. & quando eſſet teſtis de viſu, an procedat prima opinio, nu.24.*

25 *Tortura ex proceſſu informatiuo quando irrogari poſſit de iure communi, & Regni, & teſtes an debeant eſſe omni exceptione maiores, vel quod veriſimilia deponant, nu.26.*

27 *Tortura ex proceſſu informatiuo non tollit reo defenſiones.*

28 *Capitulum Regni*, ſi cũ ſceleratis *refertur, & quæ requiſita ſint neceſſaria pro ipſius executione, nu.29.*

30 *Tortura vt poſſit dari ex proceſſu informatiuo, duo concurrere requiruntur, & refertur deciſio Regiæ Iunctæ, n.31.*

32 *Confeſſio rei eſt recipienda per Iudicem pro Tribunali ſedentẽ; & quomodo practicetur in M.C. & in Regÿs Iunctis, nu.33. verùm ſi per Iudicem committatur Actuario recipere dictam confeſſionem, diceretur etiam confeſſio iudicialis, num.34.*

35 *Confeſſio inquiſiti, vt valeat, debent præcedere indicia, alias non valet, etiam ſi ſit facta in tortura, nu.36. neque noceret alÿs nominatis per confitentem num.37.*

38 *Confeſſio rei, ſi non præcedant inditia, dicitur extorta, & non poteſt Iudex arma ſumere de domo rei, nec tenetur reus reſpõdere, n.39. ſed fallit, exiſtente partis querela cũ aliquibus adminiculis, n.40. vel ſi Iudex ſciat delictum fuiſſe commiſſum per aliquas probationes veriſimiles, nu.41.*

42 *Defenſiones ſunt danda etiam confeſſo, & conuicto: & reo adhuc nõ petenti cõceditur terminus ad ſe defendendum. n.43.*

44 *Reus datis defenſionibus ponitur ad largum, vt valeat cum eius Aduocato, & Procuratore conſulere.*

45 *Reo datur copia repertorum, quando declarauerit habere teſtes Regÿ Fiſci pro legitimè citatis, iuratis, & repetitis.*

46 *Proteſtationem reus facere ſolet, quod habet teſtes fiſci pro repetitis præter abſentes, & mortuos.*

47 *Teſtes fiſci repetendi ſunt parte citata ad videndum iuramenta, niſi mortui ſint; & tùnc ſufficit legi reo depoſitionem, num. 48. quæ opinio declaratur, num.49.*

50 *Repetitio teſtium mortuorum, reo exiſtente in contumaciam, non eſt neceſſaria, vt habeantur pro legitimè repetitis.*

51 *Repetitio teſtium fiſci non eſt neceſſaria, quando reus eſt confeſſus.*

52 *Teſtes ſi in repetitione negauerint primã depoſitionẽ, torturæ ſubijciũtur, & quod ratum dixerint in tortura, attenditur.*

53 *Teſtis quando examinatur in tormentis, non requiritur citatio partis.*

54 *Confrontatio rei, & teſtium permittitur, & quando ſit facienda, declaratur.*

55 *Confrontatio facta inter teſtes, ſi inter ſe contradicant, non admittuntur ſine tortura.*

56 *Nominatio teſtium in cauſis criminalibus ad inſtantiam rei non admittitur de iure communi, & Regni, nu.57. & ſic obſeruatum in Regia Iuncta, n.59.*

58 *Nominatio teſtium ad probandum Clericatũ in cauſa criminali non admittitur.*

60 *Nominatio teſtium in cauſis criminalibus admittitur, quando teſtes ſunt ſenes, valetudinarÿ, ſed tenetur pars eos declarare nu.61. & etiam ſi eſſent perſonæ egregiæ: & tùnc accedit cauſa Commiſſarius ſumptibus inquiſiti, nu.62. in teſtibus extrà Regnum in altera iuriſdictione degentibus, nu.63. & fiſco non contradicente committitur audientia teſtium nu.64.*

65 *Nominatio teſtium admittitur in criminalibus, quando reus eſt pauper; & quid obſeruetur in Regia Iuncta.*

66 *Fiſcus interuenire poteſt in examine teſtium ad defenſam rei, & dare interrogatoria; & in cauſis appellationum in S.C. n.67.*

68 *Fiſcus interuenire poteſt in tortura reorũ, in qua omnibus alÿs interuentus prohibetur, præter Iudicem, & interrogatoria, poteſt dare reis in tormentis, nu.69.*

70 *Fiſcus videre debet articulos, factos ab inquiſito.*

71 *Fi-*

Digitized by Google

71 *Fiscus in omnibus audiendus est, & in cunctis rebus interuenire debet, vbi agitur de damno Regio, etiam ratione pœnæ, nu.72.*

73 *Fiscus in causis recusationum audiri debet, & interuenire valet, quando examinantur testes, illisq; potest interrogatoria dare, & ità decisum per Regiam Iunctam, num.74.*

75 *Fiscus non habet repulsam testium examinatorum per inquisitum, & de ratione, nu.76.*

77 *Repulsa testium fisci conceditur reo.*

78 *Repulsa testium ex causa inimicitiæ, adhuc præsumptæ, conceditur; contrarium quod inimicitia capitalis exposcitur, nu.79. verum inimicitia procurata non admittitur nu.80. quemadmodum si reconciliatio sequuta fuisset nu.81.*

82 *Pœna mortis in extractione frumenti, aliarumque rerum præscripta, per Regias pragmaticas, non practicatur, sed tantùm relegationis, & Triremium.*

83 *Decisio Regiæ Iunctæ in causa Pauli Pepi pro extractione frumenti refertur.*

84 *D. Felix Lanzina, y Vlloa Præsidens S.C. laudatur, & possessio muneris assequuti refertur.*

85 *Relegatione ordinata per Regiam Iunctam in Insulam inquisitis, Dominus Prorex declarat Insulam.*

86 *Extractione sericorum facta, magistri nauis puniuntur pœna vltimi supplicij per Regias pragmaticas, sed contrarium fuit practicatum per Regiam Iunctam, & idem contrà extrahentes frumentum.*

87 *Decisiones Regiæ Iunctæ in causis Bartoli Bonica, Ioannis Mariæ Gambarini magistrorum nauiũ pro extractione sericorũ referuntur n.88. & Stephani Fragoni pro extractione frumenti, nu.89.*

90 *Extrahens res vetitas infraganti compertus, an ei sit dandus terminus ad se defendendum; opinio affirmatiua refertur, quando testes non sunt integræ fidei, nu.91. negatiua nũ.92.*

93 *Nauis mercibus onerata, nullis obtentis expeditionibus, fisco applicatur, sed quando maior quantitas est onerata, quæ in expeditionibus continetur, tunc capienda est informatio super declaratione intercepti n.94.*

95 *Nauis onerata maiore quantitate mercium, quæ in expeditionibus continetur, inscio Domino nauis, ei restituitur, secus si Dominus nauis de oneratione conscius esset nu.96.*

97 *Extrahente reperto in fraganti cum rebus asportare prohibitis, de stylo proceditur ad declarationem intercepti absq; causæ cognitione, præuia tamen citatione ad dicendum causam quarè, & decretum Reg. C. affertur nu. 98. contrarium obseruatur in Regia Iuncta, quando extrahens in fraganti est repertus, & conuictus, nu.99.*

100 *Decisio Regiæ Iunctæ in causa Dominici Fontanæ; & Ioseph de Amico num.101. & Paschalis de Simone nu.102.*

103 *Extrahens absens à loco iudicij, citatur ad informandum.*

104 *Pœna contumaciæ in Regia Iuncta apponitur arbitrio causæ Commissarij, cum consensu fisci, iuxtà qualitatem delicti, & personarum.*

105 *Pœna contumaciæ, in cõstitutionibus Regni contenta, quomodò practicetur, & in quibus casibus.*

106 *Foriudicationis sententia in quibus casibus permittebatur, de iure constitutionis Regni, sed hodiè practicatur tantùm, in casu, quo pro delicto venit imponenda pœna mortis naturalis, nu.107.*

108 *Extractionis in crimine, vbi imponitur pœna mortis, potest procedi ad foriudicationem.*

109 *Terminus pro sententia foriudicationis est ann. circulus, sed in Reg. Iuncta Contrabannorum est vnius mensis.*

110 *Terminus ad foriudicationem rei, potest per Principem arctari.*

111 *Citatio ad foriudicandum notificatur nõ solùm reo, sed etiam consanguineis ipsius.*

112 *Sententia foriudicationis quomodò legatur in Regia Iuncta.*

113 *Extrahens res prohibitas potest foriudicari, quando pro delicto extractionis imposita est pœna mortis; & ità practicatum in Regia Iuncta Cõtrabannorum, & affertur decretum, nu.114.*

115 *Sententia foriudicationis profertur ex probationibus, ex quibus resultant indicia ad torturam.*

116 *Contumax habetur pro confesso, & dicta ficta confessio habetur pro liquidissima probatione.*

117 *Die.*

Digitized by Google

117 *Dietæ vacatæ per Commiſſarium pro capienda informatione, in cauſis criminalibus, non ſunt ſoluendæ per inquiſitum; niſi fuerit condemnatus, vel tranſactus nu.* 118. *contrarium quando Princeps ſuper hoc diſpenſat, vt fuit prætticatum in diuerſis cauſis, quæ referuntur n.* 118.

De modo procedendi in Cauſis Contrabannorum.

§. XIV.

COnſentaneum imò apprimè neceſſariũ cernitur, ità vt integra cõtra-
1 bannorum materia abſoluatur, vt modus procedendi, non dumtaxat ex hodierna praxi depromptus, ſed ex indubitata theorica recollectus, demonſtretur perſcrutandus, per Iudicem præfixum aduerſus de tali crimine notatos.

Hic autem modus cum diuerſimodè ordinetur, inter reum repertum in fraganti, & nõ ità repertum, idcircò in duas diſtinguitur inſpectiones: circà primam rei fragantia deficiente.

2 Speciale eſt in hoc crimine, vt nulla præcedente accuſatione, ſeù quærela officio Iudicis procedatur, *l.* 1. *&* 2. *C. quæ res aſportar. poſſ. Muſcatell. in pract. de cognit. delict. tit. de extraction. nu.* 87.

3 Imò ſpeciale etiam eſt in huiuſmodi crimine accuſationes admittere, tacito nomine accuſatoris; hoc autem videtur aduerſari *Regiæ Sanctioni* 3. *de procurator.* qua volens Princeps incolumnitati
4 ſubditorum occurrere, & calumniatores remouere, reſcripſit *in* §. 7. vt omnes libelli, qui præſentantur contrà Officiales, vel alias quaſcumque perſonas, debeant ſubſcribi propria manu præſentantis, ſub pœna vntiarum 100. & aliarum corporalium ad arbitrium Domini Proregis, quemadmodum, eadem *Reg. pragm.* §. 1.
5 obligatur regimen Vniuerſitatis contrà Officiales, vel alias, perſonas præſentans querimonias præuijs ſupplicationibus, comparitionibus, & denunciationibus, ſubſcribere capita inquiſitionum, & pro-
6 curatorem cum ſpeciali mandato conſtituere præcedente concluſione ab vniuerſali cœtu geſta in cauſis criminalibus, ſed talis diſpoſitio nec quidquã offendit huiuſmodi ſpeciale, nedùm quia prædicta pragmatica accuſationem, vel denunciationem prefata ſolemnitate carentem
7 non irritat; ſed tantummodò pœnam contrà producentem irrogat; verùm etiam quia intereſt fiſco innoteſcere contrabanna, quæ in Regno committuntur; & dùm frequenter perpetrantur à Baroni-
8 bus, reliquiſuè Proceribus, ac perſonis locupletibus, metum, & timorem incutientibus, talis qualis accuſatio, ſeù denunciatio ſatis eſt, & communis praxis illam non negligit, imò quandoq; voce, & nõ ſcriptis denunciatorem admittit, vt quotidiè obſeruamus, & de iure teſtatur *Mauſon. de contraban. quæſt.* 16. *nu.* 32. Et
9 amplius admittuntur denũciationes abſque expreſſione nominũ teſtiũ, à quibus comprobari deberet contrabãnum, proùt ſeruamus in Regia Iuncta, & hoc in caſu, vt veritas clareſcat, & delictum nõ detegatur, committitur cuidam Officiali loci, vbi illud præſumitur patratum, vt ſe extrà iudicialiter informet; & deindè nobis relationem faciat in Regia Iuncta, qua cognita, & reperto, eſſe verum, quod defertur, iniungitur eidem Officiali, vt informationem capiat; ſi verò in denunciatione exprimuntur nomina, & cognomina teſtium, tùnc committitur alicui Regio Officiali, qui præeſt loco, vbi delictum dicitur ſecutum, ad hoc, vt informationem capiat, & conſtito de crimine, ad capturam inquiſiti procedat.

10 Et adeò eſt etiam ſpeciale hoc crimen; nàm ad accuſandum admittuntur, qui in alijs ſunt prohibiti, vtpotè ſeruus contrà Dominum, *l.* 1. *ff. ad leg. Iul. de*
11 *annon.* vbi *gl.* & etiam mulier, & miles, *l. mulierem, ff. de accuſation. Muſcatell. d. tit. de extraction. num.* 96. *fol.* 54. nàm quemadmodùm milites pro pace excubunt, ità fortiùs excubere debent pro ſalute, quæ ex annonæ prouidentia, & vbertate oritur, vt conſiderat *Maſtrill. d. tit. de extract. nu.* 92.

12 Verùm denunciator in eodem crimine à teſtificando repellitur, *Ancher. conſ.* 416. *num.* 1. *verſ.* 4. *Mauſon. de contraban. quæſt.* 11, *num.* 20. ſubiungens *num.* 21. *&*

quæſt.

Digitized by Google

13 *quæst.16. nu.32.* quod ex sola denunciatione reus non potest citari, sed aperitur via ad inquirendum.

Non autem requiritur, vt delictum in
14 genere innotescat, proùt demonstrauimus *in* §. 1. & satis est, vt extractio, sequuta contrà deuetum, probetur *Mauson.de contraban. quæst.4. nu.9.* ad quod
15 testes singulares etiam sufficiunt, proùt in quibusdam peculiaribus extractionibus sancitum est per Regias pragmaticas, nimirùm in extractione tritici, vt *in pragm.9. & 11.* & in serici, vt *in pragm. 25. §. 16. tit. de extract.* de quibus fusè egimus *in d.§.1.* vbi est videre.

16 Et proceditur quoq; in hoc crimine extractionis ad comprobandum delictũ, & indè ad irrogandam pœnam, non solùm contrà principales extrahentes, sed etiã contrà mandantes, consentientes, & auxilium præstantes, cum sit de crimini-
17 bus exceptuatis, in quibus agentes, & consentientes pari pœna puniuntur, vt in crimine raptus loquitur *tex.in l.vnic. C. de rapt.virgin.* & in contrabannis in specie notauit *Muscatell. de condict.delictor. tit.de extract. nu.83.* & conferunt dicta *per Farinac.quæst.129. par.3. num.116. & par.2. ead. quæst.129. num.31. & 34.* Imò
18 per Regias Sanctiones nostri Regni, hoc idem præcipitur, vt in extractione monetarum auri, & argenti, loquitur *prag. 4. de extract.* ibi, *Ne consentire, estrahere per se, ne per altro,* & *in pragm.14.eod. tit.* ibi, *Che la pena la possa esigere la predetta Regia Corte, tanto dal padrone delli denari, che l'haurà fatto estrahere, quanto da quelli, che l'estrahano, ò haueranno consentito nella detta estrattione,* & *in prag. 16.eod.tit.* ibi, *e tanto contro l'estrahenti, quanto contro li mandati, ò procuranti l'estrattione predetta,* & in extractione tritici, & aliorum victualium *in prag.20. de extract.* ibi, *E s'intendano di essere incorsi non solo quelli ad instantia, & in nome de' quali si estrahessero li grani, & altre vettouaglie, mà anco li vaticali, seruitori, famegli, padroni di vascelli, & altri complici, e fautori, che scientemente eseguissero simili estrattioni, e contrabanni.*

Sopita informatione, ac reo in fortijs reperto, interrogatur, ac examinatur ipse reus super capitibus inquisitionis per plures vices, proùt res ipsa expostulat.

Si tamen indicia tãtummodò vrgeant,
19 dubitari oportet, nunquid reus quæstioni ex processu informatiuo subijci possit?

Et non videtur ambigendum, vt inquisitus de crimine extractionis possit ex processu informatiuo torqueri, etiam quòad testes; siquidem grauissimum existimatur hoc crimen ad instar læsæ Maiestatis, ac videtur proditioni proximum, vt supra annuimus *in rub.* 14. & in puncto hoc concedunt *Muscatell. d. tit. de extract.nu.89. fol.54. Mauson.de contrab. quæst.11.nu.10.*

20 Cardo autem contentionis est, vt procedi possit ad torturam ex processu informatiuo, quæ probationes, aut indicia præcedere debeant?

Farinac. autumat *in pract. crim. de indic.ad tortur.quæst.37.n.54.vers.limita 3.*
21 posse reum ex dicto vnius testis de visu torqueri ex processu informatiuo, & de cõmuni opinione idem testatur *Menoch. de præsumpt.lib.1.quæst.89. nu.15. vers.1.* nàm vnus testis semiplenam probationem facit *Crauett.cons.9.nu.12. Constant. Pap. in pract. c.4. nu. 127. vers.7.* dum-
22 modò tamen testis ille sit omni exceptione maior, procul vlla prorsus macula, etiam minima, & vndiq; inuulnerabilis, ex *gl. in l.3. in verb. conuictus, C.ad leg. Iul. Maiest.* quod sequitur etiam *Menoch. ibi. & Farinac. d.quæst.37. num.29. vers. contrarium.*

Gram. autem *in decis.34. nu.31.* talem
23 exactam fidem, & conditionem in huiusmodi teste non requirit, quodq; fundat ex doctrina *Grandi*, quem sequitur *Alex.in cons.65. pen.col.1.vol. Bertazol. cons.213.nu.7.* ibi *Claud.in add.ad litt.E. Caball.resol.crim. tom.1. cas.193. num.2. Farinac.cons.196. nu.13.vol.3. Menoch.d. quæst.89. nu.13. vers. declaratur,* & alios adducit pro hac opinione idem *Farinac. d.quæst.37. nu.28.* & licèt magna sit authoritas *Gramat.* in Regno nostro, nihilominus prima opinio, aliquibus videtur æquior; vndè eatenus procedi posse, affirmant, ad torturam ex processu informatiuo ex dicto vnius testis, quatenus dictus testis esset cognitus, & idoneus, & Iudex teneatur se informare de qualitate, & conditione testium, *Bald.in l.1. ff.de magistr.*

Digitized by Google

magiſtratu conueniend. Crot. in tract. de teſtib. num. 4. *Paris de Puteo in tract. de ſindicat. verſ. Iudex, anſi Iudex, Caraba de prehemin. M.C. nu.* 50. *&* 54. & huic opinioni adheret in materia noſtra, *Mauſon. de contrab. quæſt.* 11. *nu.* 13. qui limitat
24 primam opinionem, quando eſſet teſtis de viſu *nu.* 16. *Ciazz. diſcept.* 2. *num.* 37. *Danz. ad Gram. dict. deciſ.* 34. *num.* 3. *in fine.*

25 In hoc autem opinionum certamine, vt meritò veram conſtituam ſententiam, eſt inſpiciendum, quid ius commune præſcripſit, & quid ius municipale immutauit. De iure autem communi, poteſt reus torqueri in delictis grauibus ex proceſſu informatiuo, vt multis DD. adductis fatentur *Reg. Tap. ius Reg. part.* 2. *ſuper capit. Regn. ſi cum ſceleratis fol.* 270. *num.* 7. *Reg. Merlin. par.* 2. *controu.*
26 *cap.* 33. *nu.* 11. licèt teſtes de indicijs deponentes, non ſint omni exceptione maiores, quia hoc requiritur quòad punitionem, non verò quòad torturam, dum. modò veriſimilia teſtes deponerent, *Gram. d. deciſ.* 34. *nu.* 51. *Maſcard. de pro-*
27 *bat. concl.* 896. *nu.* 14. ſiquidem in hoc caſu defenſiones non tolluntur reo, vt dixit *Affl. deciſ.* 381. *in princ. & Burgeus de mod. proceden. ex abrupt. cent.* 1, *quæſt.* 13. *nu.* 9. ſed tantùm differuntur; nàm poſt torturam illatam, ſi reus confitetur vel non, ſemper ei datur terminus ad defendendum, vndè ex tortura mutatur tantùm modus procedendi, vt *ex Ant. de Bald.* & alijs fundat *Reg. Merlin. contr. lib.* 2. *cap.* 33. *nu.* 27. *&* 28. vbi refert, ità deciſum per Collaterale Conſilium, & ità practicari teſtatur *Reg. Rouit. in prag.* 2. *de bon. proditor. nu.* 30. 38. *&* 39.
28 De iure autem Regni habemus capitulum Regni, *ſi cum ſceleratis*; cuius ſunt verba: *Tu ſolus contrà quemlibet notatos, ſeù denũciatos, quod ſint diſrobatores ſtratarum, homicidæ, fures, latrones inſignes, vel aliorum grauaminum labefactos infamia, vel quomodolibet venientes occaſione grauorum criminum generaliter, vel ſpecialiter, ſicut in promptu de eorũ criminibus tibi conſtiterit per aliqua indicia, vocem, ſeù famam publicam, vel aliquos teſtes, parte non vocata, aut eorum appellationibus, ſeù defenſionibus non admiſſis iuxtà tuum arbitrium, ſic in promptu ad ſciendum de ipſis criminibus veritatem eorum complices, & fautores eos, prout tibi videbitur ſubycere valeas quæſtioni.*
29 Ex quibus verbis *Cap.* dixerunt noſtrates, plura requiri ad hoc, vt poſſit ad torturam procedi ex proceſſu informatiuo, nempè grauitatem delicti, vrgentiam indiciorum, & qualitatem perſonæ, *Affl. deciſ.* 391. *n.* 10. *Præſ. de Franch. deciſ.* 243. *nu.* 20. *Reg. Tap. deciſ. S.C.* 22. *nu.* 2. ni-
30 hilominus in practica ſeruatur contrarium, vt duo tantùm requirantur, nempè grauitas delicti, & vrgentia indiciorum, ità affirmant *Baiard. ad Clar. quæſt.* 64. *num.* 88. *Grandis de bello exulum fol.* 23. *nu.* 13. *Burgeus de mod. procedend. ex abrupto quæſt.* 64. *nu.* 14. *Amendol. Viſcent. &* Ricc. *in add. ad Præſ. de Franch. d. deciſ.* 143. *&* *Reg. Tap. d. deciſ.* 22. *nu.* 3. ſe remittit ad dicta *per Præſ. de Franch. qui in d. deciſ.* 143. *nu.* 2. inquit, quòd hodiè practicatur capitulum Regni, *ſi cum ſceleratis*, non adhibitis alijs requiſitis, nec circumſtantijs, niſi duobus, nempè grauitas delicti, & vrgentia indiciorum; & hic eſt verus ſenſus verborum dicti capituli, quę ſunt remiſſiuè ad arbitrium Iudicis; ibi, *Sicut in promptu de eorum criminibus tibi conſtiterit per aliqua indicia, vocem, ſeù famam publicam, vel aliquos teſtes*, & inferiùs ibi, *iuxtà tuum arbitrium &c.* Et iuxtà hanc opinionem fuit deciſum per Regiam Iunctam, particulariter deſignatã, in qua agitata cauſa inquiſitionis contrà N. cuius nomen honeſtatis cauſa prętereo, & diſcuſſo articulo coram Excell. Domino Comite de Pegneranda, tùnc
31 Prorege, fuit deciſum, quod torqueatur ex proceſſu informatiuo, duobus tamen requiſitis concurrentibus, nempè grauitate delicti, & vrgentia indiciorum; verùm indè propoſitis aliquibus nullitatibus aduerſus decretum torturæ, me exiſtente Commiſſario, peculiari reſcripto dicti Excellentiſsimi Domini Prorẽgis, fuerunt DD. iudicantes in paritate ſuffragiorum: datis adiunctis, fuit pronunciatum, quaſdam nullitates obſtare penès Gregorium Ferrarium Act.
32 Prætereà rei delinquentis examen, aut interrogatio expleri debet coram Iudice pro Tribunali; ità vt confeſſio criminis, quæ indè oritur, ſufficiens ſit ad condemnandum, nàm alioquin ad torturam ſolum-

Digitized by Google

lummodò iudicium gereret, *Foller.par.1. tertiæ partis rub.& si confitebuntur nu.7. & 60. Boer.decis.90.nu.8. Iul.Clar.quæst. 21. vers.sed hic cadit pulchra quæstio, & quæst.55. vers.item potest, Farinac. pract. crim. tit.de reo confesso, & conuicto quæst. 81. cap.1. nu.50. cum trib.seqq. Danza de pugn.DD.tom.3.tit.de confess. cap.4.nu.2. cum plurib. seqq.* & ità decisum testatur *Ricc.decis.318 par.4.*

33 Hinc praxis inoleuit, confessiones Rei à Scriba causæ receptas, vel etiam à Iudice causę Commissario, ratificari coram tota M. C. pro Tribunali sedente. Sed ex speciali rescripto Excell. Domini Pro. regis satis est confiteri delictũ extractionis, coram Dño Commissario eiusdem Regiæ Iunctæ; nec alia ratificatio coram dicta Regia Iuncta requiritur, quod fuit præscriptum ob celerem expeditionem causarum, cum iusdicẽtes in Regia Iuncta, non sic faciliter coadunantur. Probatur autem, confessionem coram Iudice fuisse factam, si in actis dicatur, facta coram Iudice, *Reg.Sanfel.decis.231.nu.8.*

34 Quinimò si Commissarius Regiæ Iunctæ committeret Actuario ipsius, vt recipiat aliquam depositionem principalis, vel testium, adhuc valet depositio, & diceretur iudicialis, & ex ea potest reus condemnari, *Farinac.pract.crim. tit.de reo confess.& conuict.quæst.81.cap.1.n.48. Danz.de pugn. DD. c.14. verb.amplia, vt confessio*: nisi sit reuocata, *Foller. pract. crim. 3. par. tertiæ partis, rub. & si confitebuntur nu.8.*

35 Animaduertendum est autem, quod vt confessio inquisiti valeat, debent præcedere indicia delicti, aliàs confessio futilis redditur, *l.1. §. Diuus Seuerus, ff.de quæstion. Farinac. pract. crimin.tit.de reo confess. & conuict. quæst.83. nu.1. Foller. pract. crim. rub. & si confitebuntur nu.1. Guazzin.ad defens.reor.defens.32. cap.31. nu.1.* & in materia contrabannorum notauit *Mauson. quæst.13. nu.21. & quæst.4.*

36 *nu.3. vsq; ad 7.* Etiam si confessio sit facta in tortura, & millies ratificata sit, nàm adhùc nunquam præiudicat confitenti, *Farinac. de reo confesso quæst.37. nu. 110. Boer.decis.90.nu.10. Episc.Ricc.decis.186. nu.2. par.1. & decis.81. nu.1.par.4. Cons. Paschal.de Patr.potest. par.3.cap.1.nu.45. Gomes.var.lib.3.cap.35.n.25. Gram.vot.6.*

37 *nu.8.* Neque nocet alijs nominatis per dictum confitentem *Farinac. de indic. & tortur. quæst.43. nu.193. & de reo confesso quæst.83. nu.8. Gram.cons.crim.21.nu.18. Guazzin. defens.32. cap. 31. nu.9. Scialoa in prax.torquen.reos c.3. nu.21. Mascard. de probat.concl.153.* latè *Caualc.de bracc. Reg. par.3.nu.123.*

Ratio est, quia non permittitur Iudici

39 procedere ad Rei examen, nisi legitima præcedant indicia, dùm alioquin viderẽtur extorqueri confessiones de ore Reorum, & arma de domo Rei sumi non possunt, vt inquit *Boss.tit.de exam.reor.nu.6. relat. per Chartar.in prax.interrogandor. reor.lib.1.cap.2. nu.2.3.4.5.* & melius *in Methodo processus informatiui lib.3. c.13.*

39 *nu.118.* imò dicto casu, nèc reus tenetur interrogatorijs à Iudice factis respondere ex *Diuo.Thom.2.2. quæst.69.art.2.*

40 Hoc autem fallit, existente quærela partis offensæ, concurrentibus adminiculis, *Bart.& DD.in l. Diuus, & in l. maritus, ff.de quæst. Caualc.de bracch.Reg.par.3. nu. 188. in princ. vers.fallit*, vel si Iudex

41 sciat in sua conscientia secundum iura informata, per aliquas probationes verisimiles, verè hunc confessum deliquisse idem *Caualc.par.3. nu.183.*

42 Completo examine, dantur reo defensiones, quæ nec denegari queunt, licèt fuerit confessus, & conuictus, ità *tex.in l. disertorem, §. si ad idem, ff. de re milit. Farinac. de indic. quæst.39. num.32. vers. ampliatur decimo*, vbi sic *ex Salycet. in l. 2. post nu.7. C.de custod.reor. & Angel. in verb.qui Iudex*, in toto mundo ità seruari

43 testatur, & melius *n.35.* ac etiam reo non petenti, conceditur terminus ad se defendendum, & monitur quoque ad allegandum, quidquid aduersus suam confessionem voluerit, & valuerit, ità reiecta opinione *Boss.* sic obseruari testatur *Clar. d. quæst.39.vers.est igitur, Farinac.de indic.quæst.39.nu.47.*

44 Pendente termino ad defendendum, reo impartito, ponitur ipsemet Reus in fortijs existens, ad largam, vt valeat cum Aduocato, & Procuratore se consulere, ità *tex.in l.vnius, §.cognituru, ff.de quæst. Farinac.de indic.quæst.29.nu.13. Mauson. de contrabann.quæst.14.nu.4.& 5.*

45 Eidemque reo datur quoq; copia repertorum, dummodò ipse, vel ipsius no-

Digitized by Google

mine procurator specialiter constitutus declarauerit habere testes Regij fisci pro
46 legitimè citatis, iuratis, & repetitis; solet tamen addi in huiusmodi declaratione non dumtaxat clausula *saluo iure repulsæ*, sed etiam quædam reseruatio, nempè præter testes absentes, & mortuos: hęc autem declaratio cum dicta reseruatione concepta non admittitur, sed reseruatio prædicta tãquam præiudicialis reijcitur, ità *Baiard. ad Clar.* sic seruari affirmans *quæst.* 49. *nu.* 34. 35. *&* 36. vt *post Foller.* concludit *Carthar. in prax. interrog. reor. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 56. *vers. & decernit*, hic idem mos modò seruatur.

47 Verùm si reus noluerit declarare habere testes fisci pro repetitis, tùnc enim obligatur fiscus testes illos repetere, parte citata, *Capyc. decis.* 54. *Vulpell. cons.* 68. *nu.* 7. *Foller. in prax. crimin. verb. detur copia capitulorum num.* 5. *Baiard. ad Clar.*
48 *quæst.* 49. *nu.* 32. nisi testes sint iurati in faciem inquisiti, vel antè repetitionem obierint; tùnc satis est, vt loco repetitionis legatur reo dictum eiusdem testimonij defuncti, *Clar.* §. *fin. quæst.* 25. *vers. cæterum, Castrens. in l. fin. C. de testib. Mil. leu. pract. fol.* 84. *nu.* 17. sed in hoc contrarium affirmat *Caualc. de offic. iudic. circà testes par.* 5. *nu.* 212. dicens, vt eatenus
49 depositiones testium, qui morte præuenti non fuerint repetiti, vrgerent contrà reum, quando in contumaciam proceditur, & ad hoc glomerat idem *Caualcan. Sforz. Odd.* quem adducit *Baiard. ad Clar.*
50 *quæst.* 44. *sub nu.* 28. Hoc autem aduersus cõtumacem exploratum est etiam à Regijs Sanctionibus; vt scilicèt testes examinati in processu informatiuo ob vitæ interitum, indè sequutum, faciant fidem absque repetitione, proùt si essent legitimè repetiti, *pragm.* 10. §. 83. *de offic. iudic.* quemadmodùm idem cautum est contrà
51 reum confessum, vt non requiratur testium repetitio, sed eo casu datur terminus aduersus confessionem, vt *in d. prag.* 10. §. 51. *de offic. iudic.*

52 In repetitione autem, si testis negauerit primam depositionem, vel suum dictum; tùnc torturæ subijcitur, & quod ratum dixerit in tortura, attenditur, ità *Clar. in* §. *final. quæst.* 54. *vers.* 1. *Boss.* latè *in tit. de tortur. testium nu.* 19. *cum seqq. Bald. in l.* 3. *C. de adulter. & in l. fin. C. de quæstion. Pract. Papiniens. in forma oppos. contra testes, gl. ac etiam Caualcan. de bracch. Reg. in tit. de probat. testium par.* 4. *nu.* 148. vbi etiam aduertit *nu.* 149. quod
53 in hoc casu non requiritur citatio partis, quando testis est examinandus in tormentis ad effectum, vt firmet, quæ nàm ex duabus depositionibus sit vera, & statur secundo dicto in tormentis.

54 Solet etiam Iudex, quando reus negat delictum, & eius depositio aduersatur directo contrà dictum testis, vt veritas magis fulgeat, facere confrontationem Rei, & testium; & si plures sint testes, singuli separatim confrontandi sunt, argumento *legis vnicæ*, §. *sed cum triplici in princip. C. de caduc. tollend. Caualcan. de bracch. Reg. in tit. de offic. iudic. circà testes part.* 5. *nu.* 209. *&* 214. vbi laudat con-
55 frontationem fieri plurimum, sicuti plurimum est necessaria, & pariter si testis sit talis condictionis, vt non admittatur sinè tortura, adhùc in repetitione, & confrontatione tortura adhibenda est *per Clar. quæst.* 45. *vers. cæterum, Farinac. de testib. quæst.* 66. *nu.* 355. & inquit *Caualc. de offic. iudic. circà testes par.* 5. *nu.* 214. *per tot.* 216.

56 Non enim admittitur in causis criminalibus nominatio testium in partibus, nec ipso Reo expetente possunt testes ad defensam examinari extrà locum iudicij, quod de iure communi patet *ex l. Iudices, & in auth. apud loquentissimum C. de fid. instrùm. Lancell. contrad. de offic. præter. lib.* 1. *c.* 9. §. 2. *tit. de capt. nu.* 18. *Triuis. decis. Venet.* 62. *nu.* 17. *lib.* 2. sequitur hoc ius Regni nostri, vt *in const. Regni in pe-*
57 *cuniarijs*; ibi, *testes in Curia nostra præcipimus præsentari*, & *in ritu* 141. 156. *&* 157. & hanc sententiam sequuntur *Affl. in d. const. in pecuniarijs n.* 13. *Foller. in pract. crim. rub. & facta litis contestatione nu.* 7. *& in fragmentis nu.* 99. *Capyc. decis.* 90. *Viu. comm. opinion. opinion.* 927. *Clar. in* §. *fin. quæst.* 26. *nu.* 3. *Reg. de Marin. ad decis. Reg. Reuert.* 542. *Thor. in comp. decis. in verb. audientia testium*, qui
58 ampliat etiã in articulo Clericatus, quãdo probatio facienda esset per testes, in causa criminali, vt fuit decisum per S.C. sub die 6. Martij 1643. ad relationem Consiliarij Gamboa in causa Cæsaris Magi; de qua decisione meminit idem

Thor.

Digitized by Google

Thor. in suppl. comp. decis. in verb. nominatio testium, & Iudex D. Carol. Petra super ritu 156. nu. 1. in fin.

59 Idemque obseruamus in Regia Iuncta Contrabannorum, & nuper in causa inquisitionis cõtrà Dñum Principem Mesapię, qui declarauit testes habere in Prouincia Litij, vbi contrabanna patrata dicebantur, & efflagitauit audientiam cõmitti, tamen pronunciauimus, vt producat testes in Ciuitate infrà dies 20. in præsenti anno 1668. penès Prosperum de Laurentijs Act.

Verùm si testes essent senes, & valitu-
60 dinarij, & honestæ mulieres, quæ personæ non possent facilius ad Curiam accedere; tùnc restringitur hæc cõclusio, & ità declarant *dicti ritus* 141. melius *rit.* 156. & sequuntur *Foller. loc. cit. nu. 7. Vin. dicta opin. 928. n. 8. Monac. ad decis. Minadois 7. n. 1. Bertazol. cons.* 136. *n. 2. vol. 1.* & tene-
61 tur pars declarare testes senes infirmos, vel aliter impeditos, sic tractat *Isern. in c. 1. n. 7 si de inuestit. inter Dom. & vassall. lis oriatur, Petra in d. rit.* 156. *nu.* 5.

62 Proùt etiam si essent personæ ægregię, quę non possent personaliter ad Curiam accedere, vt *in rit.* 142. tùnc enim accedit Iudex Cõmissarius causæ, sumptibus inquisiti ad recipiendum depositiones testium, extrà Ciuitatem, & locum iudi-
63 cij commorantiũ; quemadmodùm limitatur conclusio prædicta in testibus alterius iurisdictionis, qui reperirentur extrà Regnũ, & sic tradunt *Clar. quæst. 26. nu. 1.* sequendo doctrinam *Carau. in rit.* 157. *Borrell. summ. decis. par. 1. tit. de testib. nu. 56. & cons. 21. num. 11. Io: Bapt. Spata cons. 77. nu. 1. Vestius in pract. Rom. Curiæ lib. 6. cap. 2. nu. 12. D. Carol. Petra d. rit. 157. num. 3.*

64 Potest etiam, fisco non contradicente, vel ipso fisco instante, committi audientia testium extrà locum iudicij, vt probant *Clar. §. fin. quæst. 45. num. 13. Io: Grand. de bell. exul. special. 78. Borrell. summ. decis. par. 2. tit. de testib. nu. 62.*

65 Et insuper in Reg. Iuncta Contrabannorum obseruamus ad instantiam inquisiti, & carcerati pauperis, qui vires, & substantiam non habet, vt testes accedere faciat ad hanc Ciuitatem, pro suis defensionibus; nàm committimus audientiam testium Regiæ Audientiæ, vt cum interuentu fisci patroni eiusdem Tribunalis procedat ad receptionem testium ad defensionem dicti Rei pauperis.

66 Quinimò potest fiscus non dùmtaxat interesse in actu, quo examinantur testes ad defensam Rei, sed etiam eisdem testibus interrogatoria dare, quibus respondere obligantur, ità *prag. 4. nu. 1. de offic. Magistr. Iustitiar. & prag. 39. nu. 9. & §. 5. eod. tit.* quodque etiam in causis appel-
67 lationum in S.C. vertentibus locum obtinet, *pragm. 4. §. 5. cit. tit.* & etiam fiscus
68 interuenire debet in tortura reorum; quamuis alijs pręter Iudicem vetitum sit, vt *in prag. 39. nu. 7. cit. tit.* & insuper eis-
69 dem reis in tormentis existentibus potest interrogatoria dare, vt *in prag. 32. eod. tit. de offic. Magistr. Iustitiar.*

70 Amplius articuli inquisiti nõ recipiuntur, nisi fuerint priùs fisco ostensi, ità habetur *in pragm. 39. num. 7. cit. tit.* fiscus
71 enim in omnibus semper audiendus est, vt in citata *pragm. 39. nu. 7. cit. tit.* & in
72 cunctis rebus interuenire debet, vbi agitur de damno Regio etiam ratione pœnæ, vt *in pragm. 20. §. 2. & 5. eod. tit. de offic. Magist. Iustitiar.* imò fiscus etiam in
73 causis recusationum audiri debet, ac interuenire valet tempore examinis testiũ, ad recusandum iudicem productorũ, ip-
74 sosque testes interrogare queit, proùt obseruatum fuit per Regiam Cameram, & hoc pariter decreuit Reg. Iuncta contrà fraudes aduersus Arrendamentum vini, in mense Nouembris 1666. referente Domino Consiliario Ioanne Baptista Hodierna eximio Iureconsulto, acta sunt penès Leonardum de Viuo Act. Mag.

75 Hinc est, quod fisco, & accusatori non datur repulsa contrà testes productos per inquisitum, dùm tempore receptionis
76 idem fiscus dat interrogatoria; & Iudex quoque eosdem interrogat de eorum qualitate, ità *Paris de Puteo de sindic. in verb. inquisitio cap. 2. nu. 1. vers. ità videbatur, Rouit. super prag. 11. de ord. iudic. nu. 21. & in prag. 5. de recept. malefic. Foller. in pract. tit. recipiantur defensiones nu. 32. Borrell. summ. decis. par. 2. tit. 15.*

77 Verùm facta publicatione processus, datur Reo expentenți terminum super repulsa testium examinatorum per fiscum, vt habetur *in rit. M.C. 73. & pragm. 11. de ord. iudic.* quorum dispositio etiam in-

Digitized by Google

criminalibus locum obtinet, quamquam *Paris de Puteo* contrarium, ſed malè, ſentierit, exceptis criminibus blaſphemiæ, & læſæ Maieſtatis, ſic affirmant *Carauit. d. rit.* 83. *nu.* 5. *Foller. in pract. crim. rub. concedatur repulſa num.* 4. *Marſil. conſ.* 22, *nu.* 32. *Vermigliol. conſ.* 90. *nu.* 5. *Carthar. deciſ.* 33. *nu.* 4. *Ann. ſing.* 67. *Gram. conſ. crim.* 15. *nu.* 12. *Baron. de effectib. inimicitiæ effect.* 113. *lib.* 1. *Epiſc. Ricc. deciſ.* 29. *nu.* 15. *par.* 3. *& collect.* 834.

78 Hic autem eſt animaduertendum, quod licèt aliqui dixerint, vt inimicitia adhuc præſumpta ſatis ſit ad hoc, vt teſtis repulſetur, ità *Foller. in pract. rub. concedatur repulſa num.* 9. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 28. *nu.* 6. nihilominus hac in

79 re, inimicitia capitalis expoſcitur, ità ex *tex. in l.* 3. *ff. de teſtib. Clar. in §. fin. quæſt.* 24. *nu.* 5. *verſ. item quæro, Gram. deciſ.* 34, *nu.* 26. *& deciſ.* 86. *nu.* 6. *Carauit. rit.* 73. *nu.* 5. *Io: Grand. de bello exul. in prædicamento de ſubſtantia quæſt.* 3. *n.* 9. vbi *Thor.*

80 *in add. fol.* 5. idemq; refert deciſum *Mainard. quæſt.* 83. *nu.* 3. vndè inimicitia procurata teſtimonium nõ repellit, *Creſcent.*

81 *deciſ.* 3. *de teſtib.* quemadmodùm ſi fuerit ſequuta reconciliatio, *Faber in tit. C. de teſtib. deff.* 22. *Ricc. collect.* 453. *Campagn. in cap. Regn. vulgaris nu.* 19.

Inſtructo denique proceſſu, & citato Reo ad dicẽdum ſuper expeditione cauſæ, profertur ſententia, qua vel abſoluitur, vel condemnatur inquiſitus; proùt res, & iuſtitia expoſtulant, & condemnatio, quando ſequi contingit, continet pœnas à Regijs Sanctionibus præſcriptas.

82 In extractione autem frumenti, aliarumque rerum, & ſi vltimum ſupplicium irrogetur per Reg. Pragmaticas, tamen nullatenus Reis impoſuimus; eoſque extraordinaria, vel remigationis contrà humiles, aut relegationis aduerſus nobiles mulctauimus, ſicque indifferenter obſeruatur; imò idemque ab anteceſſoribus obſeruatum comperitur; qua de re potiùs ad terrorem dijudicatur, huiuſmodi pœnam mortis à Regijs Sanctionibus aduerſus tales extrahentes fuiſſe indictã; quodque ità ex decretis, quæ ſequuntur, ſuadetur, etenim in cauſa Pauli Pepe Regia Iuncta ſub die 15. Decẽbris 1657. ità pronunciauit, proùt retulimus *in* §. 6. & non piget hic ad ornatum huius materiæ illud decretum recolere.

83 *In cauſa Regij fiſci cum Paulo Pepi Florentino inquiſito, & carcerato de contra. hanno tũmulorum tritici ſeptem mille, & quinquaginta ſex à maritima Baruli per extra* Regnum, *& falſitate, vt in actis, &c.*

Die 15. *menſis Decembris* 1657. *Neap. Facta relatione in* Regia Iuncta *per Dominum* Regium Conſiliarium *Franciſcum* Rocco Commiſſarium. *Per* Regiam Iunctam *eiuſque Spectabilem, & Dominos Iudices per S. E. delegatos, prouiſum, & decretum eſt, quod ſupradictus Paulus Pepi, vt ſupra inquiſitus, & carceratus pro cauſis pradictis relegetur in Inſulam, declarandam per S. E. per decennium, & condemnetur ad ſoluendum ad beneficium* Regia Curiæ *pœnam dupli pretij frumenti extracti, ad directum tracta ipſius, & ad medietatem impoſitionis ducatorum quinque pro centenario, hoc ſuum, &c. Vlloa* Reg. *Anellus Portius, Franciſcus* Roccus, *D. Ioannes Vallenilla de Ysla, Vidit Aſcanius* Raetanus *fiſcus, Proſper de Laurentijs Act.*

Et deindè Excellentiſſimus Comes Caſtrilli, tùnc Regni claues tenens, declarauit Inſulã Orani, in qua relegationem Reus pati deberet, & conſtat ex ſuo

84 peculiari diplomate, directo dicto Domino D. Felici Lanzina, y Vlloa Regiam Cancellariam Regenti à laterè Conſiliario, modò meritiſſimo, & digniſſimo Præſidi S. C. viceque Prothonotario, nunquam ſatis laudato, cuius ſummi muneris poſſeſſionem ſatis noſtro, reliquiſuè collegijs hilari animo, ac magno omnium applauſu, & maxima lętitia fuit aſſequtus die 13. Septembris 1668. tenor dicti dipplomatis eſt.

El Conde mi Señor hà reſuelto, que la

85 *Ysla, donde ha de tener execucion la ſentencia, que per eſſa Iunta ſe ha dado en la cauſa contra Paulo Pepi, ſea Oran, y aſſi me manda de auiſarlo à V. S. para noticia de la Iunta, y que por ella ſe execute lo conueniente, en cumplimiento deſta reſolucion, guarde Dios à V. S. Palacio à* 11. *de Hennero* 1657 *D. Iuan de Subica, el Sign.* Regente *D. Felix. de Vlloa.*

86 Idemque fuit practicatum in extractione ſericorum, in qua per Regiam pragmaticam adhùc fuit præſcripta pœna vltimi ſupplicij, contrà magiſtrum nauis,

uis, vel cimbæ extrahentem ſerica; ni. hilominus nil refragante inſtantia Regij fiſci, quod magiſter nauis puniatur dicta pœna; Regia Iuncta, me referente, ſub die 13. Maij 1665. in cauſa Bartoli Bonica, & in altera Ioan: Mariæ Cambarini ſub die 18. Auguſti 1666. nauis magiſtros condemnauit ad pœnam Triremium; & idem in cauſa Stephani Fragone magiſtri nauis pro extractione frumenti practicauit Regia Iuncta ſub die 12. Aprilis 1668. vt ex ſeqq. decretis.

87 *In cauſa Regij fiſci cum Patrono Bartolo Bonica, Didaco, & Dominico Reſtuccio, & Antonio, aliàs Antonino Payano eius nautis de Lipari, inquiſitis, & carceratis de extractione ballarum viginti ſeptem ſericorum, quælibet, librarum biſcentum quinquaginta in circa à maritima Fuſcaldi per extrà Regnum in contrabannum, & truffa, ſeù furto, quatuor ex dictis ballis ſericorum ad ſummam librarum mille in circa, reſpectu dicti Bartoli, vt ex actis penès ſubſcriptum Actuarium.*

Die 13. menſis Maij 1665. Neapoli, facta relatione in Regia Iuncta *per Dominum* Regium Conſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum, *eiuſque Spectabilem, & Dominos Iudices per S.E. Delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod ſupradictus Patronus Bartolus Bonica pro cauſis prædictis remiget, & remigando perſonaliter ſeruiat in* Regijs Triremibus *per annos decem continuos, & ſupradicti Dominicus, & Didacus* Reſtuccio, *& Antonius, aliàs Antoninus Payanus nautæ ſimiliter remigent in* Regijs Triremibus *per annos quinque continuos, hoc ſuum, &c. D. Antonio Iuan de Centellas, D. Blaſ. de Boliaga, Franciſcus* Roccus, *D. Didacus de Vlloa, D. Pedro Valero, Proſper de Laurentijs Act.*

88 *In cauſa* Regij *fiſci cum Patrono Stephano Fragone, Ioanne Baptiſta Cozaccia, Ioanne Baptiſta Monteſinale, Ioanne Franciſco Aſti, Angelo Codicciola, Sylueſtro* Rauenna, *Simone* Rauenna, *Nicolao* Rauenna, *Ioanne Badolacco, Antonio Begazi, Dominico Cicala, & Auguſtino Merro Ianuenſibus, inquiſitis, & carceratis in carceribus Ciuitatis* Regij, *de interceptu eorum Tartanæ cum oneratione facta in ea per extrà* Regnum *in contrabannum tumulorum bis mille quincentum quadraginta trium tritici, olei, caſei, fabarum, aliorumque bonorum in maritima Bradani Territorij terræ Genoſæ, ſub expeditione tummulorum bismille, biscentum tritici tantùm, vt ex actis.*

Die 12. menſis Aprilis 1668. Neapoli, facta relatione in Regia Iuncta per Dominum Regium Conſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum per S.E. delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod ſupradictus Patronus Stephanus Fragone, vt ſupra inquiſitus, & carceratus remiget, & remigando perſonaliter ſeruiat in Regijs Triremibus per annos ſeptem, & ſupradicti eius nautæ liberentur in forma cum iuratoria cautione, hoc ſuum, &c. D. Melchior de Nauarra, Marchio Criſpani, Franciſcus Roccus, D. Thomas Carauita, D. Petro Valero, D. Manuel Aluarez de la Eſcalera, Vidit Fiſcus, Proſper de Laurentijs Act.

89 *In cauſa Regij fiſci cum Patrono Ioanne Maria Gambarino, Ioanne Antonio Carcagno, Franciſco Biſtoſi, Lazaro Macciarello, Auguſtino Morſeo, & Thoma Garibiz Ianuenſibus inquiſitis, & carceratis de intercepto nonnullarum quantitatum ſerici, oneratarum in maritima Scillæ, per extra Regnum in contrabannum, vt ex actis in Regia Iuncta, penès ſubſcriptum Actuarium.*

Die 18. menſis Auguſti 1666. Neapoli, facto verbo in Regia Iuncta per Dominum Regium Conſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum per S.E. delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod ſupradicti Patroni Ioannes Maria Gambarino, Ioannes Antonius Carcagno, Franciſcus Biſtaſi, Lazarus Macciarello, & Auguſtinus Morſeo remigent, & remigando perſonaliter ſeruiant in Regijs Triremibus, vz. dictus Patronus Ioannes Gambarino per annos decem, & ſupradicti Ioannes Antonius, Franciſcus, Lazarus, & Auguſtinus per annos quinque per quemlibet, & reſpectu ſupradicti Thomæ Garibiz, ſuſpenſo decreto defenſionum ei datarum, excarceretur, & deleatur titulus, hoc ſuum, &c. D. Antonio Iuan de Centellas, Marchio Criſpani, Franciſcus Roccus, D. Thomas Carauita, D. Petro Valero, D. Ma-

Digitized by Google

M. Manuel Aluarez de la Escalera, Vidit Fiscus, Prosper de Laurentijs Act.

His præhabitis altera, & secunda inspectio, vtpotè reo reperto infraganti, merces cõtrà deuetum extrahente, quam proposuimus differere, conuenit examinari.

90 Qua in re certamen non inutile inter DD. dignoscitur, nunquid reo, infraganti comperto, defensiones competant?

91 Aliqui affirmant, ità *Monticell. reg. crimin. 14. nu. 22. vers. deindè, & ex Car. thar. & Clar.* concludit *Farinac. in prax. crim. quæst. 21. nu. 143. Tort. ad stat. Pap. cap. 4. nu. 9. vers. an autem, Mauson. qu. est. 5. de contraban.* subdens, hoc præcipuum esse, si testes non sint integræ fidei, & opinionis.

92 Alij autem negant, ità *Bald. in l. vt vim nu. 2. ff. de iustit: & iur. Gram. decis. 36. nu. 5. Puteus de sindicat. in verb. condemnatio, §. an potestas, Foller. in pract. crimin. verb. idem quod fuit repertus in fraganti crimine nu. 142. & 143.* dummodò infraganti repertus, confessus, & conuictus sit per testes idoneos, vel quando reus nullas potest excipere defensiones; nàm si comprehendatur in loco, vbi potest dari locus pœnitentiæ, à termino defensionum non potest reus exui, ità *Mauson. de contrab. quæst. 14. nu. 29. cum seqq.*

Sed quodlibet certamen in hac distinctione remouetur, attenta dispositione capituli Regni Regis Caroli Primi incip. *illorum fraudibus*, vbi duo casus propo-
93 nuntur, & indè deciduntur. Alter est, quando inuenta est nauis mercibus onerata, nullis obtentis expeditionibus. Secundus, quando obtenta est licentia, sed maior quantitas est onerata. In primo casu tàm nauis, quàm merces applican-
94 tur fisco; In secundo casu non proceditur de facto, sed capta informatione, prouidetur de iustitia, super declaratione intercepti.

95 Ratio disparitatis est, quia potest dari casus, vt mercatores onerauerint maiorem quantitem, quæ in apodissa continetur, inscio Domino nauis, qui in hoc nequaquam deliquerit, quo casu nauis est ei restituenda, *ex l. cotem ferro, §. Dominus, ff. de public. & vectigal.* quod secus
96 esset, si fraudis in mercium oneratione Dominus nauis conscius esset, vt aduertit idem Re *g. de Marin. in add. ad dictam decis. 701. to. 2. decis.* Reg. Reuert. *fol. 965.* Sed ad intellectum *dictæ l. cotem ferro*, & alia, ad rem congruentia, nonnulla expendimus *in* §. 2. & 3.

97 Stylus autem versatus in Reg. C. in huiusmodi causis decernendis est, nàm reperto extrahente in itinere infraganti cum rebus asportare prohibitis absque licentia, seù debitis expeditionibus, & capta naui, vel animalibus, merces deferentibus, proceditur ad declarationem intercepti, & ad venditionem bonorum, & pretium applicatur Regio fisco, præcedente solummodò citatione ad dicendum causam, quarè non debent declarari intercepta, procul omni alia causæ cognitione, vt patet ex decreto Regiæ Cameræ, interposito sub die 4. Iunij 1658. ad relationem tunc Præsidentis de Marinis, indè Regentis Regiam Cancellariã, quod decretum ipse Typis tradidit *in 2. par. decis.* Reg. Reuert. *fol. 964. decr. 701.* videlicet.

Die 4. Iunij 1658.

98 *In causa Regij fisci cum Angelo Migliaccio, & alijs, inquisitis de tẽtata extractione doleorum vini 35. à maritima Lacchi pertinentiarum Ischiæ per extrà Regnum, cepto itinere, nulla extrahendi licentia obtenta, absque debitis expeditionibus, citatis dictis inquisitis, & carceratis ad dicendum causam, quarè non debeant dicta dolia vini, & Tartana, super qua onerata erant, declarari intercepta; sic instante Regio fisco, & absque alia causæ cognitione procedi deberet ad venditionem dictæ Tartanæ, & vini, prout in actis, &c.*

Facta relatione &c. fuit per Regiam Cameram consensu prouisum, quod procedatur ad venditionem vini, & Tartanæ, & pretium incorporetur ad beneficium Regiæ Curiæ, & Partitarij iuxtà capitulationem; & nihilominus inquisiti, & carcerati reducantur in prouisionẽ, & Angelus Migliaccius citetur ad informandum, & capiatur.

Nihilominus ex tenore præfati decreti liquidò constat, eatenus ad interceptũ declarandum præcessisse citationem ad dicendum causam quarè non debent intercepta declarari; quatenus extrahentes non erant confessi, vt liquent verba eiusdem decreti: ibi, *& carcerati reducantur*

Digitized by Google

99 *tur in prouisionẽ*, quod fuit præscriptum, eo quia non erant examinati ; vndè obseruantia, quæ in Regia Iuncta Contrabannorum viget in huiusmodi causis terminandis, est, nàm reperta naue mercibus onusta, iter agente absque debitis expeditionibus,& deprehensis extrahentibus, illisque conuictis, & confessis, declaratur nauis, & bona intercepta, intermissa citatione ad dicendum causam quarè,non debent declarari intercepta; & meritò quia tali casu defensionis, vel excusationis causę non supersunt,& partes Iudicis sunt in condemnando; & ità constat ex decretis, quæ sequuntur.

In causa Regij fisci cum Dominico Fontana, Negotiante in Ciuitate Messanæ, Patrono Vincentio Campobasso, & alijs inquisitis, & carceratis de intercepto cuiusdam Tartanæ cum oneratione vini à maritima Nuceriæ Prouinciæ Calabriæ Citra per extra Regnum absque debitis expeditionibus, vt in actis.

Die 9. mensis Septembris 1665. Neap. facta relatione in Regia Iuncta per Dominum Regium Consiliarium Franciscum Rocco Commissarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum, eiusque Spectabilem, & Dominos Iudices per S. E. delegatam, visa informatione capta, & instantia Regij fisci, prouisum, & decretum est, quod declarentur intercepta vinum, Tartana, & omnia bona inuentariata, & procedatur ad illorum venditionem, & pretium applicetur Regio fisco, hoc suum,&c. D. Antonio Iuan de Centellas, D. Blas. de Boliaga, Franciscus Roccus, D. Pedro de Valero, Vidit Fiscus, D. Ioseph Filiù, Prosper de Laurentijs Act.

101 *Super intercepto librarum duodecim mille quatuorcentum septuaginta octo sericorum circiter, oneratorum in maritima Paulæ super quinque cymbis Patronorum Ioseph de Amico, Antonini de Palermo, & Dominici Moneta Ciuitatis Messanæ, Petri Pisano, & Bazzini Ciuitatis Paulæ per extrà Regnum in contrabannum, proùt ex actis,&c.*

Die 12. mensis Nouembris 1665. Neap. facta relatione in Regia Iuncta per Dominum Regium Consiliarium Franciscum Rocco Commissarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum fuit prouisum, quod declarentur serica, & alia bona inuentariata intercepta, & proindè procedatur ad illorũ venditionem, & pretium applicetur Regio fisco, solutis diricttibus Arrendamento serici Calabriæ, & fiat appretium, hoc suum,&c. D. Antonio Iuan de Centellas, Franciscus Roccus, D. Ioseph Filiù, D. Petro Valero, Vidit Fiscus, *Prosper de Laurentijs Act.*

102 *Super intercepto cuiusdam nauis, seù Pedotina Patroni Paschalis de Simone Ciuitatis Ragusij, peruenta in maritima Trani in mense Martij 1666. cum oneratione tritici, & aliarum rerum in contrabannum, vt in actis,&c.*

Die 2. mensis Iunij 1666. Neap. facto verbo in Regia Iuncta per Dominum Regium Consiliarium Franciscum Rocco Cõmissarium.

Per Regiam Iunctam Contrabannorum *fuit prouisum, quod supradicta nauis, seù Pedotina, cum eius armamentis, & mercibus in ea oneratis declarentur intercepta, & proindè procedatur ad ipsarum venditionem, præcedente appretio, & legitimis subhastationibus præcedẽtibus, & pretium applicetur* Regiæ Curiæ, *& committatur Magnifico fisci Patrono Pompeo Cuzzolino, hoc suum,&c. D. Antonio Iuan de Centellas, Marchio Crispani,* Franciscus Roccus, *D. Thomas Carauita, D. Pedro Valero, D. Ioseph* Filiù, *Vidit fiscus,* Prosper de Laurentijs Act.

Vlteriùs supereſt, vt alter disseratur casus,hodiernæ praxi satis vsusfrequens;
103 nimirùm si reus de crimine huiusmodi notatus, sit absens. hoc in casu si pœna, quam extractio exigit, sit pecuniaria, aut relegationis, siuè Triremium contrà nobiles, vel humiles personas respectiuè, tùnc citatur reus ad informandum,& re-
105 putato contumace, exigitur pœna contumaciæ, quam nos,fisci accedente consensu,in citatione indiximus iuxtà qualitatem personarum, & criminis patrati, proùt iure permittitur, vt annuunt *Reg. Capyc. Latr. decis. 17. Scialoa in prax. foriudicat. cap. 17. nu. 17.*

105 Quamobrem hoc in casu discèditur à pœna tertiæ partis bonorum mobilium, seruata forma constitutionis Regni incip. *pœnam nouem vnciarum*, & altera constitutio Regni incip. *grandis vtilitas*, quæ practicatur, quando quis est contumax in citatione ad capitula, in casu,quo

quis

Digitized by Google

quis poteſt foriudicari, vt *per Foller. in pract.crimin. in rub. accuſentur contumaciæ num.* 11. *& Marant. in ſpecul. par.* 6. *memb.*2.*nu.*25.

106 Nō autē in d.caſu poteſt Iudex ſentē-tiā foriudicationis proferre;nā quamuis per *cap. Regn. ſiuè quis* erat diſpoſitum, quod pro delictis, vbi veniret imponenda pœna mortis naturalis,deportationis, membri abſciſſionis, vel carceris perpetui, quis poſſit foriudicari, attamen in

107 Regno noſtro, quis non poteſt foriudicari, niſi pro delictis; pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis tantùm,ſic docent *Affl. in conſtit.Regn.pœnā eorum nu.*22.*Foller.in pragm.de foriudic. num.*6. *Reg.Tap. deciſ.S.C.*49. *Gizzarell. deciſ.*13. *Reg.Rouit.in rub.de ſentent foriudic. nu.*10. *&* 36. idemque tradit *Conſ. Campan.de foriudic.reſol.*13.*nu.*3.

108 Vndè ſi crimen extractionis earum rerum ſit, quæ vlciſcitur pœna mortis, proùt eſt contrà extrahentes frumentum à Regno Neapolis, vt *in prag.*20. *de extract.* contrà extrahentes monetas, vt *in prag.*16.*&* 23. *de extract. & prag.*6. §.7. *de monetis,* cōtra extrahentes argentum, & aurum, *in prag.*16. *de extract.* contrà extrahentes arma, vt *in prag.* 23. *de extract.* & contrà Officiales, permittentes extractionem equorum ſinè licentia, vt *in pragm.*8. *&* 13. *de extract.* tùnc expedita citatione ad informandum,& ad capitula;& reputatoReo contumace,elapſo termino conceſſo, qui attenta dicta *conſtitutione Regni* eſt terminus vnius anni,

109 ſed in Regia Iuncta Contrabannorum, ſeruata forma reſcripti Domini Proregis, expediti tempore erectionis Regiæ Iunctæ, eſt circulus vnius menſis; ſic ſpecialiter coarctatus, quod Principi iure

100 conuenit; nàm poteſt Princeps diſpenſare, vt infrà certum tempus delinquens poſſit foriudicari,anni circulo non expectato; *de Franch.deciſ.*213.*nu.*25. *Reg. de Pont.de poteſt.Proreg.tit.*1.§.4.*nu.*26.*cum ſeqq. Maſtrill. de indult.cap.* 30. *num.* 4. *Gizzarell.deciſ.*17. *nu.*15. *Reg.Rouit. in rub. de ſent.foriudic.nu.*6. Ideoque tran-

111 ſacto dicto termino, expeditur citatio ad foriudicandum; & indè citantur non dumtaxat Reus, ſed etiam conſanguinei ipſius, vt *in dicta conſtitutione Regni pœnam eorum*; vbi *gl. & Affl. nu.*18. *Gram. nu.*11. *Reg.Rouit.in rub. de ſent.foriudic. nu.* 2. *&* 3. *de Franch. deciſ.* 514. *&* 516. *Reg.Merlin.controu.lib.*2.*cap.*39.*Reg.San-*

112 *felic.deciſ.*225. & incuſatis debitis contumacijs, proceditur ad ſententiam foriudicationis, quæ legitur per Dominum cauſæ Commiſſarium publicè, & coram Regia Iuncta pro Tribunali ſedente.

113 Eſt enim iure prouiſum, vt contrà extrahentes res vetitas, aduerſus quos præſcripta eſt pœna mortis, poteſt procedi ad foriudicationem, vt agit *Scialoa in prax. foriudicat. rub. pro quibus delictis poſſit quis foriudicari cap.* 3. *num.* 114. & conſtat ex ſequenti decreto eiuſdem Regiæ Iunctæ.

Philippus Dei gratia Rex,&c.

Don Gaſpar de Sobremonte Regens *in Supremo Conſilio Suæ Catholicæ Maieſtatis, & Collateralis Conſilij huius* Regni, *Locumtenens* Regiæ Cameræ *Summariæ, Ioannes Baptiſta Amendola, & D.Stepha-*

114 *nus Carrillo* Regij Conſiliarij, *&* Præſidentes dictæ Regiæ Cameræ, *& Anellus Portius ſimiliter* Regius Conſiliarius, *& Proregens M.C.V. delegati per S.E. in* Regia Iuncta Contrabannorum, *fiſci Partes agente in ea Domino* Regio Conſiliario *D. Blaſio de Boliaga.*

In Dei Nomine Amen.

In cauſa Regij fiſci *cum Hiacyntho Genua Terræ Vaſti Prouinciæ Aprutij Citra, & Lutio Carolo de Mutijs Terræ Serræ, Prouinciæ Capitanatæ,inquiſitis de extractione nonnullarum quantitatum frumenti,contrà formam* Regiorum Bannorum,*vt ex actis, &c.*

Per hanc noſtram diffinitiuam foriudicationis ſententiam, viſis omnibus actis, in cauſa prædicta fabricatis contrà ſupradictos Hiacynthum Genua,& Lutium Carolum de Mutijs ſub die vigeſimo menſis Nouembris anni 1655. *cum ſequentibus, viſiſque citationibus ad informandum, & ad Capitula, expeditis, ſeruata forma delegationis, & poteſtatis, Nobis* Regenti *D. Gaſpari de Sobremonte Locumtenenti* Regiæ Cameræ Summariæ,*Ioanni Baptiſtæ Amendola, & D.Stephano Carrillo* Regijs Conſiliarijs, *& Præſidentibus dictæ* Regiæ Cameræ, *& Anello* Portio *ſimiliter* Regio Conſiliario, *& M.C.V. Proregenti ab Excellentiſſimo Domino huius* Regni Prorege *conceſſæ, ſub die octauo menſis* Februarij 1659.

Digitized by Google

1656. & 14. *Aprilis* 1657. *cum assignatione dierum quindecim, ad comparendum in locum anni, ac etiam visis relationibus, contu & macijs incusatis, contrà præfatos Hiacynthum Genuam, & Lutium Carolum de Mutijs, visis deindè citationibus ad foriudicandum, & considerata pertinacia prædictorum Hiacynthi, & Lutij Caroli inquisitorum, qui in termino eis præfixo comparere non curauerunt; ideò virtute dictæ potestatis nobis ab eodem Excellentissimo Domino concessæ, dicimus, decernimus, & declaramus, atque diffinitiuè sententiamus, supradictos Hiacynthum Genua, & Lutium Carolum de Mutijs fore, & esse pro causa prædicta foriudicandos, prout per præsentem nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam ipsos foriudicamus, & foriudicatos declaramus, & esse volumus, ità quod ex nunc in anteà pro veris foriudicatis habeantur, & nulla eis remaneat potestas in dicta causa, se ipsos defendendi, sed pro mortuis habeantur, & reputentur, & tanquam hostes publici ab omnibus impunè offendi, & occidi possint, ipsorumq; occisores præmio consequantur, declarantes prædictos Hiacynthum Genua, & Lutium Carolum de Mutijs virtute prædictarum contumaciarum, conuictos, & confessos de prædicto delicto, eorumque bona fisco Regio applicamus, seruata forma Regni Constitutionis; taliter per hanc nostram diffinitiuam foriudicationis sententiam in scriptis decernimus, proferimus, & mandamus, atque diffinitiuè sententiamus, &c. D. Gaspar de Sobremonte, Ioannes Baptista Amendola, Don Esteuan Carrillo de Salcedo, Anellus Portius, Gregorius Ferrarius Act.*

Sententia foriudicationis cõtrà Hiacynthum Genua, & Lutium Carolũ de Mutijs.

Die 18. *Octobris* 1657. *Neap. in Palatio Spectabilis Regentis D. Gasparis de Sobremonte, Locumtenentis Regiæ Cameræ Summariæ, coram eodem Spectabili Domino, ac Dominis Præsidentibus, & Consiliarijs Ioanne Baptista Amendola, & D. Stephano Carrillo, & Anello Portio Proregenti M.C.V. delegatis in Regia Iuncta, dictis Spectabile, & Dominis delegatis ad hunc actum pro Tribunali sedentibus cum interuentu Domini Regij Consiliarij Boliaghæ fisci Partes agentis, lecta, lata, & publicata fuit præsens prædicta sententia foriudicationis, præsentibus pro testibus Magnifico Rationali Francisco Vacca, Don Francisco Mugnoz, Ouidio Cilento, Ioanne de Franco, & nonnullis alijs, & ad fidem, &c. Gregorius Ferrarius Act.*

115 Vt autem huiusmodi sententia rectè interponatur, aliæ probationes non exposcuntur, nisi quæ resultant ex indicijs sufficientibus ad torturam; ex ipsis enim vnitis cum contumacia inquisiti deuenitur ad sententiam foriudicationis, vt probant *Iul. Clar. in §. fin. quæst.* 44. *vers. quæro nunquid, Natt. cons.* 594. *n.* 14. *vol.* 3. *Farinac. in pract. crim. tit. de inquisit. quæst.* 11. *nu.* 16. *vers. à quibus, Giurb. cons.* 83. *nu.* 4. *Ambrosin. de process. informatiu. lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 2. & ex nostris *Affl. in d. constit. Regn. pœnam eorum num.* 47. *Reg. Roquit. in rub. de sentent. foriudicat. nu.* 36. *Marant. cons.* 110. *nu.* 7. *Viu. decis.* 349. *Consil. Campan. de foriudic. resol.* 15. *nu.* 1. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 161. *num.* 13.

116 *cum seqq.* nàm in Regno, reus per contumaciam habetur pro confesso per *dictam constitutionem Regni pœnam eorum*, & dicta ficta confessio dicitur liquidissima probatio, vt tenet *Foller. in pract. rub. & si confitebuntur nu.* 28. *Affl. in d. constit. Regn. pœnam eorum n.* 20. *Carthar. de execut. sentent. cap.* 1. *num.* 44. & 48. *cum seq. Scialoia in prax. foriudic. c.* 4. *nu.* 2. *circà finem, vers. sed quia in Regno.*

117 Denique obseruandum est etiam, quod dietæ Commissariorum, dest natorum pro capiendis informationibus in causis criminalibus, non debent soluui ab inquisitis, & à contrauenientibus, nisi sint priùs condemnati; alioquin potest Cõmissarius deputatus puniri de extorsione, vt *in prag.* 10. §. 67. *de offic. iudic.*

118 Hodiè autem seruatur, vt si inquisiti de contrabannis fuerint composiri, adhuc tenentur ad solutionem dietarum, vt constat ex ordine Domini Proregis, emanato sub die 30. Nouembris 1628. in Cur. 3. fol. 15. de quo fit mentio in *apostilla dicti* §. 67. *eiusdem pragmaticæ*; Valet

119 etiam Dominus Prorex dispensare dictæ pragmaticæ, & eius rescripto cauere, vt dietæ soluantur per inquisitum, Commissario, pro captura informationis deputato; quod in nonnullis causis fuit obseruatum, & præcipuè sic dispositum in causa inquisitionis Domini Marchionis

Digitized by Google

Vaſti, nuper defuncti, Excellentiſſimus Comes Pegnerãda, tùnc Vicerex, iubens, vt dietæ ſoluerentur per dictum Marchionem Domino D. Frãciſco Fortezza, tunc maleficiorum Iudici, & Commiſſario pro captura informationis præfixo; nùnc Vicario Generali Villæ Madrid Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis de Aragona Archiepiſcopi Toletani, nobilitate, & doctrina magnoperè ornato; idemq; in cauſis inquiſitionis contrà D. Principem Meſſapiæ, nàm deputato pro captura informationis Domino D. Fuluio Caracciolo, Iudici M.C.V. reſcripſit Excellentiſs. Dominus Prorex, vt dietæ illi debitæ ſumptibus dicti Principis cederent, vt conſtat ex actis penès Proſperum de Laurentijs Actuar. Dictis *n.* 18. vt ſcilicet ſopita informatione reo extante in fortijs per plures vices interrogari queat, adde *Mauſ. de contrab. quæſt.* 14. *nu.* 4.

Monetæ quando, & quo in loco intercipi queant, & nùm prætextu vſus itinerantium, à commiſſo quis excuſetur?

§. XV.

SVMMARIVM.

1 *PEcuniarum extractio de iure communi eſt interdicta; ac de iure Regni, n.* 2. *exterarum autem monetarum permittitur, nu.* 4.
3 *Indultu generali non gaudent inquiſiti de extractione monetarũ auri, & argẽti.*
5 *Extrahẽtes monetas pro vſu itineris excuſantur à reatu, fraude tamen remota, & deciſum refertur per* Reg. Camerã *in extrahente vaſa argentea pro vſu, n.* 6.
7 *Gabella non ſoluitur pro bonis, cauſa vſus delatis*
8 *Aſportans monetas, ſi à Regno non exiuit, quia poterat ſe penitere, excuſatur à pœna commiſſi, & deciſio* Regia Cameræ *refertur, nu.* 9.
10 *Monetas extrahens pro vſu, quando non excuſetur à pœna commiſſi.*
11 *Statuto non dicitur contrauenire, ex parua re aſportata.*
12 *Monetæ extractio pro vſu, requirit licentiam* Regiæ Cameræ.
13 *Monetæ extractio dicitur ſtatim commiſſa, quando extrahens per Terram, fuit repertus propè confinia Regni; ſecus in extractione per mare, quia tùnc ſtatim quod fuit nauis onerata, incidunt res in commiſſum, num.* 14.
15 *Animus extrahendi attenditur.*
16 *Extrahentis animus, quomodò probetur, & Iudicis arbitrio talis probatio remittitur, nu.* 17.
18 *Extractionis monetarum animus probatur, ſi illas aſportans, erat extrà Regnũ profecturus, & ità deciſum per Regiam Cameram.*
19 *Deciſio Regia Iuncta refertur pro intercepto pecuniarum, in Inſula Procitæ captarum ſuper cimba, quæ Romam petebat.*
20 *Licentiam extrahendi tenentur ſecum deferre extrahentes, nec excuſantur, dicendo illas in Terra reliquiſſe.*
21 *Nautæ non poſſunt onerare res extrahi vetitas, niſi præcedant debita expeditiones.*

Monetæ quando, & quo in loco intercipi queant, & nùm prætextu vſus itinerantium, à commiſſo quis excuſetur?

§. XV.

ADeò leges pernicioſam æſtimauere publicæ incolumitati extra-
1 ctionem pecuniarum, nàm ius commune ſpecialiter illam interdixit, vt conſtat *ex l. cotem ferro, ff. de publican. & vectigal. l.* 2.

Digitized by Google

l.2. C. de commerc. mercator. l. 1. & 2. C. quæ res asportar. non deb. & amplius ius
2 noſtrum municipale huiuſmodi prohibi. tionem atrociſſimis pœnis emologauit, vt patet ex Regijs Sanctionibus ſupra congeſtis *in rub.* 14. Imò illæ nonnullis ſpecialibus tale ſcelus puniri decreuerunt, & inter cætera præſcripſere, vt extrahentes monetam cuiuſcumque qualitatis, & ſigni, ſinè licentia Domini Proregis, liquidò apparente in actis Regiæ Cameræ, nulla quacumque cauſa etiam neceſſaria, excuſentur à pœna amiſſionis monetarum,& ducatorum mille *in prag.* 4. *de extract.* ſancita, indè aucta in relegationem, vel remigationem, vitali ſpiritu perdurante contrà nobiles, aliaſque perſonas humiles reſpectiuè, & vlteriùs contrà exteros in pœnam confiſcationis tertiæ partis bonorum, vt *in prag.* 19. *eod. tit.* imò contrà extrahentes monetas aureas, vel argenteas, ſigno huius Regni, vel Hiſpaniæ obſignatas, in pœnã mortis naturalis fuit etiam protelata, vt *in pragm.* 23. *&* 24. *eod. tit.* quibus pœnis comprehendi prædictæ pragmaticæ ſtatuere, non ſolùm extrahentes, ſed illi quorum nomine fit extractio, ità *prag.* 4. *de extract.* & etiam conſentientes huiuſmodi crimini, nec non complices,fautores, & auxiliatores, vt *in pragm.* 19. & inſuper Officiales conſcij, qui pœnam mortis pati iuſſere,vt *in cit.prag.* 19. imò reſcripſerunt,extractionem commiſſam cenſeri,vt *in prag.* 10.*eod.tit.* ſtatim quod monetæ erunt immiſſæ in nauigijs, vel iumentis ſarcinarijs cauſa extrahẽdi; nec fraganţiam exoptant,ſed ſatis eſſe decreuerunt, extractionem probari per legitimas probationes, vt *in prag.* 14. *eod. tit. de extract.* & amplius prædictæ Regiæ Sanctiones interdixerunt, ne pecunia oneretur ſuper naui cauſa deferendi intus Regnum,ſinè licentia Domini Proregis, vt *in prag.* 10. *cit. tit.* & tandem vo-
3 luerunt,generalem abolitionẽ prædictos extrahentes non mereri, vt *in prag.* 17.*de*
4 *monet.* extractionem autem monetarum exterarum exceperunt, vt *in prag.* 23. *de extract. verſ. verum nella detta prohibitione.*

Ambigi autem ſolet, nunquid extra-
5 hentes huiuſmodi monetas, pro ſumptibus in itinere neceſſarijs, præfatis pœnis ſubijciantur?

Et videtur negatiuè reſpondendum, cum talis extractio pro commoditate itineris, & proprio itinerantium vſu,permittatur, omni tamen fraude remota, ità *Goffred.de Gaet.ſuper ritib.Reg.Cameræ in rub. de iure fundici, verſ. item prædicta inducuntur, fol.* 31. *& à ter.* ſicque ter-
6 minatum per Regiam Cameram, refert in perſona Præſidẽtis Ioannis de Forma, qui accedens ad Vrbem pro indulgentia anni Iubilei, extraxerat aliqua vaſa argentea ſui vſus cauſa, idemque ſequitur *Reg.Rouit.in rub.de extract.animal.nu.*12. deficit namque prohibitio, quando quis
7 extrahit monetas proprij vſus gratia, ità *Franciſcus Marcus deciſ.* 290. *vol.* 2. nec gabella debetur pro bonis,cauſa vſus delatis, ità *Guid. Pap. deciſ.*4. & hoc pariter in noſtra ſpecie iudicatum per Regiam Cameram, refert *Thor. in compend.deciſ. verb.extractio auri.*

Vndè in menſe Iunij 1668. dùm contingit intercipi nonnullas monetas aureas, vulgò nuncupatas, *doble di Spagna,* in ducatis 891. diſtinctas intus arcam vinariam repoſitas, quæ ſuper quadam cimba fuit dicta arca onerata,Romã profectura, vehendi cauſa aliquos Eccleſiaſticos religioſos; proùt fatebantur Sabatus Spitrillo eiuſdem cimbæ patronus,& reliqui prædictæ cimbæ nautæ.

Hinc ad euadendum interceptum, adſtruebant, pecuniam huiuſmodi pro neceſſario victu itinerantium deſeruire, ideòque dictas monetas commiſſi pœnę
8 non ſubiacere, & inſuper nullum interceptum ſupponi poſſe affirmabatur,dùm nauis Regnum non exiuit, nec propè confinia fuit reperta, ſed in Inſula Procitæ fuit retenta, quo in loco; imò vltro poterat penitere, & ad proprios lares reuertere;quamobrem in alia facti contingentia Regia Camera contrà interceptum pronunciauit; proùt retulimus *in* §.
9 1. *nu.* explosis Regijs Sanctionibus,& noſtratuum ſententia glomerata, quibus adde,vt quis, tali in caſu, nõ dicatur banno contrauenire, *Cyn. in l. cum proponas nu.*3.*verſ.tertio quæro, C.de nautic.fœnor.* vbi *Bart.Iul.Ferrectus de gabell.nu.*163.

Contrarium autem, vt ſcilicet huiuſmodi monetas iure recto intercipi poſſe, infraſcripta ſuadent.

10 Etenim eatenus extractio monetarum

Digitized by Google

videtur aliquantulum permiſſa, attentis dictis per *Goffred.de Gaet.loc.cit.* quando quæuis fraus ſubmouetur; proùt idem *Goffred.de Gaet.* annuit, & *Reg.Rouit. in rub. de extract. ſub pragmaticis num.*12, ſectatur, cumque fraus hic expreſsè eniteat, ob maximam quantitatem monetarum, ob tenuem numerum itinerantium, & ob loci diſtantiam, quo erant profecturi; nàm quantitas monetarum, dùm erat ducatorum 891. magna reputatur, itinerantes tantummodò numero quatuor, & locus acceſſus cum ſit alma Vrbs, infrà triduum perficitur, ideòque huiuſmodi quantitate indigere non cenſentur; quantitas nàmque pecuniarum, vt licitò aſportari queat, parua eſſe debet, cum in
11 paruis non videtur reſpicere ſtatutum, ſic decreuit *Rot.* in propria materia extractionis *in vna Anconitana mercium de anno* 1574. coram Eminentiſſimo Aldobrandino, vt refert *Nouar.in pragm.*1.*de extract.nu.*4.

12 Quinimò ſtatutum etiam eſt in Regno noſtro, vt quantitas monetarum extrahi poſſit pro vſu itineris, nedùm debet eſſe parua, ſed licentia Regiæ Cameræ expoſcitur, ità *prag.* 4. *de extract.* per hæc verba: *Eccetto ſe fuſſe ſi poca quantità, che fuſſe neceſſaria per la vita dell'eſtrahente, della quale quantità per detta cauſa, la detta Reg.Camera, li noſtri Portulani delle Prouincie, e li Capitanij della Graſſa poſſano dar licenza, omni fraude ceſſante.*

Nec in contrarium dicere refragatur huiuſmodi interceptum ſortiri nõ poſſe, niſi propè confines, aut in alio loco, vbi veriſimiliter pœnitere non poſſet, depræhendatur, proùt *in* §.1.*nu.*33. annuimus,
13 Nàm reſpondetur, quod exarata *in d.* §. *nu.* tùnc locum vindicare poſſunt, quando moneta per terram extrahitur, & extrahens repertus fuit in loco propè confinia Regni, vt *dicta pragm.* 23. *de*
14 *extraction.* ſecus eſt, ſi extractio fiat per mare; nàm præſcriptum eſt, vt commiſſa dicatur extractio ſtatim, quod monetæ, aurum, & argentum immiſſa ſunt in nauigia, cauſa extrahendi; ità *prag.*19.& 23. *eod.tit.* & *prag.*2. §.6. *ſub tit. de monetis*, idemque de iure probat *Muſcatell. de cognit.delictor.tit.de extract.nu.*24.
15 Quemadmodùm locum non obtinerent ſuperius enucleata, ſi animus extrahendi extrà Regnum ſuadet, vt notat *Muſcatell. loc. cit.* & talis animus proba-
16 tus dicitur per confeſſionem inquiſiti, aſ. ſeuerantis eſſe extrà Regnum profecturũ; proùt etiã ſi capiatur in via indirecta, nec conſueta, *Bart.in l.qui fiſcalis, C.de nauicular. lib.*11. quemadmodum ſi hoc idem teſtes deponerent, quibus inquiſitus extraiudicialiter prædixerit, ità *Salycet.in l.*3.*C.de nautic.fœnor.Muſcatell.loc.*
17 *cit.nu.*26. & 27. aut aliqua veriſimilitudo concurreret, qua talis animus dignoſcitur, & ille Iudicis arbitrio remittitur, *Rip.de peſt.tit.de priuileg.contract. n.*107. *Tiraquell.in l.ſi vnquam in præfat.nu.*37. *de reuocand. donation. Menoch. de arbitr. caſ.*85.*nu.*3. & 4. *verſ.ſi contingit, Mauſ. de contraban.quaſt.*3.*nu.*15.*cum ſeq.* alias coniecturas adducens.
18 Hinc facit, quod aliàs cenſuit Regia Camera, vt refert *Reg. Reuert. deciſ.*222, nàm declarauit in commiſſum incidiſſe quantitatem ducatorum 500. in Ciuitate Gaetæ interceptam contrà perſonam immunem, vulgariter dicentem, *voler quella cambiar per Roma*, nàm fuit perpenſum, ſat eſſe, vt dicatur delictum conſtare, ſi perſona pecuniam ſecum conducens, erat extrà Regnum profectura.

Idem confirmatur ex decreto Regiæ Iunctæ in facti ſpecie ſupra relata interpoſitum, quod ſequitur.

Super intercepto nonnullarum quanti-
19 *tatum pecuniarum auri ad ſummam ducatorum octincentum nonaginta vnius, quæ extrahebantur Neapoli per extrà Regnum abſque expeditionibus per quatuor Patres Religionis Montis Virginis ſuper cymba Patroni Sabati Spetrilli, vt ex actis.*

Die 7. *menſis Auguſti* 1668. *Neapoli, facta relatione in Regia Iuncta per Dominum Regium Conſiliarium Franciſcum Rocco Commiſſarium.*

Per Regiam Iunctam Contrabannorum per S. E. delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod monetæ in actis deductæ, declarentur intercepta, & applicentur ad beneficium Regia Curia, hoc ſuum, &c. & expediatur mandatum banco. D. Melchior de Nauarra, Marchio Criſpani, Frãciſcus Roccus, D.Thomas Carauita, D. Pedro Valero, D.Manuel Aluarez de la Eſcalera, Vidit Fiſcus, Proſper de Laurentijs Act.

Tenen-

Digitized by Google

20 Tenentur autem nauium patroni, aut alij extrahentes secum deferre licentiam, qua extractio conceditur, illamque Officialibus præfixis exhibere, alioquin à pœnis non excusantur, quamquam dixerint in terra reliquisse, ità cauetur in cap. Regis Caroli incip. *vt illorum fraudibus*, ibi, *faciant sibi ostendere apodixam*, & cõcordant *Regiæ pragmaticæ*, vt constat *ex prag. 27. de extract.* emanata sub die 16. Augusti 1635. respectu Regiæ Dohanæ *in* §. 12. vbi dicitur, *che l'espeditioni si debbiano portare vnitamente, e non separate dalle dette robbe*, ac *in* §. 5. præcipi-
21 tur, *che li padroni, e marinari non possano caricare nessuna sorte di robba, se prima non haueranno ottenute l'espeditioni*; & sic non possunt se excusari, expeditiones remansisse penès alios.

De Officio Commissarij Generalis Campaneæ.

RVBBRICA XV.

SVMMARIVM.

1 AD Præsidẽ Prouinciæ spectat, quietã tenere Prouinciam, quam regit.
2 *Præses Prouinciæ tenetur Prouinciam malis hominibus purgare, & quarè.*
3 *Prorex Neap. Præs. Prouinciæ officium vindicauit.*
4 *Tribunal Campaneæ quarè institutum in Regno Neap.*
5 *Tribunal Campaneæ regitur per diuersos Commissarios, per Prouinciam destinatos.*
6 *Prorex Commissarium Campaneæ in Prouincia Terræ Laboris creat.*
7 *Prorex in Prouincijs Regni quem in Commissarium Campaneæ constituere soleat.*
8 *Prorex quas facultates Cõmissarijs Campaneæ concedat.*
9 *Commissarius Campaneæ cõtrà exules ad modum belli procedit, & quarè nu.10.*
11 *Milites particulares designantur ad persecutionem exulum.*
12 *Modum belli quid importet, nu.25.*
13 *Modum belli importat liberum arbitrium iudicantis.*
14 *Liberum arbitrium resecat solemnitates iuris ciuilis, non autem iuris gentium, & naturalis.*
15 *Princeps per aliquam amplissimam concessionem non videtur derogare, quæ de iure naturali, vel gentium sunt, & ratio nu.16.*
17 *Commissarius Campaneæ, ad modum belli procedens eas solemnitates, quæ de iure naturali dicuntur, omittere non potest.*
18 *Commissarius Campaneæ contrà exules, tenetur ventilare veritatem.*
19 *Commissarius Campaneæ non potest exules condemnare, nisi factis probationibus.*
20 *Commissarius Campaneæ non debet contrà exules, capitales inimicos in testimonium admittere.*
21 *Commissarius Campaneæ tenetur iuramentum præstare testibus, contrà exules deponentibus.*
22 *Papa dispensare non potest, vt testes non iurent.*
23 *Commissarius Campaneæ tenetur reum citare, sed contra nu.26.*
24 *Commissarius Campaneæ tenetur reo defensiones dare.*
25 *Commissarius Campaneæ contrà exules procedere potest, leuato velo, appellatione remota, absque ordine iudicij, & nulla lege seruata, & ratio.*
26 *Commissarius Campaneæ contrà exules procedere potest, etiam ipsis non citatis.*
27 *Commissario Campaneæ ad effectum condemnandi bannitos, sufficiunt probationes, coram ipso voce factas.*
28 *Prorex Neap. ob iustam causam potest disponere contrà iuris naturalis decreta, & quæ dicatur iusta causa, nu.29.*
30 *Vtilitati publicæ consulitur, per concessionem potestatis, procedendi contrà exules ad modum belli.*
31 *Vtilitate publica existente, potest disponi contrà ius naturale, & gentium.*
32 *Commissarius Campaneæ contrà bannitum existentem in fortijs, quomodò procedere potest, & quas solemnitates omittere valet.*
33 *Cõmissarius Campaneæ ad effectum condemnandi bannitum, potest deserere litis contestationem.*
34 *Commissarius Campaneæ potest relinque-*
re

Digitized by Google

re actum publicationis in causa.

35 Commissarius Campaneæ potest reijcere solemnitates requisitas, in actis probatorijs.

36 Commissarius Campaneæ potest contrà exules admittere testes infames, qui probant, etsi absque tortura deposuerint nu.38.

37 Testes repetere nõ tenetur Commissarius Campaneæ, contrà bannitum, eo citato.

39 Testium depositiones minus concludentes possunt contrà bannitos admitti.

40 Confessiones duorum foraſcitorum de actibus diuersis, & singularibus contrà bannitum sufficiunt, ad imponendam pœnam mortis, etiam si absque tortura, & parte absente, & non citata processerunt, & ratio nu.41.

42 Tortura, in casibus à iure requisita, non exposcitur, quando ad modum belli proceditur.

43 Probatio delicti in genere non requiritur contrà exules, vt pœna mortis afficiantur.

44 Commissarius Campaneæ potest contrà exules procedere, etiam diebus feriatis, nu.45. & ratio nu.46.

47 Banniti nulla fori exemptione gaudent.

48 Barones non possunt exules suos vaſſallos cognoscere, licèt quodcumque habeant priuilegium, sed tenentur Commissario Campaneæ remittere, nu.49.

50 Sententia non requiritur, vt in scriptis contrà exules proferatur.

51 Tortura contrà exules inferri potest, etsi indicia non concurrant.

52 Sententia contrà exules exequutioni demandatur, omni appellatione remota,

53 Banniti ad mortem condemnati, quo remedio suffragentur ad impediendam exequutionem, nu.54.

55 Minor atas an exules excusat, à pœna mortis.

56 Commissarius Campaneæ, ad modum belli procedens, non potest omittere solemnitates probatorias.

57 Processus instructio, & fabricatio contrà exules requiritur, & ratio nu.58.

59 Citatio requiritur, etsi ad modum belli procedatur.

60 Defensiones reo dari debent, etsi ad modum belli contrà exules procedatur.

61 Terminus reo delicti concedendus, vt defensiones faciat, potest ad horas restringi.

62 Banniti vt pœna mortis afficiantur, debent delicta per duos, vel tres testes probari, & quid de iure nostrarum pragmaticarum, nu.63.

64 Foriudicati reputantur, contumaces, per campaneam incedentes delinquendo.

65 Exules ad manus Curiæ peruenti, ad mortem damnantur absque nouo proc. sed solùm facta recognitione personarum, sed hodie quid in praxi seruetur, n.66.

67 Commissarius Campaneæ potest contrà auxiliatores, & receptatores exulum procedere ad modum belli, quemadmodum contrà ipsos exules proceditur, & ratio nu.68. & 69.

70 Receptatores bannitorum, vt puniri possint, quæ probationes requirantur.

71 Princeps statuere potest, vt vni tantùm testi credatur.

72 Banniti possunt impune occidi, nu.75. & ratio nu.76. sed declaratur, nu.78.

73 Præmium constitui potest interficientibus bannitos.

74 Bannitos interficiens, lethale peccatum non committit.

77 Banniti dicuntur hostes publici, & proditores.

79 Commissarius Campaneæ potest concedere licentiam deferendi arma, etiam prohibita, sed quid in Regijs pragmaticis statuitur, & tenere debet regestrum Cõmissionum concessarum, nu.80.

81 Cives loci an, & quando cogi possint ad persequutionem foraſcitorum, nu. 82. & 86.

83 Rex non tenetur supplere numerum militiæ, ad persequutionem exulum designatæ, quando illa non sufficit.

84 Necessitate imminente nullus ab angarijs, & perangarijs excusatur.

85 Campana ad arma quando pulsari debeat, & nunquid omnes habitatores loci tunc accedere debeat.

87 Barones an possit Commissarius Campaneæ conuocare ad persequutionem exulum.

88 Commissarius Campaneæ an possit militiam conducere ad persequutionem exulum; & vt milites assistant cum Caporali, & ex causis nùm adiuuare queat alia repartimenta.

89 Exules capi possunt, vndecumque sint positi

Digitized by Google

ſiti: quid in aliena Prouincia, num.90. quid intrà territorium Eccleſiæ, & Bulla Sixti V. recenſetur,nu.91.

92 *Exules an poſſint ab Eccleſia extrahi, quid ſi Epiſcopus licentiam extrahendi negauerit,nu.93.*

94 *Guidatica quando poſſit Commiſſarius Campaneæ concedere, quid ex pragmaticis noſtris 95.*

96 *Guidatica an concedi poſſint,per Commiſſarium Campaneæ,Duci exulum.*

97 *Indultus concedi poteſt bannito per Commiſſarium Campaneæ,ſi alterum bannitum occidat: quid ex pragmaticis noſtris nu. 98 & quæ requirantur in occiſo nu.99.*

100 *Foriudicari poſſunt incendentes armati ad numerum quatuor per campaneam, licèt delicta non committant, elapſo tãtummodò termino quatuor dierum.*

101 *Domus bannitorum poſſunt per Commiſſarium Campaneæ deſtrui.*

102 *Conſanguineis bannitorum poteſt per Cõmiſſarium Campaneæ indici, vt ſub pœna à Regno exfractent, & eis poteſt aliũ circumſcribere locum, & Bulla Sixti V. recenſetur,n.107.& quid in pragmaticis ſtatuatur nu.108.& qui conſanguinei à pœna exfractus eximantur.n.109. Pœna ſuos debet tenere authores.*

103 *Puniri poteſt vnus pro altero, propter atrocitatem criminis.*

104 *Conſanguinei bannitorum poſſunt pœna exfractus mulctari,ob proprias culpas à lege præſumptas.*

105 *Conſanguinei bannitorum præſumitur, quod auxilium illis præſtent.*

106 *Banniti audaciores redduntur ex aſſiſtentia eorum conſanguineorum.*

110 *Conſanguinei bannitorum,fines in exfractu deſignatos non obſeruantes,qua pœna puniantur.*

111 *Conſanguinei bannitorum, nunquid vltrà exfractum, aliis ſupponantur pœnis.*

112 *Commiſſarius Campaneæ iuriſdictionem habet, etiam contrà illos, qui non delinquendo per campaneam incedunt.*

113 *Commiſſarius Campaneæ iuriſdictionem habet, etiam in cauſis Magiſtri actorũ, Scribis, aliorumque ſeruientium in Tribunali Campaneæ.*

114 *Iuriſdictio,quam Commiſſarius Campaneæ habet, eſt primatiuè quòad alios.*

115 *Commiſſarius Campaneæ non tenetur ſtare ſindicatui, & ratio n.116. & quid in pragmaticis ſtatuatur,nu.117.*

Cõmiſſarius Campaneæ non poteſt componere delicta cõmiſſa cum armis igneis, & dare notitiam debet de his, qui aſpirant ſeruire in bello.

118 *Iuncta contrà exules erecta ordine Proregis refertur.*

119 *D.Stephanus Carrillo,y Salzedo Regens Regiam Cancellariam laudibus extollitur.*

120 *Pœna non exigitur, niſi præuia ſententia condemnationis, & declarationis, nàm pœna peti non poteſt, niſi conſtet de crimine, nu.121. etiam in notoryis n. 124.*

122 *Sententia declaratoria requiritur contrà contumacem, vt teneatur ad pœnã, etiam ſi pœna ſit impoſita ipſo iure, nu.123.*

125 *Pœnarum actio fiſco, non quaritur, niſi à die condemnationis.*

126 *Confeſſio facta vnius non nocet alijs, neque contumacia.*

127 *Fideiuſſorì inquiſiti eſt impartiendus terminus ad excludendum delictum.*

128 *Fideiuſſor iudicij tenetur ex ſententia lata contrà principalem, abſque nouo proceſſu, & de ratione,nu.129.*

130 *Fideiuſſor iudicij citatur ad dicendum cauſam, quarè non debet ſoluere.*

131 *Fideiuſſor de non offendendo non tenetur, niſi ſequuta ſententia contrà principalem,nec tenetur pro bãno,& ex contumacia principalis, nu.132. & legitimæ probationes requiruntur nu.133.ſed leuiores probationes ſufficiunt, num.134. & ſufficit, quod in loco delicti ſit publica vox, & fama nu.135.*

136 *Fideiuſſio de nõ offendendo committitur, quando reus conuincitur probationibus, non per contumaciã, ſed ſi contrà principalem adſunt indicia; tùnc vt cõmittatur,requiritur condemnatio, nu.137. æquius tamen iudicatur, quod citetur fideiuſſor vna cum principali, ſcilicet principalis ad informandum, & fideiuſſor ad dicendum cauſam, quarè nu.138. & vnico iudicio, & vnica ſententia condemnantur,n.139.*

140 *Deciſio Regiæ Iunctæ in cauſa fideiuſſoris de non offendendo traditur.*

141 *Delegatus in citatione tenetur inſerere ſuam delegationem, aliàs ſententia eſt nulla,& n.171.* 142 Ci-

Digitized by Google

142 *Citatio ad informandum, & ad capitula debet continere assecurationem pro aliis delictis ; Et etiam est pro quauis causa vertente in dicta Curia, & non debet obscura nu.*143.

144 *In citatione domi exprimere debet Nuntius, cui de domo notificata fuerit, ac debet exprimere perquisisse principalē, & non inuenisse, nu.*145. *& exigere iuramentum ab illis de domo, vt quamprimum potuerint, notificabunt citationem citato nu.*146.

147 *Citatio debet authenticari cum dicto duorum testium, qui se subscribere debent in relatione.*

148 *Citatio ad foriudicandum debet notificari amicis, & vicinis foriudicandi, non solùm agnatis, & cognatis.*

149 *Contumax non potest opponere fori declinatoriam, neque purgata contumacia potest forum declinare nu.*150.

151 *Foriudicationis sententia contrà absentem à iurisdictione illius Iudicis, est nulla; quod tamen intelligitur contrà Clericum à Iudice laico, nu.*152.

153 *Clericus contumax non perdit fori declinatoriam; tamen soluit mulctam Iudici laico, secundum opinionem* Viuij, *nu.* 154.

155 *Iudex incompetens, si sunt offensa eius aures, efficitur competens.*

156 *Testis falsus, coram Iudice incompetente productus, potest ab eo puniri.*

157 *Iudex offensa iurisdictione efficitur competens.*

158 *Offendens Iudicem verbo, vel facto, potest ab eodem Iudice puniri.*

159 *Offendere aures Curia dicitur, etiam si offendatur Minister, vel Officialis illius Curiæ; vel si offendatur Notarius, nu.* 160.

161 *Fori declinatoria denegatur offendenti aures Iudicis, etiam si iurisdictio sit cum clausula* abdicatiua, & priuatiua.

162 *Priuilegium fori non extenditur ad ea, per quæ publica læditur vtilitas.*

163 *Magistratus honor, & reuerentia publici vtilitati confert.*

164 *Offendens Magistratum, tribuit eidem ius vendictæ.*

165 *Miles fori priuilegium militare amittit, si offendat aures Iudicis.*

166 *Iurisdictio Magni Admirati se extendit, etiam ad offendentes aures M.C. sed contraria opinio est admittenda, nu.*167.

168 *Clericus falsum testificans coram Iudice seculari ab eo puniendus est.*

169 *Laicus falsum deponens coram Iudice Ecclesiastico, ab eodem cognoscendus est; & idem si satillites Iudicis Ecclesiastici offenderet nu.*170.

171 *Iudex delegatus inserere debet suam delegationem in citationibus, & in processu; quod fallit in Præside Prouinciæ, qui tantùm sufficit, vt eā alleget n.*172. *vel quando habet cognitionē in certum genus personarum, nu.*173.

174 *Citatio ad foriudicandum non dicitur nulla ex defectu, quod non fuerunt citati amici, & vicini.*

175 *Amici, & vicini sufficit, quod citentur per proclama.*

176 *Citatio ad foriudicandum non est notificanda omnibus agnatis, & cognatis, sed tantùm illis, de quibus notitia habetur, & contrà absentes, & incertos sufficit citatio per edictum, n.*177.

178 *Agnatorum, & cognatorum notitia foriudicandi habetur ab Vniuersitate loci foriudicandi.*

179 *Foriudicandi consanguineis citatis, non autem patre, & matre, de quibus non aderat notitia, adhuc sententia foriudicationis est valida.*

180 *Foriudicatus reputatur, qui visus fuit armatus armis igneis in cōmitiua bannitorum delinquentium, & ambulantium per Campaneam ad numerum quatuor.*

181 *Foriudicationis sententia declaratoria non requiritur in casu Regiarum Pragmaticarum* 21. *&* 22. de exulibus.

182 *Decisio causæ foriudicatorum Insulæ Iscla exaratur.*

183 *Delictum in genere non requiritur nec inuentio, vel probatio contrà bannitos, delinquentes per Campaneam.*

184 *Ioseph de Marinis causa agitata in Regia Iuncta scribitur.*

185 *Territorium alienum præstat securitatem; declara nu.*189.

186 *Captiuus reuersus ab hostibus cum ad primam Ciuitatem amicam peruenerit, libertatem recuperat; declara nu.*190.

187 *Seruum fugitiuum per alienum Territorium quis abducere non potest.*

188 *Bānitus captus in alieno territorio à Iudice, qui eum banno mulctauerat, relaxari debet.* 191 *Fe.*

Digitized by Google

191 *Feræ, & aues, quæ in alieno Territorio capiuntur, fiunt capientium.*

192 *Territorij Dominus si præuenit in captura delinquentis, potest petere remissionem causæ delinquentis ex vi præuentionis; & quid si Territoria sint sub eodem Principe, sed super diuersis Præsidibus nu.* 193.

194 *Iudex loci delicti tanquam offensus petit remissionem Rei, capti in alieno Territorio; idem si sit captus à Iudice domicilij, nu.* 195.

196 *Confessio Rei non constito de delicto in genere ei non nocet.*

197 *Confessus sponte mitius punitur, & ità practicatum per M.C. nu.* 198. *contrarium nu.* 199.

200 *Confessio sponte in atrocioribus delictis non releuat confitentem.*

201 *Decisio causæ Ioseph de Marinis, quod moriatur more Germanico, & eius corpus diuidatur in frustrà.*

119 *Dom. D. Petrus Valero laudatur.*

De Officio Commissarij Generalis Campaneæ.

RVBBRICA XV.

1 PRæsidi Prouinciæ curare congruit, vt pacata, & quieta sit Prouincia, quam regit; proùt cauetur *ex tex. in l. congruit, ff. de offic. Præs.* & notat *Andr. in proem. const. col.* 3. *& col.* 13. quamobrem
2 illam malis hominibus purgare debet, nàm furta, latrocinia, homicidia, recaptus, disrobationes in stratis, nemoribus, initineribus, in Campanea, & alia varia, quæ ab illis patrantur crimina absq; Dei timore, in contemptum Coronæ Regalis, damna, & iacturam personarum, ac bonorum producunt, quietem publicam perturbant, pacemque violant, vt habetur *in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn. & in l. Præses la seconda, ff. de offic. Præsid.*

3 Proindè à Domino Prorege Regni Neapolis, qui etiam Præsidis officium vindicauit, teste *Reg. Tap. decis.* 3. *Sup.*
4 *Ital. Conf. nu.* 3. Tribunal Campaneæ fuit institutum ad extirpationem exulum, qui per campaneam in cõmitiuam incedendo, delicta perpetrant, vt firmat *Io: Grand. de bell. exul. de prædic. quantitatis quæst.* 1.
5 & regitur per diuersos Commissarios, destinatos per Prouincias, vt inquit *Carau. in pragm.* 4. *de exul.* quem sequuntur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 11. *num.* 1. *Muscat. in prax. crim. rub. de priuil. furt. nu.* 37. *Thor. in annot. ad Io: Grand. de bello exul. in proem. col.* 3. *versus finem.*

6 Sed in Prouincia Terræ Laboris vnus constituitur Minister, qui Commissarius Campaneæ appellatur, vt habetur *in constit. Regn. fidelium*, & firmant *Thor. loc. cit. Reg. de Ponte ibi tit. de prouis. fier. sol.* §. 4. *nu.* 1. Et in alijs Prouincijs solet
7 huiusmodi munus conferri Præsidibus illarum, vt cum voto vnius Auditoris, vel alterius Consultoris procedant; vt fatentur *Montel. in prax. arbitr. in* 4. *lit. nu.* 7. *cum seq. Par. in tract. de syndic. verb. assessor nu.* 9. *Campagn. in cap. item caueant Iudices nu.* 7. *Io: Grand. de bello exul. spec.* 53. *nu.* 1. *vers. sed hodie*, vbi *Thor. in annotat. fol.* 45. *Scialoya in prax. foriudic. cap.* 19. *nu.* 27.

8 Qua autem potestate huiusmodi Cõmissarij decorentur, quibus facultatibus vtantur, qua iurisdictione fulciantur, ex his, quæ sequuntur clarissimè, & breuiter prædicta innotescunt, recollectis iuribus, tàm communis, quàm nostri municipalis, & nostratuum sententijs.

9 Primò, procedere potest contrà exules ad modum belli, vt ex Sacra pagina fundat *Luc. de Penna in l.* 1. *nu.* 23. *C. de rustic. lib.* 11. & habetur *in l.* 2. *C. de his qui latron.* idemque firmant *Bart. in tract. qui sint rebelles, verb. rebellando nu.* 21. *& in quæst. Lucanæ Ciuit. nu.* 18. *Paris de syndic. in verb. latro, cap.* 1. *nu.* 2. *Alciat. in l. quos nos hostes, §.* 1. *ff. de verb. signif. Bald. in l. qui restituere, ff. de rer. vindic. idem Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlim. reuer. Io: Grand. de bello exul. spec.* 1. vbi *Thor. in annotat. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. solit.* §. 4. *nu.* 1. *Muscat. in prax. crim. rub. de priuil. furti n.* 17. *&* 18.

10 Et ratio est, quia contrà exules, & bannitos particulare bellum legitimo iure indicitur, vndè ad eorum persequutionem armorum vsus exercetur, & milites
11 particulares designantur, vt notat *tex. in l. capitalium, §. famosos, ff. de pœn. & in*

Digitized by Google

l.vnum,§.item Marcus,ff.de legat.2.T.hor. in annotat.ad Io:Grand.de bello exul. in
12 *proem.* idcircò ad modum belli contrà illos proceditur.

13 Hinc videndum, quid importet hoc modum belli; & aliqui reſponderunt,
14 modum belli importare liberum arbitrium iudicantis; cuius natura eſt reſecare ſolemnitates tantùm iuris ciuilis, non autem iuris gentium, aut naturalis æquitatis,ità *Bal. in l.1.ff.de teſtam milit. Paris.de ſyndic.ver.arbitrium n.11. Anchar. conſ.167.nu.3.Amed.de ſyndic.nu.143.*

15 Ratio eſt, quia Princeps non poteſt per conceſſionem huiuſmodi poteſtatis derogare ea, quæ à iure naturali, vel gentium conſtituta ſunt; cum neque ip-
16 ſe poſſit à regulis iuris naturalis,vel gentium declinare, vt inquit *gl. in l. fin. C. ſi cont.ius, vel vtilit.publ. Baid. in l.fin. C. de legib. Mil. in ſuo repert. ver.arbitrium 46. Lancellot.in temp.omn.iudic.lib.1.cap. 1.§.4. verſ.ius naturale,& gentium, Affl. in prælud.conſt.quæſt.12.nu.18.*

17 Proindè ſequitur,quod etſi procedant ad modum belli, tamen prætermittere non debent infraſcripta, quæ iuri naturali, & gentium nituntur; & Primò per-
18 quirere, & ventilare veritatem, quod iure gentium fundatur *cap.fin.30.quæſt.5. l.fin.ff.de probat. l.1.* cum allegatis *in gl. penult. C.de dedit.liber.Bal.in l.fin.not.1. in fin. C. de legib. Dec. in l.2.col.2.C.de*
19 *edend.* Secundò tenentur probationes facere, quod etiam à iure diuino cauetur, *Maranta in ſuo ſpec.9.diſtin.nu.10. Amedeus de ſyndic.nu.14 Vant.in tract. nullit. ver.de nullit. ſententiæ ex defectu proceſſ. nu.37. Troy. ritu 69.nu.2.* Tertiò non
20 debent contrà dictos exules, & foraſcitos admittere in teſtimonium capitales inimicos, quod iuri naturali innititur, *Bart. in l.filius familias nu.6. ff.de donat. Menoch. de arbitr. lib.1. quæſt. 25. nu.23. Camp. in cap.Reg.ſi cum ſceleratis nu.46. Clar.in §.fin.quæſt.24.nu.5.Gramat.deciſ. 34. nu. 26. & deciſ. 86. num. 6.* Quartò
21 tenentur iuramentum teſtibus præſtare; proùt ius diuinum dictat *Bal.in l.presbyteri, C.de Epiſc.& Cler.nu.12. Amed.de ſyndic.nu.143. Iaſ.de action. in §. in bona fidei nu.29. Menoch.de Arbitr.lib.1.quæſt.* 27. Imò nec Papa diſpenſare poteſt,
22 quod teſtes non iurent, vt ſingulariter fundat *Marſil.ſing. 114.* Quintò tenen-
23 tur reum citare,quod de iure diuino eſt, *Maranta in ſpec.9.diſtin.nu.10.Aym.conſ. 5. nu.3. Lancell.loc.cit. §.3. c.1.de pleni-*
24 *tudine poteſtatis.* Sextò tenentur reo defenſiones dare, quod ius naturale ſtatuit, *Bal. in l. milites nu.5. C. de teſtam. milit.Anchar.conſ.167. Marſil.in l.vnius, §.cogniturum nu.44. ff.de quæſtion. Iaſ.in §.in bonæ fidei nu.35. de act. Vrſil.ad Affl. deciſ.391.*

25 Sed alij dixerunt,modum belli importare, vt poſſint procedere leuato velo, appellatione remota, abſque ordine, & ſolemnitate iudicij,& nulla lege ſeruata; ſiquidem ingens armorum ſtrepitus non permittit,leges audiri,& iudiciariam obſeruari ſolemnitatem, ità *Fab. in proem. inſtit. ver. in ſecundo verò aliquo modo ſeruantur iura, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt.95.nu.28. Vrſill.ad Affl. deciſ.391. in princ. Abb. & Fel. in cap. quæ in Eccleſiarum col. 6. de conſtit. Paris. de ſyndic. ver.latro,cap.1.n.2. Muſcat.in prax.crim. tit. de priuil.furti nu.24. Eliſeus Danza de pugna Doctor. tom.1. tit.de poteſt. ad mod. belli cap.1. nu.17. Io: Grand. de bello exul.de prædicam.ſubſt.quæſt.2.& quæſt.3. nu.11. & de prædicam. paſſion. ſpec.1.* vbi *Thor. in annotat. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.de prouiſ.fier.ſol. §.4.in princ.*

26 Hinc etiam ſequitur, quod citatio rei non requiritur, nec ſcriptura expoſcitur, ſed ſufficiunt probationes factæ viua vo-
27 ce coram Commiſſarijs, & poteſt iudicari ex his, quæ fiunt extrà acta, *Roland. à Valle conſ.16. tom.1. Crauett. conſ.5. &* 198 *in fine Vrſil.ad Affl.* deciſ.391. *col.2. Io: Grand. loc. cit. de prædicam. ſubſtant. quæſt.2.nu.4.verſus finem.*

28 Nec prędicta priori ſentętiæ aduerſari videntur, nàm poteſt Princeps, qui ſuprema vtitur authoritate; proùt Prorex Regni Neapolis,ex aliqua iuſta cauſa diſponere contrà iuris naturalis, vel gentium decreta; vt notarunt *Gram.deciſ.65. nu.32.Affl.deciſ.391. Capibl.in prag.1.de Baron.nu.93.Thor.in annot. ad Io:Grand.*
29 *ad quæſt.3.nu.2. in fin.* Sed iuſta cauſa adeſſe dicitur,quando aliquid ordinatur, vt delicta punita remaneant, Regnumq; maneat in quiete, *Maſcard. in tract. de ſtat.quæſt.4. nu.149. Lancell. de attent. in præfat. num.90. Farinac. conſ.crim.65. nu.75.*

Digitized by Google

*nu.*75. *Barz. deciſ.*145. *num.* 4. *Anton. de Ball. tract. de quæſtion. quæſt.* 10. *num.*18. ideò poteſt Prorex prædicta cauere, etſi quoadmodò ius naturale, vel gentium
30 derogetur, dùm publicæ vtilitati conſulitur; nàm ex huiuſmodi poteſtate tollitur alijs occaſio delinquendi,& Regnum caret malis hominibus; ex quo quies in Reipublica conſeruatur, & maximum commodum cuilibet defertur; quod ſecus eſſet, ſi delicta non punirentur, nàm publica turbaretur lætitia, & etiam ira Dei in nos prouocaretur, vt dixerunt *Baiard. ad Clar. quæſt.*64. *nu.*118. *Gramat. deciſ.*36. *nu.*1. *Caualc. de brac. Reg. par.*1. *nu.*127. *Maurius Burg. de modo proced. ex*
31 *abrup. quæſt.*10. *nu.*3. proindè poſſunt prædicta mandari, dùm publicæ conferunt vtilitati, quamuis contrariæ ſint iuri naturali, vt *ex l.* 1. *ff. de vſucap.* firmarunt *Loffred. conſ.* 14. *nu.*22. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.*188. *nu.*74. *lib.*2.

32 Sed ſententia tuta, & æqua, ac iuri conſona eſt; vt quando exules, vel banniti ſunt in fortijs, cõtrà illos poteſt procedi ad effectum eos mulctandi pœna mortis, leuato velo, de facto, & militari modo, ac poſſunt prætermitti ſolemnitates ordinatoriæ iudicij, & deciſoriæ, *Bar. in l.*2. *nu.*4. *ff. de iud. ſol. & in l.*2. *nu.*12. *C. de edendo, Abb. & Fel. in cap. cauſam quæ de teſtibus, Marant. in ſpec. in* 10. *act. iudic. num.*7. *Camp. in cap. iuris cenſura nu.*6. *Io: Grand.* ſibi ipſi contrarius *loc. cit. de prædicam. quando, quæſt.*1. *nu.*4. vbi *Io: Bapt. de Thor. in annotat. ibid.*

33 Vndè poteſt Commiſſarius deferere litis conteſtationem, quamuis ſit de ſubſtantia ordinis iudicij, tanquàm lapis angularis, ac fundamentum ipſius, *Bald. in l.*1. *C. de lit. conteſt. Aret. in §. in bonæ fidei nu.*9. *inſtit. de action. Aſſl. deciſ.*283. *nu.*3. *Maranta in ſpec. par.*6. *in* 10. *membro nu.*9. *Io: Grand. loc. cit. nu.*5. *Iul. Clar. lib.*5. *ſent. §. fin. quæſt.*45. *nu.*2. Poteſt re-
34 linquere publicationem, quamuis neceſſaria ſit in cauſa, parte petente, *gl. in cap. fin. de hæret. in* 6. *ver. iudicijs, Vant. in tract. de nullit. ex defect. proceſ. num.*40. *Bal. in l. data opera nu.*16. *C. qui accuſ. non poſſ. Foller in prax. crim. ver. publicatio in fine, Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 33.
35 Poteſt etiam reijcere ſolemnitates, quæ requiruntur in actis probatorijs, *Dec. conſ.*55. *in fin. col.*2. *Crauett. conſ.*198. *in fine, Arct. in §. planè nu.*3. *inſtit. de milit. teſtam. & in §. in bonæ fidei nu.*9. *de action.*
36 *Io: Grand. ibidem nu.* 6. ſicque non tenetur repetere teſtes, parte citata, *Foller. in prax. crim. ver. & ſi confitebuntur in* 3. *par. nu.*41. *&* 42. *& ver. repetantur teſtes in princ. Marſ. in l.*1. *de quæſt. num.*7. *&* 37. *Dec. conſ.*55. *in fin. col.*2. *Crauett. conſ.*198. *in fin. Ant. de Nigr. in cap. Regn. freqũes, Io: Grand. loc. cit. nu.*6. *& ſpec.*90. *in fine,* vbi *Thor. in annotat.* & ità refert pluries deciſum.

37 Poteſt quoque admittere cõtrà dictos exules, & bannitos teſtes infames, ſiuè infamia ſit iuris, ſiuè facti, *Socc. in reg.* 504. *in* 1. *limit. Bart. in tract. de teſtibus ver. infamis nu.*19. *Menoch. de arbitr. iudic. lib.*1. *quæſt.*27. *Reg. Rouit. in pragm.*1. *de*
38 *perſeq. malef. nu.*7. Imò eorum depoſitionibus ſtandum eſt, licet abſque tortura, de iure communi requiſita, receptæ ſint, *l.*1. *& toto tit. ff. de quæſt. Clar. in prax. crim. §. fin. quæſt.*24. *verſ. item infamis, Io: Grand. ibi de prædicam. quando quæſt.*1. *n.*6. *in fin.* vbi *Thor. in annot.* proùt etiam admittitur confeſſio trium ſociorũ criminis *ex cap. Regn. incip. frequens, & ineffre-*
39 *nata*; vbi diſponitur, quod ſtatur teſtimonio trium latronum in tormentis deponentium de ſeipſis contrà fautores, receptatores, & participes; dummodò eorum quilibet ſecretò deponat; ità vt alter de alterius depoſitione ſit ignarus, quod capitulum fuit modificatum per aliud cap. quod incipit *conſtitutionẽ Diuæ memoriæ*, nimirùm vt procedat, quando nominati per dictos tres latrones fuerunt perſonæ leues, & infamatæ, vt aduertit *Præſ. de Franch. deciſ.*570. *& Reg. de Marinis in obſeru. ad deciſ. Reg. Reuert.*188. *in fine.*

40 Poteſt inſuper admittere atteſtationes minus concludentes; & etiam duorum foraſcitorum, deponentium de actibus diuerſis, & ſingularibus; imò illæ plenam probationem faciunt, & ad imponendam pœnam mortis ſufficiunt, vt habetur *in pragm.* 5. *de recept.* idemque notant *Bal. in l. ſolam in fine, C. de teſtib. Menoch. de arbitr. lib.*1. *quæſt.*25. *Marſ. in prax. crim. §. diligenter nu.*60. *Caſſan. in conſuet. Burgun. rub.* 1. *in tex. corporal num.*14. *Clar. in §. fin. quæſt.*21. *ver. ſcias*

Digitized by Google

etiam, Reg. Reuert. deciſ. 188.

41 Nec opus erit, vt illi deponant in tortura, & repetantur parte abſente, citata, vel parte præſente, vt firmat *Carau. in pragm.* 1. *de exul. nu.* 72. *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *de perſeq. malef. nu.* 7. Ratio eſt,

42 quia quando proceditur ad modum belli, hujuſmodi ſolemnitates, tanquam de iure ciuili adinuentæ, proùt tortura, non requiruntur, vt fundat *Io: Grand. de bello exul. de prædicam. quando quæſt.* 1. *& in ſpec.* 90. vbi *Thor. in annotat.* & ſubdunt, ità ſeruari, nec requiri tres depoſitiones foraſcitorum, quemadmodùm conſtitutum fuit per *pragm.* 1. *de perſequen. malef. & per prag.* 1. *de exul.* cum hodiè id ſit innouatum *per cit. pragm.* 5. *ſub. tit. de recept.*

43 Poteſt etiam exules pœna mortis condemnare; quamuis delictum in genere, quod alioquin fundamentum iudicij dicitur, probatum non ſit, *Franc. Caſon. in tract. de torment. cap.* 1. *nu.* 4. *Far nac. in prax. crim. tit. de inquiſit. quæſt.* 2. *Io: Grãd. de bello exul. ſpec.* 93. vbi *Thor. in annot.* & tradunt, ſic practicari.

44 Poteſt quoque procedere contrà exules, & foraſcitos diebus feriatis; vt inquiunt *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 30. *Clar. in prax. crim. quæſt.* 64. *ver. quæro an tortura, & quæſt.* 97. *verſ. quæro etiam, Io: Grand. loc. cit. ſpec.* 94. *& iterum de prædicam. quando. quæſt.* 2. vbi rationem ponit, dicens, quia omni tempore bellari poteſt, & idem firmat *Franc. Marc. deciſ.*

45 419. *nu.* 2. & ſubdit, quod beati erunt,

46 qui diligunt iuſtitiam, & iuſtitiam faciũt omni tempore, quod etiam *ex prag. Regni* 4. *ſub tit. de exul.* cauetur, vt eſt videre,

47 Poteſt inſuper contrà bannitos procedere, non obſtante quacumq; fori exemptione, qua gauderent, nulloque priuile-

48 gio Baronali; imò tenentur Barones vaſſallos foraſcitos Commiſſario Campaneæ remittere; vt ipſos cognoſcat, & debitis pœnis puniat, vt notarunt *Muſcat. in prax. crim. rub. de priuil. furti num.* 57. *Danza de pugna Doctor. tom.* 1. *tit. de poteſt. ad modum belli cap.* 3. *nu.* 31. *Marant. in ſpec. par.* 5. *nu.* 77. *Io: Grand. in tract. de bello exul. de prædicam. qualit. quæſt.* 3. vbi copiosè rem tractat, vtriuſque ſententiæ fundamenta recenſet; & indè ad dictam inclinat opinionem, quam etiam ſectatur *Thor. in annotat. ad dictum Io: Grand. ibidem*, vbi refert, pluries ſic fuiſſe iudi-

49 catum, quodque hodiè cauetur *per prag.* 1. *ſub tit. de recept. malef.*

50 Poteſt etiam Cõmiſſarius ſententiam proferre contrà exules ſine ſcriptura; quamuis ſententia de iure eſſet proferenda in ſcriptis, *l.* 1. *&* 2. *C. de ſentent. ex breui loc. recitan. Bart. in tract. ad reprimendum, verſ. & figura nu.* 21. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 60.

51 Poteſt quoque contrà exules ad torturam procedere, licèt indicia ſufficientia ad illam inferendam deſint, *Brun. in tract. de indic. & tortur. quæſt.* 5. 2. *par. nu.* 7. *Affl. in conſt. pœnam eorum num.* 20. *Boer. deciſ.* 163. *Foller. in prax. crim. in* 3. *par.* 3. *par. verſ. & ſi confitebuntur nu.* 8. *Io: Grand. ibi ſpec.* 61. *Campagn. in cap. Regn. ſi cum ſceleratis, Affl. & Vrſill. deciſ.* 391. *Præſ. de Franch. deciſ.* 143. *nu.* 2.

52 Poteſt denique eius ſententiam exequutioni demandare, omni appellatione remota, *Andr. de Iſer. in tit. de pac. tenenda, §. publici latrones, Paris de ſyndic. verbo latro nu.* 6. *circa med. Boer. deciſ.* 284. *num.* 17. *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 7. *Thor. in annot. ad Io: Grand. de bello exul. ſpec.* 48. *Scialoya in prax. foriudic. cap.* 14. *nu.* 3. *Præſ. de Franch. deciſ.* 673. *nu.* 7. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 12. *num.* 15.

53 Tamen poteſt reus condemnatus implorare per viam ſupplicationis, & recurſus officium Proregis, qui conſiderata qualitate, ſolet annuere tali petitioni, *Præſ. de Franch deciſ.* 487. *nu.* 11. *Gramat. deciſ.* 35. *nu.* 4. *Thor. loc. cit. ad nu.* 2. Et etiam

54 reus cõdemnatus proponere valet nullitates aduerſus hanc condemnationem, *Iul. Clar. §. fin. quæſt.* 94. *nu.* 10. *Carau. in prag.* 1. *de exul. Io: Grand. ibi ſpec.* 48. vbi *Thor. in d. annotat.*

55 Prętereà poteſt pœnam mortis naturalis contrà exules minores decem, & octo annis infligere, *Danza de pugna Doctor. tom.* 3. *tit. de minore in delict. excuſ. cap.* 2. *nu.* 12. *Vrſill. deciſ.* 287. *nu.* 9. *& deciſ.* 208. *num.* 7. *Præſ. de de Franch. deciſ.* 230. *Io: Grand. de bell. exul. ſpec.* 92. vbi *Thor. in annotat.* & plures referunt deciſiones.

56 Verum non poteſt Commiſſarius, ad modum belli procedens, omittere ſolemnitates probatorias, *Bar. in l.* 2. *nu.* 4. *ff. de iud.*

Digitized by Google

iud. sol. & in l. 2. nu. 12. C. de edend. Abb. & Felin. in cap. causam quæ de testibus, Maranta in spec. in 10. act. iudic. nu. 7. Io: Grand. de bello exul. de prædicam. quando quæst. 1. cum alijs per Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæst. 41. nu. 4.

57 Hinc tenetur processum contrà exulem instruere, eumque fabricare; vt notarunt *Blanc. in tract. de compromis. quæst. 1. nu. 24. circà med. Foller. in prax. crim. ver. fiat contestatio litis circà finem, Carau. ritu 299. nu. 2. Præs. de Franch. decis. 501.*

58 *n. 11.* imò hoc necessarium erit, siquidem per processus conseruantur acta, vt quando opus erit, possit Commissarius documentis publicis demonstrare, quod fecit, vt inquit *Io: Grand. loc. cit. spec. 60.* ibique *Thor. in annotat. sub nu. 2. Caualc. de brac. Reg. nu. 141. Maur. Burg. de modo proc. ex abrup. quæst. 37.*

59 Tenetur etiã reum citare, nec citationis solemnitatẽ potest omittere; vt aiunt *Dec. in cap. dilecti nu. 4. de iudic. Maranta de ordine iudic. par. 4. distin. 9. nu. 9. Vant. de nullit. sent. ex defect. proc. nu. 53. Gram. decis. 65. nu. 4. Practica Papien. in forma libell. actor. regal. ver. summariè num. 3. Burgius de modo proc. ex abrup. quæst. 5. nu. 265. Io: Grand. tract. de bello exul. de prædicam. quando quæst. 3.*

60 Tenetur quoque terminum dare reo, vt suas defensiones faciat; idque nec per statutum, vel consuetudinem, vel per amplissimam potestatem à Principe concessam, tolli valet, etiam si in atrocissimis criminibus versaretur; vt dixerunt *Macerat. var. resol. lib. 1. resol. 102. num. 18. Ferre. in tract. de milit. iur. nu. 18. Turret. cons. 61. nu. 1. vol. 2. & cons. 62. nu. 1. vol. 1. Farinac. cons. 16. nu. 18. & cons. 8. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 1157. num. 54. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 32. nu. 23. Nept. in cons. Cat. fol. 36. nu. 7. Becc. cons. 51. n. 8. Muta in cons. Panormi cap. 9. nu. 84. Rouit. super pragm. Neap. in rub. de bon. prodit. num. 4.* cum alijs copiosè glomeratis *per Maur. Burg. d. tract. de modo proc. ex abrup. quæst. 13. nu. 8. cum plurib. sequentib.* idem sentijt *Rota. Auen. decis. 15. nu. 5.* quam sequuntur *Ant. de Ball. tract. var. tit. de quæstion. quæst. 10. nu. 14. Prosper Farinac. cons. 99. nu. 4. Cardin. Tusc. pract. conclus. lit. I. concl. 99. nu. 9.*

61 Potest autem terminum prædictum variare, alterare, modificare, & restringere ad paucas horas; quia tùnc non est tollere defensionem, sed tantùm illam limitare; ità *Graff. de except. except. 21. nu. 4. Farinac. in prax. quæst. 39. num. 26. Intrigl. cons. 23. nu. 5. Peregr. cons. 2. n. 150. vol. 2. Ludou. à Peguera in pract. crim. cap. 12. §. 6. nu. 6. Ames. de potest. in seipsum, l. 2. cap. 20. nu. 28. Caualc. de brac. Reg. par. 1. nu. 174.* & idem affirmat *Io: Grand. in tract. de bello exul. spec. 55. num. 4. ver. primum.*

62 Prætereà debet delictum contrà exules legitimè constari, & per duos, vel tres testes probari, etiam si Cõmissarius plenissima frueretur potestate, & ageretur de maioribus, & atrocissimis delictis, *Barz. decis. 146. nu. 12. Becc. cons. 67. nu. 14. Roland. cons. 12. nu. 32. vol. 3. Viuius decis. 143. nu. 6. Farinac. in prax. crim. quæst. 37. nu. 79. Ludou. à Peguer. in pract. crim. cap. 12. §. 9. num. 5. Maur. Burg. d. tract. de modo proced. ex abrup. quæst. 41. num. 17. & 18.*

63 Sed hodiè in Regno nostro legem peculiarem habemus, vbi declarantur veri foriudicati contumaces, & alij delinquentes, incendentes per campaneam in cõmitiuam aliorum delinquendo; si infrà decem dies non comparuerunt à die, quo ceperunt per campaneam ire
64 delinquendo; Et etiam cauetur, illos puniri eisdemmet mulctis, ac si per sententiam, foriudicati fuissent declarati, vt legitur *in prag. 1. 6. 9. ac etiam 11. cap. 2. sub tit. de exul.*

65 Hinc dixerunt DD. nostri, quod si exules, vel prædicti forasciti, ad manus Curiæ peruenerint, non est opus nouo processu, sed facta recognitione personarum, vel per eorum confessionem, vel per testium depositiones, ad supplicium damnantur; ità *Boss. in tit. banniti quid amitt. nu. 18. Angel. Scialo. in prax. foriudic. cap. 25. num. 17. & 18. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 94. nu. 12. Campag. in cap. Reg. siue quis nu. 24. Io: Grand. in tract. de bello exul. spec. 67.* vbi *Thor. in annot. Foller. pract. crim. rub. capt. foriudic. nu. 1. Farinac. in pract. tit. de inquisit. quæst. 11. nu. 21. Reg. Capyc. Latr. decis. 161. nu. 1.*

66 Verum praxis, & obseruantia est, quod scilicet detur prædictis exulibus terminus ad dicendum causam, quarè non debeat

beat ſententia foriudicationis exequi, vt teſtantur *Foller. de foriudic. num. 36. Io: Grand.loc.cit. nu.2.* dicens, ſic vidiſſe ſeruari in Tribunali Campaneæ, idemque fatetur *Thor. in annotat. ad dictum Io: Grand. cit. ſpecial. 67. Scialoya in pract. foriud, cap.25. nu.28. in fine.* Sed contrarium alij tenent, quod abſque alia monitione ad dicendum cauſam, quarè, poteſt foriudicatos mitti ad vltimum ſupplicium, facta recognitione perſonæ, *Carrer. in pract.crim. tit. de appellat. verſ.7. caſus nu.7. Carthar. de exequut. ſentent. capt.bannito cap.2. nu.1. cum ſeqq. Boſſ. in tit. de reis requirendis nu. 2. Nellus de bannit.par.2. ſecundi temporis n.34. Clar. quæſt. 96. verſ. quæro, Caball. reſol. crim. cap.110. nu.5. Affl.in conſtit.Regn.pœnam eorum nu.60. de Franch. deciſ.213. nu.59.* & hanc praxim cognitionis perſonæ, hodiè vſu conformem idem *Scialoya loc.cit.* recenſet,

67 Altera, & ſecunda facultas, quæ Cõmiſſario Campaneæ tribuitur, eſt, vt poſſit procedere contrà auxiliatores, ſeù protectores, aut receptatores bannitorum, leuato velo, & ad modum belli; quemadmodùm contrà eoſdem bannitos procedere valet; vt cauetur *in prag. noſtri Regni 9. ſub tit. de exul.* quod etiã de iure probatur, vt habetur *in l.1. ff. de recept. in l.3. §.non tantum autem qui rapuit, ff.de incend. ruina, & naufrag. & in l.1.C.de his qui latron.* Et ratio dictorum
68 iurium eſt, quia receptatores non minus delinquunt, quàm aggreſſores; vndè eodem modo puniri debent, vt etiam firmarunt *Bal. in cap. 1. col. fin. de controu. apud par.Caleſa.inter conſ.crim.conſ.105. nu.6. cum ſeq.vol.1. Oldrad.conſ.36.nu.1. Marſ.conſ.53.nu.26.& 27.Caſſan.in conſ. Burg. rub.1.§.5.num.12. Ant.de Neg.in cap.Reg.apud Tranum nu.38. Luc.de Penna in l.1.C. vt armor.vſus lib.11.num.23.* vbi id comprobat ex Sacra pagina 2. *Reg.cap.8.* ibique dicitur, quod fuit motum bellum per Dauid contrà Syriam Damaſci, eo quod ferebat auxilium ad deſertum; idem confirmant pluribus citatis *Io: Grand. de bello exul. de relatione quæſt.1.& in prædic.pati ſpec.2.* vbi etiam *Io:Baptiſta de Thoro in annot. Muſcat. in prax.crim.rub.de recept.nu.33.*

69 Alia ratio adaptatur, omiſſis illis *à Io: Grand.* relatis *loc. cit.* quia non eſſent fures, niſi eſſent receptatores, neque malefactores diù latere, & condignas pœnas effugere poſſent, vt dixit Rex Ferdinandus II. *in prag.1.de recept.malefact.* ideò ſequitur, quod conceſſa poteſtate, & ampliſſima iuriſdictione quò ad extirpationem exulum, videtur etiam huiuſmodi poteſtas conceſſa contrà eorum auxiliatores, protectores, & receptatores, vt habetur *in l. 3. ff. de offic. præf. vigil.* vbi poteſtas præfecti vigilum extenditur ad receptatores, & ad alios auxiliatores, & idem tenent *Bal.in conſ.32. vol.5. Affl.in conſt.pœnam eorum num.15. Maranta in ſpec.diſtin.6.nu.22.*

70 Ex hoc quoque infertur, quod poſſunt receptatores pœnis præſcriptis tàm à iure communi, quàm Regni noſtri mulctari, data confeſſione in tormentis duorum proſcriptorum, etiam deponentium de actibus diuerſis, & ſingularibus; vt ſancitur *in pragm.1. §. 6. ſub tit. de exul. & in pragm.1. ſub tit.de recept. malefact.* & de iure affirmant *Caualc.deciſ.Fuiz.15. nu.5. par.5. Carau.in pragm.1. num.73.de exul. Reg.Rouit. ſuper pragm.6. de recept.*
71 *malefact.* poteſt enim Princeps ex cauſa ſtatuere, vt vni tantùm teſti credatur *Conrad.in temp.Iudic. l. 1. cap.1. §.4.ver. 5. Aret.in cap.ſuper eodem il 3. nu.2. ext. de teſtibus.*

72 Tertiò poſſunt Commiſſarij exules, & bannitos impunè necare, vt de iure inquiunt *Marſil.conſ.11.ex cap.cum homo,* & ibi *gl.1.in fine 23. quæſt.5. Par. de ſyndic. verb.latro nu.2. Affl.in conſt.Regn.pœnam eorum, Boſſ. tit. banniti quid amittant Cepoll.conſ.8. Clar.in prax.crim. §.homicidium,ver.plerumque, Io:Grand. de bello exul.ſpec.21.* vbi *Thor.in annotat.* idem affirmant *Carau.rit.269. nu.3. Foller. in prax.crim. rub.foriudicentur, Scialoya in prax.foriudic.cap.15. nu.2.Vrſill.deciſ.16. nu.2.Præſ.de Franch.deciſ.276.nu.2.* Imò
73 poſſunt conſtituere mercedem interfectoribus, qui nec etiam mortale pecca-
74 tum committunt, vt tenent *Megala reſol. 59. Intrigl.de caſib.conſcient.caſ.9.nu.39. & nu.46. Parlador.diff.12. §.2.nu.8. Villad.in for.iudic.lib.3. tit.40. l.4. in fine, Ioſeph Seſſe de inhibit.cap.4. §.3. num.18.* & optimè *Reg.Rouit.ſuper prag.in rub. de exul.nu.1. Reg.de Ponte de Poteſt. Proreg. tit.*

tit. de prouiſ. fier. ſol. §. 4. *num.* 4.

75 Et id apud nos ſpeciali lege conſtitutum eſt, nàm habemus *prag.* 1. *ſub. tit. de exul.* vbi omnimoda conceditur facultas, impunè occidendi bannitos, alioſque notorios, & diffamatos delinquentes, perturbatores pacis, quod etiam confirmat *prag.* 6. 9. & 11. *cap.* 2. *ſub eod. tit. de exul.*

76 Ratio deſumitur ex eiſdem pragmaticis, nàm exules, ſiuè banniti, attenta municipali noſtra lege, verè foriudicati appellantur, & inſuper eiſdem pœnis, quibus foriudicati mulctantur, ipſos plecti debere ſtatuitur. Vndè ſicut foriudicati impunè occidi poſſunt, ſic etiam exules,

77 ſiuè banniti, tantò fortiùs, quia foraſciti dicuntur inquietatores pacis, inimici, & hoſtes publici, & Regis proditores, contemptores iuſtitiæ, graſſatores, & latrones, vt ex pluribus fundat *Io: Grand. d. tract. de bello exul. de qualitate quæſt.* 1. ibique *Thor. in annot.*

78 Sed id intelligitur, donec banniti ſunt in capiendo, nàm poſtquàm capti ſunt, non poſſunt occidi, quia nec in bello licito hoc liceret, vt inquit *Marſil. in l.* 1. *nu.* 7. *deſicar. Alciat. in l. pupillus*, §. 1. *ff. de verb. ſignificatione*, *I: Grand. loc. cit. ſpec.* 19. *num.* 2.

79 Quartò poteſt Commiſſarius Campaneæ facultatem concedere deferendi arma, etiam à Regijs Sanctionibus prohibita, vt de iure fundant *Luc. de Penna in l.* 1. *n.* 45. *C. vt armorum vſus lib.* 11. *Andr. de Iſer. in conſt. Reg. Caſtellanis, Caſſan. in conſuet. Burgun. rub.* 1. *nu.* 109. *Io: Grand. de bello exul. ſpec.* 14. *Franc. Tuntolus in ſuis indic. & vot. in indic.* 20. *incip. nulli dubium, Danza de pugna Doctor. tom.* 2. *tit. de armat. per Camp. cap.* 8. *nu.* 4.

80 Quodque etiam prouiſum fuit per *prag. Regni noſtri* 7. *de armis*, & idem cõfirmat *prag.* 1. §. 9. *ſub tit. de offic. Indic. gener. cont. delinquentes*; Verum ibi additur, quod talis facultas deferendi arma non poteſt ab ipſo concedi, niſi per vnicum menſem, quo elapſo, nequit illam prorogare; imò non omnibus valet talem poteſtatem concedere, ſed tantummodò illis, qui tractant, ſe facturos aliquod ſeruitium, vt clarè inquit *d. prag.* 1. §. 9. Et licèt prohibitum fuerit Commiſſario Campaneæ dare licentiam aſportandi arma ignis, vt *in prag.* 24. §. *fin. de arm.* Hæc pragmatica non fuit obſeruata, nàm ij, qui inſeruiunt in Campanea ad perſecutionem foriudicatorum, neceſsè habent aſportare dictas armorum ſpecies, &c. Tenetur tamen Cõmiſſarius Campaneæ tenere regeſtrum particulare licentiarum conceſſarum, & Commiſſariorum deputatorum contrà bannitos, vt diſponitur *in prag.* 3. *de guidaticis*, §. 4.

81 Quintò poteſt Commiſſarius Campaneæ, quando vires Barricelli Campaneæ eiuſque cõmitiuæ non ſufficiunt, ad perſecutionem exulum, cogere ciues loci, alioſque ſubditos ad capturam foraſcitorum, & delinquentium, quod fundant *ex l.* 2. *C. de his qui latron. l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrb. prad. Luc. de Penna in l.* 1. *nu.* 23. *C. ne ruſt. ad vllum obſequium lib.* 11. *Paris de Puteo de ſynd. ver. familiaris cap.* 1. *nu.* 3. *Foller. in prax. crim. ver. nota cap. de perſ. num.* 10. *Scialoya in prax. foriudic. cap.* 19. *nu.* 13. *Io: Grand. in tract. de bello exulum de prædicam. ſitus quæſt.* 3. *num.* 1. *in fine*, & *nu.* 5.

82 Et ratio eſt, quia non tenetur Rex de ſuo ſupplere numerum militiæ, quando

83 illa deſignata non ſufficit, ſed populi dare debent ſufficientem militiam ad perſecutionem malefactorum, vel ipſi auxilium præſtare tenentur; imminente

84 enim neceſſitate ab angarijs, & perangarijs nullus excuſatur; quãtumuis priuilegio munitus ſit, *l. nullus, C. de Cur. publ. lib.* 12. *Luc. de Penna in l.* 1. *num.* 32. *C. ne ruſt. ad vllum obſeq.*

85 Sed apud eos particulari lege in Regno noſtro ſancitur, quod perueniente notitia foraſcitorum in aliquo territorio; Officiales conuocari facere debent omnes homines ad ſonum campanæ ad arma, & tunc omnes in perſequutionem bannitorum iure tenentur; alias pœnis in Pragmatica ſtatutis, puniũtur, vt habetur *in prag.* 1. *de perſequut. malefact.* ad cuius exornatum multa ponit, *Capibl. in prag.* 19 *de Baron. nu.* 44. & nos ex dicta Sanct.

86 deducimus, quod ſemper tenentur ciues loci, ordine Officialis ſuperioris accedere ad perſecutionem bannitorum, & idẽ affirmat *Thor. ad Io: Grand. ibi de prædic.*

87 *ſitus quæſt.* 3. Et poteſt etiam Commiſſarius Campaneæ conuocare Barones, vt ad perſequutionem bannitorum concurrant,

Digitized by Google

rant,vt inquiunt *ex Luc.de Pen. Io:Grand. ibi ſpec.*8. & idem firmat *Capyc. deciſ.*27. *nu.*4.Nunquid autem poſſit ad id conducere militiam, vide *Io:Grand.ibidem*, qui in negatiuã reſoluit, abſq; tamen ordine Proregis.Verùm Commiſſarius Campaneæ tenetur vigilare,vt milites Cãpaneæ aſſiſtant cum Caporale , vel Capitaneis in repartimentis deſignatis, & ex cauſis poteſt militibus adiuuare alia repartimenta, vt diſponitur *in pragm.* 7. §.7. *de receptator.*

89 Sextò poteſt Commiſſarius Campaneæ exules, & foraſcitos capere, vndecumque ſint poſiti, vt *ex l.congruit, & ex l.*3. *ff.de offic.Præſid.& ex l.*2. *C.de his qui latron.* fundant *Foller. in prax.crim. ver. nota cap.de perſon.nu.*9. *Paris de ſyndic.in ver.captura cap.*4. *nu.*3. *in fine, Io:Grand. de bello exul.de prædic.vbi quæſt.*2.

90 Hinc eſt, quod poteſt intrare Commiſſarius alienam Prouinciam per ſpatium milliarium viginti;& ibi transfugas, & bannitos capere; vt habetur *in prag.*4. *de exul.* & notat *Carauit. ſuper d. prag.*4. *num.*11.& fundat idem *Io:Grand.loc.cit.*

91 Poteſt etiam perquirere bannitos,eoſque capere intrà fines , & territorium ſtatus Eccleſiæ per ſpatiũ decem milliarium,& ab eo illos extrahere,quod cõſtitutum fuit ex capitulatione vltimo loco facta inter Papam,& Proregem circà annum 1585. vt legitur *in prag.*6.*ſub tit. de exul.* vbi inſeritur *bulla Sixti V.* & notat *Io:Grand. d.quæſt.*2.*nu.*4. ibique *Thor. in annotat. Reg.Rouit.in pragm.*1. *de perſeq. malefact.*

92 An autem poſſit bannitos ab Eccleſia extrahere, quando Epiſcopus licentiam petitã denegauerit, vide *tex. in §.neque, auth.de mand.Princ. Mantell.in* 3.*lit. arbitrali incip.prouiſa iuris in*2.*quæſt.princ. nu.* 19. *Marſil. in tract. de bannitis, verſ. capti nu.*57. *Angel.in tract.de malef. ver. quod fama publica præcedente nu.*59. *Reg. Rouit.ſuper prag.in rub.de exul.nu.*24. *Io: Grand.de bello exul.d.prædic.ſitus quæſt.*2. *nu.* 2. vbi ſic ſeruatum inquit, & idem

93 *Thor.in annotat.ibidem.* Sed de prædictis latè diſſeritur in tractatu de fiſco, Deo dante typis demandando,vbi de Gregoriana ſanctione etiam ratiocinatur.

94 Septimò poteſt Commiſſarius Campaneæ guidatica concedere, & ſecuritatem promittere delinquentibus,ſeù exulibus contemplatione ſeruitiorum, quæ Curiæ fieri ſpopondent in captura aliorum exulum, & bannitorum, vt *ex l. relegati, ff.de pen.* fundat *Bart. ibi Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſol.* §.4. *nu.*50. *Reg.Tap.de Regal. Cancel. tit.de poteſt. Reg.Cancell. num.*25. *fol.mihi* 89.

95 Quodque ex noſtris ſanctionibus,etiã admittitur, vt *in pragm.* 1. *de offic. Iudic. gener. cont. delinq.* verùm ibi habetur, quod illa concedere non debet, niſi bis per ſpatium viginti dierum,vt *in d.prag.* 1.§.6. *tit.de offic.Iudic. gener. cont.delinq.*

96 Nec etiam poteſt guidaticum concedere Duci exulum , ſed tamen poteſt illud promittere, quando ſeruitium aliquod in beneficium Curiæ ſequeretur, vt *in d.prag.*1.§.7.& in ſeq.§.8. habetur, non poſſe guidatica concedere perſonis cum qualitate, nec etiam delinquentibus in Ciuitate Neapolis.

97 Octauò, poteſt indulgentiam concedere bannitis ſuorum delictorum,ſi alter alterum occidat; proùt cauetur *in l. non omnes,* §.*fin. ff. de re milit.* ibi, *qui transfugit, & poſteà latrones apprehendit, & transfugas demonſtrauit , poſſe ei parci, Diuus Adrianus reſcripſit* , idemque firmant,dicentes hoc etiam Reipublicę expedire, *Bart. in l.*3.§.*fin. ff. de condit. ob turp.causã,& in l.ſi ea mente, ff.de furt.*& confert regula *tex. in auth. ſed nouo iure, C.de pęn.Iudic.Io:Grand.de bello exul. de prædic.quantitatis quæſt.*2.*&* 3. vbi *Thor. in annotat.Reg.de Ponte d.tract.de poteſt. Proreg.tit.de prouiſ.fier.ſolit.*§.4.*num.*38. *Reg. Tap. de Regal. Cancell. tit. de poteſt. Reg.Cancell.fol.*90.*nu.*26.

98 Idque etiam in Pragmaticis Regni noſtri conſtitutum eſt, ſiquidem *in pragm.* 19.*&* 24.*ſub tit.de exul. tom.*2. habetur, quod bannitus alium bãnitum occidens, vel viuum præſentans Regiæ Curiæ, remanet de omnibus ſuis criminibus indultatus , & aggratiatus, non obſtante, quod partis remiſſionem non obtinuerit. Imò ſi Ducem delinquentium occidiſſet, non ſolùm ipſe indulgentiam delictorũ haberet, ſed tres alij ſocij,quos ipſe nominauerit.

99 Sed quæ requirantur in occiſo , vt interfector indultu gaudeat,diffusè diſcurrit

Digitized by Google

rit *Io: Grand. de bello exul. sub prædicam. quantitatis quæst.* 3. ibique *Thor. in annotat.* vt est videre.

100 Nono, potest Commissarius Campaneæ elapsis solummodò quotuor diebus procedere ad foriudicandum illos, qui per Campaneam ad numerum quatuor incedunt armati, licèt non delinquant, vt habetur *in pragm. 22. cap. 6. sub tit. de exul.* & affirmant *Præs. de Franch. decis.* 213. *num.* 36. *Consil. Gizzarell. decis.* 16. *&* 17.

101 Decimo, potest Commissarius Campaneæ domus forascitorum destruere, vt *in l. si is cum quo, ff. comm. diuid.* idemque disponitur *in cap. felicis de pœn. in 6.* ibi, *fiant habitationes eius desertæ, vt non sit, qui eas inhabitet, dentur cuncta eius ædificia in ruinam;* quodque confirmant *Boer. decis.* 230. *Ant. de Nigr. in cap. Regn. nuper apud Tranum nu.* 82. *Paris de syndic. ver. latron. cum fama, Clar. in* §. *fin. quæst.* 82. *in stat.* 8. *Campag. in cap. frequens nu.* 104. idemq; inquiunt *Io: Grand. de bello exul. spec.* 33. *Affl. in constit. Iustitiarius nu.* 8. *Reg. de Ponte. de potest. Proreg. in rub. de prouis. fier. solit. num.* 35. *& tit.* 12. *nu.* 8.

102 Vndecimo, potest Cõmissarius Campanæ consanguineis bannitorum vsque ad quartum gradum indicere, vt à Regno exfractent, alium circumscribẽdo locum residentiæ, sub aliqua pecuniaria pœna, vel etiam alia corporali arbitraria; vt cauetur *in l. per omnes 6. C. de defens. Ciuit.* ibi, *Non sinant crimina impunita coalescere, remoueant patrocinia, quæ fauorem reis, &c.* idemq; disponitur *in l. iure prouisum,* vbi *Bar. C. de frabricen. lib.* 11. *Bal. in l.* 1. *nu.* 8. *C. ne fil. pro pat. glos. in rub. Cod. de decret. decur. lib.* 10. *Scialoya in prax. foriudic. cap.* 22. *num.* 1. *Io: Grand. de bello exul. de prædicam. pati quæst.* 2. *nu.* 2. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. §. 5. vbi quoque asseuerat, posse etiam filios, & consanguineos bannitorum in carceres detrudere, *ex Anchar. in cap. canonum statuta nu.* 136. *de constit. Ias. in l. si quis in suo ver. quinto facit, C. de inoffic. testam. & in* §. *actionem autem n.* 73. *instit. de action. & in l. lex Cornelia, ff. de vulg. & pupil. Couar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 8. *Iul. Clar. prax. crim.* §. *fin. quæst.* 86. *Ang. in cons.* 63.

102 Sed prædicta aduersari videntur iuris naturalis præceptis, quod scilicet pœna suos debet tenere authores, & pro delicto alterius nemo debet puniri, *cap. non debet, & cap. damnum ext. de regul. iuris, l. sancimus, C. de pœn.*

103 Attamen bifariam respondetur; Primò, quia propter atrocitatem criminis, sæpè vnus pro alio punitur, vt dixit *Anan. in cap. dilectus il* 2. *in* 6. *col. ver. ex atrocitate de simon. Hipol. de Marsil. de ban. ver. atrocioribus nu.* 14. *Io: Grand. de bello exul. d. prædicam. pati quæst.* 2. *nu.* 1 Se-
104 cundò, quia consanguinei istam patiuntur pœnam, ob proprias culpas, à lege præsumptas, vt in proposito dixerunt *Reg. de Ponte, & Io: Grand. loc. cit.* vbi decem enumerãt præsumptiones, ex quibus culpa inesse videtur: sed illis omissis, vna vehemens est, nàm præsumitur, quod
105 consanguinei auxilium, victum, & cõmoditatem dictis bannitis præbeant, qui etiam ex assistentia, & præsentia eorum consanguineorum in Prouincia, vbi grassantur, audaciores redduntur, vt *in l.* 1. *ff. de recept.* ibi, *propter magnitudinẽ delicti nimiam personarum coniunctionem, Alber. in rub. C. ne filius pro patre, August. ab Ang. de malefic. ver. dictum Semproniũ nu.* 16. *&* 17. *Bald. in l. ob hæc verba de infam. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 1. §. 5. *nu.* 16. proindè satis merito pœna exfractus, & carceris, contrà ipsos cõsanguineos infligi potest, vt copiosè tractat multis relatis *Farinac. in prax. tit. de delict. & pœn. quæst.* 4. *nu.* 150.

107 Quod etiam statuit *Sixtus V. Pontifex in bulla cõdita de anno* 1585. quę habetur *in prag.* 1. *sub tit. de exul. & in ead. prag.* 1.
108 §. *vlterius,* idem disponitur, quod scilicet consanguinei bannitorum exfractare debeãt per triginta milliaria extrà Prouinciam, & hoc etiam *per prag.* 12. §. *item ordinamo sub eod. tit.* ampliatur procedere in cõsanguineis vsq; ad quartũ gradũ, & insuper disponitur, quod tàm mares, quàm mulieres exfractare debeãt, excep-
109 tis pueris annorum quatuordecim, & senibus annorum sexaginta, quod etiam confirmatur *per prag.* 24. *cap.* 3. *sub eod. tit. tom.* 2. *prag.* & latè exornat *Reg. Rouit. in prag. in rub. de exul. nu.* 11. & procedere contra cõsanguineos Clericorum, publicam turbantium quietem, firmat *Præs. de Franch. decis.* 463. *nu.* 9.

Digitized by Google

110 Et quando conſanguinei prædicti fines in exfractu deſignatos non obſeruent, poſſunt contrà eos exequi tàm pœnæ corporales,quàm pecuniariæ,in bannis additæ; vt habetur *in l.iure prouiſum, C.de fabric.lib.*11.vbi *Luc.de Penna Ang. conſ.*63. incip. *Nobilis miles, Alex. conſ.* 190. *nu.* 14. *Andr. de Iſer.in conſt. Regn. pacis cultum, Reg. de Ponte loc.cit. num.*4. *Thor.in annot.at.ad Io:Grand.de bell.exul. de prædicam. pati quæſt.*2. *ad num.* 2. vbi praxim exequendi talem pœnam pecuniariam recenſet.

111 Imò non ſolùm dictis pœnis conſanguinei bannitorum tenentur, verùm etiã obligantur,ad emẽdam damni illati particularibus Vniuerſitatum Regni, propter delicta patrata à delinquentibus; vt pluribus citatis fundat *Farinac. in prax. tit.de delict.*& *pen.quæſt.*24.*nu.*150. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.*1.§.5. *nu.*6. idemque diſponitur *in pragm.* 24. *cap.* 8. *ſub tit.de exul. & in cap. ſequenti,* mandatur, eos nec poſſe frui honoribus, dignitatibus,& officijs in locis,vbi degunt.

112 Duodecimo, poteſt Commiſſarius Campaneæ ſuam exercere authoritatem, & iuriſdictionem, non ſolùm contrà foraſcitos,per campaneam in commitiuam aliorum incidentes, etiam nullum delictum perpetrando, vt *ex prag. 6. ſub tit. de exul.* latè loquitur *Io: Grand. de bello exul.ſub prædicam.qualitatis quæſt.*2. ibique *Thor. in annotat.* Verùm quoque
113 authotitate, & iuriſdictione fungitur contrà Magiſtrum Actorum, Scribas, Alguzerios,Miniſtros Iuſtitiæ,alioſque ſeruientes in Tribunali Campaneæ, vt ex pluribus fundat *Capyc.deciſ.*27. *nu.*2. *Carau.ritu* 49. *nu.*10. *Io:Grand.de bello exul. ſpec.*14. ibi *Thor.in annotat.*

114 Imò huiuſmodi iuriſdictione ipſe potitur priuatiuè quòad alios, vt inquit *Io: Grand.ibidem ſpec.*85.*nu.*1. vbi *Thor.in annot.* & idem firmant *Præſ. de Franch. deciſ.*417.*nu.*7. *Ang.Scialoya in prax.foriudic.cap.*26.*nu.*7.

115 Nec ſyndicatui ſtare tenetur Cõmiſſarius Campaneæ, neque rationem reddere obligatur; ſiquidem omnia ſuo arbitrio relicta ſunt, ideò de nihilo redar-
116 gui poterit, vt fundant *Marſil. de bannit.ver.Iudice nu.*246. *Caſſan. in conſuet. Burgund. rub.* 1. §. 5. *in tex. allarbitrage nu.*35. *Aret.in* §.*prætereà nu.*2. *de action. Montel.in prax.arbitr.par.*5. *num.*29. *Io: Grand.ibi ſpec.*50.*nu.*1. *Danza de pugna Doctor.tit.de poteſt.ad mod.bell.c.*7.*in fin. & tom.*2. *tit.de ſalario cap.*1.

117 Verùm in noſtro Regno viget *Regia pragm.*3. *ſub tit. de offic.Iuſtit.* qua cauetur, quod elapſo tempore officij præfixo ſtare debeant ſyndicatui per ſpatium quinquaginta dierum.

Sed nequeunt Cõmiſſarij Campaneæ componere delicta commiſſa,cum armis igneis; niſi priùs data notitia Proregi,vt *in pragm.* 24. §.6. *de arm.* & quando delinquentes aſpirant ſeruire in bello, ſtatim debet Cõmiſſarius dare notitiam delictorum illorum,delegatis, & ſuperioribus, vt ſancitur *in prag.* 3.*de guidatic.*

118 Prætereà ad eruendum exules, & facinoroſos homines,qui publicam Regni incolumitatem, & tranquillitatem turbant, Excellentiſſimus Dominus Comes Caſtrilli Regni Prorex, diligentiæ, & ſolertiæ nemini ſecundus,particularem cõſtituit Magiſtratum, vt exules,huiuſmodi pœnas, quas merentur,luerent, dictumq; Magiſtratum, quem Excellentiſſimi ſucceſſores non inutilem; ſed apprimè perneceſſarium exiſtimarunt, ſummis Senatoribus colluſtrarunt, & Eminentiſſimus D. Cardinalis de Aragona tempore quo Regni claues ſubſtinebat, me elegit in vnũ ex Senatoribus dictæ Regiæ Iunctæ: modò præſidet in ipſa, peculiari ordine Excellẽtiſſimi Domini D.Petri Antonij de Aragona, nùnc Regni Proregis,
119 Dominus D. Stephanus Carrillo,y Salcedo,Regiam Cancellariam Regens,natalium candore valdè ſublimis, ſapientia, & integritate magnoperè præditus, ſolertia, & ingenio conſpicuus; & inter cæteros Magiſtratus conuenit Dominus D. Petrus de Valero, in Regno Aragonenſi ex nobiliſſima proſapia ortus, hic Præſes R.C.S. Iureconſultus eximius, integritate,& eruditione valdè ditatus,morum ingenuitate ornatus.

In dicta Regia Iuncta nonnullæ deciſiones fortitæ ſunt, quas enucleare non inutile cenſeo,ſed potiùs conſentaneum materiæ, de qua verba fecimus; accidit inquam quò ad ſedandas ciuiles diſcordias, quæ annis præteritis exarſerant in Ciuitate Catanzarij inter familias de

Rocca,

Digitized by Google

Rocca, & de Morano, Præses Prouincialis postquam carceribus mancipasset Dominicum Rocca, eum sub verbo, & fide Regis obstrictum, ad pacem obligari fecit sub pœna ducatorum de non offendendo, nec offendi faciendo Franciscum Morano patrem, atque Petrum, & Io: Antonium eius filios; & huic obligationi accessit fideiussio Ignatij Maiorano pro summa ducatorum 500. cumque post duorum annorum interstitium fuisset de nocte interfectus cum ictu scoppictæ, dictus Petrus Morano, capta de dicto homicidio informatione iussu dictæ Regiæ Iūctę, fuit citatus dictus Dominicus Rocca ad informandum, & capitula, cum abbreuiatione termini super dicto homicidio, & insuper idem Dominicus, & dictus Ignatius Maiorano eius fideiussor, ad dicendum causam, quarè non debent soluere prædictam pœnam ducatorum 500. in beneficium Regij fisci.

Quamobrem exitari contingit, si locus erat solutioni dictæ mulctæ, aduersus præfatum fideiussorem, qui contendebat nullam ipsi molestiam inferendam esse, quoniam *Imperator in l. 1. C. de execut.*
120 *rei iudic.* præscripsit pœnam non exigi, nisi præuia sententia condemnatoria, atque declaratoria delicti; cum inquisitio aliquem reum non reddat, sed sententia: multa enim improperari possunt, quæ deindè obliterantur, vt docet *Iurisconsul. in l. furti, ff. de his qui notant infam.* quibus concinunt *Caball. cons.* 103. *num.* 1. *Baiard. ad Clar. quæst.* 93. *num.* 8. & facit etiam *tex. in l. in ambigua* 19. *ff. de legib. in l. nam absurdum, ff. de bon. liber.* vbi pe-
121 na peti non potest ex crimine, quod cõmissum non constat; hinc arguebat fideiussor, quod si hæc loquuntur de principali inquisito, multò fortius procedunt in fideiussore ciuilitèr obligato ad pœnam.

122 Idque fortius suaderi dicebat, nàm quamuis inquisitus sit contumax, & virtutè contumaciæ contrahitur ficta confessio criminis, non potest tamen ad pœnæ solutionem adstringi, nisi sequuta sententia declaratoria delicti fictè confessi, *tex. in cap. cum secundum de hæretic. in 6. Crum. decis.* 15. *nu.* 8. *Capyc. decis.* 112. & 121. *Capiblanc. de Baronib. pragm.* 4. *nu.* 71. 72. & 73. qui idem extendit in
123 delictis, in quibus est imposita pœna ipso iure, & probat *Clar. in §. fin. quæst.* 9.
124 *num.* 7 ac procedere etiam in Notarijs, annuit *Reg. Capyc. Latro decis.* 73. *post n.* 9.
125 quapropter nec actio fisco quæritur in delictis, in quibus reus obligatur ad pœnam, nisi à die condemnationis, *Bart. in l. vnic. C. de pœn. fiscali lib.* 10. *Peregrin. de priuileg. fisci lib.* 5. *tit. de publicat. bonor. nu.* 182. *ex tex. in l. aufertur, §. fiscus, ff. de iure fisci*, & probat *Capiblanc. de Baronib. d. prag.* 4. *nu.* 74.
126 Imò dicta ficta confessio nulli obesse poterit, nisi ipsimet contumaci, nàm delicto alterius neminem grauari decet; vndè vt pœna possit exigi à fideiussore, opus est, vt de delicto constet per veras, & lucidas probationes, nec sufficit confessio ficta, resultans ex contumacia inquisiti, *Bart. in l. cum filius famil. nu.* 4. vbi *Iason. nu.* 18. *de ver. obligation.* & est communis DD. sententia, teste *Card. Tusco litter. P. conclus.* 212. *num.* 53. *Clar. in §. fin. quæst.* 86. *nu.* 9. *vers. sed quæro, Caball. resol. crim. cas.* 250. *nu.* 4. *Scialoya in prax. for iudicat. cap.* 13. *num.* 19.
127 Et etiam fideiussori pro suo formato interesse necessariò erit impartiẽdus terminus ad excludendum delictum prædictum, & elidendas probationes Regij fisci, receptas ipso non citato, per contraria documenta, ne sit inferioris cõdictionis ipso reo, cui in termino vltimæ contumaciæ comparenti defensiones denegari non potuissent; ità nec præcludi deberent fideiussori, contrà quem ciuiliter tantùm agitur.
128 Nihilominus pro contraria parte Regij fisci adaptatur communis regula; vtpotè sententia lata contrà principalem, potest executioni, contrà fideiussorem iudicij, absque nouis actis, & processu demandari, *l. fin. C. de vsur. rei iudic. Aret. in §. fin. instit. de satisdationib. Bart. in l. 1. nu.* 1. & 2. *ff. iudicat. solvend. Alberic. in tract. statuti par.* 3. *quæst.* 25. *Berous decis.* 277. *nu.* 4. *Rebuff. de libert. oblata art.* 5. *gl.* 9. *nu.* 8. *Herculanus in tract. de caution. de non offendendo cap.* 29. *num.* 6. *Natt. cons.* 345. *num.* 2. *vol.* 2. *Vivius decis.* 210. *num.* 2. & 3. *Corneus cons.* 153. *nu.* 6. *Cuman. cons.* 32. *in princ. Gabriel cons.* 43. *num.* 33. & 35. *Aretin. de fideiussor. sess.* 4. *cap.* 34. Et ratio est, quia talis fideiussor

Digitized by Google

129 fingitur condemnatus cum principali, alioquin res ipsa tenderet ad infinitum,& loco vnius aduersarij incideret in plures, *gl.in l.fin.C.de vsufruct.rei iudicat.Bart. & Bald.in l.1.ff.solut.matrim. Guid.Papa decis.26. Affl. decis.182. Præs. de Franch. decis.* 400. *ad idem Costa de ratione ratæ quæst.*222. & latè agit *Io: Dominicus Gaitus de credito cap.2. tit. 3. nu.* 545. prout in facti specie fideiussio de nõ offendendo fuit iudicialiter stipulata.

130 Hinc praxis est in nostris Tribunalibus, vt interposita sententia citetur fideiussor,cum inserta forma sententiæ ad dicendum causam, quarè non debet accusari fideiussio, contrà ipsum pro dicta quantitate,in sententia addita, & deindè detur locus solutioni cõtrà fideiussorem, sic testatur *Muscatell.in pract.fideiussoria mod.*12.*nu.*34. *Aretin. d.tract. de fideiussorib.sess.*2.*cap.*2. *Cancer.var.resolut. tit. de fideiussoribus tom.*2.*nu.*91.*cum seqq.*

Ex quibus tamen quamuis pateat,non requiri processum , nec sententiam con-
131 trà fideiussorem , vt coarctetur soluere quantitatem expressam in fideiussione de non offendendo: verùm videtur ex prædictis , quod præcedere debeat sententia contrà principalem;eò magis quia fideiussores de non offendendo sub pœnæ comminatione, non tenentur ad pœ-
132 nam ex solo processu , vel banno interposito, contrà reum principalem,ratione suæ contumaciæ , etiam aliquibus indicijs,& præsumptionibus concurrentibus,
133 sed legitimæ probationes exposcuntur, *Baiard.ad Clar.quæst.*47.*nu.*26.imò notat *Berous cons.*203.*per totum vol.*2.quod ex dicto vnius testis de visu, & contumacia delinquentis non oritur, vt fideiussor venilat adstringendus , idemque sentijt *Plotus in cons.* 130. *nu.*22. *inter consilia criminalia tom.*1.

Nihilominus sentijt *Vulpellus in tract,*
134 *de pacè quæst.*104. *in fin.* quod leuiores probationes sufficiunt, existente contumacia , quia illa,fisci probationibus valdè coadiuuat , & ad idem *Alex. in cons.* 115. *viso themate col.* 3. *vers. quinimò, vol.* 4. ait , vt in pace rupta peculiare sit, quod licèt non sit plenè probatum deli-
135 ctum, sufficit, vt in loco delicti sit puplica vox , & fama, sequitur *Marsil. in l. de minore,*§.*plurimum col.*3.*ff.de quæstion,*

Dicta tamen *per Muscatell. magnum practicum in modo* 15. *fideiussorum nu.*17. distinctionem in hac re inducunt; siqui-
136 dem dicto *num.*17. ait, quod committitur stipulatio fideiussoris de non offendendo,quãdo principalis conuincitur per testes, non autem sat est ficta confessio, ex nõ comparitione resultans; *nu.*verò 19. inquit , vt si principalis non conuincatur per testes, & per indicia ad tor-
137 turam, tùnc requiritur confessio , vel condemnatio principalis , & indè stipulatio fideiussoris committitur , & vteruis exequuntur realiter, & personaliter,prę-uia citatione ad dicendum causam, quarè non debent soluere quantitatem, in fideiussione expressam.

Æquius tamen existimat idem *Muscatell.nu.*20. citare principalem ad infor-
138 mandum super contrauentione nouæ offensæ, ac eundem,& fideiussorem ad dicendum causam,quarè non sint exequendi pro pœna in fideiussione: & confecta huiusmodi citatione , inquit ipse *Mus-*
139 *catell.* quod vnicum iudicium fit contrà principalem , & fideiussorem , & vnica sententia condemnantur.

140 Decreuit postmodum Reg.Iuncta sub die 11. Octobris 1667. habita disparitate suffragiorũ, nàm aliqui dixerũt in decreto,quo condemnatur principalis,tanquã contumax ad informandum , & ad capitula , condemnetur etiam fideiussor predictus,ad pœnam in fideiussione contentã,dùm fuit citatus ad dicendum causam, quarè non debet soluere pœnam,in fideiussione expressam. Alij autem Dñi Senatores pro maiori parte noluerunt decidere articulum , sed dixerunt, vt fiat sequestrum in bonis dicti fideiussoris Ignatij Maiorano,pro quantitate in fideiussione contenta , acta sunt penès Leonardum de Viuo Act.Mag.

Vlterius in eadem Regia Iuncta successit controuerti aduersus sententiam foriudicationis , interpositam per Regiam Curiam Isclanam , contrà Nicolaum, & Anellum de Bono , & Ioannem Andream de Scala , ac dispungi nullitates propositas per eosdem foriudicatos in fortijs postmodum retentos.

Efflagitarunt dicti foriudicati, sententiam huiusmodi nullam declarari pluribus capitibus innixi , & præcipuè ex de-

fectu

Digitized by Google

fectu Iurisdictionis, dùm in causa processit Regius Gubernator Insulæ Isclanç, qui non habet iurisdictionem procedendi in primis causis; sed Iudex ordinarius eiusdem Insulæ, qui ab Excellentissimo Domino Prorege eligitur, & licèt processerit vigore delegationis, ipsi tributæ mandato eiusdem Excellentissimi Proregis; tamen tenor prædictæ delegationis inseri debebat in citatione emanata; tenetur enim delegatus citare reũ, inser-
141 to tenore suæ commissionis, aliter acta sunt nulla, vt latè agit *Marant.in specul. par.4.distin.5. nu.59. & 60. Campag.in extrauag. de vita, & honest. Cleric. vers. tenore fol.5.col.1.Merend. cons.89.num.1. Io:Iacobus Martinus cons.13.nu.19.addit. ad decis.411.Reg.Sanfel. vers.obserua septimo fol.mihi 446.col.2.*& ità in praxi seruari testatur, *Io: Baptista de Thoro in annotat. ad Io:Grandem de bello exulum speciali* 84. *fol.55. Decian. tract. crim.lib.4. cap.25.nu.12. Menoch.de præsumpt.lib.2. præsumpt.15.nu.2. in fine, Bertazzol.cons. crim.401.nu.11. & seqq.*

142 Et insuper tenetur in citatione ad informandum, & ad capitula assecurare citatos, pro quibuscumque aliis delictis, forsan per ipsos patratis; prout de praxi testatur *Scialoya in praxi foriudicatoria cap.5.nu.33. in fine*, quod deficere in citatione prædicta, asseuerabant delinquẽtes, & licèt assecuratio fuerit exhibita in huiusmodi citatione, pro quauis causa, verba illa, affirmabant delinquentes, intelligenda esse, pro quauis causa, vertente
143 in dicta Regia Curia, non autem extrà eam; verba namque obscura debẽt interpretari contrà proferentem, & quominus lędant inquisitos, & clara dicuntur, quãdo intellectus non laborat in intelligendo, *Bald.in auth.hoc inter liberos in principio de testamen. Mantic.de coniectur. vltimar.voluntat. tit.3. lib.3. nu.27. Capyc. Latro decis.103.nu.27.vol.1.*

144 Amplius inquiebant criminosi, sententiam prædictam dici nullam ex defectu, insito in notificatione citationis ad informandum, & ad capitula; siquidem Nuncius retulit citationem exequutam domi delinquentium, & non apparet, cui de domo notificata fuit, quod exprimere tenebatur, *Foller. in pract. crim. rub. fiat relatio Nuntij lib.8.de Nigris de foriudic. cap. siuè quis 155. nu.19.* vbi subdit, quod alioquin citatio est nulla, idemque confirmat *Gram.cons.1. nu.3.4.& 5.*

145 Ac etiam tenetur Nuncius perquirere reum, vt personaliter illum citare possit, eoque non reperto, permittitur eidem explere actum citationis domi, sed tenetur in relatione exprimere hanc diligentiam adhibuisse, aliter citatio domi est nulla, *Gram.cons.71.nu.5.& 6.& cons.ciuil.152. nu.7. Guazz.def.cap.2. nu.7.* quod etiam patet ex formula, quæ in expeditione citationis additur, vt scilicet citandos de persona citet, si ipsos reperire poterit; sin minus, domi.

Quinimò debet præstare iuramentum per illum de domo, vt quamprimum po-
146 tuerit, insinuabit citationem inquisito, vt cauetur *in constitutione Regn. citationis littera*, aliàs si non fuerit præstitum dictum iuramentum, citatio non valet, *Gram.cons.crim.71.nu.5.Marant.in pract. membr.1. nu.124. Scialoya in prax.foriudicat.cap.6. nu.13.*

147 Et etiã relatio notificationis huiusmodi citationis, debet authorari dicto duorum testium, qui citationi interfuerunt, illamque subscribere habent, aliàs citatio non subsistit, sic apertè sancitur *in prag.2.de ordine iudiciorum*, & obseruat *Gram.cons.71.nu.12.& 14.*

148 Et hæc omnia, aiebant delinquentes, fallere in eorum Thesi, quemadmodùm etiam deficere enucleabant notificationem citationis amicis, & vicinis foriudicandi; etenim citatio ad foriudicandum nõ solummodò intimatur agnatis, & cognatis inquisiti, verùm etiam amicis, & vicinis, *gl.in constit.Regni pœnam eorum*, ibique *Affl. nu.18. & 68. & ibid. Gram. nu.11.& seq.Reg.Rouit.in rub.de sentent. foriudicat.nu.2.& 3.Præs.de Franch.decis. 514. nu.1. & decis.516. Scialoya in prax. cap.11.nu.2.*

149 Verumtamen fuit perpensum, nullitatis morbo non laborare præfatam foriudicationis sententiam; siquidem defectus iurisdictionis, foriudicatis non opitulabatur, quoniam contumax effectus, non potest Iudicis citantis forum declinare, & petere se remitti ad Iudicem suum competentem, cum per contumaciam ipse ammittat exceptionem declinatoriã fori, *l.dedi, §.plana, ff.qui satisdar.cogant.*

Affl.

Digitized by Google

*Affl.deciſ.*133. *& in conſtit.Regn. pœnam nouem nu.*9. *Ferrat.cautel.*56. *nu.*2. *Cathalan.de indult.cap.*2. *nu.*21. *Theſaur.deciſ.* 265. *nu.*2. *Nouar. in prax. electionis fori tom.*1. *ſeſſ.*4. *quæſt.*22. *nu.*2. *Ann.ſingul.* 120. *Foller. pract. crim. rub. banniantur nu.*50. *Præſ.de Franch.deciſ.*417. *nu.*1. *Carauit.rit.*205. *nu.*4.

150 Imò reus contumax in criminalibus, neque purgata contumacia poteſt declinare forũ Iudicis citantis, *Præſ.de Franch. deciſ.*417. *poſt nu.*1. *Carauit.rit.*205. *nu.*4. *Scialoya prax.foriudic.cap.*2. *nu.*15. *&* 16. tamen idem *Scial. loc. cit. nu.*27. videtur prædictis ſe contradicere, cum inquat *di-*

151 *cto num.* 26. quod ſi Iudex ordinarius procedat ad ſententiam foriudicationis contrà exẽptum à ſua iuriſdictione, talis ſententia foriudicationis eſt nulla, *ex Nello de Sancto Geminiano de bannit.in* 2. *par. primi temporis nu.*2. *Carthar.de execut.ſentent. cap.fin. num.*200. *Conſ.Campan.de foriudic.reſol.*13. *n.*3. *&* 5. ideòque non eſt exequenda, *Farinac. pract. crim. tit.de inquiſit. quæſt.*11. *nu.* 46. Vndè vt dicta eiuſdem *Scialoyæ* inter ſe contradictoria non videantur, dici poteſt, quod loquuta in dicto *nu.*26. reſtringunt prin-

152 cipale axioma ſupra aſſeueratum, quando tractatur contrà Clericum citatum à Iudice laico, qui licèt effectus fue-

153 rit contumax, non per hoc, deſtituitur priuilegio fori; nàm conſtito de Clericatu ad formam *ritus M.C.* 235. poteſt Iudici competenti remitti, *Butr.in cap.ſi diligenti num.*14. *extr.de foro compet. Ann. ſingul.*120. *Io:Grand. de bello exulum in prædicam. pati quæſt.* 3. *ſpecial.* 97. *in fin. Foller.pract.crim. rub. banniantur nu.*50. *& rub. audiantur excuſatores nu.* 39. vbi *Baldaſſ.de Angel. in addit. num.*25. *Graſſ. effect.clericat.*1. *nu.*465. *Danza de pugna DD. tom.* 1. *tit. de contumace, cap.*2. *Viu. deciſ.*38. *nu.*8. *Reg.Sanfelic.deciſ.*277. *n.*7.

154 *Gram.vot.*27. tamen ſecundum *Viuium d.deciſ.*138. *nu.*8. debet Clericus, effectus contumax à Iudice laico, ſoluere multam eidem Iudici laico.

155 Dicitur quoq; competens Regius Gubernator Iſclanus in iudicio criminali contrà huiuſmodi delinquentes, quia ipſi criminoſi ex reſiſtẽtia facta, cohorti militum dicti Gubernatoris, & ex homicidio, indè ſequuto, in perſonam militis ciuſdem cohortis, videtur offendiſſe aures ciuſdem Gubernatoris; ac proindè efficitur competens, ex vulgato *tex. in l. nullum* 12. *C. de teſtibus*, quo cauetur, vt Iudex alias incompetens poteſt teſtem-

156 falſum coram ipſo deponentem, pœna falſi plectere; & ità ſeruari teſtantur *Anton.Gomez variar.to.*3. *cap.*1. *nu.*48. *Vantius de nullitate tit.ex defectu iuriſdictionis ordinariæ nu.*49. *Menoch. de arbitrar. lib.*1. *quæſt.*91. *nu.*2. *Marant. de ordine iudiciario par.*6. *actu* 12. *in princ. Præſ.de Franch.deciſ.*147. *num.*1. *Anna conſ.*107. *nu.*3. *&* 4. *Alphanus collect.*992. *Michael Graſſ.to.*1. *comm.opin. lib.*4. *tit.*10. *nu.*15. *Auguſt.Barboſ.ſuper d. l. nullum.*

157 Et hanc *textus* ſanctionem vigere, nedùm in teſte falſum deponente, verùm quoque in omni perſona, quouis modo iuriſdictionem Iudicis non ſui offenden. te, affirmãt *Salzed.ad praxim canon.Diaz cap.*97. *ver. nec illud prætereundum, Præſ. de Franch.deciſ.*370. *&* 722. *Farinac.in prax.crim. tit.de inquiſit. quæſt.*8. *nu.* 26. *vol.* 1. *& de oppoſit.contrà dicta teſtium quæſt.*67. *per tot.Carol.de Graſſ.reg.Franc. l.*2. *iur.*17. *ver. tertius caſus Maſtrill. deciſ.*147. *nu.*18. *Capiblanc.de Baronib.to.*2. *cap.*37. *nu.*9. *Reg.Galeot. reſponſ. fiſcal.*1. *nu.*4. *Reg.Sanfel.deciſ.*63. *nu.*4. *Præſ.Merlin.contr.tom.*2. *cap.*71. *nu.*4.

158 Quod etiam patet, non dumtaxat ex verbis eiuſdem *text. in l.nullum*, ibi, *vt quicumque aures ſuas offenderit, non dubitet ſibimet formidandam*; conſtat hoc etiã, quia eatenus ſic decreuit Imperator, quatenus conſiderauit offenſionem factam verbo; cumque in caſu reſiſtentiæ offenſio ſit facta, hinc videtur magnoperè Iudicem contemni, propterea ad eum ſpectat cauſæ cognitio, *Caball. centur.*1. *reſolut.criminal.caſ.*53. *nu.*7. *Capiblanc. de Baronib.to.*2. *cap.*56. *nu.*18.

159 Et dicitur offendere aures Curiæ, ſi offendatur Miniſter, vel Officialis, ab illo Iudice deputatus, in exercitio ſui muneris, ſic decreuit *tex.in auth. de quæſtorib. §. maximè, & in auth.de iudicib. §. is qui, verſ. neceſſitatem, Præſ.Merlin. centur.* 2. *cap.*71. *nu.*3.

160 Quemadmodum idem eſt, ſi offendantur Notarij Curiæ, aut Nuncij, vel ſeruientes, vt firmant *Caſtr.in d.l.nullum n.*2. *Bart.in l.ſi quis, ff.de falſ. Luc.de Penn.*

in

in l. quinque summates, C. de decurion. lib. 10. *Paris de Puteo in tract. de syndic. verb. Officiales, vers. Officiales, Vinc. de Franch. decis. 679. nu. 2. Farinac. de testib. quæst. 67.* §. 2. *per tot. Bouadill. in politic. cap. 17. nu. 48.* & est *tex. in l. si quis fortè,* §. *si quos, ff. de pen. Præs. Merlin. loc. cit. nu. 3.*

161 Et hoc adeò verum est, quod nullo priuilegio fori delinquenti succurritur; cum speciale sit, vt in casu *textus in l. nullum,* delinquens forum non sortiatur, etiam si iurisdictio sui Iudicis, sit clausula abdicatiua, & priuatiua munita; sic *Bart. in d. l. nullum, Felin. in cap. verum, column. 3. de foro compet. Couarr. practicar. quæst. cap. 18. nu. 8. Peguera decis. 79. nu. 4. Præs. Merlin. centur. 2. cap. 71. n. 8. Girond. tract. de priuileg. nu. 334. Reg. Sanfel. decis. 63. nu. 6.* & facit *tex. in l. 2. C. de priuileg. scholar. lib. 12.* ex cuius dispositione ratio depromitur, quia concessio, aut pri-

162 uilegium iurisdictionis, quamuis amplum sit, nunquam progreditur ad ea, per quæ publica læditur vtilitas, confert *tex. in l. fin. C. de offic. Magistr. militum, l. humilioribus, C. de susceptorib. & arcarijs lib. 10.* & probat *Girond. tract. de priuileg.*

163 *nu. 334.* cumque publicæ vtilitati conferat honor, & reuerentia ergà Magistratus, *l. 1.* §. *huius studij, & l. veluti, ff. de*

164 *iustit. & iur.* & illa seruari nequit, nisi ius vindictæ aduersus temerarios delinquentes eisdem offensis tribuatur, *Larrea in tract. de authorit. Magistrat.* & idem comprobant doctè annotata *per Præs. Merlin. tom. 2 controu. cap. 71. nu. 1. & 2.*

165 Hinc est, quod non opitulatur militi priuilegium militare aduersus disposita *in d. l. nullum,* sic disponunt verba eiusdem *text. in l. nullum,* & idem clarius suadetur *ex l. 1. & 2. ff. de offic. Præsid. l. is apud quem, ff. de acquirend. hæredit.* & confirmat *rubrica authenticæ, vt omnes obediant iudicibus Prouinciarum, & in criminalibus, & pecuniarijs, nullo excepto per priuilegium,* & comprobat *tex. in* §. *hac considerantes auth. cit. vt omnes obediant iudicib.* & hoc idem sequuntur *Aiala de iure belli lib. 3. cap. 8. nu. 5. Cenedus singul. 19. Reg. Galeot. resp. fiscal. 1. nu. 24. & 25.*

166 Nil refragante, quod in contrarium scripserunt, *Præs. de Franch. decis. 722. & Reg. Tapia decis. 13.* in beneficium iurisdictionis Magni Admirati, quia *Præs. de Franch.* in dicta causa contrarium præ-

167 buit suffragium; qua de re sic pluries contrà dictas decisiones fuit iudicatum, vt testantur *Garsia Mastrill. decis. 147. Reg. Galeot. respons. fiscal. nu. 81. Præs. Merlin. d. cap. 71. num. 33. controu. tom. 2. Reg. Sanfelic. decis. 63.* & in hac re latè scripsi *in tract. de fisco,* qui Deo dante prælo tradetur, vbi materia plenè degustatur.

168 Quinimò Clericus, falsum testificans corã Iudice seculari, ab eodem punitur, Clericali priuilegio non suffulto, proùt contrà *decisionem 230. Afflicti* scripserũt, *gl. in d. l. nullum Archidiac. in cap. presbyter 15. quæst. 5. nu. 1. & 2. Cin. & Bald. in præl. l. nullum, & idem Bald. in l. 1. in fin. C. quomodo, & quan. Iud. Marsil. in l. fin. nu. 152. ff. de iurisd. omn. iudic. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. in 2. opposit. ff. de iudic. Ludou. Roman. in l. cui iurisdictio 2. ff. de iurisd. omn. iud. nu. 8. Decian. tract. crim. to. 1. l. 4. cap. 11. nu. 82. Salyc. in l. nullum nu. 4. Fulgos. ibi. nu. 1. Iason. in l. quæ mandatum nu. 7. ff. de offic. eius cui. Roland. cõs. 12. nu. 26. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius, verb. vxorem dec. 2. num. 146. Surd. cons. 396. num. 2. Clar. in prax. quæst. 38. num. 14.*

169 Et è contrà si laicus falsum deposuerit, Iudex Ecclesiasticus illum coercit; proùt dixerunt *Couar. d. cap 18. pract. nu. 8. Peguera decis. 29. num. 5. Anna cons. 107. nu. 7. Bouadilla in sua politic. l. 2. cap. 17. nu. 47. Merlin. d. cap. 71. nu. 9. Clar. prax. crim.* §. *fin. quæst. 38. num. 37. vers. sed hic quæro, Farinac. l. 1. quæst. 8. de inquisit. nu. 27. vers. limita secundo, & l. 2. de opposit. contrà dicta testium quæst. 67. nu. 31. Carol. de Grass. de effect. Cler. effect. 1. nu. 1153. Ansald. de iurisd. par. 2. tit. 19. c. 26. num. 59.*

Ad idem faciunt, quæ decisa refert

170 *Carthar. decis. 86. & 89.* contrà laicum, percutientem satellites, & Ministros Iudicis Ecclesiastici, in actu executionis à Iudice Ecclesiastico indictæ, & sequũtur *Ricc. collect. 4299. par. 9. Aufrer. decis. 14. Boer. decis. 105. Guid. Papa decis. 179.*

Ex quibus propterea satis liquidò desumitur, Regiũ Gubernatorem Isclanum iure meritò Iudicium criminale contrà supractictos delinquentes pronunciare potuisse.

Nec

Digitized by Google

Nec ſententia foriudicationis interpoſita poteſt de nullitate redargui, ea-
171 cauſa, quia in citatione ad informandum, & ad capitula non fuit delegatio, quam habebat dictus Gubernator ab Excellentiſs. Prorege, inſerta, nàm licèt delegatus obligetur inſerere in citationibus, & proceſſu poteſtatem ipſi delegatam, *cap. cum in iure*, vbi *Abb. & Felin. de offic. delegat. Bald. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus*; hoc tamen fallit in Præſide Pro-
172 uinciæ, cui tãtùm ſufficit, vt alleget eius poteſtatem, nec requiritur, vt illam probet, aut oſtendat; cum notum ſit Præſidem habere hanc facultatem militarem, ita *Foller. in pragm. de foriudic. nu. 26. Io: Grand. de bello exul. quæſt.* 74. vndè cum verſetur in Gubernatore, qui procede-
173 bat in Inſula Iſclana, contrà certum genus perſonarum, ſcilicèt contrà Venatores, qui ſunt abſcripti ſeruitio Caſtri illius Inſulæ, ideò non tenebatur delegationem inſerere, ſed tantummodò inſinuare.

174 Et amplius citatio prædicta ad informandum, & ad capitula nulla reddi non poteſt, ex defectu notificationis non confectæ, amicis, & vicinis foriudicandi; quia amici, & vicini non ſunt
175 ſigillatim citãdi, ſed ſufficit, vt per proclama in citatione ad foriudicãdum fuerint vocati, *Reg. Merlin. controu. cap. 39. nu. 14. Reg. Capyc. Latro deciſ. 74. Angel. Scialoya prax. foriudicat. cap. 11. nu. 4. verſ. & amici*; imò in citatione ad foriudican-
176 dum intimari non debent omnes agnati, & cognati foriudicandi; ſed tantùm illi, de quibus notitia habetur, & ſunt eiuſdem loci, vbi principalis inquiſitus foriudicatur, cum contrà incertos, & ab-
177 ſentes, poteſt procedi ad citationem per edictum, *Reg. Tap. deciſ. S.C. 50. nu. 11. Præſ. de Franch. deciſ. 516. Nouar. deciſ. 12. Reg. Rouit. in rub. de ſentent. ad foriudicat. nu. 3. Foller. pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari faciat nu. 37. Marant. in ſpecul. par. 6. memb. 1. n. 82. Epiſc. Ricc. deciſ. 199. part. 3.* qua de re obſeruat *Scialoya d. cap. 11. nu. 4.* quod tenetur Iudex reſcribere
178 Vniuerſitati loci, vt dent liſtam agnatorum, & cognatorum foriudicandi, & habita dicta notitia, ſpecialiter illos citare debet, & hanc praxim confirmat *Reg. Capyc. Latro deciſ. 74.* Hinc eſt, quod ſi in citatione ad foriudicandum, ſint citati aliqui conſanguinei foriudicandi, non-
179 autem Pater, vel frater, ſi conſanguinei citati opponant Patrem, & fratrem non notificatos, poteſt procedi ad ſententiam foriudicationis, illa non obſtante; proùt deciſum tradit *Reg. Sanfelic. deciſ. 225.* quod etiam comprobat *Reg. Tap. deciſ. S.C. 50.* dummodò de patre, & matre non fuerit habita notitia.

180 Inſuper fuit perpenſum, iſtos delinquentes ex Regijs Sanctionibus pro foriudicatis reputari, conſtat *ex prag. 21. §. 5. & prag. 22. §. 6. de exul.* vbi præcipitur, quod ſi aliquis viſus fuerit armatus armis igneis, in commitiua bannitorum delinquentium, & ambulantium per campaneam, ad numerum quatuor, ipſo iure incurrat ad pœnam mortis naturalis, & poſſit impunè occidi, licèt non ſit declaratus foriudicatus per ſententiam, de quibus etiam meminit, *Scialoya d. cap. 7. n. 16.*
181 vndè abſque ſententia declaratoria, facta ſolummodò recognitione perſonæ, morti traduntur, ità ſentierunt *Reg. Rouit. in pragm. 12. nu. 3. de exulib. Nouar. deciſ. 39. & in collectaneis ad prag. 7. nu. 10. de exulib. Capiblanc. de Baronib. tom. 1. ſuper pragm. 8. par. 2. nu. 129. & tom. 2. cap. 52. nu. 13. Danza de pugna DD. tom. 2. tit. de armation. per Campaneam cap. 1. num. 19.* licèt in contrarium ſcripſerit *Conſ. Campan. de foriudicat. reſol. 27. Scialoya prax. foriudicat. cap. 10. nu. 21.*

Aliæ autem nullitates allegatæ non obſtabant, nàm reſpectu aſſecurationis illa in citatione erat conceſſa, reliquæ verò ſolemnitates, quas requiri in relatione Nuntij dicebatur, receſſerunt ab aula, & per Reg. prag. aliter ſtatutũ, & ex ordinibus D. Proregis illę non ſeruantur.
182 Ideò ex prædictis Regia Iuncta ſub die 27. Iulij 1667. pronunciauit, quod exequantur ſententię foriudicationis, contrà Nicolaum, Anellum Bono, & Ioannem Andream Scala; & in eadem ſententia dicta Regia Iuncta ad vltimum ſupplicium condemnauit Sabatellum de Serio, qui confeſſus fuit plura ſcelera, ac nefaria crimina patraſſe, dùm ipſe in commitiuam aliorum per campaneam armatus inceſſit, qua in cauſa dicta Regia Iuncta pro abſoluto tranſit articulum, vt contrà bannitos dicatur delictum cònſtare, ac

pro

Digitized by Google

183 pro eodem ipſos condemnari poſſe, licèt probatio delicti in genere deficiat *Franciſcus Caſconus in tract. de tormentis cap. 2. nu. 4. Io: Grand. de bello exulum ſpecial. 93.* ſolent enim abſcondere cadaue. ra, proijciẽdo in flumine, vel in mari, vt ex DD. ſupra adductis, & cõſtat de prædictis apud acta Leonardi de Viuo Act. Mag.

Tamen prædicti Rei, dùm ad vltimum ſupplicium ducebantur, Excellentiſſimus Dominus D. Petrus Antonius de Aragona Regni moderator, ſumma pietate præditus, vitam illis conceſſit, & perpetuo ſeruitio in Regijs Triremibus eoſdem adſcripſit.

184 Amplius altercata fuit in eadem Regia Iuncta cauſa inquiſitionis, contrà Ioſeph de Marinis Prouinciæ Baſilicatæ: hic per plures annos per Campaneam inceſſit, multa delicta enormia, atque enormiſſima commiſit, & inter graſſatores, nedùm ſe comiſcuit, ſed illorum Dux ſe conſtituit, fuit deindè propè Ciuitatem Meſſanæ à noſtris apparitoribus deprehenſus, illiſque comitantibus in Ciuitatem hanc ductus, iudicio Regiæ Iunctæ expoſitus, vbi ſpontè confeſſus, plura declarauit homicidia, furta, & recaptus, aliaque delicta per ipſum commiſſa, & etiam acceſſit, quod per Regiam Audientiam Principatus Citra, fuit bis foriudicatus, præuijs ſententijs, tamen inſpectis diligenter actis, & proceſſibus dictarum ſententiarum foriudicationis, apparebant illę ex reuolutione cartarum nullæ, ex defectu citationum, non rectè expeditarum ſeruata forma Regni conſtitutionis; ideò Regia Iuncta cautius agẽs noluit procedere ad exequutionem dictarum ſententiarum præuia recognitione perſonæ, ſed fiſcus inſtetit ad mortem damnari, ſtante ſpontanea confeſſione, & ex proceſſibus ipſius inquiſitionis conuictus inſpiciebatur, de armatione per Campaneam, & alijs delictis; vndè fuit ei impartitus breuis terminus horarum ad ſe defendendum, etiam aduerſus cõfeſſionem, & totam ſuam inquiſitionem, & conſtituto Aduocato ad ſui tutelam, dùm tractebatur de expeditione cauſæ, tria ad euadendũ reum à iudicio Regiæ Iunctæ, & etiam ab hoc ſupplicio, glomerabantur.

185 Primum, quia dictus Ioſeph fuit captus extrà Regnum noſtrum, nimirùm in Ciuitate Meſſanæ, cuius Territorium alterius iuriſdictioni ſubiacet, quamobrẽ ſecurus reddi dicebatur *ex tex. in l. decernimus, C. de his, qui ad Eccleſ. confugiunt*, & ex inſigni doctrina *Imolæ in reſp. 51. incip. in caſu præmiſſo nu. 6. in 3. dubio*, qui inquit, non licere capienti hoſtem ſuũ captum ducere per Territorium alterius Principis, etiam amici vtriuſque, & idem probatur *ex tex. in l. poſtliminium*, §. *poſt liminium, ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.*

186 quo in loco Iureconſultus eleganter docet, reuerſum ab hoſtibus, cum primũ in amicam Ciuitatem venerit, libertatem recuperare (quia tùnc primum ibi nomine publico tutus eſſe cepit) ergò deſumitur, quod in Ciuitate amica hoſtem

187 ſuum offendere, quis non poteſt; idem eſt in ſeruo fugitiuo ex alieno Territorio, quẽ quis per ſe abducere non poteſt, *l. quis ſit fugitiuus*, §. *idem Celſus, ff. de edilit. edict.* proùt, hoc pariter eſt in ban-

188 nito capto à Iudice, qui cum banno illum mulctauerat, in alieno Territorio relaxari debet, ex doctrina *Oldradi*, qu am refert *Io: Andr. in add. ad Speculatorem in tit. de accuſation. in addit. magna*, & ſequuntur *Nellus de bannit. 2. part. ſecundi temporis quæſt. 30. Iacob. Butricaric. Aret. Iaſon, & Hipolit. de Marſil. in l. final. ff. de iuriſd. omn. iudic. Corn. conſ. 159. lib. 2. Gomeſ. var. reſol. tit. de captur. nu. 1.* cum alijs cumulatis *per Farinac. quæſt. 103. nu. 208. verſ. limita tertio*, quas doctrinas licèt Aduocatus Rei non adduxerit, citauit tamen ad cõcluſionem prefatam, quæ ex prædictis fundatur *Reg. Conſtant. in l. vnic. C. de claſſ. lib. 11. nu. 116.*

189 Sed huic obiectioni occurrebatur, nàm *tex. in l. decernimus, C. de his, qui ad Eccl. confugiunt*, vbi regula traditur, quod alienum territorium prẽſtat ſecuritatem, illa tamen locum obtinet, quando agitur de loco exempto, non autem applicatur in captura, quæ fit in loco nõ exempto, nec *tex. in l. poſtliminium, ff. de captiu.*

190 *&c.* vbi cauetur, quod reuerſus ab hoſtibus, cum venerit in primam Ciuitatem amicam, incipit gaudere beneficio poſtliminij; adaptari tamen non poteſt hæc diſpoſitio in delinquente, quem Iudex loci delicti per milites inſequebatur, proùt etiam non conueniunt dicta de ſeruo

Digitized by Google

fugitiuo, vel de bannito; tùm quia iure
191 diſponitur, quod feræ,& aues in alieno agro captæ,fiunt capientium,etiam contradicente Domino, cui iniurjarum actio competit,ex doctrina *Bart. & Caſtrenſ. in l. Diuus, ff. de ſeruitut. ruſticor,* quam communiter ſequuntur *Viuius lib. 2.comm.opin. concl.311. Cepoll. de ſeruit, ruſticor. cap. 27. Franciſcus Marcus deciſ. 130. Veſembec. in paratl. in tit. de rer. diuiſ. Sebaſt. Medic. in tract. de venat. quæſt.6. Couarr. in reg. peccatum part. 2. §.8. num.4. Molin.de iuſt.& iur. diſp.51. tract.2. cum alijs per Io: Gutierez Canon. quæſtion.lib.2.quæſt.28.*

192 Tùm etiam,& fortiùs,quia Iudex loci delicti præueniens in captura Rei,etiam in Territorio eiuſdem Principis dominãtis,ſed ſub clipeo alterius Iuſdicentis,dicitur competens,in coerctione eiuſdem
193 delinquentis;nàm inter diuerſos Præſides eiuſdem Principis Territorij attenditur præuentio, *Clar. in §. fin. quæſt. 39, verſ.quæro nunquid, Caſtrenſ.in l.1. nu.5. verſ. ſi Florentinus, C. vbi de crimin. agi oport. Boſſ. in tit.de for. compet. nu.79. & ſeq. Theſaur. deciſ.90. nu.6. cum alijs per Caball. reſolut. crimin. centur. 2. caſ.162, nu.8. & ſeq.*

194 Imò Iudex loci delicti proſequens iniuriam, poteſt petere remiſſionem delinquentis, detempti in alieno territorio,vt ſupra *in rub.*14.§.10.annuimus, & cõprobant *Bald.in l.2.verſ.quidergò ſi Iudex,C, de ſeru.fugitiu. Auend. in reſp.40. num.2. Azeued.lib.8. recompilat.tit.16. l.1.n.13.* ità etiam ſi quis in proprio domicilio,aut aliundè capiatur, adhuc de neceſſitate remitti debet ad locum patrati delicti, *Facchin. lib.9. controu. iur. cap. 20. Bolognet.conſ.8.nu.9.verſ.ſed poſito ait;* proùt
195 quoque ſi ſit captus delinquens à Iudice domicilij, & remiſſio petatur à Iudice originis,& delicti, remittendus eſt ad locum delicti, *Theſaur.d.deciſ.90.nu.4.* ſequitur *Reg.Conſtant. in l.vnic.nu.125. C, de Claſſicis lib.11. Reg. Rouit. in pragm.1, vbi de delict.nu.57.*

196 Rurſum annuebat inquiſitus, quod in delictis confeſſis ſpontè, non conſtabat de corpore delicti in genere; & propterea de confeſſione non erat habenda ratio, *l.1.§.Diuus Seuerus, ff. de quaſtionib, Farinac. pract. crim. tit.de reo confeſſ. & connict. quæſt.83.nu.1. Foller. pract.crim. rub. & ſi confitebuntur nu. 1. Guazzin. ad defenſ.reor.defin.32.cap.31.nu.1.* cum alijs *per Scial.in prax.torquend.reos cap.3.*

Sed probationẽ huiuſmodi cum bannitis,& foriudicatis ex ſpeciali priuilegio non eſſe neceſſariam, diximus hac *rub. nu.43.& 183.* ideò vnico verbo remouetur prædicta oppoſitio.

197 Denique opponebatur, quod dùm dictus Ioſeph erat confeſſus ſpontè, mitius erat agendum *ex cap. non dicatis 12. quæſt. 1. l. quiſquis. §. ſanè, C. ad leg. Iul. Maieſt.* & pluribus DD. hãc quæſtionem exornant, *Boſſ. in tit. de connict. num. 6. Foller.in pract.crim.in verb. & ſi confitebuntur nu.* 81. & minorari deberi pœnã reo ex ſpontanea confeſſione, latè probat *Tiraquell. in tract. de pœnis temperand. cauſa* 30. *& Farinac. de reo confeſſ. quæſt.81. nu.171. & 174. cumſeqq.* & ità
198 practicatum fuiſſe cum Paulo Martino, qui ſub ſpe indultus promiſſi cum ſolita clauſula, *ponendo il delitto in vero,* ſpontè nulla præcedente interrogatione confeſſus fuit homicidium, cum non obſeruaſſet poſteà condictionem indultus, fiſcus inſtabat puniri pœna mortis, & per M.C,fuit condemnatus ad remigandum vita durante, vt teſtatur *Reg.Sanfelic.deciſ.234. nu.2,*

199 Sed in contrarium arridet doctrina *Clari in §. fin. quæſt.60. verſ. non deſunt etiam,* vbi dicitur, quod Iudices non curant, neç attendunt, quod reus ſpontè confeſſus ſit,& refert doctrinam *Alberici in l.1. §.queſtioni nu.3. ff.de quaſtion.* dicentis ſe nunquam vidiſſe ſeruare, vt quis propter ſpontaneam confeſſionem mitius puniatur, *Bertazol conſ.357.nu.6, Riminald.conſ.245.nu.61.lib.3.* cum alijs adductis *per Farinac.d.quæſt.81.cap.5. de reo confeſſ.nu.173.* Praxis autem,& obſer-
200 uantia M. C. in criminalibus ſemper fuit, vt in atrocioribus delictis puniantur Rei,etiam ſpontè confeſſi pena mortis naturalis ex dictis *per Farinac.d.quæſt. 81. cap.5.nu.173.*& refert ità deciſum per M. C, in diuerſis cauſis, *Reg. Sanfelic. d. deciſ.234.nu.4.*aliàs eſſet clipeus reorum confiteri delicta in iſtis caſibus, ad euadendam pœnam ordinariam.

201 Quibus omnibus diſcuſſis in Regia Iuncta, ſub die 28. Ianuarij 1668. iudicauimus,

Digitized by Google

uimus, quod dictus Ioſeph de Marino moriatur more Germanico, & eius corpus diuidatur in fruſtra; verba ſententiæ ſunt, quæ ſequuntur, &c.

In cauſa Regij fiſci cum Ioſepho de Marinis, publico Capite Banditorum, inquiſito de armatione per Campaneam cum magna commitiua, pluribus homicidijs, recaptis, cum ſequeſtrationibus perſonarum, etiam Eccleſiaſticarum, & intus Eccleſias, furtis inſtrata publica, etiam Regij Procacij, Incendijs, vulneribus cum ſtruppijs, ſcaramutijs cum Regia Curia, & alijs delictis, vt ex actis.

Die 28. menſis Ianuarij 1668. Neapoli facto verbo.

Per Regiam Iunctam, delegatam per Suam Excellentiam fuit prouiſum, & decretum, quod ſupradictus Ioſeph, vt ſupra inquiſitus, ſupra currum ad forum magnum ducatur, ibique in alta Rota ictibus mallei ferrei more Germanico moriatur, eiuſque corporis membra in fruſtra diuidantur, & ad eſcam volatilium exponantur, ità quod ei ſit pœna, cæteriſque tranſeat in exemplum, & condemnetur ad intereſſe partium; verùm ante exequutionem ſententia torqueatur tanquam cadauer ad ſciendum alia delicta, & alios complices, fautores, protectores, & receptatores, hoc ſuum, &c. D. Eſteuan Carrillo de Salcedo, Marchio Criſpani, Franciſcus Roccus, D. Fernandus Muſcoſo Oſſorio, Ignatius Prouenzalis. Leonardus de Vino Act. Mag.

De officio Præfecti Claſſis, & Generalis Triremium, ad quæ illud ſe extendat; & an delicta, commiſſa in Terra per Claſſicos, & milites Triremiũ cognoſcat?

RVBRICA XVI.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus Claſſis antiquitus nullam habebat Iuriſdictionem, ſed erat penès M.C.V.*

2 *Maris iuriſdictio, & perſonarum viuentium de arte maris fuit commiſſa Tribunali Magni Admirati.*

3 *Generalis Claſſis habet cognitionem omnium delictorum militarium, etiam in Terra, de iure communi, niſi delicta grauia ſint; nàm tunc ſpectant ad Iudicem ordinarium, nu. 4. & leuiora ad Generalem, nu. 5. Alij tenent contrarium, nu. 6.*

7 *Tribunal Generalis Triremium fuit erectum à Rege Philippo II. qui dedit ei Inſtructiones nu. 8.*

9 *Appellatio à decretis Curiæ Præfecti Claſſis datur Generaliſſimo maris, quando ibi reperitur, aliàs ad Dominum Proregem; à quo quandoque eidem Præfecto remittitur adhibito voto alterius Conſultoris, n. 10. ſed hoc rarius euenit n. 11.*

12 *Iuriſdictione omnimodo conceſſa, non venit cognitio appellationis.*

13 *Præfectus Claſſis iuriſdictionem habet cumulatiuè, cum Iudice ordinario; contrarium, n. 14.*

15 *Iuriſdictio, conceſſa cum inſtructionibus, dicitur diſcretiuè impartita; ità vt alter alterius cognitionem non debeat abrogare.*

16 *Magnus Admiratus habet iuriſdictionem priuatiuam.*

17 *Claſſis Præfectus cognitionem habet, delictorum in Claſſe commiſſorum, licet ſint*

Digitized by Google

grauia, vel leuia.

18 *Præfectus Claſſis non poteſt punire Officiales, à Rege creatos in ipſa Claſſe.*

19 *Sententia Præfecti Claſſis non poteſt exequutioni demandari in terra.*

20 *Præfectus Claſſis non cognoſcit, de cauſis ciuilibus militum Claſſis; niſi tàm actor, quàm reus ei ſubſint, n.21.*

22 *Fiſcus M.C.V. eſt fiſcus Curiæ Præfecti Claſſis; & omnibus alijs Curijs, vbi non adeſt fiſcus.*

23 *Triremium viſitatio fuit commiſſa per Proreges alijs Miniſtris; etiam virtute litterarum Suæ Maieſtatis nu.24.*

25 *Claſſicus, in Terra delinquens, à quo Iudice ſit cognoſcendus.*

26 *Author exercuit officium fiſci Patroni in M.C.V.*

27 *Aſportatio pugionis abſque enſe intus Ciuitatem Neapolis eſt interdicta, etiam militibus Triremium, nu.28.*

29 *Milites Triremium nec eum licentia Generalis arma deferre poſſunt intus Ciuitatem.*

30 *Armorum delatio extrà Caſtra, & naues, militibus, & Claſſicis prohibetur.*

31 *Arma deferendi licentia intus Ciuitatem conceſſa intelligitur de die, non de nocte.*

32 *Arma aſportantes intus Ciuitatem cognoſcuntur à Regente M.C.V. etſi milites ſint tàm maritimi, quàm terreſtres.*

33 *Delicta, in terra commiſſa, à Præſide Prouinciæ cognoſcuntur.*

34 *Delicta militaria à militum Iudice puniuntur, & nu.55.*

35 *Remiſſio militis Regiarum Triremium, qui intus Ciuitatem deliquerat, fuit per S.C. denegata, nu.51.*

36 *Delictorum diſtinctio, grauium ſcilicet, vel leuium, an cum Claſſicis ſit facienda, nu.60. & 64.*

37 *Pœna contrà aſportantem pugionem intus Ciuitatem Neapolis eſt Triremium.*

38 *Delictum an ſit atrox, vel leue, cognoſcitur à pœna, pro eo impoſita.*

39 *Pœna Triremium in locum damnationis in metallum ſucceſſit.*

40 *Pœna Triremium, vti capitalis, & libertatis priuatiua, grauis iudicatur.*

41 *Delinquens in terra, delicto communi, à Iudice ordinario punitur, non militari.*

42 *Claſſicus in terra delinquens, delicto communi, de foro Iudicis terræ efficitur.*

43 *Militum Inſtructiones datæ per Catholicum Regem Philippum II. recenſentur.*

44 *Iuriſdictio Præfecti Claſſis, ad certum genus perſonarum, & cauſarum reſtricta, à limine ſuæ poteſtatis, abſque nullitatis vitio non egreditur.*

45 *Fines delegationis ſunt obſeruandi, & conceſſionis tenor attenditur.*

46 *Sententia Præfecti Claſſis in terra executioni demandari non poteſt.*

47 *Iuriſdictio in alieno Territorio non exercetur.*

48 *Sententia Tribuni militum, & Præfecti Triremium in mari tantùm executioni demandatur, & aliter, qui fecerunt, fuerunt puniti.*

49 *Armorum delationis crimen contrà Principem prohibentem committitur, ac publicam Ciuitatis quietem.*

50 *Præfectus Claſſis duobus concurrentibus, iuriſdictionem habet, ſcilicet ſi delinquat Claſſicus, contrà Claſſicum, & delictum in ipſa Claſſe committatur, ex verbis Inſtructionum militarium.*

51 *Mare, vbi Claſſis reperitur, eſt Territorium Ducis Claſſis, ſicut locus, in quibus exercitus commoratur.*

52 *Delictum, à ſubditis Generalis Claſſis in terra commiſſum, à M.C.V. punitur, & ità paſſim iudicatum affertur.*

53 *Iuriſdictio Ducis Claſſis eſt cumulatiua, non abdicatiua.*

54 *Iudex, qui præuenit, debet præferri, quãdo iuriſdictio eſt cumulatiua.*

55 *Claſſicus in Terra delinquens, nõ cum pagano, ſed tantùm bona prohibita aſportando, ſi ibi fuerit captus, à Præſide Prouinciæ punitur.*

56 *Iuriſdictio Præfecti Claſſis an extendatur in terram, ſeù lictus maris, per quãtum diſtat per ictum vnius baliſtæ, vel vſque ad aſpectum regalis vexilli Triremium, nu.57. & 58.*

59 *Iuriſdictio eſt de regalibus, & ſinè titulo poſſideri nequit.*

60 *Poſſeſſio non ſuffragatur in his, quæ iuris habent reſiſtentiam, niſi de conceſſione conſtet.*

61 *Domus, quam habet Præfectus Claſſis in molo magno Ciuitatis Neapolis, non arguit dictum Præfectum habere iuriſdictionem in terra.*

62 *In-*

Digitized by Google

62 *Iurisdictio Præfecti Classis est limitata intrà eius septa, & Triremes, & Classi tantùm coharet, nec ad mare extenditur, in quo procedit Magnus Admiratus, respectu viuentium de arte maris, & naufragiorum, cum clausula abdicatiua.*

63 *Miles Regiarum Triremium ex simplici asportationis armorum delicto, intus Ciuitatem, fuit per M.C.V. punitus, & alia exempla recensentur, nu. 64.*

65 *Generalis Triremium, qui carcerauit Iudicem Ciuilem M.C. ex quo ille Iudex carcerauit Auditorem Triremium, fuit per Proregem carceratus, & relegatus.*

66 *Dominus Comes Castrilli laudatur.*

67 *Generalis Triremium, qui carcerauit Capitaneum Iustitiæ M.C.V. fuit per Proregem ad Ciuitatem Gaetæ conlimitatus.*

68 *Delicta militaria, quæ sint.*

69 *Delicta militaria, siuè intus Triremes, siuè in terra committantur, à Capitaneo Generali Triremium, puniuntur.*

70 *Miles, qui alium militem verberauerit, ab eius Capitaneo iudicatur.*

71 *Miles, si tàm actor, quàm reus sit, vel reus tantùm, cognoscitur in ciuilibus à Magistro militum, secus si miles conuenerit alium non militem.*

72 *Actor sequitur forum rei conuenti.*

73 *Delicta communia, non militaria, à militibus commissa, contrà personas terræ, à quo puniantur, & an sit vera distinctio,* gl. in l. magisteria, C. de iurisdict. omn. iudic. *inter delicta enormia, & leuia, nu. 74. & 76.*

75 *M.C.V. obseruantia in delictis communibus.*

77 *Delictum mediocre, seù leue, quod nàm sit remissiuè.*

78 *Milites, & cateri homines Triremium, si per terram asportãtes arma prohibita, vel alia facinora committentes, sunt puniendi per Officiales terræ, & ità iudicatum per M.C.V. facto verbo in Collaterali Consilio.*

De officio Præfecti Classis, & Generalis Triremium, ad quæ illud se extendat; & an delicta, commissa in Terra per Classicos, & milites Triremiũ cognoscat?

RVBRICA XVI.

RAtiocinare non incongruum puto hic, de munere Præfecti Classis huius Regni nostri, sed opere pretium magnoperè perneccssarium; siquidem cũ sæpè sæpiùs ille iurisdictioni M.C.V. obijciatur, exposcitur ergò, vt de illius iurisdictione, & facultatibus disseratur; & quamuis satis luculenter materiam nostrates degustauerint, tamen non iniucundè forè arbitror, sequentes elucubrationes in §§. distinctas in medium enucleare iuri innixas, & hodiernæ praxi consonas.

1 Porrò antiquitus Præfectus Classis nullã consequebatur iurisdictionem, quæ tàm in mari, quàm in terra erat penès M.C.V. sed crescente Ciuitate, & Regno ad cõmodiorem iustitiæ exequutionem ab ipsa M. C. fuit separata iurisdictio
2 maris, & personarum, ac rerum maritimarum, & fuit erectum Tribunal Magni Admirati, quod cognoscebat de quibuscumque delictis, & causis tàm ciuilibus, quàm criminalibus, in mare commissis, & inter viuentes de arte maris, vt notant *Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. in tit. de offic. Mag. Admirat. Præs. de Franch. decis. 242. & 723. nu. 15. Reg. Tap. Ius Regn. in tit. de offic. Magn. Admirat.* vbi subnectit instructiones dicti officij fol. 389. *Reg. Sanfelic. decis. 419. nu. 6. & 7.* cui Magno Admirato erat etiam commissa cura Triremium, & cognitio nautarum, vt patet *ex capitulis Regis Caroli I. 77. per totum & cap. 82.*

3 Imò est exploratum de iure communi, vt Generalis Classis habeat cognitionem om-

Digitized by Google

omnium delictorum militarium, quæ à ſuis militibus ſiuè in mari, ſiuè in terra perpetrantur, *l.2.& 3. l.omne delictum,ff. de re milit. l. 1. in prima parte, C. de offic. magiſtr.militum,l.magiſteria,C.de iuriſd. omn.iudic. l.de militibus,ff.de exhib.reor.* ibiq;*Butricar,Bellapertic.Salicet.& Paul. de Caſtro*, eamque cognitionem ſolus Generalis retinet, ſi vnus ex commilitonibus, alium commilitonem offenderit, *d.l.omne delictum,verſ.ſi quis commilitonem.* Hoc autem aliqui modificant,in delictis communibns, in quibus ſi atrocia, & grauia ſint, coerctio ſpectat ad Iudicem ordinarium, in cuius iuriſdictione delictum eſt commiſſum; militaria verò iudicio Generali ſubſunt;proùt leuiorum mulcta, ad eundem Generalem remitti debet, ità eſt *tex.in l.fin.ff.de accuſat. in l. 1. in prima parte, C. de offic.magiſtr.militum, Butricar.Bellapertic.& Salicet.in d. l.magiſteria, Cynus, & idem Salicet. in l.1.C.de exhibend.reis*; attamen alij DD. probant, vt etiam atrociorum, & grauiũ criminum flagitium ad Generalem attineat, vt refert *Reg.Reuert.deciſ.*81.

Sed poſtmodum iuſſu Inuictiſſimi Regis Philippi II. fuit inſtitutum Tribunal Præfecturæ Triremium, & conceſſa earundem Præfecto iuriſdictio in omnes illos,qui in Regijs Triremibus ſtipendiatis exiſtunt, & in eiſdem Triremibus deliquerint, ſecus ſi deliquerint in terra: & pro exercitio iuriſdictionis idem Sereniſſimus Rex præſcripſit, nedùm Præfectũ Claſſis, ſed Auditorem,& Curiam; imò vt in poſterum contentiones eruerentur, nonnullas Inſtructiones inuiolabiliter obſeruandas præſcripſit, idem Sũmus ille Monarcha Sereniſſimus Rex Philippus II. omni æuo memorandus, vt teſtãtur *Reg.Conſtant. in C.tit.de Claſſic. nu.*85 *&* 86. qui inſerit verba earundem Inſtructionũ dicti officij, & poſt eum notat *Reg.Tap. d.tit.de offic.Magn.Admirat. nu.7.verſ.non tamen hodiè,& Reg.Sanfel. d. deciſ.*419. *nu.* 17. illaſque etiam recenſet *Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ.* 81. *Reg. Reuert.*

A decretis autem Curię Prefecti Claſſis appellatur, ad ſummum maris Præfectum, qui Generaliſſimus nuncupatur,dummodò in eodem loco reperiatur; alioquin ad Dominum Proregem appellatio deuoluitur, qui eligit Iudicem in ſecunda inſtantia,ità *Iudex Taſſon.de anteſat,ver.3.obſeru.3.nu.*24. Solet quoque Dominus Prorex cauſam eidem Præfecto remittere, vt cum conſilio alterius Iurisperiti appellationem terminet; ſic obſeruat *Reg de Marin. ad deciſ. Reg.Reuert.*81. *nu.*14. *in fin.* ſed hoc rarius euenit,cum id videatur à iuris regulis declinare; nàm conceſſa iuriſdictione alicui, ille non cognoſcit de cauſis appellationum,quarum cognitio ſub Generali cõceſſione omnimodę iuriſdictionis non venit, *Capyc.in inueſt.feudal.in verb.feudum iuriſdictionale, verſ.remanet, Couarr.pract.quaſtion.c.4.n.6.Reg.de Marin. ibi.nu.*14.

Contendi tamen ſolet, ſi iuriſdictio, qua potitur Præfectus Claſſis, ſit cumulatiua, vel priuatiua, & reſpondet *tex.* cumulatiuam cenſeri *in l.*1. §.*cum Vrbem, C.de offic. Præfect.Vrb. & in l.fin.C.de iuriſd.omn.iudic.* idemque ſenſiunt *Gregor. Lopez in l.* 24.*tit.*9. *part.*2. *Io: Garſia in tract.de nobilit.gl.*1.*nu.*5.*Præſ.de Franch. in deciſ.*88.Contrarium verò videtur deſumi, attentis Inſtructionibus, nàm in caſibus ibi cõceptis cenſetur Duci Claſſium,conceſſa iuriſdictio priuatiuè; quoniam cum Princeps Inſtructiones,ac mãdata, à noſtratibus relata, ſtatuerit, ad controuerſias oriri ſolitas ſedandas, ac ipſius mens fuerit diſtinguere iuriſdictiones inter Præfectos Prouinciarum, & Claſſicos Duces, dicendum erit iuriſdictionem, vnicuique diſcretiuè fuiſſe impartitam; ità vt alter alterius cognitionem non debeat abrogare, ità *Bald.ad limitationem dictæ leg.*1. *C.de offic.Præfect. Vrbis, in l.vnic.*§. *vbi autem nu.*6. *C. de caduc.tollend. in auth.habita nu.*32. *C.ne filius pro patr. Angel. in l. cum Prator, ff. de iudic.& in l.ſi vacantia, C.de bonis vacant.lib.*10. *Felin.in cap. Paſtoralis de offic. ordinar. Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.*18.*verſ.ſextus eſt caſus.* Quemadmodum idem obſeruatur in Regno noſtro, in officio Magni Admirati, merum, & mixtum Imperium ex priuilegio habentis cum clauſula priuatiua,quò ad omnes, *Præſ.de Franch.deciſ.*142. *&* 417. *Reg.Tap. in rubr. de offic. Magn.Admirat. huius Regni.*

Et ideò incõcuſſa adeò eſt talis iuriſdictio,

ctio, nàm illius exercitiũ ad Ducẽ Classis attinet, procul illa distinctione, an scilicèt sint crimina militaria, vel communia, grauia, vel leuia; etenim quando delictũ fit in ipsa Classe, vel Exercitu, qualecumque illud sit, à Præfecto illius Classis, vel Exercitus puniretur, ità *ex gl. in l. 1. C. de exhibend. reis, Io: Ant. de Nigris in c. Regn. quod incipit Castellanus nu. 34. Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 81. Reg. Reuert.*

18 Verumtamen non potest Præfectus Classis illos Officiales plectere, qui à Rege sunt creati, sed de commissis tantùm criminibus informationem capere licet, & ad Regem referre *Iacobin. in l. 2. per illum tex. C. de offic. Præfect. austral., Reg. de Marin. loc. cit. nu. 12.* proùt nullatenus ei-

19 dem licebit suorum Iudicum sententias in terra exequutioni demandare, sed in ipsa Classe tantùm, nisi Præsidis Prouinciæ accedente permissũ; sic *Paris de Puteo in tract. de duello lib. 1. c. qui possent iudicare par. 4.*

20 Neque in causis ciuilibus se ingerere potest, cum instructiones de causis criminalibus verba faciant, nil loquentes de ciuilibus; proindè in illis attendi debet

21 iuris communis dispositio; nisi tàm actor, quàm reus Duci Classis subsint; & sic interpretatur *tex. in l. magisteria, C. de iurisd. omn. iudic.* proùt notant *Petr. de Bellapertic. Iacobin. Salicet. Castrens. in d. l. magisteria, Reg. Constant. in tit. Cod. de Classic. nu. 77. vers. hæc sunt, Reg. de Marin. in obseru. ad d decis. 81. Reg. Reuert. nu. 9.*

22 Prætereà sancitum fuit, vt in causis criminalibus, coram Duce Classis terminandis, fisci partes ageret Aduocatus fiscalis M.C.V. vt constat ex diplomate Domini Cardinalis Zapatte, tùnc Regni Proregis, quod sequitur.

El Cardenal mi Señor mãda, que V.S. haga el oficio de Fiscal, en todas las causas criminales de las Audiencias de el Exercito de las Galeras, y del Terçio, y de todas las demas, que ay en esta Ciudad; donde no huuiere Fiscal, y proceda V.S. en ellas de la misma maniera, que en el de la Gran C. della Vicaria, que assi combiene a la recta administracion de la iusticia. Dios Guarde à V.S. de Palacio à 14. de Setiembre 1622. Iuan Beltran de Oçaeta. A Camilo del Pezzo Abogado Fiscal de Vicaria.

23 Et amplius Dominus Prorex solet Visitatorem in Triremibus præfigere, proùt tempore, quo Regnũ gubernabat Dñus Dux Alcanorũ Visitatorem in Triremibus deputauit, tùnc Regentem M.C.V. D. Alonsum de Cardines, y Paçecho, vt constat ex rescripto, quod sequitur.

A D. Alonso de Cardinas, y Paçeco Cauallero de la Orden de Santiago del Consejo Colateral de S.M. y su Regente de la Gran Corte de la Vicaria,

Con villete de 23. d'Agosto passado cometio el Duque mi Señor à V.S. que visitasse las Galeras, y agora me ha mandado declarar à V.S. que esta visida se ha de hazer, de los que estan en ellas en deposito, los que han cumplido el tiempo de sus condenaciones, y los inhauiles al seruicio de dichas Galeras en cuia conformidad dize S.E. que V.S. lo execute, que de nueuo si fuere necessario conçede para ello, en virtud deste, todo el poder, y authoridad bastante. Guarde Dios à V.S. Palacio 21. Sietembre 1629. Iuan Antonio de Herrera.

24 Idemque ratum habuit Serenissimus Rex Philippus IV. præuijs regalibus litteris expeditis Madrid sub die 10. Octobris 1631. quibus etiam rescripsit, vt huiusmodi munus Visitatoris Triremiũ, alicuique Regio Ministro in posterum commendaretur, vt duplicata stipendia euitarentur, vt liquet ex verbis litterarum, quæ sequuntur.

El Rey. Illustre Conde de Monterey por los cargos, que D. Francisco Antonio de Alarcon mi Visitador General en este Reyno, hizo à D. Alonso de Cardenas, por lo que toca al oficio de Regente de la Vicaria, se ha visto, que se señalo salario particular, para visitar los forzados de las Galeras de la Esquadra desse Reyno. Y porque haziendose la visita en el muelle, y hauiendo oy tantos Ministros, que pueden atender à esto, es bien excusar el gasto à mi real hazienda, ha pareçido aduertiros, que combeniendo hazerse semeiantes vilidas, se dispõga de suerte, que por esto no se señalen nueuos salarios, ni cargue mas gasto à mi real hazienda, y que para ello deys las ordines, que combenga. De Madrid à 10. Octobre 1631. Yo el Rey. Matienço Secretario.

Vlte-

Digitized by Google

Vlterius retroelapſis annis certari cõ-
25 tingit in M. C. & deindè in Collaterali Conſilio, appellatione deuoluta, an Claſſicus, in terra delinquens, vel arma prohibita geſtans, plecti queat à M.C.V. vel ad Ducem Claſſis remittendus veniat,
26 quo in articulo, dùm iura fiſcalia tuebar in M.C.V. mandato Excellent. Dñi Comitis Caſtrilli, tùnc Proregis; ſic Iureconſultus reſpondidi, & acceſſit quoque notabilis deciſio *Regentis Reuerter.* quã litteraliter ex manuſcriptis habitã inſerere curaui etiam in fine reſponſi, & eſt 71. in ordine manuſcripti, & 81. in ordine ex recollectis *per Reg. de Marin.*

Sequitur Iuris reſponſum, quod edidi, dùm fiſci Patroni munere fungebar.

PEtrus Baſſus carceratus in Mag. Cur. pro aſportatione pugionis enudati abſque enſe intus Ciuitatem Neapolis noctis tempore, petijt cauſam remitti ad Curiam Regiarum Triremium, tãquam nauta dictarũ Triremium. Sed per M.C. Fiſco inſtante, fuit iudicatum, quod cauſa remaneat in M.C.

Appellauit inquiſitus ad S.R.C. qua appellatione pendente comparuit in M. C. Auditor Regiarum Triremium, petijtque remiſſionem cauſæ prædictæ, ad Claſſis Præfectum, & per reſcriptum S.E. ſub die 9. Ianuarij 1657. fuit ordinatum, quod M.C. de cauſa prędicta relationem faciat in Collaterali Conſilio, vbi articulus modò eſt decidendus.

Pro Fiſco M.C.V. clariſſimè demonſtratur, iuſtiſſimam fuiſſe terminatio-
27 nem, eiuſdem M. C. ſiquidem aſportatio pugionis, abſque enſe, intus hanc Fideliſſimam Ciuitatem, prohibetur in-
28 ſpecie militibus Regiarum Triremium, ſub pœna annorum trium Triremium, vt *in prag. 13. §. 1. de armis.*

Quinimò, neque etiam arma licita, cum licentia Generalis Triremium deferre poſſunt intus Ciuitatem, in qua
29 Princeps reſidet, proùt habetur in *Conſt. Regn. Caſtellanis*, ex his verbis, ibi, *quod extrà Caſtra arma deferre non poſſunt*, idemque *in cap. Regni Caſtellanos*, ac etiam probant *Affl. in d. conſt. nu. 1. Iudex Taſſan. in prag. de antephato ver. 3. obſer. 3. fol. 332. Reg. Sanfelic. deciſ. 331. num. 1.*
30 nàm armorum delatio extrà Caſtra, & naues, militibus, ſeù claſſicis prohibetur, vt notant idem *Affl. in c. 1. §. ſi quis ruſticus nu. 7. de pace ten.*

31 Neque eis ſuffragatur licentia deferendi armis intus Ciuitatem, ſi de nocte arma deferant, proùt cauetur *in prag. 1. de armis*, vbi in ſpecie datur cognitio Re-
32 genti M.C.V. contrà aſportantes arma intus Ciuitatem, & ſi milites ſint, tàm maritimi, quàm terreſtres.

Vndè cum hoc delictum aſportationis
33 armorum, & contrauentionis Regiarum Pragmaticarum ſit commiſſum in terra, non autem in mari, eius cognitio ad Præſidem Prouinciæ ſpectat, *ad tex. in l. 1. & in auth. qua in Prouincia, C. vbi de crimine agi oportet*, idque etiam optimè probatur *ex tex. in l. fin. ff. de accuſat.* cuius hæc ſunt verba, *Alterius Prouinciæ reus apud eos accuſetur, & damnetur, apud quos crimen contractum oſtenditur, quod etiam in militibus eſſe obſeruãdum optimi Principes noſtri, generaliter reſcripſerunt*, & hanc opinionem, nihil contrarijs refragante, *tex. in l. de milit. 8. de cuſt. reor.*
34 cum loquatur in delicto militari, ibi, *ſi quid deliquerint, ſub quo militabant*, ſectantur in proprio caſu, *Salyc. in l. magiſteria, C. de iuriſd. omn. Iud. Boſſ. in pract. crim. tit. de foro compet. nu. 96. & 99. Caball. caſ. 294. num. 277. Caſtill. deciſ. 105. nu. 8. Iul. Clar. §. fin. quæſt. 35. verſ. quæro modo, Viu. deciſ. 254.*

35 Sicque deciſum reperitur per S.C. vbi fuit denegata remiſſio militis Regiarum Triremium, pro delictis, commiſſis intus Ciuitatem Neapolis, vt teſtatur *Præſ. de Franch. in deciſ. 88.*

Nec aduerſatur partis obiectio, hoc ſcilicet procedere in crimine enormi, nõ
36 autem in leui delicto, proùt eſt aſportio armorum, ex doctrina *gloſ. ex l. magiſteria, C. de iuriſ. omn. iudic.* quæ conciliando *tex. in d. l. magiſteria, cum tex. in l. fin. de accuſ.* diſtinguit, quod in militari crimine, puta ſi vendiderit arma, ſolus Magiſter militũ habet illius coercitionem; in com-

Digitized by Google

communi verò crimine, vtpotè enormi, Iudex, siuè Præses loci, vbi quis delinquit, habet cognitionem, quod sequuntur *Iacob. Butric. & Petr. de Bellapertit. in d. l. magisteria, & Præs. de Franch. d. decis.* 88. nàm multipliciter occurritur. Et primò, quia huiusmodi distinctio à Doctoribus citatis non recensetur, sed simpliciter annuũt, quod de delictis, commissis à Classicis in terra, cognoscere debeat Præses Prouinciæ; nec etiam instructiones Catholicæ Maiest. Philippi II. hanc distinctionem adhibent, vt infrà patebit ex eorum verbis, quæ adducuntur.

37 Respondetur secundò, quia delictum asportationis armorum in Ciuitate nostra non dicitur leue, nàm pro eo imposita est pœna Triremium, & ad cognoscen-
38 dum an crimina sint grauia, & atrocia, vel leuia, recurrendum est ad pœnam impositam pro illo delicto, *Bart. & Ang. in l. leuia, ff. de accusat. Barb. in apostill. ad Abb. in cap. & si Clerici, §. de Adulteris. nu. 7. de iud. Host. in cap. non asseramus* 24. *quæst.* 1. *Aym cons. 6. num.* 18. idem *Barb. cons.* 48. *l.* 2. *Socc. cons.* 157. *nu.* 5. *l.* 2. *Dec. cons.* 65. *Cepol. cons.* 11. *n.* 25. *Brun. in tract. de ind. & tort. quæst.* 3. 3. *par. nu.* 4. *Conrad. in pract. tit de iniuriantibus nu.* 8. *pragm. mihi* 404. *col.* 1. *Hieron. de Monte quæst.* 16. *nu.* 14. *Clar. in pract. §.* 1. *vers. sunt etiam, Sforz. Odd. in tract. de restit. in integ. q.* 80. *Farinac. de delict. & pœn. quæst.* 18. *nu.* 83. *in pract. crim.*

Pœna autem Triremium tàm perpetuò, quàm ad tempus, cum grauis dica-
39 tur ex eo, quia in locum damnationis ad metallum successit, *Capyc. decis.* 153. *nu.* 3. *Gram. decis.* 32. *nu.* 4. *Carrer. in pract. in tract. de homicid. §. circa quartum, & vltimum primo quæro, qua pœna erit imponenda n.* 8. *& 9. pag. mihi* 252. *Diaz pract. canon, tit. de corporalib. rub.* 135. *Mantua in l. transigere, nu.* 5. *C. de transact.* alijque adducti *per Farinac. in tit. de delict. &*
40 *pœn. quæst.* 19. *nu.* 14. vti capitalis, & priuatiua libertatis grauis existimatur, *Iulius Clarus in §. fin. quæst.* 67. *nu.* 1. *& Farinac. in pract. crim. de delict. & pœn. d. quæst.* 19. *n.* 14. ideò huiusmodi delictum asportationis armorum graue dicitur.

Respondetur tertiò, quod si esset admittenda hæc distinctio, an. s. crimina sint enormia, an verò leuia, causaretur longa disputatio, inter Iudices ordina-
41 rios loci, & Iudices triremium, ad cognoscendum, quæ crimina sint leuia, & quæ atrocia, ideò quando crimina communia sunt in terra commissa, puniuntur delinquentes à Iudicibus ordinarijs illius loci, vt *ex Salyc. in d. l. magisteria*, concludit *Reg. Reuert. decis.* 71. *par.* 2.

Et meritò, nàm semper, quod classicus in terra delinquit delicto communi,
42 & non militari, efficitur de foro Iudicis terræ, qui vt Ordinarius habet intentionem fundatam à iure, contrà omnes personas, & causas in eius territorio occurrentes, *l. pupillus* 239. *§. territorium, ff. de verb. signif. Auth. vt omnes obed. Iudic. Prouinc. §.* 1. *Auth. vt iudic. sine quoque suffrag. §. volumus, & §. quod autem, Spec. de iurisd. omn. iudic. in princ.*

Secundò fundatur nostra sententia ex instructionibus Inuictissimi Regis nostri Philippi II. quas adducit *Reg. Constant. in l. vnic. C. de class. l.* 11. *nu.* 77. quarum instructionum verba hæc sunt.

43 *Sobre la gente de la armada se os da mano, y iurisdicion en tierra, y cumplitamente para que la ayais en todos las causas, y delitos, que cometieren en la mar, y assi mismo os la doy sobre, quales quier personas otras de tierra en los delitos, que dentro de mis galeras, y armada cometieren en qualquier forma, contra los que anduuieren con ella, pero si alguno de la armada cometieren delitos en tierra en alguno de mis Reynos, y Estados, toccara el conocimiento dello al Virrey, o Gouernador, o Capitan General de tal Reyno, o Estados mios, si tales delitos fueren hechos contro la gente de la tierra, y auunque haya sido preso en la mar por la iusticia de la armada, sea remetido despues, y entregado a la iusticia de la tierra, y assi mismo, que se el delito, que el de la armada cometiere en tierra fuere contro gente de la armada, aunque se prenda vna vez por la iusticia de tierra, sea remetido, y entregado tanbien a la iusticia de mar.*

Primus itaquè casus instructionum, est noster, scilicet de classico, qui commisit delictum in terra, nempè asportationis armorum, & contrauentionis Regiarum Prag. non autè conuenit secundus casus, idest de classico, qui delictum patrauit contrà alium classicum, ideò reperitur

Digitized by Google

caſus noſter deciſus à prefatis inſtructionibus.

44 Accedat prædictis, quod iuriſdictio Præfecti Claſſis, limitata ad certum genus perſonarum, & cauſarum, à limine ſuæ poteſtatis egredi non poteſt, abſque vitio nullitatis, *arg. l. 1. C. ſi à non compet. Iudic. l. 1. C. de iuriſdict. omn. Iudic. l. 2. C. de pœn. l. Procurator, C. vbi cauſa ſtatus, Petr. Gregor. ſynthag. iur. par. 3. l. 47. cap. 21. nu. 3. & 4. Maſtrill. de Magiſtrat. cap. 5. nu. 2. & 4. l. 5.*

45 Tenor namque conceſſionis eſt attendendus, & fines delegationis ſunt obſeruandi, *cap. cum plures, vbi gloſ. de officio deleg. cap. ſuper, eodem tit. l. diligenter, ff. mand. Vant. de nullitat. ex defect. mand. num. 45. Milanenſ. deciſ. 5. num. 18. l. 2.* propterea Præfectus Claſſis cognoſcere nequit, de huiuſmodi delicto patrato à claſſico in terra, contrà formam poteſtatis ei tributæ in ſuis inſtructionibus.

Nec obſtat oppoſitio, quod inſtructiones loquantur, quando claſſicus delinquat in terra, aduerſus paganum, ſeù aliquem Prouincialem illius terræ, nàm pluries reſpondetur. Primò, quia lex ſemper adaptatur, & exemplificat ea, quæ frequentius accidunt, nàm delictum non præſumitur committi ab homine ſolo, ſed contrà alium hominem committitur, contrà quem cadit offenſio, propterea verba dictarum inſtructionum, ità dictant, ibi, *ſi tales delitos fueren hechos contra la gente de la tierra.* Ratio tamen finalis ipſius legis eſt, quia delictum eſt in terra patratum, vbi Dux Claſſis nullam poteſt habere iuriſdictionem, ſed tantùm illã retinet intra ſepta eiuſdem

46 Claſſis. Hinc ſententiam emanatam à Præfecto Claſſis, nec etiam in terra executioni demandari poſſe, dixerunt *Paris de Put. de duello l. 1. par. 4. cap. qui poſſ. iudic. Rebuff. in l. cum collatores infra de re*

47 *militari*; nàm alias diceretur exercere iuriſdictionem in alieno territorio, *Bald. in rub. C. de fide inſtrum. Reg. Conſtant. in d. l. vnic. nu. 90. C. de claſſi. l. 11.*

Et in practica fuit obſeruatum in ſententijs Ducis Claſſis, quæ executioni fuerunt mandatæ in ipſa Claſſe, neq; etiam in molo magno, prout in anno 1597. in

48 Ciuitate Barcinonæ, ab Ill. Duce Feriæ illius Regni Prorege fuit carceratus Tribunus militum Italorum, qui militem ſuum deſertorem militiæ, vltimo ſupplicio, in molo illius Ciuitatis affligi mandauit, ipſo inconſulto, & in anno 1612. dùm fuiſſet igni damnatus quidam nauta triremium, fuit ſuper quibuſdam vegetibus confectum tabulatum, in ipſo mari, & lignis ſuper arena ibi poſitis, ibidem cõbuſtus, vt refert *Reg. Conſtant. in d. l. vnic. nu. 91. & 92.* & quotidiè nos videmus in portu huius Ciuitatis remiges triremium delinquentes ſuſpenſos in arboribus ipſarum.

Reſpondetur ſecundò, & fortiùs, nàm dato, & non conceſſo, quod ex inſtructionibus exigeretur delicti patratio à claſſico, cum pagano, vel aliquo Prouinciali illius Terræ, nonnè delictum aſportationis armorum committitur contra Principem ſtatuentem? patet *ex tit. C. vt armorum vſus, inſcio Principe inter-*

49 *dictus ſit lib. 11.* vbi latè *Luc. de Penna*, cũ crimen delationis armorum ſit contrà Principem, & publicam quietem Ciuitatis, & ſub eo poſſunt multa delicta committi, ad tradita per *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 7. §. 7. num. 29. cum ſeqq.* Quapropter concludendum eſt, quod aſportatio armorum, & contrauentio Regiarum Pragmaticarum, eſt delictum, & contemptum, contrà Principem commiſſum.

Reſpondetur tertiò, in indiuiduo dictarum inſtructionum fuiſſe practicatum, &

50 obſeruatum, vt Præfectus Claſſis nullam habeat iuriſdictionem, niſi duobus tantùm concurrrentibus, v3. quod delinquat claſſicus contrà claſsicũ, & committat delictum in ipſa Claſſe, vt indicant verba illa, *Sobre la gente de la armada ſe os da mano, y iuriſdicion entera, y cumplitamente la ayais en todos los caſos, y delitos, que cometieren en la mar.* Eſt autem hoc conſtitutum ſumma cum ratione, ac ſecundum iuris communis regulas, mare

51 enim, vbi Claſſis reperitur, eſt territoriũ ipſius Ducis Claſſis, ſicut locus, in quo commoratur exercitus, vt ſcriptum reliquerunt *Cyn. Bart. Bald.* & nouiſſimè *Gueuara, & Oroſ. in l. 3. ff. de off. Præſ.* idem *Bart. Bal. & Iacob. in l. cunctos populos, C. de Summ. Trinit. & fide cathol. iterum Bal. in l. pupillus, §. territorium*, & ibi *Alciat. ff. de verb. ſignif. Bellin. in tract. de re milit.*

Digitized by Google

milit. cap. 18. *nu.*12. *circa med. in* 2. *par.* & aduertunt *Reg. Constant. in d.l. vnic. C. de class. l.*11. *nu.*80. *& Iudex Tassonus in prag. de antef. ver.*3. *obseru.*3. *nu.*345. *ver. sed duo requiruntur.*

Tertiò probatur Fisci instantia ex communi sententia Doctorum Regnicolarum, qui in indiuiduo eam testantur, & secundùm illam decisum fatentur, nimirum quotiescumque subditi Generalis Classis in terra delinquũt, à M.C.V. mulctantur, ità *Præs. de Franch. decis.*88. *Reg. Constant. in l. vnic. C. de class. l.*11. *nu.*80. *Reg. Tap. ius Reg. l.*2. *super cap. Regis Caroli I. fol.* 384. ibi, *Quod autem diximus Generalem Classis habere iurisdictionem in omnes stipendiarios, procedit, quando delinquunt in Regijs Triremibus, secus si in terra.* Idem *Reg. Tap. in dec. S.C.*13. *in fin. Reg. Sanfel. in pract. sect.* 19. *num.*7. *fol.*58. & refert, ità pluriès decisum fuisse per M. C. V. & confirmatum deindè per S.R.C. ac præcipuè in causa Iosephi de Rao Clauiarij triremis, in qua fuit denegata remissio dicti Iosephi, petita per Generalem Classis, & ordinatum, quod procedatur in M.C. absque vlla distinctione. Idem *Reg. Sanfel. in decis.*290. *nu.* 34. *&* 419. *nu.*17. *qui nu.*17. licèt dixerit (Magnus Admiratus) ex typis errore, nã voluit dicere M.C. dùm adducit *Præs. de Franch. decis.* 88. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.*7. §.7. *num.*7. *Consil. de Georg. alleg.*48. *Capiblanc. de Baron. prag.*8. *p.*1. *nu.*176. *& seq. & nu.*142. *Ricc. collect.*75. *Mastril. de magistrat. par.*2. *l.*5. *c.*15. *n.*19.

Quartò constat iustitia Fisci ex eo,
53 quia M. C. causam præuenit, tàm in captura rei, quàm in cognitione causæ. Cùm igitur iurisdictio Duci Classis tributa sit cumulatiuè, non autem priuatiuè, *l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iud. l.*1. §. *cum Vrbem, C. de offic. Præf. prætor. Garsia de nobil. gl.*1. *num.*1. *Greg. Lopez in l.*24. *tit.*9. *par.*2. *Præs. de Franch. decis.*88. *nu.*6. *Sard. cons.*86. *nu.*38. *Iudex Tasson. in prag.*1. *de antef. ver.*3. *obseru.*3. *nu.*345. *Reg. Sanfel.*
54 *dec.*290. *num.*33. præfertur proculdubio Iudex, qui præuenit, ex doctrina *Ancher. in cap. postulasti in* 2. *oppos. vers. item de for. comp. Socc. ibi. in* 3. *col. Couarr. pract. quæstion. cap.*11. *col.*11. *vers. ijs equidem, Præs. de Franch. dec.*37. *& in dec.*88. *nu.*5.

Quintò considerantur in puncto verba dictarum instructionũ in tertio casu; vbi si classicus delinquat in terra, non cum
55 pagano, sed tantùm asportando bona prohibita in mari, & ibi fuit captus, cognoscitur quoque à Præside Prouinciæ, verba instructionis, hæc sunt: *Pero en caso de estraction de cosa prohibidas, y vedadas, que da tierra se saccaren a la mar contro las leyes, y ordenes en tal Reyno vsadas, quiero, y es mi voluntad, por lo que importa euitar este inconueniente, que se alguno del armada, que haya cometido este delito en la mar, fuesse despues preso en tierra, conosca en tal caso, y proceda la iusticia de la tierra*, & de ijs etiam meminit *Reg. Constant. in d.l. vnic. nu.*77. *f.*189. Vndè cum hic sit casus similis asportationi armorum, & reperitur ab instructionibus decisus, nulla remanet controuersia in casu nostro.

56 Nec vrget noua oppositio, quod Præfectus Classis habeat iurisdictionem in terra, seù in lictore maris, per quantum distat iactum vnius Balistæ ex *cit.* doctrina, *Frecc. l.*2. *de feud. rub. quis dicatur Marchio num.*4. Rursum, vt alij dixerunt vsque ad aspectum regalis signi, seù vexilli triremium.

Ad primum enim respondetur, quod *Frecc.* hoc non dicit, sed totum oppositũ,
57 nàm *Frecc.* loquitur, quod concessa iurisdictione maris, nõ comprehenduntur sub ea lictora, quæ remanent sub dispositione Regis, & tantum quantum distãt à mari per iactum vnius balistę, & dicitur lictus maris, quod taliter distat, & non venit in concessione, vt patet ex his verbis: quod non veniat iurisdictio in mari, nisi sit concessa; cum lictora maris sint sub protectione, & iurisdictione Regia, vt *in l. lictora, ne quid in loco publico*, & tantum quantum distat à mari per iactum vnius balistæ, vt habetur in regestris Caroli Primi, & Caroli Secundi. Et habet Curia pro hoc in diuersis Prouincijs, & maritimis, Officiales Regios, secretos portulanos, & admirales, seù vice admiratos, quibus cura est nomine Regiæ Curiæ, ne fiant exituræ, si exteri in Regno veniunt: naues, & vascella onerentur speciebus, & delicta in mari, & in lictore maris non committantur, hoc videtur esse ius regale, quod non intelligitur concessum, nisi sit con-

Digitized by Google

ceſſum in ſpecie, vt *titulo quæ ſint regalia*.

Ad ſecundum, nàm gratis aſſeritur illud aſſumptum, quod ſcilicet iuriſdictio Ducis Claſſis extendatur in terra vſque ad aſpectum vexilli triremiũ, imò quan-
58 tum ſit illud vanum, & abſurdum, res ipſa demonſtrat, nàm ſi hoc eſſet, haberet iuriſdictionẽ Dux Claſſis, non ſolùm in Claſſi, ſed etiam in maiori parte huius Ciuitatis, & præcipuè intus Caſtrum nouum, intus Palatium Excellentiſſimi Proregis, in platea Caſtri noui, vſque ad Eccleſiam Sancti Iacobi, item in platea Portus, & in toto littore Ciuitatis Neapolis vſque ad pontem Magdalenæ, dùm in ijs omnibus locis aſpectum habet regale vexillum triremium,

Sed vbi eſt hæc conceſſio? iuriſdictio enim cum ſit de regalibus ex *c.1. quæ ſint*
59 *regalia*, ſine titulo, & abſq; Regis conceſſione poſſideri nequit, nec extendi valet *l.3. C. de iuriſdict. omn. Iudic. l. qui neque, ff. de iudic. Andr. & Aſſl. in d. cap. quæ ſint regalia, Reg. Tap. de conſt. Princ. cap. 4. nu. 10. Borrell. de præſt. Reg. Catholici cap. 1. nu. 14. Roland. à Valle conſ. 89. nu. 24. vol. 2. Reg. Rouit. conſ. 58. nu. 8. lib. 1. Ego reſp. 2. nu. 19. tom. 2.*

Neq; ſolito, neq; actu poſſeſſiuo (quãdo dicta adeſsẽt) quod negatur, poterat Dux
60 claſſis ſe tueri, quia in ijs, quæ habẽt iuris reſiſtentiã, niſi de conceſſione appareat, poſſeſſio non iuuat, nec ius tribuit, vt probat *Couar. l. 3. var. cap. 14. n. 47. Capyc. deciſ. 77. nu. 12. & 13. Reg. Rouit. deciſ. 72. num. 72.* & alij adducti *à Reg. Sanfel.* qui hoc ſequitur *deciſ. 340. nu. 73. cum ſeqq. Egomet in d. reſp. 2. nu. 19. to. 2.*

Et non valet cõſideratio, quod Præfe-
61 ctus Claſſis habeat domum in terra, cum Tribunali in molo Ciuitatis Neapolis, & retineat aſpectum ad mare, nàm hæc fuerunt conceſſa à D. Prorege, ratione facilioris expeditionis negotiorum, & cauſarum, quando Claſſis reſidet in Portu, non autem ratione, vt habeat iuriſdictionem in terra, ità aduertit *Conſ. de Georg. d. alleg. 48.*

Prætereà affertur, quia Dux Claſsis iuriſdictionem reſtrictam habet, intra ſepta eiuſdem Claſsis, circumſcriptã inter triremes, & claſſem, anguſtis finibus
62 circumuallatã, imò nec in mari habet aliquam iuriſdictionem, in quo Magnus Admiratus procedit, reſpectu viuentium de arte maris, & naufragiorũ, cum clauſula abdicatiua ab omnibus alijs, vt teſtantur *Præſ. de Franch. deciſ. 242. & 417. nu. 7. in fin. Reg. Tap. ius Reg. in tit. de officio Magni Admirati l. 2. Reg. Conſtant. in dict. l. vnic. de claſſ. nu. 79.* & iuriſdictio Ducis claſſis reſtricta, vt claſſi tantùm cohæreat, probatur *in l. 3. C. de offic. Præſ.* vbi *Bart. Gl.* & idem *Bart. in l. fin. C. de offic. Præfect. Vrbis*, & benè fundat *Reg. Conſtant in d. l. vnic. num. 80. 89. 90. 91. & 92.*

Tandem ne ampliùs me extendam in
63 hoc articulo, tàm claro pro Fiſci parte, adducitur etiam punctualis deciſio Coll. Conſ. vbi in caſu ſimplicis aſportationis armorum, factæ in terra, per milites triremium huius Ciuitatis, fuit iudicatum, prædictos milites eſſe cognoſcendos pro crimine præfato, eoſque puniendos à M.C.V. teſte *Reg. Reuert. deciſ. 71. in fine par. 1.* quæ cum ſit manuſcripta, volui infrà illam inſerere, quæ deciſio iuxtà ordinem *Regentis de Marinis*, qui typis eas tradidit in anno 1661. poſt hæc ſcripta eſt *deciſ. 81. & obſeruatio* ibi adnotat nonnulla, quæ ſupra diximus.

64 Idque etiam ſæpè ſæpiùs obſeruatum noſtris temporibus, vidimus, quod milites nautæ, & ſeruientes Regiarum Triremium, carcerati in M. C. pro aſportatione armorum, non habeãt cauſæ remiſſionem ad Audientiam Reg. Triremium, proùt ſancitum fuit in cauſa Antonij Vitalis inquiſiti, & carcerati de aſportatione pugionis de anno 1655. in banca Saraceni in actis fol. 13. 14. & 15. & fuit confirmatum per S. C. ſub die 20. Maij 1655. & in cauſa Io: Bapt. Barilaro inquiſiti, & carcerati de aſportatione enſis cũ vagina aperta de anno 1655. penès Pettenatum fol. 16. & in cauſa Ignatij del Barco, inquiſiti de ſtercorato de anno 1650. in banca fol. 17. & in cauſa Antonij Peluſo, inquiſiti de furto de anno fol. 18. & adſunt alia exempla in actis producta.

65 Faciunt denique alia exempla, in ſatis grauioribus facti ſpeciebus obſeruata; vtpotè tempore quo Regnũ regebat D. D. Petrus de Toledo, nàm quidã Generalis Triremium cũ carceribus mãcipaſſet

set quemdam Iudicem ciuilem M.C.V. ex quo ille Iudex carceratũ detinuit Auditorem Triremium; quamobrem capta informatione contrà Generalem, non obstantibus multis, & diuersis defensionibus adductis per eundem Generalem Triremium, fuit indè dictus Generalis carceratus in Castro nouo, & posteà condemnatus ad relegãdum per aliquot annos, sic refert *Reg Sanfel. in pract. iudic. sect.* 20. & idem obseruauimus de
66 anno 1655. tempore Præsidatus Excellentissimi Domini Comitis Castrilli integritatis, sanctimoniæ, solertiæ, vigilantiæ, diligentiæ, iurisprudentiæ, benignitatis, magnanimitatis, & exactæ iustitiæ nemini secundus, nunquam satis laudatus dictus eximius Princeps, ob ingentes virtutes, ob inclitum zelum in spectantibus ad Supremam Monarchiam, & etiã ob Regalium natalium candorem, hic
67 Excellentiss. Dominus in Ciuitate Gaetæ conlimitauit D. Marchionem Baionæ, cuius ordine per Aguzerium Realem fuit arrestatus quidam Capitaneus iustitię M.C.V. eo quod dictus Capitaneus in excubijs nocturnis factis, per Ciuitatem carcerauit quosdam nautas Triremium armatos ensibus longioribus cum vaginis apertis, & scutibus contrà formam Regiarum pragmaticarum, & cum idem Dominus Prorex mandasset, illicò excarcerari, renuit statim obtemperare.

Decisio Reg. Reuerterij 71. par. 1.

ARGVMENTVM.

De iurisdictione Capitanei Generalis contra quoscumque milites.

SVa Maiestas Catholica voluit scire, quam iurisdictionem habent Capitanei Generales Triremium, contrà Capitaneos Triremium armigeros, seù soldatos, officiales, & homines quoscumq; dictarum Triremiũ, delicta cõmittentes, non intrà Triremes, sed in terra, &c.

68 Procedendo per capita, dico, quod si sunt delicta militaria, quæ sunt, proùt loquitur *tex. in l. 2. ibi propriũ. ff. de re milit.* vbi dicitur, quod proprium est militare delictum, quod quis vt miles admittit, *tex. in l. 3. per tot. & tex. in l. omne delictum eod. tit.* numerat multos casus delictorum, in quibus delictis militaribus commissis ab omnibus hominibus, de quibus supra dixi, siuè committantur intus Triremes, siuè in terra, de istis solùm
69 cognoscit Capitaneus Generalis Triremium, ità intelligo *tex. in d. l. 2. 3. & l. omne delictum, & tex. in l. 1. in 1. par. C. de off. magistr. milit. & in l. magisteria, C. de iurisd. omn. Iud.* vbi *Glos.* est etiam *tex. in l. de milit. ff. de exhib. reor.* ità determinat *Iacobus Butr. Petr. de Bellapertic. & Salyc.* ibi, *Paulus de Castro*, idem sentit *in l. certi iuris, C. de iud. Cyn. & Salyc. in l. 1. C. de exhib. reis*, & in isto casu non re-
70 perio diuersitatem inter *DD.* Idem dico, si vnus ex commilitonibus alium cõmilitonem, verberauerit, solùm Capitaneus cognoscit de hoc delicto, vt est *tex. in d. l. omne delictum, ver. si quis commilitonem*, qui casus ponitur inter delicta mi-
71 litaria, idem dico in omnibus causis, si tàm actor, quàm reus sunt milites, vt si reus conuentus est miles, & actor non, *d. l. magisteria*, vbi *Paul. de Castro, & Salyc. Iacob. Butr. & Petr. de Bellapert.* qui dicit, quod indistinctè recognoscit in ciuilibus magister militum, quod intelligo, quando est causa ciuilis inter milites ipsos, si verò est actor non miles, & reus conuentus est miles idem, secus si miles
72 conuenit alium non militem, debet eum conuenire coram Iudice Terræ, quia actor sequitur forum rei, *l. in criminali, C. de iurisd. omn. Iudic. cap. si Clericus laicum, & cap. sũ sit Generale de foro compet.*
73 Si verò loquamur in delictis cõmunibus, & non militaribus, tùnc *Gl. in d. l. magisteria*, distinguit, quod si delicta sunt enormia, & grauia commissa in terra in personis terræ, tùnc de illis solùm cognoscit ille Iudex ordinarius illius iurisdictionis, & loci, vbi delictum committitur, est *tex. in l. fin. ff. de acc. & in d. l. 1. in 1. par. C. de offic. magistr. milit. & text.* secundùm vnam opinionem; *glos. in l. 1. C. de exhiben. reis*,
74 si verò crimina sunt lęuia, potest cognoscere Iudex terræ, sed debet remittere ad magistrum militiæ, vt puniat militem delinquentem: istam distinctionem sequuntur *DD.* communiter

ter *in d. l magisteria*, & ibi, *Butric. Petr. de Bellapert. & Salyc.* idem videtur tenere, *gl. in l. 1. C. de exhibendis reis, & glos. in d. l. desertores in art. in verb. elogio, ff. de re militari, Cyn. & Salyc. in d. l. 1. C. de exhib. reis*, & prout intelligo, ità ser-
75 uat M.C.V. dicunt tamen, quod est locus præuentioni, hoc est de stilo illius Tribunalis, quod in illis leuibus criminibus, commissis in terra ab hominibus triremium, sit locus præuentioni, hoc nõ reperio decisum, neque tractatum ab aliquo *tex. à Gl. vel Doctore*, propterea dixi, quod est de stilo M.C.V.

76 Dico insuper, quod illa distinctio, quam faciunt *Glos.* supradicta, & *DD.* inter crimina enormia, & leuia, non probatur iure, quia neque leges Consultorum, neque Imperatorum hanc distinctionem faciunt, vt quilibet potest videre, nisi reperiantur alia iura, quæ ego non vidi, sed per iura supra allegata simpliciter dicitur, quod crimina communia in terra commissa puniantur per Iudices ordinarios illius loci, vbi crimina cõmissa sunt à militibus in personis terrarum, nõ militibus, & hæc opinio est valdè conueniens, quia aliter semper esset congrua disceptatio inter Iudices ordinarios terrarum, & Iudices triremium, vt viderent, quæ sunt crimina leuia, & quæ atrocia, siue enormia, prout dubitat *Salyc. in d. l.*
77 *magisteria*, vbi etiam dubitat, an sit bona illa distinctio inter crimen atrox, & leue, & quod dicatur crimen mediocre, seù leue, ponit *Cyn. in d. l. 1. C. de exhib. reis, &c.*

Dico etiam, quod si dicti armigeri, vel alij homines dictarum triremium irent
78 per terram cum armis prohibitis, per banna Ill. Proregis, vel alterius Officialis Terræ, vel insultarent, vel resisterent Officialibus terræ, sunt puniendi per M. C. V. vel per alios Officiales terræ, prout fuit obseruatum per M.C.V. facto verbo Ill. Domino Proregi in Collaterali Consilio.

De bonis naufragatis, & prædatis, ad Regem spectantibus.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *Bona fractarum, ac naufragantium Nauium, Regis sunt, sed quid seruetur, nu. 6. 26. 44.*
2 *Naufragij bona cuius sint, in Regno Neap. nu. 6. 26. 44.*
3 *Mare adiacens est de iurisdictione Principis, vel Reip. dominantis territorio, cui circumfunditur, nu. 138. 146.*
4 *Iurisdictio fertur tanquam spiritus super aquas.*
5 *Iurisdictio in cunctis elementis considerari potest.*
6 *Consuetudo capiendi naufragata bona praua est.*
7 *Fiscus de aliena calamitate debet esse ieiunus*
8 *Portus est spes salutis, & contraria ibi Numina inuenire, graue est.*
9 *Afflicto non est addenda afflictio.*
10 *Naufragij infortunium bonorum perditione grauari non debet.*
11 *Consuetudo, quæ est corruptela, seruanda non est,*
12 *Consuetudo capiendi bona ex naufragio abrogata est.*
Auth. nauigia, C. de furt, *ponderatur, num. 50.*
13 *Naufragij bona non confiscantur in Regnis Neap. Hispaniarum, Galliæ, & Romanæ ditionis.*
14 *Bona naufragata occupantibus non conceduntur, nec per consuetudinem hoc introduci potest.*
15 *Bona naufragata occupantes, puniendi sunt tanquam fures, & similes.*
16 Const. Regni Rapinas, sub tit. de furrip. aliquid ex naufrag. vel incend. *expenditur.*
Furtum, & rapinam committit, qui bona ex naufragio, vel incendio occupat.
17 *Bona naufragata capientes sunt excommuni-*

Digitized by Google

municati, & tenentur restituere.

18 *Bona non censentur derelicta, quando vi tempestatis, vel fortuito casu id euenit.*

19 *Proiecta in mare, causa Nauis leuandæ ab onere, occupanti non conceduntur.*

20 *Naufragij bona, si absque dominis inueniantur, & successores desint, acquiruntur Fisco, tanquam vacantia, nu.24. sed cui fisco nu.26.*

21 *Bona vacantia pertinent ad fiscum.*

22 *Naufragium non præstat fisco titulum, sed occasionem acquirendi bona vacantia.*

23 *Bona vi fluminis, inundationis, vel per alluuionem delata, non fiunt occupantis, sed fisci, si absque dominis sint.*

24 Constit. Regni Dohanæ de offic. Secret. *ponderatur.*

25 *Iurisdictio cognoscendi de naufragio, cuius sit, nu.45.*

26 *Bona naufragata vacantia, acquiruntur magno maris Præfecto ex Regis concessione, nu.27. 61. 68.*

27 *Hostium bona naufragata ad Magnum maris Admiratum spectant, secundum aliquos.*

28 *Bona hostium naufragata occupantibus concedi, alij voluerunt, nu.38.*

29 *Ius gentium introduxit bella, captiuitates, seruitutes, ac distincta dominia.*

30 *Capta ab hostibus mobilia, vel se mouentia, nostra fiunt, nu.69.*

31 *Bona hostium capientium commodis cedunt, num.69.*

32 *Belli occasione amissum, in bello amissum censetur, nu.50.*

33 *Incendij occasione deperditum, in incendio deperditum dicitur, nu.50.*

34 *Hostium bona, siue in mare, siue in terra reperta, semper hostium bona sunt, & capienti conceduntur, nu.69.*

35 *Inuentum apud hostes occupanti concedi-tur.*

36 *Dauid Rex prædam inter milites diuisit; idem fecit Abraham.*

37 *Prædam inter milites diuidendam, veteri testamento cautum fuit.*

38 *Hostium bona naufragata, nec ad capientes, nec ad Magnum Admiratum, sed ad Fiscum pertinent nu.44.*

39 *Mare, Portus, Ripa, & ius piscandi sunt omnibus iure gentium communia.*

40 *Iurisdictio in Portibus, & Ripis, tanquam de regalibus, ad solum Regem spectat.*

41 *Portulani, & Magistri Portulani custodiunt Portus, & Ripas, ne bona vetita extrahantur, vel immittantur, & iurisdictionem exercent.*

42 *Rex potest prohibere, quod iure gentium est permissum.*

43 *Consuetudo antiqua habet vim legis, ac prohibitionis.*

44 *Naufragij bona Vaxella, & personæ, si confœderatorum sunt, & domini non extant, spectant ad Magnum Admiratum; si inimicorum, ad Regium fiscum, nu. 63. 68.*

45 *Admiratus Maris habet cognitionem, & perceptionem rerum naufragatarum, & quomodò, & nu.61.68.*

Decisio R.C. Summariæ in Collaterali Consilio generalis, affertur circa bona, & personas naufragiũ passas, nu.47.48.

46 *Decisio Supremi Senatus Italiæ in eadem re adducitur.*

47 *Artellariæ naufragatæ applicantur fisco.*

48 *Magnus Admiratus fuit exclusus à naufragio Hebreorum, & Iudeorum.*

49 *Nauis vi ventorum quassata, & tempestatis, nondùm tamen totale naufragium passa, & propè lictus à Præfecto Arcis capta cum inimicis, cuius sit decisio refertur, nu.59.*

Arcis Præfectus capiens Naues, & alia naufragantia, quid habeat, nu.59.

50 *Naufragatum dicitur, quod in Naufragij trepidatione capitur.*

51 *Naufragij timore peractum, pro naufragio reputatur.*

52 *Incendij tumultu, vel trepidatione raptum, ex incendio raptum dicitur.*

53 *Actus proximus sufficit.*

54 *Extrahentes res vetitas, puniuntur pœna statuti, si in itinere inueniantur.*

55 *Fera vulnerata, vel in laqueo detenta, cuius sit, nu. 128. 130. & si ab vno insequatur, & ab altero capiatur, nu.134.*

56 *Naufragium imminens si cessauerit, num bona dicantur naufragata.*

57 *Finis non inspicitur, quando habet necessariam consequentiam ad principium.*

58 *Timor armorum, eundem, ac arma, producit effectum.*

60 *Timor naufragij, si est potentior metu armorum, ex naufragio dicitur captum, non ex armis.*

Armis non dicitur acquisitum, quod ex naufragio prouenit.

61 *Ma-*

Digitized by Google

61 *Magnus Admiratus, ex Regis munificentia habet Naues, & Vaxella naufragata, & quomodò, nu.85.*

63 *Concessio rerum naufragij, illas, quæ alio titulo earis gentium ad Regem spectãt, non comprehendit.*

64 *Hostium bona pertinent ad Principem iure hostilitatis, n.79,*

65 *Hostilitatis ius, in concessione non intelligitur, nu.80.*

66 *Hostium bona naufragata non debentur fisco principaliter ex naufragio, sed iure hostilitatis, num.86.*

67 *Hostium bona in Regis dominium transeunt ipso iure.*

68 *Bona hostium naufragata sunt Regi reseruatã.*

69 *Hostes, eorumque bona mobilia, si absque naufragio, & citra armorum certamen capiantur, ad capientes spectant, nu.78.*

70 *Hostes fiunt serui capientium, eorumque bona mobilia, nu.71. præcipuè si absque prælio capiantur nu.72. & decisiones referuntur nu.73. & nu.78. vbi decisiones contrariæ referuntur.*

74 *Turcas capiens, efficitur Dominus, excluso fisco, & alijs, & quomodo, nu.78. 127.*
Prorex Regni non acquirit hostes à particularibus captos, & decis. n.77. & n.88.
Admiratus Maris non acquirit Turcas, & Hostes ab alijs captos, & ità decisum, nu.127.

75 *Dux Alcalæ Prorex Regni Neap. qui hostes ab alijs captos sibi applicabat, mandauit in testamento, vt decideretur articulus, ad quem illi spectabant, etsi ad alios, restitueretur pretium, & ità exequutum.*

76 *Hostes extra bellum, absque certamine capti, ad Regem spectant, ex veriori opinione, & decis. referuntur nu.82. & litteræ Suæ Maiest. nu.86. & decis. contrariæ euacuantur nu.89. & 127.*

81 *Confiscationis ius ad fiscum pertinet, alijs exclusis, nu.88. nisi constet de Principis concessione, nu.132. & 157.*

83 *Veneti, Turcas capientes, in seruitutem non redigunt, sed interficiunt decisiones pro fisco, respectu prædarum absque certamine.*

84 *Litera Regia respectu prædarum prædictarum, nu.88.*

87 *Generalis Triremium non acquirit sibi hostes, extrà pugnam captis, sed Regi.*

89 *Decisiones contrariæ fisco euacuantur.*

90 *Hostes in bello capti, eorumque bona mobilia militibus capientibus acquiruntur, & de ratione, num.91. immobilia verò Regi, bellum indicenti, nu.92. intellige, nu.93. & 105.*
Prædæ in bello captæ, ad quem spectent, & quomodò diuidantur de iure, vel de consuetudine totius Orbis, nu.105.

91 *Milites ad bellandum sunt animandi, præda inter eos distributa.*

92 *Bona immobilia in bello capta sunt Regis.*

93 *Milites stipendiati, vel qui ad militandum tenentur ex debito, prædas non acquirunt, sed aliqua munera, & præda sunt Regis, nu.94 & 97.*

95 *Stipendiatus, suo stipendio debet esse contentus.*

96 *Captiuus an bona, iure postliminij recuperet, nu.162.*

98 *Præda bonorum mobilium in acie belli capta, præsentatur Duci militum, diuidenda inter eos, iuxtà vniuscuiusque virtutem, reprobata contraria opinione nu.100. & 101. præseruata portione pro fisco ex nu.103. & 114. 115. 116.*

99 *Præda extra aciem belli in discursu territorij capta, acquiritur capientibus tota.*

102 *Præda facta de anno 1528. in Ciuitate Gaietæ Regni Neap. ad Commendatoris capientis commodum cessit decreto per Coll. Cons. commemoratur.*

103 *Fiscus acquirit suam portionem ex præda, in acie belli facta, & in diuisione est attendenda consuetudo.*

104 *Prædæ diuidendæ materiam, qui DD. tractent.*

105 *Prædarum diuisio in Regnis Hispaniarum.*

106 *Captiui magni nominis, Duces, Comites, & similes, cuius sint, nu.112.*

107 *Redemptio quibus captiuis denegetur, nu.108.*
Pretium captiui redempti, cuius sit.
Prædarum diuisio in Regnis Galliæ.

109 *Prædarum diuisio in Regno Neap. n.110.*
Admiratus Maris in Regno Neap. olim prædas acquirebat, & quid hodiè, nu. 110. 124. 125. 126.
Officiũ Magni Admirati in Regno Neap. fuit concessum à Reg. Ioanna II. Duci Sueſſano, nu.125.

Digitized by Google

110 *Instructiones Regis Philippi II. respectu diuisionis prædarum, & respectu cognitionis causarum eum Duce Classis recensentur, nu.* 149.

111 *Postliminium nõn habet locum in Nauibus, armis, ac tormentis bellicis: quid in bonis mobilibus, & immobilibus, nu.* 162.

113 *Serui captiui assignantur* Regiæ Curiæ, *pretio hic taxato, masculi tantùm, non fœminæ, nu.*117.*& ità decisum, n.*120.

116 *Præda facta cum Vascellis particularium deberi* Regiæ Curiæ *decimam partem illius, iudicauit* R.C.*Summariæ.*

118 *Masculinum concipit fœmininum, si eadem vigeat ratio, alias secus nu.* 120.

119 *Appellatione seruorum, veniunt seruæ, existente identitate rationis, alias non, & ità decisum nu.*120.

*Dux Classis, quam portionem prædæ acquirat, nu.*123.129.

121 *Locumtenens Ducis Classis, constitutus à Prorege, acquirit prædam sibi, non Duci.*

122 *Locumtenens ex* Regis *mandato gaudet priuilegijs, ac lucris, suo principali tributis.*

Vicarius alterius, an eius iura exequatur.

123 *Milites voluntarij, qui propryjs sumptibus militiam agunt, an prædam acquirant.*

127 *Turcas capiẽtes, in terram fugientes, metu inimicorum insequentium, an efficiantur Domini, & decisio n.*143.

133 *Dux Classis iurisdictionem non habet in territorio, & in mare, vide nu.* 146. *&* 149.

135 *Dominus fundi potest perhibere ingressum Venatori, feram insequenti.*

137 *Apprehensio prædæ requiritur ad illam acquirendam.*

138 *Litus mari adiacens, est de territorio vicino.*

139 *Maris iurisdictionem per Balistam intra terram extendi, quomodò intelligatur.*

*Mare est finis iurisdictionis, quæ terminatur in lictore, nu.*140.*vide nu.*146.

*Iurisdictio territorij, & maris, nu.*146.

142 *Veneti prætendunt acquisiuisse dominium Gulfi maris Adriatici, nu.*144.

*Mare Adriaticum, cuius sit, d.nu.*144.

145 *Bona extrahi vetita, si intercipiantur in mare, an acquirantur Duci Classis.*

146 *Bona inimicorum prædantur, non amicorum.*

147 *Interceptum, sequuta condemnatione, amittitur.*

148 *Confiscationis ius est de regalibus.*

149 *Bona extrahi vetita intercipiuntur commodo Domini gabellarum, & fraudati vectigalis.*

Commissum ex fraudato vectigali spectat ad Dominum gabellæ.

Interceptum ex fraudato vectigali ad Dominum vectigalis pertinet.

Vectigali fraudato, res intercipitur ad commodum Domini gabellæ.

Gabella fraudata, res intercipitur à Domino vectigalis.

150 *Bona nostra, ab hostibus prædata, deindè recuperata, nùm recuperantibus acquirantur, vel prioribus dominis iure postliminij restituenda sint, quæstio proponitur, sententia* Reg. Capyc. Galeota in resp.13.*affertur, nu.*151.*distinctione res terminatur, nu.*152.*& decis. referũtur nu.*154.*& leges maritimæ, nu.*155. *ac iudicandi consuetudo nu.*156.*& vide nu.*160.

152 *Captiui liberati, libertatem iure postliminij recuperant, atque bona immobilia, & de mobilibus, vide nu.*157. *vbi de se mouentibus, & de seruis, nu.*158.

*Postliminium, ad quæ bona extendatur, nu.*157.

153 *Milites damnum passi, pro recuperanda præda, sicut à prioribus dominis damna nõ repetunt, ità prædam non restituunt.*

155 *Capitulum Consulatus Maris de Naue amissa, & recuperata refertur.*

156 *Consuetudo inducitur ex pluribus iudicaturis.*

161 *Præda non dicitur perfectè quæsita, si intrà prædantium tuta loca non sit traducta.*

162 *Bona derelicta, quorum recuperandorum animus est amissus, occupanti concedũtur.*

Animus recuperandi dicitur amissus ex interuallo.

163 *Dictio, ex interuallo, quantum tempus expostulet, decisio nu.*166.

165 *Incontinenti dicitur factum, etiam si ex interuallo fiat, quando res non derelinquitur.*

Digitized by Google

De bonis naufragatis, & prædatis, ad Regem ſpectantibus.

§. I.

SAtis inuoluta, & vndiq; nodoſa quæſtio ſuccedit hic deguſtari, cui acquirantur fractarum nauium, & naufragantium bona, aut reliqua ab hoſtibus prædata, nunquid fiſco, aut Magno Admirato, vel Duci Claſſis.

1 Sũt aliqui DD. cẽſentes, vt inter cæteras prerogatiuas, quibus Rex noſter Inuictiſſimus potitur, eſt, quod fractarum Nauiũ, ac naufragantium bona eiuſdem ſint, ità inquit *gl. in cap. diſpenſationes 1. quæſt. 7. Io: de Platea in l. 1. C. de Naufrag. lib. 11, Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5. num. 374. de teſtam. Franc. Marc. dec. Delph. 424. vol. 2. nu. 3. Aluar. Pelag. de planct. Eccleſ. lib. 2. cap. 46. col. 4. verſ. quid de naufragijs.*

2 Hoc idem cautum in Regno Neapolitano teſtantur *Andr. de Iſer. in conſt. Reg. Rapinas, Affl. in conſt. Dohana ſecreti nu. 16. Reg. de Ponte deciſ. 21. num. 1. Camill. Borrel. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 75. n. 1.* Idemque ſeruari in omnibus lictoribus Italicis, Neapolis, Siciliæ, Hiſpaniæ, & Angliæ, voluit *Renat. Choppen. de Domin. Franc. lib. 1. tit. 16. nu. 9. &* 10. Sic etiam in Gallia, Aquitania, & Nauarra, voluit idem *Choppen. in conſuet. Andegauenſ. par. 1. lib. 1. cap. 51. nu. 2.* & notat *Camil. Borrell. de præſt. Reg. Cathol. cap. 75. n. 2. & 3.*

Et ratio eſt, quia mare adiacens eſt
3 de iuriſdictione Principis, vel Reipublicæ, dominantis territorio propinquo, cui circumfunditur; ità ſcribentes *in cap. vbi periculum, §. porro de elect. Bart. tract. de Inſul. verb. nullius, & l. Cæſar*, vbi *Alex. in addit. ff. de publican. Bal. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. Hipol. de Marſil. in l. fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. nu. 180. Paris de Put. de reintegr. feudor. in cap. de finibus feudi, Suarez alleg. 18. nu. 1. Cepoll. de ſeruit. in tit. de mar. nu. 20. Petr. Girard. de Petra ſancta in ſing. 15. Corſet. in ſingular. verb. Iuriſdictio, Reg. Conſtant. in l. vnic. nu. 12. C. de claſſic. lib. 11. per tex. in*
4 *d. l. vnic.* fertur enim iuriſdictio, tanquam ſpiritus ſuper aquas, vt inquit *Bal. in cap. ex literis de probat. circà finem*, imò iuriſ-
5 dictionem in omnibus quatuor elementis conſiderari poſſe, ſcripſit *Capyc. deciſ. 27. nu. 47.* & firmat *Paris de Put. de reintegrat feudor. cap. de finibus feud. nu. 9.*

6 Sed prauam eſſe huiuſmodi conſuetudinem, inquit *gl. in cap. diſpenſationes 1. quæſt. 7.* ibiq; *in verb. deſpicimus*, & reprehendit Reges Hiſpaniæ, qui naues fractas occupabant, non enim licèt fiſco
7 in aliena calamitate, de re tàm luctuoſa compendium ſectari, quando itinerantium miſeria, tàm magna ſit, vt poſt pro-
8 cellas, & maris tempeſtates, in portu, vbi ſalutem ſperabant, ventorum vi iactati, inueniant contraria numina, ſic conſiderat *tex. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11. & in l. 3. in fin. ff. de incend. ruin. & naufrag.*

9 Afflicti etenim tempeſtate nauigantes, vndiſq; proiecti, alia afflictione lædendi non ſunt, *cap. cum percuſſio 7. quæſt. 1. cap. mulier 5. diſtin.* ne tale hominum infor-
10 tunium, etiam ſuorum bonorum perditione grauetur, *l. tam dementes, C. de Epiſc. audient.*

Vndè dixit *Andr. de Iſer. in ead. cit.*
11 *conſtit. Rapinas*, hanc conſuetudinem eſſe potius coruptelam, propterea non ſeruandam, & cenſetur ſublata per Federi-
12 cum Imperatorem *in auth. nauigia, C. de furt.* idem teſtantur *Affl. in d. conſtit. Rapinas n. 5. Reg. Moles in deciſ. manuſcript. 83. Reg. de Ponte in deciſ. 21. nu. 10. Reg. Reuert. in deciſ. 77. ex collectis per Reg. de Marin. tom. 1.* & ipſemet *Reg. de Marin. in fine obſeru. ad d. deciſ. 77. Federic. de Senis conſ. 107. Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 75. nu. 19.*

13 Et huiuſmodi conſuetudo non ſolùm in Regno noſtro fuit abrogata, verum quoque in Regnis Hiſpaniæ defecit, vt firmauit *Aluar. Pelag. de planct. Eccl. lib. 2. c. 46.* proùt in partibus Romanę ditionis, vt ſcripſit *Luc. de Pẽn. in l. 1. C. de naufrag. lib. 11.* & etiam in Regno Galliæ *Gulielm. de Benedic. in repet. cap. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelaſiam deciſ. 5. n. 374. de teſtam.*

14 Nec bona prædicta naufragata occupan-

pantibus conceduntur, neque valet hoc per consuetudinem introduci *argum. tex. in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de iactu, Barthol. Veronens. de seruit. tit. de lictore ma-*
15 *ris in fine*, imò accipientes bona naufragantium, puniendi sunt, tanquam fures, & latrones, seù raptores, *l. 2. & 3. ff. de incend. ruin. & naufrag. auth. nauigia, C. de furt. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 297. Hieronym. Treutlerius disput. select. lib. 2.*
16 *disp. 30.* idemque cauetur de iure nostro municipali, vt *in const.* incip. *Rapinas tit. de surripient. aliquid de naufrag. vel incend.* ibi habetur, quod rapinam committere dicuntur, qui bona naufragata occupant, & capitùli pœna plectuntur, & ità seruari testantur *Andr. super d. constit. Rapinas, vers. dicit hic gl. Affl. in eadem const. Rapinas, Reg. Moles decis. 82. manuscript. Camill. Borrel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 75. nu. 20.*

17 Et de iure Canonico bona naufragata accipientes, obnoxij sunt ad eorundem bonorum restitutionem, alioquin excommunicationi subijciuntur, *cap. excommunicationi de raptor. Martin. Nauar. in manual. Confessor. cap. 17. nu. 98. 99. & 170. & cap. 27. nu. 117. & cons. 1. nu. 2. & 3. de pœnitent. & remission. Martin. Mesnatt. in epit. leg. Pontific. lib. 5. tit. 17. vers. qui autem, Caietan. in tract. de vsur. cap. 1.*

Ratio est, quia bona naufragata nullo pacto præsumi possint vt dereli-
18 cta, nàm si bona sint à Naui iam fracta, in mari reperta, tùnc cum id fuerit vi tempestatis, & fortuito casu, haberi nequeunt derelicta; quemadmodùm si cau-
19 sa leuandæ nauis ob superfluum onus, ne fluctibus mergatur, bona proijciantur, tùnc similiter proiecta bono animo non censentur, neque derelicta putanda sunt, idcircò occupantis minimè erunt, iuxtà *gl. notab. in cap. cum dilecti, vbi Panor. nu. 11. de accusat.* & habetur *in l. Nauis leuandæ, & l. qui leuandæ, ff. ad l. Rhod. de iactu.*

20 Verùm veritas est, vt eatenus bona huiusmodi ad fiscum spectent, quatenus sine dominis comperiantur, & legitimi successores desint, nàm secus, illa fisco non quæruntur, imò eo casu non vt bona naufragata, sed vti bona vacantia fiscus ea, vt sua capit, non enim ambigitur bo-
21 na vacantia ad fiscũ pertinere, *ex l. 1. & l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. l. 1. ff. de iure fisci*, & notant in propria specie ex nostris *Andr. in constit. Reg. Dohanæ secreti, vers. dicit hic gl. Martin. Caramanich. super d. constit. ver. superstant, Affl. super eadem constit. Dohanæ secreti nu. 21. Reg. Moles decis. manuscrip. 82.* inquiens, quod naufragium nõ dat titulum acquisitionis
22 fisco, sed causam, & occasionem acquirendi bona vacantia, & insuper refert, ità fore iudicatum per R. C. *Reg. Constant. in l. vnic. nu. 73. C. de Classic. lib. 11. Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 77. Reg. Reuert. to. 1. Camill. Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap. 75. nu. 23.* subdens, quod bona, quæ
23 vi fluminis, aut inundationis delata sunt, aut per alluuionem, non fiunt occupantis, sed fisci, item quæ ex naufragio derelicta sunt, sic firmant *Federic. de Sen. cons. 107. Natta cons. 331. nu. 1. vol. 2. Scappius de iure non scrip. lib. 4. cap. 32. nu. 9. Alpho. Aluarez. in spec. Roman. Pontif. cap. 85. col. 17.*

Quodque expressè, & peculiariter deciditur per *constit. Regni nostri* incip. *Do-*
24 *hanæ secreti sub tit. de offic. secreti*, ibi cauetur, quod res naufragatæ ad fiscum perueniant, quando sine Dominis reperiuntur, vel legitimi successores desunt, & hanc sanctionem inuiolabiliter seruari firmant *Andr. Affl.* cæteriq; superius allegati ad idem *Reg. Tap. lib. 2. Ius Regni super dict. constit. Dohanæ secreti*, vbi
25 insuper tradit, cognitionem causæ naufragij in mari sequuti, ad Regiam Cameram, non verò ad Magnum Admiratum Regni pertinere, nisi in lictore maris naufragium euenerit, quod etiam de iure communi fundant *Bart. Io: de Plat. Rebuff. in l. 1. C. de Classic. lib. 11.*

26 Verum enim verò bona huiusmodi naufragata, nec etiam fisci commodis sunt applicanda, sed in beneficium Magni Admirati huius Regni cedunt; siquidem bona prædicta non vti naufragata, sed vti vacantia Magno Admirato ex Regis concessione debentur, vt testantur *Affl. in constit. Regni Rapinas nu. 13. Reg. Constant. in l. vnic. C. de classic. lib. 11. nu. 73. in fin. Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 77. Reg. Reuert. tom. 1.* Et ità fuit solemniter decisum, vt infrà liquebit.

27 Et etiam bona hostium naufragata videntur ad eundem pertinere, proùt

Digitized by Google

conſtat ex capitulis, conceſſis tempore collationis officij, ibi habetur, quod *Naues, & Vaſcella, & cætera, quæ in Regni partibus naufragia patiuntur, ex quibus Regia Curia ius conſuetum conſequitur, habeat Admiratus ſuis commodis applicanda*, & ità teſtatur *Reg. Conſtant. in cit. l. vnica, C. de claſſic. lib.* 11.

28 Sed alij reſponderunt, quod huiuſmodi bona hoſtium naufragata, ad occupantes ſpectant, ità *Bart. in l. hoſtes, ff. de captiu. Alciat. in l. hoſtes, ff. de verbor. ſignific. Bolognett. in l.* 1. *ff. de acquiren. poſſeſſ. Cin. in l. ſi quis pro redemptione, C. de donat. Alberic. in l. ſi captiuis, §. expulſis, ff. cit. Iulius Ferrett tit. de iuſto bello num.* 178. *fol.* 39. *Hugo Grott. de iur. belli, & pacis lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 2. *Gramat. deciſ.* 71. *Reg. Lanar. conſ.* 84. *nu.* 6. *verſ. nec differt, Reg. de Ponte conſ.* 93. *lib.* 1. *& de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. §. de trirem. nu.* 8. *&* 10. *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 13. *nu.* 1. *& ſeq. Caſtill. deciſ.* 107. *nu.* 19. *&* 20. *lib.* 2.

29 Quod conantur probare iure gentium, quo iure introducta ſunt bella, captiuitates, ſeruitutes, & dominia diſtincta, *l. manumiſſiones, l. ex hoc iure* 4. *&* 5. *ff. de*
30 *iuſt. & iure*, eodem iure gentium cauetur, quod ea, quæ ex hoſtibus capimus, mobilia tamen, ſiue ſemouentia, ſtatim noſtra fiunt, *l. naturalem, §. fin. ff. de acquirend. rer. domin. §. item ea, quæ ex hoſtibus inſtit. de rer. diuiſ. Hugo Grot. de iure belli, ac pacis lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 2.

31 Idemque ſuadetur iure Ciuili, & Cæſareo, nàm ſtatutum eſt, vt bona hoſtium capientium commodis cedant, *l. ſi quid in bello* 28. *ff. de captiu. l. non dubito* 7. *& l. poſtliminium* 19. *ff. cit. l. ſi quis pro redemptione penultima, C. de donat.*

32 Et licèt iura prædicta loquantur de bonis in bello captis, attamen quia iuribus cautum eſt, vt quod propter bellum amittitur, in bello amiſſum cenſetur, *l. in*
33 *bello* 12. *ff. de captiu.* & facit *tex. in l.* 1. *ff. de incend. ruin. & naufrag.* vbi in incendio dicitur deperditum, quod propter incendium amittitur.

34 Hinc eſt, quod ſiue in terra, ſiue in mari bona huiuſmodi reperiantur, ſemper erunt bona hoſtium, & conſequenter capientibus dantur, & notant ex noſtris, cæteris omiſſis *Reg. de Ponte. deciſ.* 21. *n.* 9. *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 13. *nu.* 1. *cum ſeq.*

Et hoc pariter probatur *ex l.* 2. *C. de commerc. & mercator.* vbi Imper. nedùm prohibuit aurum ad Barbaros deferri,
35 ſed vlterius ſanciuit, *ſi quid apud eos inueptum fuerit, non ſolùm vi bellica, ſed ſubtili ingenio, auferēdum eſſe: ſufficit enim quid apud hoſtes eſſe inuentum, vt capienti concedatur*. Hinc eſt, quod non ſolùm bona hoſtium, quæ in bello capiuntur, occupantibus conceduntur, ſed etiam cætera illa, quæ quouis modo apud hoſtes inueniuntur, & concordat *tex. in l.* 1. *C. de Theſaur. lib.* 10. *l. ſi harſatorem, C. de fide iuſſor.*

36 Prædicta quoq; confirmantur authoritate Sacrarum Scripturarum, ſiquidem Dauid Rex prædam captam inter milites diuiſit, vt *in lib. Reg.* 1. *cap.* 30. *in fin.* & refert *Ang. in l. ab hoſtibus la* 2. *C. de poſtlim. reuerſ.* quod etiam fuit obſeruatum per Abraham, vt legitur *in lib. Geneſ.*
37 *cap.* 14. *in fin.* & in veteri teſtamento ſic cautum fuit, vt firmat *Alphonſ. Aluarez Præſ. R. C. in ſpec. Chriſt. Relig. cap.* 47. *n.* 3. vbi plura loca veteris teſtamenti enucleat.

38 Nihilominus veritas eſt, vt bona huiuſmodi hoſtium naufragata, nec ad capientes, neq; ad Magnum Admiratum, ſed ad fiſcum pertineant, ità tenent *Angel. de Clauiſ. in ſumma §. naufragium nu.* 1. *Armill. in §. naufragium nu.* 1. *Martin. Nauarra in ſumma cap.* 17. *num.* 98. *Franc. Marc. deciſ. Delphin.* 424. *in fine vol.* 2. *Anton. Scapp. de iure non ſcripto cap.* 132. *num.* 8. *Petr. à Nauarra de reſtitut. ablator. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 55. & ex noſtris *Camill. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 35. *nu.* 26. *Reg. Conſtant. in l. vnica. nu.* 135. *C. de claſſic. lib.* 11. *Reg. de Ponte dec. Collat. Conſil.* 21. *Reg. de Marin. in obſerv. ad deciſ.* 421. *Reg. Reuert. nu.* 3. *to.* 2. *& in obſerv. ad deciſ.* 545. *eiuſdem Reg. Reuert. d. tom.* 2. *Reg. Moles deciſ.* 83. vbi in fine ſic refert bis iudicatum per R. C.

39 Et ratio eſt, quia licet ripæ, portus, & ius in eis piſcandi, & ſimilia ſint omnibus iure gentium communia; iuriſdictio
40 tamen in portibus, & ripis ad ſolum Regem ſpectat, cum ſint de Regalibus, vt *in c.* 1. *quæ ſint regal. Capyc. in inueſt. feud. verb. Portus, Frecc. de ſubfeud. tit. de offic. Magni Admirat.* & illa exercetur in Regno, in portibus, plagijs, & ripis, per Regios

Digitized by Google

41 gios Officiales, qui Portulani, seù Magistri Portulani communi vocabulo appellantur; & custodiunt portus, & plagios Regni, ne bona vetita exeant, neuè mittantur, vt *in l. 1. C. de commerc. & mercat. & ex tit. C. quæ res asportar. poss. Boer. decis. 178. Andr. in tit: quæ sint reg. in princ. vers. præterea fuit considerat.*

42 Hoc posito, dicendum est, posse Regem loco suo prohibere, ne quis vtatur suo iure, quod sibi iure gentium est permissum, *l. Diuus Pius, ff. de seruit. rustic. præd. Abb. & DD. in cap. veritatis extr. de dolo,*

43 *& contumac.* Vndè si Rex hoc potuit prohibere, multo fortius ex vsu, & antiqua consuetudine introduci, *l. quod si nolit, §. quæ assidue, ff. de ædilit. edic. Bart. in l. adoptione, ff. de adopt. Gulielm. de Benedic. in cap. Raimutius, ver. vxorem nu. 869.*

Quamobrem bona hostium dùm prædantur in loco, vbi fiscus iurisdictione iuuatur, valet ad sui commodum illa applicare, cum vti dicatur sua iurisdictione, quæ priuato denegatur.

Quod itidem confirmatur rerum iudicatarum authoritate, nàm accidit in anno 1577. quod quædam naues Hebreorum, mercibus onustæ, in Maritima Hostuni Prouinciæ Hidruntinæ occasione

44 naufragij peruenerunt; fuit hęsitatum in in Collat. Cons. ad relationem R.C. ad quem nàm bona illorũ pertinerent, nunquid ad fiscum vti bona hostium naufragata, vel ad Magnũ Admiratum Regni, vel ad Dominum Marchionem de Mondesar, tunc huius Regni moderatorem, qui prætendebat ad seipsum bona illa spectare, tùm vt Capitaneus Generalis in hoc Regno, tùm etiam quia eius nomine bona illa fuerunt occupata, ad quæ de iure fundanda scripserunt *Io: Anton. Lunar. in cons. 54. & Io: Franciscus de Ponte in cons. 94.* ambo Regentes Regiam Cancellariam, sed nihil circa prætensionem prædicti Domini Proregis decretũ extitit, ex quo Sereniſſimus tùnc Rex noster, Magno Admirato efflagitante, causam respectu prętensionis Proregis ad se auocauit, vt testatur Reg. *Moles in decis. 12. manuscript. tit. de pęn. quibus tenentur Officiales, & in decis. 82.* Verùm indè, hic causa fuit dumtaxat agitata inter fiscum, & Magnum Admiratum Sueſſarũ Ducem, & sub die 22. Majj 1577. fuit

45 solemniter, ac generaliter iudicatũ, omnia bona, & Vascella naufragata, & quæ in posterum naufragari contingerint in præsenti Regno, quorum Domini sunt, & erunt ignoti, & incerti, spectare ad perceptionem, ac cognitionem Magni Admirati; omnia verò vascella bona, & personas hostium, & diffidatorum Suæ Catholicæ Maiestatis, etiam quod sint naufragata, & naufragatæ, vel in posterum naufragarentur, non spectare, neque ad perceptionem, neque ad cognitionem dicti Ill. Magni Admirati, & proindè quo ad Hebreos, & eorum bona captos, & capta in Maritima Hostuni occasione naufragij, ac nauim ipsorum naufragatarum, Regium fiscum esse absoluendum, & absolui debere, proùt præsenti decreto absoluitur, ità testantur *Reg. Constant. in l. vnic. nu. 73. & 135. C. de classic. lib. 11.* vbi aduertit, fuisse hanc quoque decesio-

46 nem comprobatam per Supremum Italiæ Senatum, audito quoque Marchione de Mondeiar, vno ex collitigatoribus, & per prouisiones Regias ità fuit sancitum in futurum obseruari, & ad idem *Reg. de Ponte dec. Collat. Cons. 21. nu. 13. Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 77. Reg. Reuert. tom. 1.*

Idemque pronunciatum sub die 21. Aprilis 1572. proponente Domino Lo-

47 cumtenente R. C. prætensionem Magni Admirati Regni huius, & inter alia decerni petijt, naufragia applicantia in maritimis dicti Regni ad ipsũ spectare, & è cõtra instante Regio fisco, Magnum Admiratum à sua petitione esse excludendum, cum nunquam fuerit in possessione, seù quasi iurisdictionis prædictæ. Discusso negotio, R.C. decreuit, illa omnia naufragia Magno Admirato esse applicanda tàm vascellorum, quàm bonorum illorũ, in quibus tamen debitis peractis diligentijs non inuenietur Dominus, exceptis tamen omnibus, & quibuscũq; naufragijs, vasorum artellariæ, ac personis, & bonis infidelium, & inimicorum Suæ Catholicæ Maiestatis, vt habentur hæc propria verba *in arres. R. C. 255.* impressis *per Reg. de Marin. in fine 2. tom. decis. Reg. Reuerter.*

48 Rursum idem iudicatum fuit in anno 1575. quo tempore naufragium passis qui-

Digitized by Google

quibuſdam Iudeis,cum nonnullis mercibus iuxtà lictora maris Ciuitatis Hoſtuni Prouinciæ Hidruntinæ, vbi ventorum vi impulſi fuere, Gubernator illius Prouinciæ perſonas & bona, vna cum nauigio intercepit: fuit heſitatum in R.C. ad quem nàm bona illa pertinerent, & per dictã R.C. fuit ad fauorem fiſci pronunciatum,excluſo Magno Admirato, ſic teſtatur Reg.R*euert.deciſ.77.ex collectis per Reg.de Maria.tom.*1.

Imò non ſolùm bona naufragata fiſco debentur, ſed etiam illa,quæ in ipſa naufragij trepidatione capiuntur, proùt ac-
49 cidit terminari inter fiſcum,& Caſtellanum Arcis Ciuitatis Brunduſij;nàm cum nauis quædam Turcarum vi ventorum, ac tempeſtatis pœnè obruta fluctibus, ſine Rectore,ac Gubernatore,propè lictus illius Ciuitatis deuenerat, ac iecerat anchoras, adeò tamen quaſſata, vt naufragium omninò facturam eſſe putaretur; Caſtellanus, armatis continuò militibus paruis in nauiculis, illam obſedit, hoſtibus timorem incutiens, ac minatus ſe illam vi expugnaturam, qui tot malis circũuenti ſe, ac ſua dediderunt; Cõtrouerſia erat, an perſonæ, & bona Turcarum, tanquam vi armorum ipſis erepta,Caſtellano deberentur, vel vti naufragata fiſco cedere deberent; Pro fiſco dicebatur ſibi ex naufragio bona deberi, nàm nau-
50 fragata dicuntur, quę poſt naufragium, ſiue in ipſa naufragij trepidatione capiãtur, *l.*1.§.*ex incendio,ff.de incend.ruin.& naufrag.auth.nauigia,C.de furt.Surd.dec.* 183. *nu.* 2. & facit apprimè *tex. in l. pedius in princ.ff.eod.* ibi,*Pedius poſſe etiam dici ex naufragio rapere eum, qui cum nondum naufragium fiat, in illa trepidatione rapiat*; etenim pro naufragatis ha-
51 bentur bona Turcarum, ſi propter naufragij timorem,in manus Chriſtianorum ſe dederunt, quo caſu videntur habuiſſe bona pro delictis, *argum. tex. in l.falſus,* §.*ſi iactum,ff.de furt.l.qui leuandæ,& l.*2. §.*fin.ff.ad leg.*R*hod.de iactu*, & ex incendio raptum videtur,quod propter tumul-
52 tum incendij,vel propter trepidationem incendij raptum fuerit, *l.*1.§.*ex incendio, ff.de incend.ruin.& naufrag.* cum regula-
53 riter ſufficit deuentum eſſe ad actum proximũ,& propinquum, *Bart. in l.cæteræ,* §.*fin.ff.de leg.*1. & portantes bladum
54 extra territorium contrà ſtatutum, puniuntur pœna ſtatuti, etiam ſi fuerint reperti in itinere, ità *Paul.de Caſtr.poſt Bal. in l.ſi fugitiui, C.de ſeru.fugit.*

Ex aduerſo conſiderabatur,bona non poſſe dici naufragata, quia verè naufragium ſequutum non fuit, & licèt immineret, multa accidere poterant, quo minus fieret, argumento eorum, quæ de fe-
55 ra vulnerata, vel in laqueo detenta habentur,*in l.naturalem,* §.*illud quæſitũ, & l. in laqueum, ff. de acquiren. rer. domin.* eo fortius quia in caſu præſenti tempeſtas indè ceſſauit, & nauigium incolume ſe ad portum reduxit, proindè non poſ-
56 ſunt dici bona naufragata, quãtumcumque adfuerit ſuſpitio naufragij, & ſteterit nauigiũ in certo periculo emerſionis, ſi tamen naufragium indè ſequutum non fuit, vt declarat *Gl.in l. pedius, ff. de incend.ruin.& naufrag.* & quando finis habet conſequentiam neceſſariam ad prin-
57 cipium, tunc inſpicitur principium, *Bar. in l. damni infecti ſtipulatio,* §.*ſabini, ff. de damn.infect.Bart.in l.*1.*ff.qui pot. in pignor.habean.* aliàs nullo modo attenditur principium; ſi ergò principium tempeſtatis non importat neceſſarium finem ſubmerſionis, quia tempeſtas ceſſare poterat, ideò vt naufragium dicatur, oportet ſequutum eſſe.

Sed quamuis ad arma non fuit deuentum tempore deditionis nauis inimicæ,
58 ſatis tamen fuit ad deditionem timor armorum, qui eundem parit effectum, *l.*3. §.*armis, ff.de vi,& vi armata, Cagnol.in l. vani timoris, ff. de reg. iuris, Neuizan. conſ.*91. *nu.*1. *Natt. conſ.*50. *nu.*17. *Burſ. conſ.*81. *nu.*8.

Verùm pro fiſco tuta, & vera eſt opinio, eamque amplexi fuerunt,*Surd.deciſ.* 183.*nu.*2. R*eg.Conſtant.in l.vnic.nu.*136. *C.de claſſic.lib.*11.R*eg.de Ponte dec.Collat.*
59 *Conſ.*21. *nu.*25. R*eg.de Marin. in obſeru. ad deciſ.*421,R*eg.Reuert. nu.*3. *tom.*2. Et fuit iudicatum in cauſa prædicti Caſtellani Arcis Brunduſij D. Io; Ortiz de Meſtanza cum Regio fiſco ſub die 18. Nouembris 1605. per Reg.Collat.Conſ. ad relationem R. C. fuit namque prouiſum perſonas, & bona dictarum Turcarum, tanquam naufragata, ſpectauiſſe, & ſpectare ad Regium fiſcum, nullumque ius in bonis naufragatis ſpectare ad capien-

tes,

Digitized by Google

tes, verùm ex cauſis diſcuſſis dentur dicto Regio Caſtellano de pretio dictorum bonorum ducati mille, proùt refert Reg. *de Ponte d.deciſ.*21. *in fin.* vbi longa ſerie pro Caſtellano diſcurrit, & Reg. *Conſtant.in d.l.vnica nu.*137. *C. de claſſic.*
60 *lib.* 11. animaduertit, in caſu prædicto conſtare naufragij metum præualuiſſe, & proindè cenſendum eſſe ex naufragio, potiùs bona quæſita fuiſſe *argum. tex. in l. quæritur, ff. de ſtat. homin.* ſed quia aliquid cooperatus fuit timor armorum, & Caſtellanus diligenter, & benè ſe geſſit, ità vt ſi naufragium hoſtes euaderent, non poſſent à militum manibus effugere, ideò certam partem prædæ Collaterale Cõſilium Caſtellano tradidit, eamque deciſionem refert Reg. *de Marin.in d.obſeru.ad deciſ.*421. Reg. *Reuert. nu, tom.*2.

Contraria autem, quæ de Magno Ad-
61 mirato Regni huius circumferuntur, vt ſcilicet Rex noſter Catholicus conceſſit ei Naues, & Vaſcella, quæ in Regni partibus naufragia patiuntur, ex quibus Regia Curia ius conſuetum conſequitur; voluitque, vt Admiratus habeat ſuis cõmodis illa applicanda.

62 Reſpondetur, quod vigore dicti capituli nihil aliud videtur Magno Admirato fuiſſe conceſſum, niſi corpora nauigiorum cum veſtibus vſitatis, quæ ibi reperiuntur, ideò bona quoque naufragata videntur ſepoſita, cum de illis non loquatur, vt notat Reg. *Reuert. deciſ.*77. *tom.* 1. *in collect. per* Reg. *de Marin.* vbi ipſemet Reg. *de Marin. ibidem in obſer.*

Imò etſi conceſſio prædicta expreſsè reſpiceret bona naufragata, adhuc non comprehenderet bona hoſtium naufragata, nàm in conceſſione de naufragijs non veniunt bona illa, quæ alio titulo
63 iuris gentium ad Regem ſpectant, *Innocent.in cap.ex literis in princ. de iure patronat. Gallett.in l.qui cum tutoribus, ff. de tranſact.* Reg. *Moles deciſ.*84. *verſ. ſed ta-*
64 *men*. Cumque bona prædicta ſpectant ad fiſcum iure hoſtilitatis, vt firmat Reg.
65 *Moles loc.cit.* quod ius nunquam venit in conceſſione, vt habetur in *conſtit. Regni* incip. *ea quæ ad decus*, ideò cum fiſco non
66 debeãtur huiuſmodi bona principaliter, & primariò vti naufragata, ſed vt bona
67 hoſtium, quæ ipſo iure in dominium Regis tranſeunt, vt notat Reg. *Moles d.deciſ.* 84. proindè nec Magno Admirato, neq; capientibus ius aliquod ſuper illis quæritur,

Et adeò verum eſt, vt Magnus Admiratus bona hoſtium naufragata nanciſci
68 non poſſit, nàm per Regias Prouiſiones Sua Maieſtas declarauit, nunquam fuiſſe ſuæ mentis, vt bona naufragata hoſtium concederentur Magno Admirato, ſed vt ipſi expreſsè reſeruarentur. Imò mortuo prædicto Duce Sueſſano Magno Admirato, cum in alium fuerit collatum officium, expreſsè Rex noſter ſibi reſeruauit huiuſmodi bona hoſtium naufragata, vt teſtatur Reg. *Moles deciſ.*84. *in fin.*

Quamobrem ex his hodie non poteſt heſitari, quin bona hoſtium naufragata ad Regium Fiſcum pertineant, excluſis capientibus, & Magno Admirato Regni huius.

Verùm ſi bona, vel perſonæ Turcarũ, aliorumq; hoſtium, alio modo non occaſione naufragij ad noſtra littora peruene-
69 rint, etiam ſi abſq; armorum certamine capiantur, capientibus concedũtur, quod omni iure cautum eſt, gentium, ſcilicet, ciuili, & militari, iure nàmq; gentium at-
70 tento, ſerui cum capiũtur, ſtatim capientium efficiuntur, *l. naturalem in fine, ff. de acquiren. rer. domin.* §. *item ea, quæ ab hoſtibus inſtit. de rer. diuiſ.* §. *ius autem gentiũ inſtit. de iure natural. gent.* & idem eſt de
71 iure ciuili quò ad bona mobilia, *l. ſi captiuus,* §. *ſi expulſis, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. in agris, & l. transfugam, ff. de acquiren. rer. domin. Bart. in l. ſi quid in bello, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Salyc. in l. ab hoſtibus, C. eod. tit.* & præcipuè
72 quando abſque prælio ab aliquibus particularibus caperentur, tùnc ad capientes illa ſpectare, tenuerunt *Salyc. in l. ab hoſtibus col.* 1. *in fin. C. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Alciat. in l. hoſtes ff. de verbor. ſignific. poſt Bart. in l. hoſtes, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Aret. in auth. nauigia, C. de furt.* & prædicta quoque confirmat *Reg. Reuert. deciſ.*421. *ex collectis per Reg. de Marin. tom.*2. vbi idem Reg. *de Marin. in obſeru. ad eandem deciſ.*

Et inſuper Reg. *Reuert. in cit. dec.*421. refert, fuiſſe ità iudicatum; cum enim in Prouincia Hidruntina ab aliquibus particularibus quadraginta Turcæ capti eſſent,

eſſent, ſicque illi in ſeruitutem redacti, ad
73 prædam conſequendã concurrebant Regius fiſcus, qui dicebat illos ad Regiam Curiam de iure ſpectare, Dominus Prorex Regni vti Generalis Capitaneus, & Ciccus Loffredus illius Prouinciæ Gubernator, qui allegabat, in illa Prouincia cõſuetudinem vigere immemorabilem, vt hæc præda Gubernatorum, ſeù Præſidum pro tempore lucro cedat, & inſuper idem efflagitabant particulares capientes, & fuit dubitatum in Collaterali Cõſilio R.C. referente, ad quem ex his, ſeruì prædicti ſpectarent.

Et facta relatione per dictam R. C. in dicto Collat. Conſil. cum tribus Regijs Conſiliarijs adiunctis omnium conſenſu deciſum extitit, Turcas, ſeù mancipia prædicta, neque ad Regiam Curiam, neque ad Dominum Proregem Regni, neque ad Gubernatorem Prouinciæ, ſed ſolùm ad illos particulares capientes ſpectare, & pertinere, vt teſtatur *d.Reg.Reuert. d. deciſ.* 421. *tom. 2. ex collectis per Reg. de Marin. in 2. tom. deciſ.Reg.Reuert.*

Idemque fuit deciſum ſub die 17. Martij 1575. in cauſa Iulij Spinæ, Io: Andreæ de Riſo, & Cæſaris Conchę militum gra-
74 uis armaturæ, cum Regio Fiſco, & Ill. Magno Admirato ſuper petitione certorum mancipiorum captorum in Ciuitate Flubriatici; Per R.C. ad relationem Præſidentis Fabritij Villani fuit prouiſum, dicta mancipia, ſeù pretium ipſorum ſpectare, & pertinere ad dictos capiẽtes, vt habetur in *arreſtu* R.C. 377. ex compilatis *per dict.Reg. de Marin. in d. 2. tom. deciſ. Reg. Reuert.* & hoc decretum fuit etiam confirmatum ſub die 6. Februarij 1579. per eandem R. C. in gradu reclamationis interpoſitæ à decreto prædicto, per dictum Regium Fiſcum, & etiam per Magnum Admiratum, vt habetur in *arreſto* 511. ex compilatis *per Reg. de Marin. in d. 2. tom. deciſ. Reg. Reuert.*

Hoc itidem ſuadetur ex eo, quod euenit tempore, quo ab hac vita migrauit Dominus Dux de Alcala Regni Prorex; hic per lapſum duodecim annorum quo Regnum gubernauit, ſolitus fuit, Turcas
75 captos ſibi ipſi applicare, indè in vltimo ſuæ vitæ fine cum exiſteret, teſtamentum condidit, & ordinauit, vt eligerentur viri periti, & conſcientiati, qui articulum definirent, vtrum Turcæ capti in Regno ſpectarent ad Proregem, etſi non ſpectare decideretur, voluit, vt ſoluerentur perſonæ, ad quam ſpectare fuerit determinatum ducat. centum pro quolibet ſeruo; Quamobrem per executores teſtamentarios de anno 1571. fuerunt electi ad hoc Vincentius de Franch. & Iacobus Anellus de Bottis, tunc Regij Conſiliarij, Franciſcus Antonius Dauid, & Ferdinandus Moles, tunc Præſidentes R.C. & RR. PP. D. Theodoſius Canonicus Regularis, & Franciſcus Remitæ Theologi; Iſti viri, re pleniſſimè ruminata, & diſpunctis rationibus, & authoritatibus, quæ hinc, & indè concurrebant, vt refert longa ſerie *Reg. Moles deciſ. manuſcript.* 85. decid-erunt, prædam, ſeù Turcas tantummodò ſpectare ad capientes, excluſis Prorege, Magno Admirato, & Regio fiſco, vt teſtantur *Reg. Moles in d. deciſ. manuſcrip.* 85. *Reg. Galeot. reſp. fiſc.* 13. *nu.* 14. *Taſſon. in prag. de anteſ. verſ. 2. obſeru. 2. nu.* 141.
76 idque etiam fuit ſolemniter deciſum per R.C. vt habetur *in arreſt. eiuſdẽ* R.C. 366. ex compilatis *per Reg. de Marin. in fine 2. tom. deciſ. Reg. Reuert.*

Item hoc fuit iudicatum in menſe Nouembris 1573. tempore, quo Regnum moderabat Dominus Cardinalis de Gra-
77 nuela, qui ex Miniſtrorum cœtu excerpſit ſeptem, inter quos tres erant Regij Cõſiliarij, & iniunxit, vt idem articulum deciderent, & communi voto fuit concluſum, ad capientes ſpectare, vt firmat *cit. Reg. Moles in dicta dec. manuſcript.* 85. *circa finem.*

Nihilominus contraria opinio, quod ſcilicet perſonas, & bona Turcarũ, alio-
78 rumque noſtri Regis diffidatorum, extrà bellum ſine armorum certamine captos, ſeù capta, ſpectare ad Regium fiſcum, excluſis etiam capientibus, tenuerunt *Bart. in l. ſi quid in bello n. 3. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Conſ. Gramat. deciſ.* 71. *nu.* 17. *Præſ. de Franch. deciſ.* 268. *nu.* 3. *Reg. Conſtant. in l. vnic. C. de claſſic. lib.* 11. *nu.* 138. quos in propoſito allegat *Iudex Capibläc. de Baron. tom. 2. cap.* 41. *nu.* 5. *&* 6. idem confirmat *Reg. Moles deciſ.* 83. *Reg. de Ponte conſ.* 93. *lib.* 1. *Caſtill. deciſ.* 106. *n.* 41. *cum ſeqq.*

Et ratio eſt, quia ſupradicta bona non alio iure ad fiſcum pertinent, niſi quia bona

79 bona hoſtium ſunt, quæ omni iurè ſtatim tranſeunt in dominiũ fiſci, hoc nàmque ius hoſtilitatis, cum de regalibus ſit *ex conſtit.* Regni incip. *ea quæ ad decus,*
80 tantùm fiſco, & non alijs priuatis competere poteſt; Vndè ſi bona huiuſmodi naufragantur, vel alio modo intercipiã-
81 tur, fiſci ſunt, cum ipſi ius confiſcationis competat, & nõ alijs particularibus perſonis, ità in propria ſpecie notarunt *Reg. de Ponte conſ.*93. *nu.*20. *lib.*1. *Reg. Moles deciſ. manuſcript.* 83. *&* 84. *Reg. Reuert. deciſ.* 77. *ex collectis per Reg. de Marinis tom.*1. *Caſtill. deciſ.* 107. *num.* 46. *&* 57. *lib.*2. vbi multos allegat,

82 Et ità fuit ſæpiùs iudicatum, proùt in duobus caſibus refert *Io: Franciſcus Capiblanc. de Baron. d. cap.*41. *num.*3. *verſ. id quod,* vbi annuit, quod dùm ipſe aſſideret in Regia Audientia Hidruntina, accidit, quod triremes Venetorum in Gulfu inſequebantur duas fuſtas Turcarum Cur-
83 ſalium, qui cognoſcendo non poſſe euadere à manibus illorum, quorum mos Venetorum eſt, non mancipare dictos infideles, & pro mancipijs tenere, vel vendere, ſed morti eos tradere, ad effugiendam mortem, deſcenderunt ad lictus Ciuitatis Caſtri; vndè Prouinciales loci, inſimul cum militibus cuſtodientibus ipſos locos maritimos, occurrerunt, & ceperunt cẽtum viginti Turcas, & indè certiorato Domino Prorege per Præſidem Prouinciæ, ſupplicabant capientes, dùm ipſi ignorantes factum, animosè occurrernnt contra Turcas, illos capiendo, vt ſaltim ſuper præda remunerarentur; attamen per R.C. in Collat. Conſilio etiam ab huiuſmodi remuneratione fuerunt excluſi, ità *Capiblanc. d. cap.*41.

Alium caſum idem *Capiblanc.* ibidem refert, quod quædam fuſtæ de noſtratibus, quæ cumlicentia ibant in curſu, cũ cepiſſent vnam Tartanam Turcarum numero decem, & ſub præteſtu, quod credebant, prædam eſſe eorum, vendiderunt
84 Brunduſij mancipia illa; Cumque de ordine Regiæ Audiẽtiæ fuiſſent aſportata, facta deindè relatione Domino Prorege, idem iuſſit, vt ad ipſum tranſmitterentur, vndè particulares capientes, Collaterale Conſiliũ adiuerunt, prætẽdentes ad ſeipſos prędã ſpectare, ſed nihil obtinuerunt, quia præda fuit facta ſine pugna, vt tenetur *cit. Capiblanc. de Baron. d. cap.* 41. *nu.*5. *verſ. & dum.*

Nuper idem fuit obſeruatum in anno 1662. nàm cum in maritima Reggi appuliſſet quædam nauis Turcarum, fuit à Capitaneo cuiuſdam nauis belgica aggreſſa, & vt à periculo mortis Turcæ ſe liberarent, in terra Pontisdactoli, ſe conuolarunt, vndè à ciuibus fuerunt Turcæ capti, & certiorato Excellentiſs. Domino Comite de Pegnoranda Prorege, illos Turcas in ſeruitiũ Reg. Triremiũ deſtinauit, licèt ex parte Capitanei fuerit prætẽſum prædam ad ipſum pertinere; verùm ex cauſa remunerationis ordinauit idem D. Prorex, vt dicto Capitaneo ſoluerentur ducat. biſcentum, proùt fuit exequutum, & reſpectu Domini vtilis dictæ terræ Pontisdactili prætendentis, quoque habere partem in huiuſmodi præda, remiſit articulum decernendum per R. C. à qua fuit excluſus, vt conſtat ex actis penès Actuarium R.C. Proſperum de Laurentijs.

Prædicta quoque confirmantur ex Regijs prouiſionibus Madrid expeditis de
85 anno 1577. vbi declaratum, & ſancitum fuit, omnia bona, & vaſcella naufragata, & quæ in poſterum naufragari contingerint in præſenti Regno, quorum Domini ſunt, & erunt ingnoti, & incerti, ſpectare ad perceptionem, ac cognitionem Magni Admirati; omnia verò vaſcella bona, & perſonas hoſtium, & diffidatorum Suæ Catholicæ Maieſtatis, etiam quod ſint naufragata, & naufragatæ, vel in poſterum naufragarentur, ſpectare ad Regium Fiſcum, de quibus prouiſionibus ſupra mentionem fecimus, & de eiſdem teſtantur *Reg. de Ponte dec. Collat. Conſ.*21. *n.*13.
86 *Reg. Conſtant. in l. vnic. nu.*73. *C. de claſſic. lib.*11. *Reg. de Marin. in obſer. ad deciſ.*77. *Reg. Reuert. tom.*1. qui amplius fatentur, prædictas prouiſiones in viridi eſſe obſeruantia.

Hinc non poteſt controuerti, quin bona hoſtium priuatiuè ſpectent ad Regiũ fiſcum, & licèt in dictis prouiſionibus ratiocinetur de bonis naufragatis, tamen de illis augmentatiuè loquitur, ex dictione, etiam; principaliter verò, & primariò loquitur de bonis hoſtium, vt illa generaliter ſint fiſci, vt notat *Reg. Moles dec.*84. & deindè fit mentio de naufragatis ad

Digitized by Google

augendam prouiſionem, nàm poterat eſſe dubium, cuinàm deberent applicari bona naufragata, & prima fronte videretur, bona illa capientibus deberi; nàm cum bona prædicta habeãtur pro dereli-
87 ctis, & in nullius dominio ſint, ideò occupantibus ſunt concedenda; attamen voluit Rex noſter, mediantibus huiuſmodi prouiſionibus, heſitationem hanc remouere, & præcauere, vt etiã ſi ſint naufragata, debeant fiſco applicari; ideò regula eſt generalis, quod ſiue ſint naufragata, ſiue alio modo, vel cauſa capta, ſemper quod ſunt hoſtium, ad fiſcum ſpectant.

88 Idemque conſtat, declaraſſe Regem noſtrum in ſuis Regalibus literis, datis Arande die 18. Septembris 1610. tranſmiſſis Proregi Regni Siciliæ, quas inſerit *Caſtill.deciſ.Sicil.*107. *nu.*54. eiſdem demandauit Sacra Maieſtas, vt quæcumque bona Turcarum, Iudeorum, rebellium, & aliorum quorumcumque inimicorum Regalis Coronæ, quomodocumque deprædata, applicentur Regio fiſco; & ſucceſſit huiuſmodi Regalis ſanctio ex eo, quia Proreges prædicti Regni Siciliæ ſupponebant ex vetuſta cõſuetudine, bona huiuſmodi ad ipſos ſpectare; hinc cũ in portibus illius Regni appuliſſet caſu, quędam nauis inimica, mercibus onuſta, contendebat Prorex, bona illa ſibi applicare; è contra efflagitabant capientes, & Generalis Triremium illius Regni, non ad Proregem, ſed ad ſeipſos pertinere; proindè S.M. mediãtibus prędictis literis decreuit, nec vni, nec alteri, ſed ſibi deberi, proùt iuris eſt, nàm bonorum confiſcatio ad Regem, & non ad alterum ſpectat, ità teſtatur *Caſtill.d.deciſ.*107.*nu.*44. *cum ſeqq.*

Prætereà ſequitur, quod deciſiones ſu-
89 pra in contrarium relatæ, quæ expreſsè contradicunt prędictis Regijs prouiſionibus, aut ſunt nullæ, vt contrariæ Regijs prouiſionibus, quę ſunt in inuiolabili obſeruantia, vel in illis caſibus aliæ qualitates concurrebant, quæ diuerſificare faciunt caſum præſentis noſtræ quæſtionis.

Verum enim verò perſonæ, ac bona mobilia hoſtium, in bello capta, militibus
90 capientibus acquirũtur, ità expreſsè ſuadetur omni iure, vtpotè gentium, ciuili, & Cæſareo, ſic patet *ex l.in bello, ff.de cap-tiu. & poſtlim.reuerſ. l.*1. *ff. de acquirèn. poſſeſſ. l.pen. C.de donat. Salyc.in l. ab hoſtibus* 2.*nu.*6. *C.de captiu.Riminal.iun. in repet.*§.1.*inſtit.de donat.num.*1077. *Boer. deciſ.*178. *Gram.deciſ.*71.*nu.*18. *Frecc.tit. quis dicatur Dux n.*31. *Reg.de Ponte conſ.* 93. *nu.*14. *Reg.Lanar.conſ.*84.*nu.*1. *Hugo Grot.de iure bell. ac pac. l.*3. *cap.*6. *nu.*12. *Petr.Nauar.de reſtitut.lib.*2.*cap.*3. *n.*287. *Maſtrill.deciſ.*180. *per tot.* & prælertim *nu.*10. *&* 15. *Caſtil.deciſ.*107. *num.*19. *& nu.*20. *lib.*2.

91 Et adeò lex militibus capiẽtibus prædam cõceſſit, vt accenderet militum animos contrà hoſtes in pugna, & ne ſe paterentur, facilè vinci ab hoſtibus in bello, vt notat *Azor.inſtit.moral.par.*3.*cap.*4.
92 *quæſt.*12. & de iure, captiui, & bona eorum deſignãtur legitimè certãtibus, quorum periculo, & induſtria capti fuerunt, *l.ſi quis pro redemptione,* §. *ſimili, C.de donat. l.*1. *ff.de acquiren.poſſeſs.* ſecus in bonis immobilibus, quæ ſunt Regis indicentis bellum, vt *in l. Diuus de iure fiſc. Frecc.de fubfeud.lib.*2. *tit.quis dicat.Dux num.*32.

Fallit tamen hoc, ſi militarent ſtipendiarij, vel illi, qui ad militandum tene-
93 rentur ex debito, tunc bona in bello capta ipſi non acquirunt, ſed fiſci commodis cedunt, vt docet optimus *tex. in cap. dicat aliquis* 23. *quæſt.*1. ibi, *Abraham dixit Regi Sodomorum, nihil ſumam abs te; cum præda vtique in poteſtate victoris fuerit, decet militarem diſciplinam, vt Regi ſeruentur omnia*; Verùm ex huiuſmodi verbis aliqui implicantiam notarunt, dùm primo dicitur, vt præda ſit victoris, deindè ſubdit, vt omnia Regi ſeruentur; tamen hoc dubium facilè eruitur per *Gloſ.* nàm in caſu *tex.* Abraham non ſuberat Regi Sodomorum, & ideò præda erat in eius poteſtate, ſed ſi ſub aliquo militaret, dicit *tex.erit tunc Regis, ſub cuius vexillo militat*, idemque explicant *Archidiac.& Hoſtienſ.in rub.de treg. & pac.verſ.quid ſit iuſtum bellum, Calderin.conſ.*95. *Reg.Lanar.conſ.*84.*nu.*1.*verſ.* 4. *opinio,& Reg.Moles deciſ.*15. *ſub tit. an bona hoſtium*, dicit, quod Principi, cuius
94 expenſis bellum geritur, præda quęritur, quamuis eo caſu ſoleat ſtrenuis militibus militaria dona largiri, *Caſtill. deciſ.*107. *nu.*59. *par.*2. contenti nàmque eſſe debent eorum

95 eorum ſtipendijs iuxtà illud, *Luc.capit.3.* contenti eſtote ſtipendijs veſtris, *Caball. reſol. crim. caſ.* 140. *Caualc. de brac. Reg. par.6.fragm.25.nu.24. Præſ. de Franch. deciſ.268. Reg.Galeota reſp.fiſcal.13.n.61. cum ſeqq. Caſtill. deciſ.* 107. *num.* 59. *l.2.* idemque funditus firmant *Cabed. dec.Luſitan.*88.*n.*4.& adaptari poteſt originalis doctrina *Ripæ in l.1. nu.4. in 3.notab.de acquir. poſſeſs.* qui diſtinguit in materia acquiſitionis prædæ inter milites ſtipendiarios, & voluntarios.

Sed hanc *Ripæ* diſtinctionem improbant *Petr. Bellin. de re milit. par.3. tit.1. nu.12. verſ.& etiam Ripa, Benedict. Ægid. in l.ex hoc iure cap.1.nu.14. verſ. qua Ripæ diſtinctione reiecta*, vbi inquiunt,hanc diſtinctionem iure non probari,& in hoc *Ripam* errare.

Animaduertendum tamen eſt, quod ſuprapoſita diſtinctio à ſupracitatis Doctoribus etſi reprobetur, non tamen lo-
96 quuntur in caſu noſtro;ratiocinantur ſolummodò in caſu particulari à *Ripa* diſtincto, qui ait,quod iure poſtliminij bona in bello ab hoſtibus recuperata per milites ſtipendiarios, ſunt prioribus Dominis reſtituenda,ſecus ſi per milites voluntarios;hoc autem improbant *Petr.Bellin. & Benedic. Ægid. loc. cit.* inquientes, quod reſpectu priorum Dominorũ nunquam bona recuperata, ſiue à militibus ſtipendiarijs,ſiue à voluntarijs,ſunt prioribus Dominis reſtituenda, ſed benè hoc procedit reſpectu Principis, ſub cuius ſtipendijs militant, nàm tenentur milites
97 ſtipendiarij bona capta ad Principem referre, vt prædam in publicum, ſeù in ſuum Ærarium ipſe redigat, & ſi velit, poſſit militibus donationis cauſa largiri, & eorum operam remunerare,*cap.ius militare,1.diſtin. l.ſi quis pro redemptione, §. ſimili, C. de donat.* vbi *Petr. Bellapert. Cyn.& alij*, & ità obſeruat in proprio caſu *Reg.Galeota reſp.fiſc.13.n.61.cum ſeqq.* hinc ſequitur, quod ſupradicta contrà diſtinctionem *Ripæ* exarata, nil noſtræ ſpeciei aduerſantur.

Eſt etiam notandum, quod bona mobilia capta in conflictu, ſiue acie belli
98 inter partes ordinata, etſi acquirantur capientibus, tamen tenentur illa præſentare Duci militum, qui cõtentus ſua portione,alia debet diſtribuere inter milites iuxtà vniuſcuiuſque virtutem, ne ſtrenui milites pugnæ intenti, à ſegnibus, qui libenter cum mortuis pugnant, portione debita defraudentur; quod ſecus eſt, ſi bona capta eſſent ante, vèl poſt campe-
99 ſtre bellũ, in diſcurſu territorij, tùnc capientibus totaliter applicantur, quo in caſu procedit concluſio ſuperius firmata, & ità tenuerunt *Salyc. in l. ab hoſtibus 2. n.6.C.de captiu.Bellapetr.Pertic. Cyn.in l. ſi quis pro redemptione penult.C.de donat. Alciat.in l.1.nu.10.ff.de acquirend.poſſeſs. Caſtill.deciſ.107.l.2.nu.17.cum ſeqq.Boer. deciſ.178. Gramat. deciſ.71. nu.18. Hugo Grot.de iure belli,ac pac.lib.3.cap.6.nu.12. Petr.Nauarr.de reſtitut.lib.2.cap.3.n.287. Maſtrill.deciſ.180.nu.10. & 15. Reg.Galeota reſp.fiſc.13. nu.9.* Reg.*Reuert. deciſ.* 77. *& deciſ.*421. *ex collectis per* Reg.*de Marin.* vbi idem Reg.*de Marin.in obſeru. ad deciſ.*421. *nu.*2. dicens,hoc fundari *ex tex.in l.transfugam, ff. de acquir. rer. domin.* idemque probatur *ex Theologis*, vt *poſt Diuum Thomam, Alphonſ.à Caſtr. Maior.Adrian.Caiet.Gabr.Sylueſt.& alios Canoniſtas*, obſeruat *Petr.Nauar.de reſtitut. lib.2.cap.3.nu.*287.

Sed aliqui dixerunt, quod licet hoc,vt
110 bona capta in acie belli ſtatim capientium non fiant, ſed Duci belli ſint præſentanda, ſit de iure; tamen de conſuetudine obſeruatur contrarium, quod ſcilicet indiſtinctè bona mobilia capta in bello ſtatim capientium efficiuntur, nec aliter inter milites diſtribuuntur, vt refert *Calder. conſ.* 1. *de tregu. & pac.* ſubdens, huic conſuetudini ſtandum eſſe.

Verum tamen hoc tantummodò procedit,quando bona capiuntur extrà con-
101 flictum belli, vt diximus, at in acie belli,tàm de iure,quàm de conſuetudine bona, etſi acquirantur capientibus, debent præſentari Duci belli, vt inter milites ea diſtribuat, vt annuimus, & ità obſeruant *ex Anan.in cap.excommunicatus,§.catholici de hæretic.Frecc.de ſubfeud tit.quis dicatur Dux, l.2.nu.*32. Reg. *Reuert. deciſ.* 545. *tom.2.ex collectis per* Reg.*de Marin.*
102 vbi ità deciſum refert in anno 1528. tempore inuaſionis huius Ciuitatis,&Regni, cum in mare propè Ciuitatem Gaietæ de mandato Cõmendatoris della Roſa,qui Ciuitatem illam in cuſtodiam habebat

Digitized by Google

bebat, prælio capta fuiſſet quædam nauis pluribus bonis, & mercimonijs plena, fuit dubitatum, ad quem bona illa ſpectarent, nùm ad Commendatorem capientem, vel potius ad Regium fiſcum, & per Regium Collaterale Conſilium referente R.C. ad beneficium Commẽdatoris fuit reſolutum, teſte *dicto* Reg. *Reuert.cit.deciſ.*545. *tom.*2. *ex collectis per* Reg. *de Marin.*

103 Præterea de dictis bonis mobilibus, captis in bello, quæ capientes lucrantur, adhùc aliqua ad fiſcum ſpectant: & licèt de iure non ſit certa quantitas deſignata, vt notat *Couarr. in regula peccatum part.*2.§.11. *nu.*6. *in fine.* Variatur autem ſecundum mores Regionum, ac conſuetudines militares, quæ in hoc ſunt attendendę, *Bald.in l.adoptio,C. de adopt.Calder.in conſ.*1. *de treg. & pace,* Reg. *de Ponte conſ.*93. *nu.*18. & olim apud Romanos, non vno modo præda partita fuit, ſed diuerſimodè varijs temporibus id fecerunt, vt obſeruauit *Hermanot. Detus in* §. *item ea, quæ inſtit. de rer. diuiſ.* ſed de hac diuiſione prædæ diffusè tractant

104 *Hieron. Treutler. ſelect. diſput. vol.*2. *cap.* 20. *in princ. Petr. Gregr. par.*3. *ſyntagm. cap.*4. *nu.*6. *in fin.*

105 Nũc autem hic mos introductus præcipuè in Regnis Hiſpaniæ talis eſt, vt .ſ. naues bellicæ Regi acquirantur, eidem datur aliquando quinta, quandoque tertia, & quandoq; dimidia pars rei prędatæ; Duci exercitus debetur ſeptima, & quandoq; decima pars prædæ; Et militibus, ſeù capientibus conceduntur cætera alia bona mobilia, & captiui, dummodò pretium redemptionis non excedat ſum-

106 mam decem millium coronatorum, vel non ſit captus Dux, Comes, vel Baro, aut quiſpiam magni nominis, cuius redemptionis pretium Regi applicatur: non tamen illi facultas redimendi adimitur,

107 quæ etiam Duci hoſtium capto concedi debet, niſi in eo pacis perturbatio timeatur, vel periculum inſtaurãdi bellum eſſe poſſit, ità cauetur *ex l.*1. *&* 8. *tit.*26. *par.*2. & teſtatur *Ayala de iur. & offic. bellicis, & diſciplina militari cap.*5. *in princ. lib.* 1. & notant ex noſtris Reg. *Conſtant. in l.vnic.nu.*99. *C. de claſſic.* Reg. *Galeota reſp. fiſcal.*13. *nu.*12.

In Gallia, Admiraglius habet decimã

108 omnium mobilium, quæ in maritimo bello capiuntur, & cætera inter capientes diuiduntur, ità *Petr. de Greg. ſyntagm. iur. cap.*3. *nu.*7. *Petr.* Rebuff. *in tract. de decimis queſt.*3. *nu.*24. Si tamen Dux hoſtium capiatur, cedit in prædam Duci claſſis, verùm quando pretium redemptionis, quod *talia* vocant Galli, excedit ſummam decemmillium aureorũ, Principis eſt, teſte *Boer. deciſ.*178. *nu.*3. *&* 4. & notat Reg. *Conſtant. d. l. vnic. n.*109.

In Regno Neapolis, olim quando Admiratus erat Dux claſſis, Naues omnes arma, reſque cunctas non nouas habebat,

109 eius quoque commodò cedebant Duces captiui, ac vigeſima pars omnium aliorum captiuorum, vt apparet ex conceſſione huius officij, facta olim à Regina Ioanna II. Duci Sueſſano Ioanni Antonio Marzano, quam videre licèt apud Reg. *Tap. Ius Regni tit. de officio Magni Admirati.*

110 Modo autem, per inſtructiones datas ab Inuictiſſimo Philippo II. Sereniſſimo D. Io: de Auſtria maris Generali Præfecto, quæ inſtructiones hodiè ſeruantur, prædæ diuiſio fit tali forma; Si Summus Dux, quem Generaliſſimum vocamus, ſit præſens, debetur eidem decima, ſi abſens, in ſignum ſuperioritatis eidem aliquod præcipuum, & inſigne reſeruatur, quod vulgariter Gioiam appellant, quod reliquum eſt, in quinque partes diuidetur, tres ex ijs Duci claſſis, altera Triremium Capitaneis, quinta militibus aſſignatur. Si verò per claſſicos milites Caſtellum aliquod, vel Oppidum expugnatur, tres fiunt portiones, vna Duci claſſis, altera Capitaneis, & altera militibus cedit, Arma verò, ac tormenta bellica, & Naues Principi reſeruantur, & ei acquiruntur, etiam ſi antea fuerint alicuius

111 amici, vel alterius, cui ex poſtliminio reſtitui deberent; ſiquidem poſtliminium locũ in his nõ habere, vt docuit *Iurecõſul. tus in l. Nauibus de capt. & poſtlim. reuerſ. l.*1. *eod. tit. Bolagnett. in l.*1. *de acquirend. poſſeſs. nu.* 52. Idemque etiam ſi Rex ali-

112 quis, vel ex Regio ſanguine natus, capiatur, ad Principem ſpectat, quod etiã apud Romanos vſu receptum eſſe ex *Liuio* colligitur *lib.*10. *dec. ad.*3. Dux hoſtiũ ſi capiatur, cedit Duci claſſis in prædam, de eo tamen ſtatuere aliquid non valet

in

inconsulto Principe; eidem Duci debentur signa militaria omnia, quæ ex hosti-
113 bus capiuntur; Serui omnes assignari debent Regiæ Curiæ, pretio triginta aureorum in singula capita constituto, ac centum si Nauarchi fuerint, vt illis valeat Princeps suas Triremes instruere, ità testatur *Reg. Constant. in l. vnica nu. 99. vers. in Regno Neapolitano, C. de classic. lib. 11. Reg. Galeota resp. fisc. 13. nu. 11. in fine, Reg. Tapia Ius Regni lib. 2. tit. de offic. Magn. Admir.*

114 Præterea hodiè seruatur, vt etiam de bonis mobilibus, in bello captis, debeatur fisco media pars, & ità de consuetudine in recognitionem obseruari in Regno vtriusque Siciliæ, testatur *Muta super pragm. Sicil. tit. 76. de Pirat. nu. 19. Iudex Capiblanc. de Baron. tom. 2. cap. 41. num. 6.*

Sed *Reg. Reuert. decis. 545. to. 2. ex collectis per Reg. de Marin.* refert, quod in ca-
115 su contingenti in R. C. fuit iudicatum quintum fisco deberi, & dictum casum decisionis supra annuimus, & accidit in anno 1528. tempore inuasionis huius Ciuitatis, & Regni, cum in mare propè Ciuitatem Gayetæ de mandato Commendatoris della Rosa, qui Ciuitatem illam in custodiam habebat, sub pugna capta fuisset quædam nauis mercibus onusta fuit difficultatum, ad quem bona illa pertinerent, nunquid ad fiscum, vel Cómendatorem capientem. Et per R. C. fuit pronunciatum ad dictum Commendatorem spectare, saluo quinto Regiæ Curiæ debito, ità testatur *Reg. Reuerter. d. decis. 545.* & de eadem decisione supra meminimus.

116 Imò per R. C. sub die 15. Iunij 1660. referente Regente de Marinis, tunc Præsidente R. C. fuit ordinatum, vt Regia Curia habeat decimam partem omnium prædarum, quæ cum vascellis, & bergantinis particularium personarum capientur, & amplius fuit demandatum, vt quidam Capitaneus Mauritius Diaz, qui cũ licentia Domini Proregis armauit duo Vascella contra Turcas, idoneam cautionem de hoc præstaret pro summa duc. 1000. ad cautelam Regij fisci, vt legitur *in decr. 686. ex collectis per Reg. de Marin. in fine 2. tom. decis. Reg. Reuert.*

117 Si autem in bello captæ fuerint seruæ, non deberentur fisco tradi pro pretio superius constituto, sed capientibus acquiruntur, nàm etsi verum sit, quod mascu-
118 linum iuris significatione comprehendat fœmininum, *l. si ità scriptum in princ. ff. de legat. 2. l. qui duos, ff. de legat. 3.* &
119 quod etiam seruorum appellatione veniant seruę, *l. seruis legatis, ff. de legat. 3.* tamen quia cessat in fœminis ratio, quæ in instructionibus exprimitur, vt scilicèt illis valeat Princeps suas instruere triremes, & illa in masculis tantùm verificatur, ideò cessante identitate rationis, masculinum non comprehendit fœmininum, vt notant *DD. in l. quicumque, C. de seru. fugitiu. Tiraq. in tract. de retract. §. 1. gl. 9. num. 224.* propterea seruæ non comprehenduntur sub dispositione instructionum.

Quod fuit peculiariter decisum per R. C. inter fiscum, & Dominum Marchio-
120 nem Sanctæ Crucis Præfectum Classis Regni Neap. qui in cuiusdam Pagi direptione cum ceperat quasdam seruas, fuit dubitatum, nunquid vigore instructionũ essent tradendæ Regiæ Curiæ pro pretio superius constituto. Et per R. C. fuit declaratum, seruas non deberi, sic testatur *Reg. Constant. in d. l. vnica nu. 101. C. de classic lib. 11.*

Et amplius idem *Reg. Constant. in d. l. vnic. nu. 101. C. de classic. lib. 11.* agit nun-
121 quid Vicarius, seù Locumtenens Ducis classis, à Prorege constitutus acquirat eandem portionem, quæ competeret eidem Duci de bonis mobilibus in bello captis, & decidit hanc quæstionem affirmatiuè. Et ratio est, quia omnia lucra, omnesque dignitates, quas haberet prin-
122 cipalis, competerent etiam Locumtenenti, ac vices alterius gerenti ex Regis mandato, ità *Bar. in l. 1. §. hi quibus, ff. de legat. 3. Guglielm. de Cuneo Alex. in l. 1. nu. 53. ff. de offic. eius*; secus est, si Vicarius fuisset electus per idem Ducem classis, vt inquit idem *Reg. Constant. num. 104.* & insuper testatur, quod hoc fuit controuersum inter Dominum D. Petrum à Toleto olim Præfectum huius Neapolitanæ classis, & Don Garsiam de Toledo, qui cum absente D. Petro fuisset à Domino tùnc Prorege constitutus Vicarius in locum dicti Don Petri, prædamque ex Hostibus cepisset, portionem Duci debitam,

suis

Digitized by Google

ſuis vſibus applicauit, eam verò vendicare ſupponebat Dominus Don Petrus, aurumans, illam cepiſſe Don Garſias eius nomine; cum eius vices gerebat; ſed hæc controuerſia non fuit deciſa, tamen ex rationibus, per dictum *Reg. Conſtant.* allegatis, videtur ad fauorem Locumtenẽtis reſidere ſententiam, eademque amplectitur pluribus innixus medijs, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Dux nu.* 33.

Inſuper idem *Reg. Conſtant. d. l. vnica nu.* 106. *C. de claſſic. lib.* 11. ait, quod habebit etiam Dux claſſis portionem prædæ illius, quod captum fuerit ab alijs, qui
123 proprijs ſumptibus Naues armauerint, & ſunt milites voluntarij, & allegat *Ripam in l. Centurion.* 11. *verſ.* 4. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. Sfor. Odd. tract. de compendioſ. ſubſtitut. in præmiſ.* 3. *par.* 5. *nu.* 8. Secus eſt in Hiſpania, nàm ex illius legibus contrarium obſeruatur, ſic *Reg. Conſtant. loc. cit.* proùt idem eſt in bonis, quę per ſocios auxiliares capiuntur, nàm ſi proprium Ducem habent, nihil dabitur Præfecto, vt probat *tex. in cap. dicat aliquis* 23. *quæſt.* 5. vbi *Gl. Archidiac. & alij, Hoſtienſ. in rub. de treg. & pace, Calder. conſ.* 95. *ſub ead. rub. de treg. & pace, Reg. Lanar. conſ.* 84. *verſ. quarta opinio.*

Sed ſupra poſitis circa diuiſionem prædæ obſtat priuilegium conceſſionis
124 officij Magni Admirati, cui apparet forè impartitam decimam partem bonorũ omnium etiam hoſtium, quæ per quæcumque vaſcella capientur, vt conſtat ex his verbis: *Item Admiratus habeat, & habere debeat decimam partem omnium, quæ capientur per vaſcella, quæcumque exiſtentia in noſtra Curia, etiam ſi contingat armari quæcumque vaſcella per fideles noſtros de eorum propria pecunia, & contingerit capi quæcumque vaſcella, & bona inimicorum noſtrorum*; vt refert *Reg. Conſtant. in l. vnic. nu.* 106. *C. de claſſic. lib.* 11.

Nàm reſpondetur, non poſſe negari, quod olim ità practicabatur, vt ſcilicet Magnus Admiratus haberet ex bonis hoſtium captis decimam partem, quæ fuit conceſſa per Reginam Ioannam II. Ioan.
125 ni Antonio Marzano Duci Sueſſano, & Admirato Regni, vt teſtatur *Reg. Tap. Ius Regn. lib.* 2. *tit. de offic. Magn. Admir.* Nihilominus quia mortuo dicto Duce fuit officium Magni Admirati, per feliciſſimos ſucceſſores Reges alijs denuò conceſſũ, dempta prędicta facultate, vndè nũquam fuit ſeruatum ex bonis hoſtium decimam dare partem Magno Admirato, vt teſtãtur *Reg. Moles deciſ. manuſcrip. Reg. Conſtant. in l. vnica nu.* 100. *C. de claſſic. Reg. de Marin. in obſerv. ad deciſ.* 77. *Reg. Reuert. tom.* 1.

Imò cum fuiſſet ſupplicatus Sereniſſimus Rex Philippus II. à nouiter prouiſo in officio, vt dignaretur prædictam facul.
126 tatem contentam in dicto capitulo, ab alijs nactam, ſibi concedere, dicta Regalis Maieſtas reſpondit, nũquam ſuæ mentis fuiſſe, vt bona hoſtium naufragata Admirato concederentur, ſed ipſi Regiæ Maieſtati reſeruarentur, vt teſtatur *Reg. Moles deciſ. manuſcript.* 85. *in fine, Reg. de Marin. in d. obſerv. ad cit. deciſ.* 77. *Reg. Reuert. tom.* 1. idemque ſupra annuimus.

Prætereà circa prædicta alia eſt diſcutienda quæſtio, ſi Turcæ ob metum tri-
127 remium, eos inſequentium, in terram fugerunt, & à ciuibus particularibus loci capiantur, nunquid ad ciues capientes, vel ad Ducem claſſis inſequentem, vel ad Regium Fiſcum pertineant.

Et ad capientes ſpectare probat, *tex. in §. illud quæſitum inſtit. de rer. diuiſ.* vbi habetur, quod fera vulnerata ab vno,
128 & ab alijs capta, capientis fit, ad idem facit *tex. in l. naturalem, §. illud quæſitum, ff. cit.* confert etiam regula generalis, quod in bello præda fit capientis, *§. item ea quæ ab hoſtibus inſtit. de rer. diuiſ. l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Contrarium tamen tenet *Maſtrill. deciſ.* 180. vbi per totam deciſ. fundat, capt-
129 tiuos, & bona huiuſmodi hoſtium deberi Duci claſſis, quia ipſe cauſam præſtitit capturæ, ad quod præter innumeros ab ipſo citatos facit, *Salyc. in l. ab hoſtibus il* 2. *nu.* 6. *C. de poſtlim. reuerſ. Cephal. conſ.* 136. *vol.* 1.

Hanc quoque *Maſtrilli* opinionem ſequitur *Reg. Conſtant. in l. vnica, C. de claſſic. lib.* 11. *nu.* 140. vbi reſpondet *ad tex.* ſupra pro contraria citatum *in §. illud quæſitum inſtit. de rer. diuiſ.* dicens, illius
130 diſpoſitionem procedere in caſu ambiguo, quo fera ſi, vel ne capi potuiſſet; nõ autem quando fera eſſet ità vulnerata, vt aliter fieri non poſſet, quam vt caperetur,

nàm

nàm tùnc ſtatim vulnerantis efficeretur: hinc eſt, quod dùm in caſu noſtro Turcæ à triremibus inſequuti, libertatem recuperare non poterant, ſed omni modo capi debebant, ideò ad Ducem claſſis, non verò ad capientes bona ſpectarent.

Nihilominus verius eſt, quod nec capientibus debentur, nàm ſupra conſtitutum eſt, capientibus nunquam prędam
131 acquiri, niſi in bello, eiuſque conflictu capta fuiſſet, alioquin ſemper fiſco debetur, & id, præter ſuperius adducta, probat *Caſtill. deciſ. Sicil.* 107. *nu.* 46. *cum ſeqq.* dicens, quod bona hoſtium debent Regio fiſco applicari, nec poſſunt à quocumque deprędari, maximè in dominijs
132 Suæ Catholicæ Maieſtatis, in quibus confiſcatio talium bonorum pertinet ad eius Regium fiſcum, quod etiam probãt *Peregr. de iure fiſc. l.* 2. *tit.* 3. *num.* 1. *&* 2. *Mandell. conſ.* 7. *nu.* 10. *lib.* 1. *Cabal. reſol. crim. caſ.* 10. *num.* 2. & ius confiſcationis, quod de regalibus eſt, vt *in tit. quæ ſint regal.* non poteſt per priuatas, aut quaſuis alias perſonas, quouis nomine vel titulo poſſideri, niſi conſtet de Principis conceſſione, *l.* 2. *C. de conſtit. Princ. Peregr. conſ.* 2. *nu.* 12. *Menoch. conſ.* 1. *nu.* 499. *Caſtill. deciſ.* 107. *nu.* 57. *l.* 2.

133 Neque Duci claſſis aliquod ius acquiritur ſuper bonis, & perſonis prædictis; ſiquidem captura quando fit à ciuibus in territorio Regis, in quo Duci claſſis nullum ius, nec iuriſdictio quæritur, nil ipſe prætendere poteſt in bonis huiuſmodi, vt in proprio caſu inquit *Iudex Capihlanc. de Baron. cap.* 41. *nu.* 8.

134 Et quamuis dicatur, Ducẽ claſſis fuiſſe in perſecutione Turcarũ, nec ipſos triremes effugere potuiſſe, nàm hoc reſoluitur *ex* §. *feræ cũ ſeq. inſtit. de rer. diuiſ. & l.* 3. *&* 5. *ff. de acquir. rer. domin.* vbi habetur, quod fera ſi à Venatore inſequatur in
135 loco campeſtri, & illa intret in locum priuatum, poterit Dominus loci eam capere, & inſequentes prohibere, ne in eius fundum intrent; Vlterius conſtitutum
136 eſt, vt præda noſtra ſit, ſi in tali cuſtodia reperiatur, quod à nobis coerceri poſſit, ſecus ſi ea poterit effugere oculos noſtros, vel ſaluari in alium locum, nàm tùnc deſinit eſſe noſtra, multa enim accidere poſſunt, ne apprehendatur, *l.* 3. §. *illud, ff. de acquirend. rer. domin.* Vndè cum præda eſſet ſaluata, dùm in alienam iuriſdictionem, & territorium Principis confugiſſet, & poterat Dominus loci prohibere, ſequitur ergò quod ad fiſcum, non autem ad Ducem claſſis præda ſpectat.

Eò magis quia præda tùnc capta dici-
137 tur, quando apprehendatur, *l.* 1. §. *item ſi in bello, ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 3. §. *Neratius, ff. eod. tit.* §. *ſi ab hoſtibus inſtit. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluit.*

138 Accedat etiam prædictis, quod lictus adiacens mari, eſt de territorio vicino, & ibi terminatur iuriſdictio, vt firmant *Bal. in l. ſi plures, ff. de condit. inſert. Bellug. ſpec. Princ. rub.* 30. *Frecc. de ſubfeud. tit. quis dicatur Marchio nu.* 3. *Capiblanc. de Baron. tom.* 2. *cap.* 41. *nu* 9. & licèt nonnul-
139 li teneant iuriſdictionem maris per Baliſtam intrà terram extendi, vt *Ozaſc. dec.* 155. *Maſtrill. de magiſtr. l.* 4. *cap.* 16. *nu.* 162. id tamen, vltra in præcedenti rubrica exarata, poſſet procedere, quando iuriſdictio ſtat ſub eodem Principis dominio, tàm maris, quàm terræ; aliàs mare eſt fi-
140 nis iuriſdictionis cuiuſque, ſic & territoria, *Hieron. de Monte tract. fin. regund. cap.* 7. & inquit *Capiblanc. ibid.* ideò ſequitur, quod Dux claſſis cum non habeat iuriſdictionem in terra, non poteſt prædam acquirere.

Et ex his *Capiblanc. d. cap.* 41. refert, hanc quæſtionem in fauorem fiſci per Collaterale Conſilium terminatam, & teſtatur ipſe, quod dùm aſſidebat in Regia Audientia Hidruntina, duo triremes Venetorum in Gulfu inſequebantur duas fuſtes Turcarum Curſalium, qui cogno-
141 ſcendo non poſſe euadere à manibus illorum, ad effugiendam mortem, deſcenderunt ad lictus Ciuitatis Caſtri, & ſe dederunt in manus hominum dictæ terræ; vndè Capitaneus dictarum triremium Venetorum dicebat, mãcipia deberi illis reſtitui, quia ipſorum facto deſcenderũt in terram, & capta à militibus, & erat notorium, non poſſe effugere ab eorum manibus, nàm illi vti deſperati, ad effugiendam mortem, in terram ſe proiecerunt, hinc dici poterat fuiſſe captos in
142 ipſo Gulfu maris, quem prætendunt eſſe ipſorũ, dùm multis ab hinc annis ea Reſpublica armat tot triremes ad illius cuſtodiam, & propterea prædam debere

eſſe

Digitized by Google

eſſe ipſorum, cum ab eorum oculis non erat ſeparata.

143 Verumtamen nihil obtinuit, & mancipia in ſeruitium Regiæ Curiæ fuerunt applicata, vt teſtatur *dictus Iudex Capiblanc. de Baron. cap.* 41. *nu.* 6. *verſ. inſuper.*

Et quò ad prætenſionem Venetorum,

144 vt longiſſima præſcriptione quæſierint dominium Gulfus maris Adriatici, licèt ſufficienter fuiſſet ex ſupra deductis in hoc particulari caſu replicatum, de veritate huius prætenſionis vide, quæ inferiùs dicam.

145 Prætereà faceſſit quoque ad negotium recolere, quæ diximus *in rub.* 14. §. 11. vt ſcilicet Præfecto claſſis nullum ius quæratur ſuper rebus contrà deuetum extractis, à claſſe interceptis, quod nonnullis medijs conſtituimus, & obſeruantia rei iudicatæ confirmauimus.

Et inſuper dictis in præfato §. 11. addi poteſt, quod ea bona prædari poſsũt, quę hoſtium, aliorumque diffidatorum Suæ

146 Catholicæ Maieſtatis ſunt, vt ſupra fuit abundanter demonſtratum; ſed bona intercepta non ſunt inimicorum, ſed vaſſallorum Suæ Catholicæ Maieſtatis, qui poſſunt illa poſſidere, nec videntur amittere dominium earundem, niſi declara-

147 tione ſequuta, ex præcedenti delicto fuerint confiſcata, aut intercepta, vt notant *Scribent. in conſtit. pœnam eorum, Affict. in conſtit. foriudicator: bona, Caſtill. deciſ. Sicil.* 107. *nu.* 45. *lib.* 2.

Hoc autem ius confiſcandi, aut intercipiendi bona vetita extrahi, ad Regem,

148 tantummodò pertinet, tùm quia eſt de regalibus, vt *in tit. quæ ſunt regalia*, vbi *Andr. & Affl.* & Regibus ſolũmodò competit, vt vltra ſuperiùs citatos tenent *Clar. in prax. crim.* §. *homicidium, ver. priuato etiam, Honded. conſ.* 55. *nu.* 28. *lib.* 2. *Boſſ. in tit. de his quibus, vt indig. num.* 16. *Hector Felic. alleg.* 26. *num.* 9. *& alleg.* 38. *nu.* 27. *fol.* 116. *Caſtill. deciſ. Sicil.* 107. *nu.* 46. *lib.* 2. Nec poteſt per priuatos, aut quaſuis alias perſonas, quouis nomine poſſideri, niſi ex prouiſione Principis appareat conceſſum, *l.* 2. *C. de conſtitut. Princip. l.* 1. §. *qui mandata, ff. de offic. eius, l.* 2. *C. de fund. limit. lib.* 11. *Peregr. conſ.* 2. *nu.* 12. *Plot. de in litem iurand.* §. 3. *verſ.* 4. *num.* 261. *Menoch. conſ.* 1. *num.* 499. *verſ. non obſtat quintum, Cauale. deciſ.* 28. *n.* 22. *& 23. Caſtill. deciſ. Sicil.* 107. *nu.* 57. *lib.* 2.

Tùm etiam quia bona vetita extrahi in illius commodum intercipiuntur, ad

149 quem ſpectat gabellarum exactio, vt notant *Bertachin. tract. de gabell. par.* 9. *nu.* 9. *Paſſet. conſ.* 109. *nu.* 1. *Roſental de feud. cap.* 5. *concl.* 40. *Farinac. in prax. crim. tit. de furt. quæſt.* 172. *nu.* 2. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 132. *Barboſa in collect. ad leg. ſi quis ſine nu.* 3. *C. de vectigal. & commiſſ. Reg. Reuert. deciſ.* 28. *to.* 1. *ex collectis per Reg. de Marin.* vbi idem *Reg. de Marin. in obſeru. ad eandem dec.* 28. Cumq; gabellarum exactio non ad Ducem claſſis, ſed ad Regium fiſcum, eiuſq; ceſſionarium, ideò omni iure, omnique ratione excluditur Dux claſſis ab huiuſmodi prætenſione.

150 Prætereà circumſcriptis prædictis ad ornatum huius §. alia erit reſoluenda quæſtio; ſi bona noſtra ab hoſtibus ſint capta, & deindè ab illis recuperata eſſent, nunquid iure poſtliminij bona huiuſmodi ſint prioribus Dominis reſtituenda, vel capientibus acquirantur.

Et in hac quæſtione latè, & accuratè ſcripſit *Reg. Fabius Capycius Galeota reſp. fiſcal.* 13. vbi dictam quæſtionem abun-

151 dè pertractat, Doctores hinc, & indè inhærentes refert, rationes pro vtraque parte congeſtas cumulat, & pro ſententia negatiua concludit, præmiſſis aliquibus declarationibus, & exploſis contrariorum argumentis, vndè ad illa me remittere debeo, ne ex ſcriptis ſcripta faciamus.

Verum opere pretium duxi in præſenti non derelinquere veriorem, & receptiorem enucleare opinionem paucis verbis contentus.

Vera ergò, & communis Doctorum ſententia in dicta quæſtione ea eſt, vt immobilia ſolùm ſint reſtituenda, quem-

152 admodum captiui libertatem recuperant, mobilia autem occupantibus conceduntur, dummodò tradu&ta non fuerint in loco tuto, aut ex interuallo capta, ſic optimè probat *tex.* nimis expreſſus *in l. ſi quid bello* 28. *ff. de capt.* vbi labeo Iuriſconſultus ſtatuit, vt *ſi quid bello captum eſt, in præda ſit, nec poſtliminio redeat*, & ità dixerunt *Fel. in cap. excommunicamus nu.* 2. *ver. nota ex* §. *Catholicæ, & nu.* 3. *extr. de hæret. Couarr. in reg. peccatum*

Digitized by Google

tum par.2.§.11. Franc.Arrias de bello,& eius iustitia post nu.162. Ayala in tract.de iur.bell.lib.1.cap.5.nu.35.Benedict.Ægid. in l.ex hoc iure cap.1.nu.13.& 14.Caball. resol.crim.cent.2.cas.140. per tot. Caualc. de brac.Reg.in fragm. cap.25. nu.26. ver. nec obstat, Thes.quæst.for.lib.2.cap.98.n.5. ver.limitatur primo, Petr.Gregor. in syntag.iur.par.3.lib.20.cap.4. Et rationem

153 addunt idem *Thes.loc.cit.nu.7. in 3.limit.Caualc.in fragm.25.nu.14.d.tract.& Cabed.decis.lusit.88. nu.14.* dicunt enim, quod si milites deprædantes damnum paterentur ex bello,nihil à prioribus dominis illius prædæ reficeretur,dùm se,ac suo periculo exposuerunt,æquitate enim naturali suggerente,debēt recuperata ad ipsos milites plenè spectare;Quod etiam ex canonistis probarūt *Petr.Augus.Morla Valēt. in suo empor. iur. par. 1. tit. 12. quæst.6. nu.7. Nauar.lib.5.tit.36.de iniur. & damn.dato cons.2. per tot.num.5. in fin. Sylues.in summa num.1.in fine ver.bestiæ,* vbi in vtroque foro probat,bona prædicta non esse prioribus dominis restituenda, sed capientibus pertinere, idem etiã inquit *Azor.instit. moral.par.3. lib.4. c.4.*

154 *quæst.12.* Et hoc etiam ex decisionibus S.C. nostri confirmant *Cons.Paschal.de pat.pot.par.3.cap.3.nu.31.vers.& quid de bonis, Gramat. decis.71. num 7. Præs.de Franch.decis.268. nu.4. Reg.Galeota resp. fisc. 13. Senatus Pedem. Gama decis. 335. nu.2.& 3. & decis.384.* vbi *Flor.Diaz de Mena in addit. & Senatus Lusit. Cabed. decis.88.*

155 Prætereà hoc pariter roboratur legibus maritimis, quibus idem disponitur *in capit.Consulatus sub tit.de Naue piglia. ta, e recuperata cap.287.*

156 Vndè dixerunt DD. fuisse inductam in hoc consuetudinem,& secundum eam esse iudicandum, ità *Ang. in quæst. incip. renouata guerra col.2. Nauar.lib.5.tit.36. de iniur.& damn.dat.cons.2. Caball. resol. crim.cent.2. cas.140. Caualc.de brac. Reg. cap.25. nu.18. & 17.*

157 Accedat prædictis, quod ius postliminij tantummodò in immobilibus procedit; immobilia nàmque ab hostibus capta, & indè recuperata prioribus dominis cedunt, quemadmodum liberi homines ab hostibus capti, & indè liberati, pristinum statum iure postliminij acquirunt, ità *tex.in l.si captiuus 20.§.expulsis, l.ab hostibus 2. & l. in bello, §. sed, & qui captus, ff.de capt.& postlim.reuers. l. sicut liberis 10. C. eod.tit. §. qui ab hostibus instit. quib. mod. ius pat. potest. solu.* proùt

158 idē est in seruis,qui ab hostibus recuperati,primæuis Dominis redduntur,*l.sicut liberis,C.de capt.& postlim.reuers.Odofr. in l.ab hostibus,ff.cit. Salyc. ibidem num.3. Caball.resol.crim.par.3.cas.120.nu.33.*

159 In mobilibus autem ius postliminium deficit, & bona mobilia, vel semouentia occupantibus conceduntur, ità *tex. in l. si captiuus 20. §. expulsis, l. quid in bello 28. ff.de captiu.& postlim. reuers. Oldrad. cons17.nu.3. Petr.Nauarr.de restit. lib.2. quæst.3. nu.287. Lanar.cons.84. post nu.1. ver. quarta opinio in fine, Frecc. tit. quis dicat.Dux nu.31.& 32.Claud.Cotereus de iur. & priuil.milit. lib.2. cap. 24.vers.est præterea, Benedict.Ægid.in l.ex hoc iure cap.1.nu.15. in fine,ff.de iust.& iur. Ayala de iure, & offic. bell. cap.5. nu. 22.* & optimè *Reg.Galeota resp.fisc.13.nu.23. in fine cum seq.*

160 Verum quando bona mobilia ab hostibus capta,incontinenti recuperata fuerint, vel non erant in loco tuto reposita, tùnc prioribus Dominis cedunt, ità est *tex.in l.4.& 5.ff.de furt. Bald.& Ang. in l.ab hostibus,ff.de capt. & postlim. reuers. idem Ang. in d. disp. incip.renouata guerra, vers.antequam ergò, Ayala d.tract. de iur.& offic.bell.cap.5. num.37.Reg.Galeota d.resp.fisc.13.nu.69 & 90.*

161 Et ratio huius conclusionis ea est,nàm quãdo hostes bona capta in locũ tutum non traducunt, puta intrà eorum præsidia, vel loca suorum amicorum, & confederatorũ, non dicitur ipsis præda perfectè quæsita, etiam si deprædati non insequantur, cum de facili virtute bellica recuperari valeant incontinenti, & ea tenentes possint de hoc verisimiliter dubitare, & sufficit verisimilis timor,vt notant *ex argum. d.l.4.& 5.ff.de furt. Ang. & Ayala sup.cit.*

Vlteriùs altera est ratio, nàm quando bona ab inimicis capta incontinenti nõ fuerint recuperata, sed post prædam interceßit aliquod spatium temporis, tùnc

162 verisimiliter præsumitur, deprædatos amisisse animum recuperandi, proindè occupantibus acquiruntur, *tex.in l.natu-*

Digitized by Google

ralem, ff. de acquir. rer. domin. Ang. in d. diſp. ver. intelligo verum, niſi intra tantum tempus, Reg. Galeota d. reſp. 13. nu. 90. Petr. Bellin. de re milit. par. 3. tit. 1. nu. 11. Caball. reſol. crim. d. caſ. 140. nu. 8.

163 Sed quando dicatur ex interuallo prędam fuiſſe recuperatam, vt capientium fiat? & in hoc DD. diuerſimodè reſponderunt, nàm aliqui dixerunt ex interuallo cenſeri recuperatam, quando poſt vnam noctem prædam illam vicimus: alij verò contrarium ſentiunt, vt videre eſt apud *Reg. Galeota d. reſp. 13.* Ego tamen verio-
164 rem ſententiam tranſcribo, & ſequor, & ea eſt, ex interuallo tùnc præſumi prędam recuperatam, quando poſt lapſum vnius naturalis diei præda illa ad manus noſtras peruenit, ſic *Ang. in cit. diſp. incip. renouata guerra ver. & audiui, Vaſq. controu. Illuſt. lib. 1. cap. 9. nu. 21. Salyc. in l. ab hoſtibus, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Gram. deciſ. 71. nu. 11. Gama deciſ. 335.* vbi *Flor. Diaz de Mena in addit. Gregor. Lop. in l. 26. Taur. tit. 26. gl. metido ante fin. Canalc. tract. de brac. Reg. infragm. cap. 25. nu. 4. cum ſeq. & num. 8. Reg. Galeot. reſp. fiſc. 13. nu. 91. cum pluribus ſequent.* & ratio eſt, vt diximus, quia per lapſum diei videtur deponi animus illam recuperandi, dùm per curſum ipſius diei effugit præda Dominorũ præſentiam, ipſorumque cuſtodiam, *l. 3.* ibi, *donec noſtra cuſtodia coercetur, ff. de acquiren. rer. domin. l. quarta, ff. de furt.*

Id tamen intelligitur, quandò poſt lapſum diei, quo bona ceperunt hoſtes, non inſequantur Domini pro illarum recuperatione, ſed quando poſt prædam paſſam deprædati ſemper ſunt inſequuti hoſtes victores, hoc caſu, cum nunquam cenſeantur amiſiſſe animum recuperãdi,
165 ſequuta recuperatione, etiam ex interuallo, videtur ſemper ac ſi incontinenti factum fuiſſet, ſic *tex. in l. ſi quis in ſeruitute 7. §. ſed celſus, ff. de furt. Ang. in d. quæſt. incip. renouata guerra, Petr. bellin. de re milit. par. 4. tit. 8. nu. 14. Maſtrill. deciſ. Sicil. 180. nu. 13. Caball. reſol. crim. d. caſ. 140. nu. 7. Reg. Galeota* alios congerit *d. reſp. 13. nu. 94.*

Poſtremò ſententia ſupra relata rer. iudicatar. authoritate fulcitur, nàm quędam nauis mercibus onuſta cuiuſdam Ioannis Colini, à Turcis deprædata fuit,
166 cumque in eorum poſſe perſtiterit ſpatio viginti quatuor horarum, indè à quibuſdã Triremibus Regalis Claſſis nauis, & bona recuperata fuerunt; Petijt Ioannes Colinus, ſibi, bona, & nauem reſtitui: Fiſco inſtante per Auditorem Regiarum Triremium fuit decretum, bona, & nauem in beneficium Claſſis applicari, vt diuidantur, ſicut moris erat: non acquieuit Ioannes dominus illarum, ſed S. M: adiuit, & Supremum Conſilium Status, vbi re ruminata decretum Auditoris fuit confirmatum, de qua deciſ. teſtimoniale egit à ſecretis eiuſdem Senatus & illud, tranſcribit *Reg. Galeota d. reſp. 13. in fine*, vbi tradit etiam, ſic ſemper obſerua ſſe, & bona applicaſſe in beneficium capientium Marchionem Sanctæ Crucis, Locumtenentem Maris Generalis Præfecti, de quo ipſemet teſtimoniale agit, & dictus *Reg. Galeota* inſerit.

De præda bonorum hoſtium, quando & quo in loco illa ſit legitima; & quid de bonis Iudęorum.

§. II.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtium appellatione veniunt omnes, quibus bellum decretum fuit.*
2 *Hoſtes dicuntur etiam propter delictum, rebellionem, & contumaciam.*
3 *Bona illorum, qui vti hoſtes reputantur, deprædari nequeunt, ſed illorum tantùm, qui mero iure belli inimici ſunt, nu. 4.*
5 *Bona hoſtium vt deprædari poſſint, bellũ debet eſſe iuſtum.*
6 *Bellum, vt dicatur iuſtum, duplicem iuſtitiam expoſcit; ſcilicet cauſæ, & Imperij, ſiue ſupremæ poteſtatis, ſecundum aliquos, nu. 9.*
7 *Iuſtitia cauſæ dicitur, quando iuſta cauſa ad bellum gerendum concurrit.*

8 Bel-

Digitized by Google

8 *Bellum dicitur iustum, quando à Principe potestatem habente indicitur.*
9 *Bellum dicitur iustum, quando geritur sola supremi Principis authoritate, etiã pro tuitione rerum suarum; & hostium bona prædari possunt, nu.*10.
11 *Bona deprædari possunt, non solùm illa, cum quibus bellum geritur, sed etiam amicorum, quæ cum inimicis reperiuntur, n.*23.*&* 28.
12 *Assecuratores mercium amicorum, quæ asportantur in naue inimica sub vexillis hostilibus, ad nihil tenentur, si nauis ab inimicis capta fuit.*
13 *Nauis piratica Turcarum, vel Hebreorum, si vi armorum capiatur, veniunt in præda etiam bona amicorum, in ea existentia, nu.*28.*&* 31.
14 *Inimici dicuntur etiam illi, qui cum inimicis nostri Regis communicant, nu.*31. *&* 47.
15 *Commercium cum inimicis est prohibitum, n.*31.
16 *Auxilium qui præstiterunt naui piraticæ, de bono opere lapidati fuerunt.*
17 *Contrahentes cum inimicis præsumuntur consciy, & complices, & morbo illorum laborant, nu.*31.
18 *Fidelis cum infideli mala participatio.*
19 *Iustitia non participat cum iniquitate.*
20 *Conseruatio mala est in culpa.*
21 *Amicus mei inimici, inimicus meus appellatur, n.*47.
22 *Inimicus est ille, qui mecum non est.*
23 *Contrahens cum aliquo, scire præsumitur qualitatem illius, cum quo contraxit, num.* 25.
24 *Periculo manifesto se exponens, culpa non caret.*
26 *Mercatores scire debent prohibitiones, ne eorum merces inimicis tradant, nu.* 28.*&* 31.
27 *Licitum per illicitum incidit in commissum.*
28 Cap. Consulatus maris 285. *loquens de bonis amicorum in naui inimica existentibus: explicatur intellectus* Caualcan. *nu.*29. *reijcitur num.*30. *&* Germanus *traditur nu.*31. *sic decisum n.*32.
33 *Nauis confiscatur propter res illicitas in ea impositas, nu.*36.
34 *Nauis confederatorum, ducens merces inimicorum, nùm publicetur, vbi decisio, num.* 36.
35 *Veneti contrahunt cum Iudeis.*
36 *Veneta Ciuitas superiorem non recognoscit, nu.*161.
37 *Nauis Veneta, Iudeorum mercibus onusta, perueniens ad Regna nostri Regis, licèt prædari non possit, bona tamen confiscantur.*
Bona inimicorum, licet in naui libera reperiantur, incidunt in prædam.
38 *Hostes assecurari nequeunt à quocumque Principe, nisi in locis ei subiectis.*
39 *Bona Piratarum, licèt sint Christiani, deprædantur.*
40 *Piratæ æquiparantur hostibus, & impunè deprædantur.*
41 *Piratæ sunt hostes publici, infames, latrones, securitatem nauigantium impedientes, & publici commercij turbatores, num.* 43.
42 *Piratæ ex ore Pontificis quot annis excõmunicantur.*
44 *Piratæ particulare bellum prædandi causa mouent.*
45 *Bellum mouentes inscio Principe, in crimen læsæ Maiestatis incurrunt.*
46 *Bona illorum, cum quibus amicitiam non habemus, prædari possunt, nu.*122.
47 *Bona confederatorum nostri inimici deprædantur.*
48 *Nauis inimica, vi ventorum ad nostra littora perueniens, deprædatur cum eius bonis.*
49 Tex. in l. fin. §. propter necessitatem, ff. de publican. *explicatur.*
Nauis vi ventorum ad locum vetitum impulsa, an in pœnam incidat.
50 *Bona hostium, in quocumque loco reperta, etiam ex casu fortuito, citrà Domini voluntatem, incidunt in prædam.*
51 *Iudeorum bona, vi ventorum ad nostra littora peruenta, an prædantur, vbi decisiones referuntur, nu.*55.
52 *Statutum an habeat locum in contrauentione inuoluntaria, vel ad casum. nu.*54.
53 *Gabella an soluatur de bonis, vi ventorũ ad nostrum Regnum peruentis.*
55 *Bannitus per vim ductus in Territorium bannientis, puniri non debet, sed ad libertatem reponi, nu.*103.
56 Tex. in auth. nauigia, C. de furt. *expenditur, limitatur, nu.*98.*&* 112.
57 *Iudei, siuè Hebrei sunt hostes, tanquam Christiano nomini inimici: & Christum crucifixerunt, cuius Euangelium non*

Digitized by Google

receperunt, num. 65. & 78.

58 *Iudæi omnium nationum indigniores, & abominabiliores ſunt; Chriſtianæ fidei hoſtes, pacis aduerſarij, boni publici inimici, Chriſtianorumq; proditores, n. 59.*

60 *Bellum contra Iudæos ſumere iuſtitia eſt, & contrà eos indictum eſt, nu. 65. & 66.*

61 *Rex noſter Hiſpaniarum armatam tenet naualem, contrà infideles.*

62 *Rex Hiſpaniarum magnus tutor, curator, ac defenſor Reipublicæ Chriſtianæ appellatur.*

63 *Infideles impunè offendi poſſunt, cò magis ſi pirata ſint.*

64 *Iudæi per mortem Domini noſtri Redemptoris facti ſunt nobis ſerui, nu. 80.*

65 *Iudæi nec patriam, nec Prouinciam habent, nec Regem, ſed diſperſi per Orbem vagantur, omnibus nationibus propter eorum ſcelus ſubiecti, nu. 93.*

67 *Iudæorum bona licito iure confiſcantur; contrarium nu. 68. & probatur nu. 69. & 70. vbi deciſio, n. 71. prima ſententia verior nu. 76. & ſic deciſum fuit nu. 84. ampliatur nu. 85. 92. & 98.*

72 *Fiſcus de bonis confiſcatis tenetur dimittere creditores, qui ante confiſcationem contraxerunt.*

73 *Alienari non poteſt res hypothecata in damnum creditoris anterioris.*

74 *Confiſcari non poteſt res, alteri hypothecata.*

75 *Creditor pro pretio rei, de ſui pecunia empta, nùm alijs præferatur.*

77 *Vaſſallus comprehenditur ſub bello à ſuo Principe indicto.*

79 *Bona Iudæorum, vbique prædari poſſunt à Principe inimico, nu. 92.*

81 *Iudæi Imp. Caroli V. ſanctione à Regno Neap. fuerunt expulſi ſub pœna mortis, ac bonorum publicatione: idem in Regnis Hiſpaniarum ſanciuit Rex Ferdinandus, num. 82.*

83 *Expulſus à Regno efficitur ſeruus, & ſi contrauenit, eius bona publicantur.*

86 *Ciuis quando quis efficiatur per habitationem.*

87 *Mercator habetur vti ſcholaris, & non contrahit domicilium.*

Scholaris, non contrahit domicilium.

88 *Iudei tolerantur in alma Vrbe, & in alijs locis.*

89 *Bona Iudæorum non poſſunt prædari in locis, vbi tolerantur, ſecus in alijs, & ità deciſum, nu. 90. & 91.*

90 *Deciſio Regiæ Iunctæ bonorum vacantium pro Regio fiſco contrà merces Iudæorum refertur, nu. 91.*

92 *Iudæi ſubditi Principi Chriſtiano confederato, non efficiuntur ſerui, nec bonis priuantur, & ſic deciſum, nu. 95.*

93 *Iudæi num domicilium contrahant.*

94 *Aſſecuratores mercium, ſecuto naufragio, vel periculo, ſi aliquid remanet, nùm illud habere debeant.*

95 *Nauis ſigna præliandi oſtendens; nùm prædari poſſit, num. 96.*

96 *Reſiſtentia non committitur, vbi ad manus operationem non deuenitur.*

97 *Nauis Dominus non defendens illam ab inimicis, dicitur cum eis colludere, & tenetur ad pretium mercium.*

99 *Hoſtium bona, vt occupanti fiant in proprio territorio alterius ex bellantibus capi debent; ſecus in alieno, non hoſtili, nu. 100. 105. 108. & 118.*

101 *Territorium alienum præſtat ſecuritatem, nu. 118.*

102 *Seruus fugitiuus ex alieno territorio extrahi non poteſt.*

103 *Bannitus in alieno territorio captus, relaxari debet.*

104 *Repræſaliæ exerceri nequeunt in alieno territorio.*

105 *Præda hoſtilis in alieno territorio nùm concedatur, nu. 108.*

106 *Lex ſi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

107 *Venationis præda in alieno agro, nùm capientis fiat, inuito Domino, n. 109.*

110 *Bona hoſtium quò ad acquiſitionem æquiparantur feris, & auibus.*

111 *Princeps prohibere poteſt, ne quis in eius ditione prædari poſſit, & venationem exerceat; ſecus ſi non haberet abſolutam poteſtatem, nu. 126.*

112 *Hoſtilitatis qualitas eſt ſufficiens ad dominium acquirendum bonorum hoſtiũ.*

113 *Præda acquiritur, non obſtante prohibitione; ſed pœna debetur, n. 129.*

114 *Præda iure naturali occupanti conceditur, & prohibitio nihil operatur.*

115 *Par in parem non habet imperium.*

116 *Præda in alieno territorio non hoſtili legitimo iure capi poteſt reſpectu ipſorum hoſtium; ſed quid reſpectu Domini territorij, nu. 117.*

119 *Territorium Principis inimici iure hoſtilita-*

Digitized by Google

litatis, licèt illud deuastare, & prædare.

120 *Bona hostium prædari possunt etiam in territorio fœderatorum.*

121 Tex.in l.postliminij ius,§.in pace, ff.de capt.& postlim.reuers. *expenditur, & explicatur, nu.*122.

122 *Hostes, qui non sunt, quomodò aliorum bona acquirant,num.*126.

123 *Hæretici domini sunt rerum suarum.*

124 *Populi barbari nùm bello à nobis lacessiri possint, n.*125.

127 *Exercitus nùm impediri possit, ne transeat per territorium impedientis.*

128 *Pacisœntium capitulationes attenduntur.*

129 *Actio iniuriarum Domino territorij cõpetit contrà,eos prædas faciẽtes,& quid ad prædæ restitutionem.*

130 *Ingressu permisso in territorium, omnia, quæ consequuta sunt, permissa censentur.*

131 *Præda non permittitur in loco amici vtriusque prædantis,& prædati,vel vbi est promissa securitas.*

132 *Initium spectandum est.*

133 *Iudæi, & Turcæ sunt fidati in Ciuitate Anchonæ per Summ. Pontif.*

134 *Præda non permittitur in Ciuitate Liburnij.*

135 *Bona inimicorum, quæ per nostrum Regnum transeunt, incidunt in prædam; & ità iudicatum,nu.*136.

137 *Bona inimicorum, nùm prædari possint in mare Adriatico.*

138 *Maris proprietas quomodò acquiratur, nu.*144.

139 *Mare Adriaticum cuiussit, nu.* 153. & 169.

140 *Titulus vbi deficit,allegatur possessio;sed declara, nu.*156.

141 *Veneti imponunt datia nauigantibus per mare Adriaticum secundum DD.n.*168.

142 *Reges hic enumerati petierunt licentiam à Venetis extrahendi bona per mare Adriaticum.*

143 *Mare Adriaticum desponsatum Venetis per Summ.Pontif. num.*170.

145 *Maris proprietas priuilegio, & consuetudine copulatiuè acquiritur.*

146 *Mare tria secum trahit, proprietatem, vsum, & iurisdictionem, seù protectionem.*

147 *Maris proprietas est in bonis nullius.*

148 *Maris vsus imprescriptibilis est.*

149 *Præscriptio etiam immemorabilis in vsu maris non procedit.*

150 *Dominij iure quod acquiri nequit, potest obtineri iure possidendi, & præoccupandi; sed declara,nu.*152.

151 *Ius prohibendi, an præscriptione acquirì possit.*

152 *Possessio immemorabilis, vbi non concurrit scientia, & patientia aduersarij,non suffragatur: contrarium suadetur, nu.* 154. *declaratur nu.*155.

154 *Centenaria possessio vbi locum habeat.*

155 *Præscriptio in iuribus incorporalibus, quomodò procedat.*

156 *Priuilegium nùm præsumatur ex immemorabili possessione.*

157 *Reges Hispaniarum sunt Domini absoluti, & Regna ab hostium faucibus vi armorum, propriaque virtute extraxerunt.*

158 *Vsus maris est communis omnibus, tanquam de iure gentium.*

159 *Maris vsus nec ab Imperatore prohiberi potest, nu.*164.

160 *Ædificare in mare licitum est,si vsus publicus non impeditur.*

161 *Veneta Ciuitas est constructa in mare, ideò est libera.*

162 *Veneti supponunt exemptionem ex priuilegijs Imperatorum.*

163 *Veneti ex superbia indignantur viuere secundum leges Imperiales.*

164 *Maris vsus, nec per priuilegium acquirì potest.*

164 *Principis concessio non derogat his, quæ vsus publici sunt.*

165 *Principis cuncessio,saluo iure tertij,intelligitur.*

166 *Princeps auferre nequit rem, vel dominium,de iure gentium acquisitum.*

167 *Prædæ in mari Adriatico semper practicatæ fuerunt.*

168 *Veneti in mare Adriatico datia imponere nauigantibus,vsurparunt.*

169 *Mare Adriaticum Italiæ conterminum.*

170 *Sponsalitia maris Adriatici recensentur ex fabula.*

171 *Prorex Regni Neap. Dux Ossunæ insurexit contrà Venetos, vsurpare præsumentes mare Adriaticum.*

De

Digitized by Google

De præda bonorum hoſtium, quando & quo in loco illa ſit legitima; & quid de bonis Iudęorum.

§. II.

1 HOſtium nomine, etſi communi vocabulo comprehendantur illi, quibus Rex noſter Inuictiſſimus publicè bellum decreuit, vel ipſi Regi, vt *in l. hoſtes, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. hoſtes,*
2 *ff. de verbor. ſignific.* & etiam qui propter delictum, rebellionem, & contumaciam, vt hoſtes reputãtur, vt aiunt *Zaſ. in tract. de Iudę. quæſt. 3. Gaill. de pace public. lib. 2. cap. 1. fol. 354.*

3 Non tamen bona eorum, qui tanquam hoſtes reputantur, poſſunt deprædari, vt not. *Scrib. in conſt. pœnam eorum, Affl. in conſt. foriudicatorum bona*; benè verum, bona illorum, qui, mero iure belli, hoſtes ſunt, prædari valent, vt *in d. l. hoſtes, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. hoſtes, ff. de verborum ſignific.* & faciunt tradita *per Caſtill. deciſ. Sicil. 107. nu. 43.*

Hinc eſt, quod ſuperius enucleata in præcedenti §. ad quem ſcilicet pertineãt
4 bona hoſtium capta, locum vindicant in illis, qui iure belli hoſtes, & inimici ſunt, vt vltrà allegata confert *tex. in auth. nauigia, C. de furt. & in l. naturalem, §. fin. ff. de acquir. rer. domin. Bart. in l. hoſtes, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Reg. de Ponte conſ. 93. nu. 6. Caſtill. d. deciſ. 107. nu. 7. to. 1.*

Imò ad hoc, vt huiuſmodi bona hoſtiũ.
5 prædari poſſint, requiritur quoque, vt bellum ſit iuſtum, ità *Panorm. in cap. ſicut il 3. nu. 7. in fine de iure iurand. Innocen. ibidem nu. 5. Bart. in l. hoſtes, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Ripa in l. 1. nu. 69. ff. de acquir. rer. domin.*

6 Quod dupliciter conſideratur, ſcilicet iuſtitia cauſæ, & iuſtitia imperij, ſiue poteſtatis Supremæ, vt inquiunt *Panor. in d. cap. ſicut il 3. Innoc. ibidem, Bald. in l. ab huſtibus, C. de captiu. & poſtlim. reuerſ. num. 7.* & iuſtitia cauſæ dicitur, quando
7 iuſta cauſa belli gerendi concurrat, *l. poſtliminium, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.*
8 Iuſtitia imperij dicitur, quando bellum fuit indictum à Principe Supremo, bellum gerendi poteſtatem habente, vt notat *Reg. Conſtant. in tit. C. vt armorum vſus interdictus ſit.*

Sed verius eſt, vt tantummodò ſuffi-
9 ciat, vt bellum geratur authoritate Supremi Principis, ad hoc vt bona hoſtium prędari poſſint, proùt nec etiam id requireretur, ſi pro defenſione rerum ſuarum quis bellaret, *l. poſtliminium 5. l. poſtliminÿ 19. l. hoſtes 24. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Natta conſ. 284. nu. 4. 6. & 7. Socc. iun. in l. 1. nu. 83. in 6. limitat. ff. de acquir. poſſeſs. Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 20. Ripa in l. 1. nu. 69. ff. de acquir. rer. domin. Lupus in l. curabit comment. 1. §. 6. nu. 125. C. de action. empti, Reg. Galeata reſp. fiſc. 13. nu. 150. & 151.* idemque probat *Vaſq. quæſt. Ill. lib. 1. cap. 10. nu. 14. 16. & 19.* & li-
10 cèt in fine concludat, contrariam eſſe receptiorem ſententiam, tamen *in tract. de ſucceſſ. creat. §. 1. nu. 6.* ſeipſum reuocat, & apertiſſimè inquit, hanc eſſe communem receptam opinionem, licèt ſint multi repugnantes, quibus ipſe *Vaſq.* non adheret.

Et nedùm bona eorum, cum quibus bellum geritur, poſſunt deprædari, ſed
11 etiam bona amicorum, quæ à naue inimica, & ſub vexillis hoſtilibus vehuntur; vndè ſi huiuſmodi nauis taliter onuſta capiatur, bona prædicta poſſunt prædari, vt notant *Gramat. conſ. 24. col. 2. nu. 5. Reg. Conſtant. in l. vnic. C. de claſſic. lib. 11. n. 134.*
12 dicens, quod hoc caſu, nec aſſecuratores tenentur, idemque notat *Strac. in tract. de aſſecurat. in fine*, quod etiam ex multis fundat *Caualcan. de brac. Reg. par. 6 fragm. 25. nu. 11.* inquiens, quod ſi nauis pirati-
13 ca, vel inimica, Turcarum ſcilicet, vel Hebreorum capiatur vi armorum, adhuc bona amicorum in illa onerata, ad capientes pertinent, ad quod allegat *Bart. in l. nam & ſeruus, ff. de negot. geſt. & in l. ſi quid in bello*, vbi *Alber. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Boer. deciſ. 178. nu. 3. 4. & 5.*

Et ratio eſt, nàm illi, qui communi-
14 cant, cum inimicis noſtri Regis, ipſi quoque præſumuntur inimici, *l. liberi, C. de inoffic.*

Digitized by Google

*inoffic.teſtam. Card.in clem.*1. §.*fin.de iur. iuran. Laſ.in epithome feud. par.6.nu.*43. *Raph.Cuman.conſ.*151. *Farinac.de carcer. & carcer.quæſt.*29.*nu.*49. *Cauale. de brac. Reg.d.par.6.fragm.*25. *nu.*16. *verſ.& illi,*

15 Eſt enim prorſus prohibitum habere cõmercium cum inimicis, *Decian. de delict. to.2.lib.*7. *tit.de committ.crim.læſ.Maieſt. circ. hoſtes, & militiam, cap.* 13. *Gramat. deciſ.*65. *nu.*71. *Boer.deciſ.*178. *nu* 16. *&* 17. *cum ſeq. Bonifac. de Vitallin. de furt.* §.*furtum nu.* 57. vbi recenſet caſum illorum, qui auxilium naui piraticæ præſti-

16 terunt,& de bono opere lapidati fuerũt, & captiui nauis piraticæ ſtatim remanſe. runt,hoc quoque recenſet *Stracc.de mercat.tit.de nauib.naut.& nauig.par.*3.*n.*25. Et qui contrahunt cum inimicis, præſumuntur conſcij, & complices, ac tincti eodem atro colore,tactique eodem mor.

17 bo,iuxtà illud,cum Sanctis Sanctus eris, & cum peruerſis peruerteris : Dij boni,

18 quæ pars fidelis cum infideli? aut quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate ? vt

19 ait *Apoſtolus* 2.*Cor. cap.*6. & notat *Bonifac.d.tract.de furt.* §.*eſt nu.*47. *in fine*, di-

20 cens,quod mala conuerſatio eſt in culpa, qua de re ij, qui cum huiuſmodi genere malorum hominum,& inimicorum noſtrorum conuerſantur, poſſunt & ipſi

21 appellari inimici, cum ſint amici intrinſeci inimicorum noſtrorum, ſecundum *Gl.in cap. ſi inimicus in verb.nolite* 93.*diſtin. Innoc.in cap. olim de reſtitut.ſpoliat. Gramat.deciſ.*65. *nu.* 69. & facit dictum

22 *Euangeliſtæ Luc. cap.*11. qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non colligit mecum, diſpergit *Caualcan. de brac.Reg. par.6.fragm.*25. *nu.*15.

Ideò meritò poſſunt prædari bona amicorum inuecta, ſuper naui inimica, eò fortius, quia ſcire præſumuntur qualitatem perſonarum,cum quibus contra-

23 xerunt, & res ſuas, ac ſeipſos in manifeſto periculo temerè ſub mala fide malorum hominum, & inimicorum Regis no-

24 ſtri recommadauerunt, quo caſu ſunt in culpa, ideò ſibi imputent, §.*item exercitor inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. delict. naſcunt. l.*1. §.*pen. ff. furt. aduerſ. naut. caupon.& ſtabul. Strac.tit.de nauib.naut. & nauig.vlt.par.nu.*3. *Caſtill.deciſ.Sicil.* 107. *num.*12. nàm qui contrahit, ſcit,

25 vel ſcire præſumitur qualitatem perſonæ, cum qua contrahit, *l.qui contrahit, ff. de regul. iur. cap. damnum eod. tit.* nec

26 mercatores ignorare potuerunt, quod eis prohibetur, merces ſuas fidare inimicis vehendas *cap ità quorundam, & cap. ſignificauit*, vbi *Abb.de Iudæis l.*2. *C. de commerc. & mercator. l.*3. *in princ. ff. ad leg.Iul.Maieſt. Alex.conſ.*130. *nu.*1.*vol.*7. *Boer. deciſ.*178.*per tot.* & probat *Gl. in l.* 1. *C.quæ res export.non poſſ.*

27 Prætereà hoc etiam ſuadetur, nàm qui merces licitas, cum illicitis conducit, aut fert, facit,quod licitę per illicitas confiſcantur, *Bart.in l.pen. C.de naut.fœnor.* & habetur *ex tex.in l.cotem ferro*, §. *Dominus,ff.de publ.vect. Bal.in l.cum proponas num.*4. *C.de naut.fœnor. Caualc.de brac.Reg.par.*6. *fragm.*25. *nu.*21.

28 Verùm prædictis obſtat,quod de iure maritimo cauetur, nàm in libro conſulatus, *cap.* 285. diſponitur, quod ſi inuenimus nauem mercibus oneratam, obuiam nauem inimicam, malis hominibus commiſſam, & armatam, ſi illa capiatur, & merces in ea non ſint inimicorum, non fiant capientium, ſed mercatorum, qui teneantur dumtaxat naulum ſoluere Præfecto nauis, qui capturam fecit.

Sed huiuſmodi ſanctioni reſpondet *Caualcan.de brac.Reg.par.*6.*frag.*25.*n.*28.

29 *verſ.quoniam*, dicens,quod benè procederet, quando nauis inimica aggreſſa fuerit à noſtra, non autem quando nauis noſtra à naui inimica aggreſſa fuerit, & prouocata ad defenſam.

Sed hoc non benè reſoluit ſuprapoſitam iuris maritimi contrariam diſpoſitionem, ſiquidem non alia ratione bona

30 amicorum in naui inimica onerata prædari valent, niſi quia vehuntur à naue inimica, cum quibus habere commerciũ non poſſunt: hęc autem ratio conſideratur, ſiue nauis inimica aggreſſa fuerit à noſtra, ſiue è contra, & ideò ſemper bona huiuſmodi prædari poſſunt;eò magis, quia ſi nauis noſtra fuerit aggreſſa à naui inimica, id potius videtur ſuccedere, opera, & malo animo Capitanei illius nauis inimicæ, quam culpa, & inducia Dominorum mercium, & ideò cauſa aggreſſionis non eſt ratio ſufficiens, vt bona amicorum prædari valeant, niſi conſtet,fuiſſe quoque adhibitam operam, &

in.

Digitized by Google

induſtriam à Dominis mercium.

Hinc alias, & melius reſpondetur, quod ſcilicet diſpoſitio iuris maritimi
31 eatenus procedit, quatenus bona, ſiue merces in naui inimica oneratæ, ſunt vaſſallorum, ſubditorumque noſtri Regis; ſecus eſt, ſi bona eſſent aliorum, qui confederati ſunt vtrique, ſcilicet Regi noſtro, & Dominanti nationem nauis inimicæ, tùnc enim quia prædictis non eſt prohibitum cum illis contrahere, quemadmodum prohibitum eſt vaſſallis, ſubditiſque noſtri Regis, ideò non poſſunt bona prædicta prædari.

Quod fuit nuper diſceptatũ in Collat. Conſ. vbi dubitari contingit, nimirùm an
32 eſſet Regio fiſco acquiſita quędam nauis Ioannis Andreæ Zanardi Nobilis Veneti, capta in maritimis Elbæ, & Capicorſij, ex mandato Domini Principis Montiſ. hercolis, vti Inuict. Regis noſtri nauigiorum Præfecti, eo præſuppoſito ex parte fiſci, quod Iudęorum bona ab Alexandria, Ægypti conducebat, quorum Domini, cum ſint noſtri Regis inimici, poterant inſimul cum naui deprædari: quoniã ſi Dominus nauis illicitè aliquid in naui,
33 vel ipſe, vel rectores impoſuerint, nauis quoque fiſco vendicatur, vt decreuit *Iuriſconſultus in l. cotem ferro*, §. *Dominus nauis, ff. de publican. & vectigal.* Sed pro parte Zanardi Veneti fuit conſideratum, ipſum Zanardum publicè, & palam Ve-
34 netijs, cum Iudęis contraxiſſe, eiſque nauem ſuam locaſſe, quod licito iure peregiſſe videtur, nec in Dominio Veneto ex aliquo ſtatuto eſſe prohibitũ, cum Iudęis illuc commorantibus, vel eidem Reipublicæ Venetæ ſubditis, contrahere; hæc
35 enim Venetiarum Ciuitas libera eſt, & ex vera, & inueterata libertate, in qua Deus illam conſtituit, Veneti ſuperiorem non recognoſcunt, tantaque eſt eorum authoritas, & ſuperbia, vt dicebat *Ludou. Bolognin. in addit. ad Io: de Anan. conſ. 53. in fine*, ideò non poteſt adaptari regula, quod Dominus nauis, ſi illicitè aliquid in naui impoſuerit, nauis quoque fiſco vẽdicatur; ſiquidem non poteſt id illicitum conſiderari reſpectu Venetorum, qui ad eorum arbitrium valent cum Iudęis contrahere, & commercium habere.

36 Vndè per Collaterale Conſilium, referente Regente Zuſia fuit ordinatum, quod nauis reſtituatur eidem Io: Andreæ Zanardi ſub die 6. Octobris 1659. & ità exequutum, teſte *Dom. Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. 545. Reg. Reuert. n. 9.*

37 Sed animaduertendum eſt, quod ſi nauis Veneta, mercibus proprijs Iudęorum onuſta, ad noſtra lictora, vel ad alia Regna dictionis noſtri Regis peruenisſet, adhùc poſſunt bona deprædari, etſi nauis libera euadat, vt notat in puncto *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 11. de trirem. nu. 43. verſ. non loquor*, dicens, quod cõ-
38 munis locatio nauis, ſimplex nolixatio, & conductio, quæ fit indifferenter cum qualibet ſpecie perſonarum, cum priuilegio quorumcumque Principum, non affert poteſtatem aſſecurandi, & dandi ſaluum conductum omnibus hoſtibus, nàm huiuſmodi poteſtatem non habent Domini nauium, quia ſunt Nationis Venetæ, & quamuis illam haberent; non iuuaret, niſi tantùmmodò in locis ſubiectis dictæ Reipublicæ, & ex his amplius ſubdit idẽ *Reg. de Ponte*, quod in quocumque territorio reperiantur naues prædictæ, mercibus huiuſmodi onuſtæ, poſſunt ſemper deprædari.

39 Præterea poſſunt deprædari bona Piratarum Chriſtianorum, vt inquit *tex. in auth. nauigia, C. de furt.* & notant *Caualc. de brac. Reg. par 6. fragm. 25. Camill. Borrell. de præſt. Reg. Cathol. cap. 75. nu. 29.*

40 Et ratio eſt, quia Piratæ æquiparantur hoſtibus fidei, & Principis, & poſſunt impunè à quolibet derobari, quia ſunt ipſo iure diffidati, *auth. caſſa, & irrita, C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. 1. de milit. vaſſall.* qui contumax eſt *Bal. in d. auth. nauigia, C. de furt. Barthol. Socc. conſ. 262. col. 2. verſ. quinimo talis vol. 2. Zanch. de milit. ſacr. & ſucul. lib. 2. cap. 16. nu. 6. Iaſ. conſ. 170. nu. 2. vol. 2. Stracc. de nauib. par. 2. nu. 16.* Vndè Piratas, more Catulorum militare in ſyluis, & nauigantium ſecuritatem
41 impedire, hoſteſque publicos, & infames eſſe, ac militiam exercere non poſſe, ſcribit *Bal. in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. Innoc. in c. lator col. vlt. de pignor.* Sunt enim Piratæ latrones maritimi ſecundum *Iacob. Aluarott. in cap. 1. §. nauigia nu. 1. de ſtatut. & conſuet. contra libert. Eccleſ.*

42 Ideò ex ore Pontificum ſingulis annis excommunicantur *Io: Andr. & Panorm. in cap. excommunicationi de raptor. Ang. in conſ.*

Digitized by Google

cons. 290. *Barth. Veron. in auth. sed nouo iure, C. de seru. fugitiu. Pet. Santerna de sponsion. mercator. par.* 4. *nu.* 52.

43 Vndè ex ijs dicendum est, quod cum Piratæ sint publici commercij turbatores, & latrones, vt inquit *Vlpian. in l.* 3. §. *labeo, ff. de incend. ruin. & naufrag.* ibi: *Non minus in mari, quam in villa per latrunculos inquietamur*; illorum bona

44 Regi nostro fiunt, cum sine eius iussu Piraticam exercere nequeãt; sumunt enim arma, prædandi causa, & particulare bellum mouere dicuntur, quod inscio Prin-

45 cipe, fieri nequit, alias incurrunt crimen Maiestatis læsæ, *l.* 3. *ff. ad leg. Iul. Maiest.* & habetur *in rubr. Cod. vt armorum vsus lib.* 11.

46 Vlterius prædari possunt bona eorum, cum quibus solummodò amicitiam non habemus, vt notant *Paul. de Castr. cons.* 445. *in princ. lib.* 1. *per tex. in l. postliminij*, §. *in pace, ff. de captiu. & postlim. reuers. Becc. cons.* 24. *Burs at. cons.* 200. *num.* 10. & 12. *lib.* 2. *Natta cons.* 620. *nu.* 22. *Menoch. cons.* 102. *nu.* 20. *lib.* 2. *Castil. dec. Sicil.* 107. *num.* 11.

47 Quemadmodum prædari possunt bona confœderatorum cum inimico nostro; siquidem inimicus præsumitur, qui fecit confœderationem cum inimico nostro, confœderati enim sunt eiusdem intentionis, & voluntatis, ità in puncto *Martin. Laudens. tract. de confœderat. pace, & conuent. Princ.* §. 26. *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 11. *de triremib. nu.* 16. vbi *Io: Bapt. de Thor. in addit. fol.* 201.

Et insuper possunt deprædari bona

48 inimicorum, etiam si nauis inimica vi ventorum, & non voluntariè peruenisset

49 ad hoc Regnum, quia *tex. in l. fin.* §. *propter necessitatem, ff. de public. & vectigal.* vbi contrarium axioma dictatur, procedit, quando agitur de contrauentione pœnæ inflictæ ex lege particulari, vel statuto, aut banno, tunc enim non dicitur quis transgressor, si per vim, & non voluntariè fuerit ductus; Secus est in illis, cum quibus contracta est inimicitia vniuersalis, nàm quomodocumque, & in quocumque loco reperiantur bona ini-

50 micorum, prædari possunt, etiam si absque eorum culpa euenerit ille transitus; *tex. in l. in bello*, §. *in pace, ff. de captiu. & postlim. reuers. l.* 2. *eod. tit. Paul. de Castro in cons.* 445. *lib.* 1. *Castil. decis. Sicil.* 107. *nu.* 18. & *n.* 19. dicit nihilum refragari, quod vi ventorum, vel alio casu Regnum appulerunt; ratio tantùm stat, an sint bona inimicorum, vel ne, ad finem vt prædari possint.

Sed idem *Castill. d. decis.* 107. *num.* 75. contrarium concludit in bonis Iudeorũ,

51 quæ casu fortuito, & vi ventorum ad nostra lictora peruenerunt, dicens, non posse deprædari, nisi transitus voluntarius fuerit, & rationem assignat, quia tunc non dicitur quis contrauenire, nec incidere in pœnam edicti, vel banni, pro-

52 hibentis rem ad aliquem deferri, nàm necessitas excusat contrafacientem, vt nõ incidat in pœnam edicti, vel banni prohibentis, *Bald. cons.* 198. *num.* 15. *vol.* 2. *Strac. de mercat.* 4. *par. num.* 48. *Flamin. Carthar. de exequut. sentent. capt. bannito cap. fin. nu.* 26. *Bart in l.* 1. *C. de naufrag. lib.* 10. *Alex. cons.* 7. *viso themate vol.* 3. *Reg. Lanar. cons.* 84. *nu.* 12. *vers. verba banni, Roland. cons.* 60. *nu.* 9. *lib.* 2.

Idemque tuetur *P. Molfes. ad consuet. Neap. tom.* 2. *cons.* 17. *nu.* 12. dicens, quod, qui ex vi ventorum per mare transijt per loca ei prohibita, dicitur contrà eius voluntatem transire ex vi necessitatis, &

53 aduersæ fortunæ, ac proindè nullam incurrit penã, imò nec de bonis, quæ in naui sunt, teneretur aliquam gabellam soluere, vt est *tex. in l. Cæsar, & l. fin. ff. de public. & vectigal.* & nos latè scripsimus *in resp.* 37. *to.* 1. & in præsenti oper. *rub.* 14. §. 6. idemq; decisum constat pluries per R.C. & vltra *DD. cit. in d. resp.* 37. ità tenuerunt *Ferrett. de gabell. in* 8. *membr.* 7. *par. nu.* 10. *Alex. cons.* 7. *vol.* 3. *Ripa tract. de peste tit. de priuileg. contrac. num.* 158. *Molina de maior. & tribut. disp.* 663. *n.* 13.

54 Et id probatur à simili, nàm si adesset statutum prohibens deferri vinum ad aliquem locum, si vinum deferendum ad alium locum licitum, casu fortuito deferatur ad locum prohibitum, Dominus vini non punitur pœna statuti, ex quo vinum illud asportatum fuit ad locum prohibitum, præter, & contrà eius voluntatem, ità *Bal. cons.* 198. *nu.* 5. *vol.* 2. *Stracc. de mercat. par.* 4. *nu.* 48. & *in tract. de nauibus par.* 2. *n.* 26. proùt etiam est in ban-

55 nito, qui si per vim ducatur in territoriũ bannientis, non potest contrà eum exe-

Digitized by Google

qui bannum, ſed reponi debet in priſtinam libertatem, quia non dicitur tranſgreſſor banni, dùm contrà eius voluntatem ad illum locum ducitur, *Bal. in auth. item uullam num.* 8. *C. de Epiſc. & Cleric. Roland. conſ.* 60. *nu.* 9. *lib.* 2. *Iul. Clar. in* §. *fin. quæſt.* 56. *nu.* 6. *Baiard. ibidem, Præſ. de Franch. deciſ.* 415. *Borgognin. Caual. dec.* 1. *nu.* 45. *par.* 1. & ad idem nonnulla cumulat *Reg. de Marin. reſolut. quot. to.* 1. *c.* 303. vbi in proprio caſu, quod ſcilicèt non poſſint intercipi bona Iudęorum, vi ventorum ad Regnum peruenta, duas refert deciſiones R.C. vt ibi eſt videre.

Vndè quemadmodùm ex his bona Iudęorum, quæ vi ventorum, & propter aduerſam tempeſtatem ad noſtræ lictora peruenisſent, non poſſunt deprædari, ità nec etiam bonâ aliorum inimicorum noſtri Regis, quia ab vno ad alios non datur ratio diſparitatis.

56 Verumtamen prima opinio verior eſt, vt ſcilicèt bona hoſtium, quæ vi ventorum, vel alio caſu ad nos applicuiſſent, ſiue Iudęorum ſint, ſiue aliorum inimicorum, ſemper deprædari poſſint, proùt de communi teſtantur *Conſ. Gramat. dec.* 71. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 11. *de trirem. nu.* 7. & probat *tex. in auth. nauigia, C. de furt.* vbi eſt de hoc caſus, nàm *tex.* prohibens, vt nauigia, quæ naufragiũ patiuntur, nullo modo inquietentur, tàm reſpectu perſonarum, quàm bonorũ, dicit in fine, niſi talia fuerint nauigia, quę piraticam exerceant prauitatem, aut ſint nobis, vel Chriſtiano nomini inimica, & ſic ſufficit, eſſe hoſtilia; Hoc idem confirmatur ex congeſtis in ſuperiori §. vbi fundauimus, inter alias prerogatiuas, quę Regi noſtro competunt, ad ipſum ſpectare bona hoſtium, quæ in ſuo dominio naufragium patiuntur, & ideò caſus naufragij non excuſat bona hoſtium à confiſcatione; vndè DD. allegati perperam, & contrà iura loquuntur, & articulum contrà Iudęos deciſum teſtatur idem *Reg. de Marin. cap.* 303. *nu.* 3.

Hinc etiam ſequitur, quod bona Iudęorum, vel Hebręorum, ſicut alia bona hoſtium noſtri Regis poſſunt deprædari, & confiſcari.

Quod inſuper ſuædetur, quia Iudęi, ſiue Hebręi habentur ad inſtar hoſtium, nàm cum deuient à fide Catholica Chriſtianorũ, inimici ſunt Chriſtiano nomini, & vellent, vt Populus Chriſtianus deſtrueretur; Chriſtũ ipſi crucifixerunt, eius Euangelium recipere noluerunt; adeò vt dicitur gens admodum peruerſa, & nullam excuſationem habent, *l.* 1. *&* 2. *ff. ad leg. Iul. Maieſt. Gramat. deciſ.* 65. *num.* 69. *Caualc. de brac. Reg. par.* 6. *fragm.* 25. *nu.* 3. *Molfeſ. ad conſuet. Neap. to.* 2. *conſ.* 17. *nu.* 1. *Caſtill. deciſ. Sicil.* 107. *nu.* 46.

Imò in toto Orbe terrarum non repe-
58 ritur gens indignior, infamior, & abominabilior, quam gens Iudaica, *Simanc. de Cathol. inſtitut. tit.* 35. *de Iudęis nu.* 5. *Bouad. in polit. cap.* 4. *lib.* 1. *tit. del linage del coregidor l.* 2. *Petr. Gregor. Tholoſ. in lib. ſyntagmat. iur.* 12. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 69. *nu.* 30. *Caſtill. d. deciſ.* 107. *nu.* 47.

Nec reperitur gens, magis inimica Chriſtiano nomini, & Catholicæ fidei,
59 quam ſint perfidi Iudęi, vt notat *tex. in cap. ſi Iudęos, & cap. conſuluit. de Iudęis, & ſaracen. Ludouic. à Paramo in ſuo tract. de origin. Sanct. Officij lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 6. *&* 7. *fol.* 164. *Decian. tract. crim. lib.* 3. *cap.* 18. *nu.* 5. *vol.* 1. *Ioſeph. de bello Iudaico lib.* 7. *cap.* 24. 25. *&* 26. hi etiam ſemper ſatagunt totis neruis, & inſidijs, vel capere nos, aut diſperdere, vel ſubmergere, *cap. diſpar* 23. *quæſt.* 8. *Bal. in cap.* 1. *de milit. Valuaſſor. Ripa in l.* 1. *nu.* 66. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & ideò contrà huiuſmodi Iudęos hoſtes fidei Catholicæ Chriſtianæ, pacis aduerſarios, boni publici impeditores, & Chriſtianorũ proditores, omnimodò im-
60 pugnandum eſt, palam, & occultè, quod notat, & explicat *Diuus Thom.* 2. 2. *quæſt.* 4. & debellandi ſunt, primo pro honore, & gloria Dei, & Religionis Chriſtianæ; ſecundò pro tuitione gentium, ac rerum Chriſtianorum, vt inquit ex ſententia *Diu. Auguſt. Ludo. Carbo. tract. de reſtit. omn. rerũ q.* 62. *concl.* 1. 2. *&* 3. ſubdens, forè neceſſarium ex iuſtitia, arma, & bellũ contrà eos ſuſcipere, & confirmatur ex dicto Regis Dauid pſal. 58. *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in Regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt*, & pſal. 45, inquit, *Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni.*

61 Vndè non poteſt dubitari, quin Iudęi ſint inimici Principum Chriſtianorum, & præ-

Digitized by Google

præcipuè Catholici nostri Regis, qui nec laboribus, nec impensis, nec proprio ærario parcit, continuèque armatam nauale[m], tàm in hyeme, quàm in æstate munitam tenet, pro reprimenda audacia infidelium, & re vera Reipublicæ Chri-
62 stionæ magnus tutor, curator, ac defensor dici debet, sic *Stracc. de mercat. par. 3. nu. 3. Decian. de delict. to. 2. lib. 9. tit. de latron. & Pirat. cap. 29. nu. 37. & 39. Bonifac. tract. de furt. §. furtum nu. 51. & 57. vers. Piratas, Rot. Gen. decis. 62. num. 3. Caualcan. de brac. Reg. par. 6. fragm. 25. nu. 4. & 7.*

Possunt, itàque impunè offendi, & occidi, maximè si sint simul Piratæ hæretici,
63 vel infideles, *l. 3. in fine, ff. de ficar. l. proditores, ff. de re milit. Bald. in l. 2. C. de commerc. & mercat. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. tit. de latron. & Pirat. cap. 29. n. 22. Bonifac. d. §. furtum n. 52. Angel. cons. 290. Ferrett. tract. de re naual. lib. 10. num. 22. Caualc. d. fragm. 25. nu. 5.*

Et si capiantur, captiui, & serui nostri remanent, nàm per mortem Domini no-
64 stri Iesu Christi Iudei facti sunt nobis serui, *cap. etsi Iudeis, cap. consuluit de Iudais, Borrell. de præstant. Regis Cathol. cap. 69. nu. 10. Salyc. in l. ab hostibus nu. 6. de capt. & postlim. reuers. Io: de Anania in cap. excommunicamus de hæretic. Alciat. in l. 1. nu. 10. ff. de acquiren. poss. Reg. Lanar. cons. 84. nu. 4. & 5. Reg. de Ponte decis. 21. nu. 1. Castill. decis. 107. nu. 7. idem Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 11. de trirem. num. 2. ver. dixi,* vbi rationem assignat, inquiens, quia Iudei hostes sunt, & contrà eos est
65 indictum perpetuum bellum, *l. hostes, ff. de captiu. & postlim. reuers.* & licèt aliqui dicant, quod contrà eos non sit indictum bellum, quia non habent nec patriam, nec Prouinciam, nec Regem, sed dispersi vagantur per Orbem, subiecti omni nationi, propter eorum immanissimum scelus, nàm crucifixerunt Dominum nostrũ Iesum Christum; Tamen nullatenus negari potest, quin hostes sint, & Christiano nomini inimici, diffidati, & odiosi, & sic passim ab omnibus Doctoribus appellantur, ac contrà eos bellum fuisse in-
66 dictum, vltra superius allegata, notatur *in l. hostes, ff. de verbor. signific. Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlim. reuers. & in l. Christianis, C. de pagan. Reg. de Ponte d. tit. 11. de trirem. nu. 3. Castill. decis. Sicil. 107. nu. 46.*

67 Quamobrem possunt bona Iudeorum, aliorumque Infidelium licito iure deprædari, ac confiscari, *Peregr. de iure fisci lib. 2. tit. 3. nu. 1. & 2. Clar. in §. homicidium, vers. priuato etiam. Honded. cons. 55. nu. 28. lib. 2. Boss. tit. de his quibus, vt indig. n. 16. Alba Mandell. cons. 7. nu. 10. lib. 1. Caball. resol. crim. cas. 10. nu. 2. Hector Felic. alleg. 26. nu. 9. & alleg. 38. nu. 27. fol. 116. Castill. decis. Sicil. 107. nu. 46. Caualc. de brac. Reg. par. 6. fragm. 25. à nu. 1.*

68 Sed alij DD. contrariam amplectentes opinionem dixerunt, quod Iudei, deferentes merces cum nauilibus, non sunt, nec in mari, nec in terra molestandi, ità *Pract. Papiens. in forma libelli action. real. verb. veris, ac legitimis nu. 34. fol. 27. Siluestr. verb. infidelitas, §. 7. num. 8. Santern. de assecurat. 5. par. nu. 213. Summa Angelica verb. furtum, §. 39.* quia sola infideli-
69 tas non est causa iusta deprædandi bona Iudeorum, *Diu. Thom. 2. 2. quæst. 10. art. 10. & quæst. 12. art. 2. Molina de iust. & iure disp. 106. conclus. 1. Conar. in regula peccatum par. 2. §. 10. num. 4. & seq.* quod etiam notatur *in cap. 1. & 2. de Iudais, l. Iudeos, C. cit. tit.* idemque probat *tex. in l. Christianis, C. de pagan.* vbi Imperator prohibet, ne eorum bona auferantur, & confirmat *tex. in cap. sicut Iudei de Iud.*

79 Prædicta quoque comprobat *Santerna de assecurat. par. vlt. num. 23.* inquiens, quod quamuis Iudei sint maledicti, & perfidi, respectu eorum legis, tamen eorum merces non possunt capi, quia illi cõmuniter versantur per Ciuitates Christianorum, vt per Vrbem Romæ, Venetiarum, & Neapolis, vbi quotidiè negotiationes peragunt cum dispensatione Proregis, illosque etiam tolerat Sancta Mater Ecclesia, vt *in cit. l. Christianis, C. de pagan.* proindè eorum bona prædari nequeunt, *Bald. cons. 313. nu. 2. vol. 1. & 438. nu. 6. vol. 5.* & ego scripsi *in resp. 33. nu. 4. tom. 1. resp.*

Et amplius ibi testor, quod sic obtinui, cum tuebar in anno 1648. iura Guglielmi Trelan Capitanei nauis Anglæ, nun-
71 cupatę Regina Virgo, hic prædictam nauem mercibus onerauit in portu Alexãdriæ, sub dominio Turcarum, illasque asportabat ad quosdam Gallos, & Iudeos,

Digitized by Google

degentes in Ciuitate Liburnij, & dùm ſuum iter peragebat, à Regali Claſſe, quæ occaſione popularium ſeditionum hic permanebat, fuit capta; & ſupponebat fiſcus, merces illas confiſcari; tamen petijt Capitaneus, nec nauem, quia Nationis Angliæ Regis noſtri amicæ, neque merces poſſe confiſcari, aut prædari, quia Iudęi hoſtes non dicuntur, & Rex noſter cum eis bellum non habet, vndè introducta cauſa corã Magnifico D. Michaele de Salinas, Generali Auditore dictæ Regalis Claſſis, ipſe decreuit, quod liberetur nauis, vna cum mercibus, vt poſſit ſuum iter proſequi; Verùm merces, tranſmiſſę per Gallos à Ciuitate Alexandriæ ad alios Gallos conſignandæ in Ciuitate Liburnij, vendantur, & pretium liberetur Regiæ claſſi, ſatisfacto credito dicti Capitanei nauis pro pretio mercium; Et hoc reſpectu mercium Gallorum ea ratione proceſſit, quia illi noſtri Regis tùnc hoſtes erant.

Et amplius in hac eadem cauſa idem Prefectus nauis exegit pretium, quod expendidit cauſa comparãdi merces in Ciuitate Alexandriæ, conſignandas indè Gallis, degentibus in Ciuitate Liburnij, quod iure meritò euenit, nàm quamuis Galli inimici erant Regis noſtri, & poterant eorum bona prædari, tamen in præiudicium Capitanei, non poterat pretium mercium ab ipſo exburſatum confiſcari,
72 cum in caſu confiſcationis ius ſuadeat, priùs eſſe ſatisfaciendũ creditoribus, qui ante confiſcationem contraxerunt, *l. ſi merito, ff. ſol. matrim. gl. in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. §. ſed illius inſtit. de fideicom. hared. l. ſi debitor, C. ſentent. paſs. Io: de Euia in Curia Philippica de commerc. Naual. cap. 20. nu. 10.*

73 Et ratio eſt, quia quemadmodum ratione hypothecæ priùs contractæ impeditur alienatio in damnum creditoris, ità impeditur confiſcatio, nàm quod diſpo-
74 nitur in vno, procedit in alio, *l. Imperator, C. de fideicom. l. ſi ius, C. de bon. proſcript. l. Imperator, C. de iure fiſci, Io: de Euia loc. cit.*

Prædictis quoque cumulabat Capitaneus, quod ipſe ratione hypothecę, quam
75 contraxit per ſolutionem pretij rei emptæ, præfertur alijs creditoribus ſuper illis mercibus, etiam fiſco, & doti, donec ſibi fuerit ſolutum pretium, *ex l. licet, C. qui potior. in pignor. habeant. Bal. Nouell. de dote par. 10. in princ. Neguſ. de pignor. 2. memb. 2. par. nu. 17. & 18. Io: de Euia in laber. commerc. terreſt. cap. 12. nu. 16.*

Sed ad principalem quęſtionem ſupra enucleatam redeundo, dico, primam opinionem veriorem exiſtimari, quod ſcili-
76 cèt bona Iudęorum, ſiue Hebręorum, aliorumque Infidelium prædari poſſint, eamque ſequuntur, pręter adductos *Petr. Bellin. de re milit. par. 3. tit. 1. nu. 12. Velaſc. deciſ. 30. nu. 7. & 8. Caball. caſ. 220. nu. 28. & 37. Reg. de Ponte conſ. 93. vol. 1. & de poteſt. Proreg. tit. 11. de trirem. nu. 3. cum ſeqq. Reg. Lanar. conſ. 84. n. 5 Caſtill. deciſ. Sicil. 107. nu. 7. Thor. in compen. dec. par. 1. verb. ſubditi, Reg. Reuert. deciſ. 77. tom. 1. collect. per Reg. de Marin. in obſeru. ad d. deciſ. 77.* ad idem faciunt tradita per *Maſtrill. deciſ. Sicil. 254. nu. 41.*

Illaque vlterius ſuadetur ea ratione, quia Iudęi Solimano ſubditi, & vaſſalli ſunt, ibi degunt, & ab eo originem trahunt; vndè ex bello indicto contrà Solimanum, ipſius vaſſalli, & ſubditi hoſtes publici dicuntur, cum diffidatio, & bellũ
77 contrà Principem indictum, ſubditum quoque, ſeù vaſſallum adhærentem comprehendat, vt inquit *Bald. in l. 2. num. 76. C. de ſeruit. & aqua, Iacob. de Sanc. Georg. de feud. verb. adhærentibus nu. 14. Innoc. in cap. cum olim de reſtitut. ſpoliat. Loffred. conſ. 45.* & Iudæi, quia confęderati ſunt cum Solimano, & ibi conuerſantur, tributa ſoluentes, dicuntur inimici, & hoſti-
78 litatem nobiſcum contraxiſſe, *Bal. in l. 1. nu. 33. ff. de rer. diuiſ. Menoch. præſump. 43. nu. 16. lib. 5.*

Hinc eſt, quod Iudęi capti, ſiue in mari, ſiue in dominio Principis inimici, vna
79 cum eorum mercibus deprædari, & confiſcari poſſunt, vt inquit *Bald. in l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Zabarella in c. ſicut de Iudæis,* vbi ait, quod poſſumus de ipſis, ipſorumq; bonis ad libitum diſpo-
80 nere, quia ſinguloru ſerui ſunt, *Archidiac. in cap. qui ſincera 45. diſt. in Scot. in 4. ſent. 4. diſt. in. quæſt. vlt.* idemq; cõfirmatur authoritate *Diu. Thomæ 2. 2. quæſt. 10. art. 13.* & probat *Nauar. in ſumma cap. 17. nu. 98. Franc. Marc. deciſ. 424. in fine, Scapp. de iur. non ſcripto cap. 132. nu. 8. Berrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 75. nu. 26.*

Et

Et insuper à Regno nostro ex ordina-
tione Cæsareæ Maiest. Imperatoris Ca-
81 roli V. edita sub die 10. Nouembris 1539.
Iudæi fuerunt expulsi cum cõminatione
publicationis bonorum, si de cætero ad
Regnum accessum haberent, & testatur
Reg. Rouit. in pragm. 1. de Iudæis nu. 13. &
pragmaticam huiusmodi inserit *Reg. Tap.
Ius Reg. par. 1 fol. 64.* Eamque ordinatio-
nem fuisse demandatam in Regno Sici-
liæ, cum cõminatione etiam pœnæ mor-
tis naturalis, testantur *Castill. decis. Sicil.
107. Molfes. in cons. 17. super cõsuet. Neap.*
quam ordinationem iuri consonam esse,
latè defendit *Castill. d. decis. Sicil. 107. nu.
10. Oldrad. cons. 87.* illamq; rationabilem,
& iustam esse, latè probant *Reg. Tap. loc.
cit Camill. Borrel. de præstant, Reg. Cathol.
cap. 69.* vbi nonnulla exempla recenset.

Et in Hispanijs idem prouisum extitit,
nàm legitur, quod Ferdinandus Catho-
82 licus Hispaniarum Rex, ab eius Regnis
Hispaniarũ, & Portugalliæ centũ viginti
quatuor millia familias Iudæorũ eiecit,
quæ ascendebant ad numerum octingen-
torum millia hominum, qui ad Baiaze-
tem tùnc Turcarum Imperatorem accur-
rerunt, & ipse habitationes illis concessit,
tùm Constantinopoli, tùm Tessalonicæ,
tùm etiam alijs locis, vt refert *Iacobus
Meyerus Histor. Flandr. lib. 1. Lucius Ma-
rineus Histor. Hispan. l. 19. c. 21. Io: Buter.
de Repub. lib. 7. cap. 11.* quibus in locis di-
cti authores de prudentia Regis Ferdi-
nandi grauiter mirantur, quod id fecerit,
se tantis viribus priuando, eijciens popu-
lum, cuius numerus Regnum fortius fa-
ciebat; Attamen ille Pijssimus Monarcha,
fidei Christianæ magnus tutor, propriæ
vtilitati noluit consulere, ad hoc ne Sa-
cra Religio Christiana, cuius fides sem-
per ex suis auspicijs intacta, & illibata
permansit, propter infestationem Iudæo-
rum denigraretur.

Proindè sequitur, quod quoties Iudei,
vel bona eorum perueniunt ad locum di-
83 tionis nostri Regis, statim deprædari, &
intercipi possunt; Imò ex hac ordinata
expulsione, etsi non essent inimici, adhùc
possunt de cætero bona confiscari, & ipsi
serui efficiuntur, *l. in bello, §. in pace, ff. de
capt. & postlim. reuers. Reg. de Ponte cons.
93. nu. 16. 17. & 18.*

Quodque fuit pluries in Regno nostro
84 decisum, vt refert *Reg. de Pont. dec. Collat.
Cons. 21. & in cons. 97. & Reg. Lanar. in
cons. 84.* & idem fuisse decisum per R. C.
facta relatione in Collaterali Consilio,
testatur *Reg. Reuert. decis. 76. & 77. tom. 1.
collect. per Reg. de Marin.* ibique refert,
quod in anno 1575. de mense Octobris,
naufragium passis quibusdam Iudeis cũ
nonnullis mercibus iuxtà lictora maris
Ciuitatis Hostuni, Hydruntinæ Prouin-
ciæ, quo vi ventorum impulsi fuere; Gu-
bernator illius Prouinciæ, & personas, &
bona vna cum nauigio intercepit, quo
facto fuit dubitatum, an verè bona illa
essent intercepta, sicque deperdita, ac si
essent Turcarum, & fuit iudicatum, bona
dictorum Iudæorum iure legitimo fuisse
intercepta, illosque Iudæos seruos effe-
ctos, ac bona ad Regium fiscum spectare,
vt testatur *Reg. Reuert. d. decis. 76. &*
77. à qua determinatione, cum pro par-
te Iudæorum fuisset reclamatum, fuit cõ-
firmata sententia ad fauorem fisci, quò
ad bona, quo verò ad eorum personas,
pro maiori parte fuit reformata senten-
tia, vt serui effecti non essent, ità refert
dict. Reg. Reuert. decis. 77.

85 Et hæc eadem opinio procedit, etiam
si Iudæi commorantur in dominio Tur-
carum mercimoniandi causa, non autem
vt eos adiuuent, nàm adhùc possunt eo-
rum bona prædari, *Luc. de Penna in l. 1.
C. de his qui se deferunt lib. 10. Boer. decis.
178. nu. 7. & 11. Lanar. cons. 84. nu. 7. Reg.
de Marin. in obseru. ad decis. 77. Reg. Re-
uer. tom. 2.*

86 Insuper idem procedit in Iudæis, qui
tolerantur per aliquem Principem con-
fœderatum, & commorantur in illius do-
minio; nàm etiam possunt eorum bona
deprædari; siquidem non per hoc, quod
quis habitet alibi, dicitur ciuis illius loci,
nec censetur dimisisse originariam obe-
dientiam, & vassallagium, etiam si per
mille annos habitauerit, & soluerit ga-
bellas, nisi penitus deseruisset originariã,
& fuerit receptus per priuilegium Ciui-
litatis ab illa Ciuitate, in qua habitet, ità
dixerunt *Bursat. cons. 74. n. 92. & 93. lib. 1.
Boer. decis. 260. nu. 17. Riminald. iun. cons.
363. nu. 290. lib. 4. Castill.* loquens in pro-
prio casu nostro *decis. Sicil. 107. n. 3. to. 2.*

87 vbi amplius subdit, quod mercator ha-
betur ad instar scholaris, qui si staret per
mille

Digitized by Google

mille annos in aliquo loco, & ibi habitaret, nunquam dicitur velle contrahere domicilium, cum non cenſeatur habere animum, ibi continuandi,& domicilium contrahendi, *Burſat.conſ.216.nu.14. Caualc.dec.21.nu.40. Felic.de Societ. cap.10. nu.44. Caſtill.ibi nu.6.*

Quinimò nàm etſi tolerentur Iudæi per Sanctam Eccleſiam Romanam in
88 Alma Vrbe, & in Ciuitatibus Auenionenſi,& Anconitana,vt conſtat *ex conſtit. Summ. Pontificum Pij IV. Pij V. Sixti V. Clementis VIII.*publicatis 5. Kalend.Martij 1592. de quibus mentionem facit *Io: Franc.Leon. in ſua prax.Epiſcop. cap. 35. nu.130. vſque ad num.134.* & etiam per alios Principes Chriſtianos admittantur in eorum ditione ; vt teſtatur *Santern. de aſſecurat.par.5.n.17.* hæc tamen tolerantia nullum infert præiudicium alijs Principibus, qui eos iuſtis ex cauſis expellere
89 ab eorum ſtatibus mandauerunt, proùt Dominus Rex noſter mandauit,in cuius Monarchia, cum Iudæi non tolerentur, poſſunt eorum bona deprædari, quod ſecus eſſet in locis, vbi tolerantur, ità in proprio caſu tradiderunt *Burſat.cõſ.200. nu.20. & ſeq. Natta conſ.487.nu.36. Caſtill.deciſ.209.nu.48.& 49.*

Et ità fuit nuper deciſum per Regiam Iunctam bonorum vacantium, in cauſa inter Regium Fiſcum, & quoſdam Mercatores Hebreos, degentes in Ciuitate
90 Liburnij ; hi ad quendam Alphonſum Mugnoz mercatorem, degentem in hac noſtra Neapolitana Vrbe tranſmiſerunt nonnullas merces magni valoris, mercimonij cauſa ; Accidit, quod dictus Alphonſus ob crimen perduellionis penam mortis, & bonorum confiſcationis paſſus fuit, & inter alia confiſcatæ fuerunt merces huiuſmodi, à Liburnio ad Neapolim tranſmiſſæ ad prædictum Mugnoz; Comparuerunt Procuratores mercatorum in Regia Iuncta bonorum vacantium, vbi cauſa agitabatur, efflagitantes, non procedi ad venditionem mercium prædictarum,quia non erant Mugnoz rebellis,ſed ipſorummet, qui etiam cum degebant in Ciuitate Liburnij, de dominio Sereniſſimi Domini Magni Ducis Hetruriæ, non poterant ideò confiſcari; Sed pro parte Regij Fiſci fuit deductum , quod merces huiuſmodi, etſi propriæ prædictorum Mercatorum,tamen quia Mercatores illi erant Iudæi,inimici Religionis Chriſtianæ,ideò merces prædictæ,vel vti propriè Mugnoz,vel tanquam propriè Iudeorum ſemper veniebant confiſcandæ,quia etiã in Ciuitate Liburnij incolatum non contraxerunt, nec vti ciues illius fuerunt adſcripti.

Vndè per dictam Regiam Iunctam ſub die 20.Maij 1660. me referente, interuenientibus quondam Regente Zufia Marchione Matontis, Præſidente S.C. Regijs Conſiliarijs Anello Portio;me ipſo, D.Io:Vallenilla,Aſcanio Raetano, &
91 fiſci partes agente Domino Io;Hieronymo de Philippis fiſci Patrono R.C. indè Regio Cõſiliario, & Præſidente R.C.fuit iudicatum, quod abſoluatur Regius fiſcus ab impetitis per dictos Mercatores, & proindè bona, & merces in actis deductæ, vendantur, & pretium liberetur Regio fiſco,pro cuius decreti exequutione fuerunt merces venditæ per Regiam Cameram, & pretium liberatum Regiæ Curiæ, penès Proſperum de Laurentijs Actuarium.

Verùm prædicta limitantur, ſi Iudæi vaſſalli, & ſubditi ſint alicui Chriſtiano
92 Principi,proùt ſunt nonnulli,qui ſubſunt Summo Pontifici, & Reipublicæ Venetiarum, & alijs, hi etenim ſi naufragium patientur, nec ſerui efficiuntur, nec eorũ bonis priuari poſſunt,& in hoc caſu procedunt allegata pro ſecunda contraria opinione, ità largè defendit *Molfeſ. ad conſuet. Neapolit. to.2. conſ.17.per tot.* & deciſum refert per R.C. *Reg. Lanar. conſ. 84.na.12.*idemque deciſum in Regno Siciliæ,teſtatur *Maſtril.deciſ.Sicil.254.*quo in loco, etſi contrà Iudeos latè ratiocinatur, vt ſcilicet poſſint intercipi eorum bona, nihilominus refert contrarium de-
93 ciſum, ea ratione, quia Iudæus ille domicilium contraxit in Ciuitate Piſarum, per longeuam habitationem cum domo, & familia, ibique fuit in ciuem declaratus, & inſuper fuit demonſtratum, eius parentes originarios fuiſſe vaſſallos Reipublicæ Venetiarum; hoc idem fuit alias deciſum in dicto Regno Siciliæ, teſte *Caſtill.deciſ. Sicil.107. ſupra in multis locis citata*, vbi etſi contrà Iudæos plura loquitur, circà caſum noſtrum vt aſſeruimus, tamen deciſio contraria proceſſit,

duo-

duobus concurrentibus motiuis, vt ipſe teſtatur; Alter fuit,quia Iudæus non erat hoſtis, tanquam ſubditus, & vaſſallus Domino Magno Duci Hetruriæ, & de hoc liquidò conſtabat, & etiam apparebat, conſanguineos habere in Ciuitate Venetiarum, & in Ciuitate Piſarum eius habitatione; Alter fuit, quia intereſſe non erat Iudæorum, ſed aſſecuratorum vaſſallorum S.M., qui bona fide fecerunt aſſecurationes prædictas; eo freti, quia dictus Iudæus erat ſubditus, & vaſſallus dicto Domino Magno Duci He-
94 truriæ,& de iure cautum eſt,quod ſequuto naufragio,vel periculo poſt factam aſſecurationem, merces,& res, ſi reperiantur, ſiue in totum, ſiue in partem, remanere debeant pro aſſecuratoribus,vt fundat *Santerna de aſſecurat.& ſponſ.par.4. num.46. & 47. in tract. de Mercat.diuerſ.* Quamobrem fuit pronunciatum in fauorem mercatorum, & aſſecuratorum, vt declarat *cit.Caſtill.d.dec.Sicil.107.nu.76. verſ.prædicta*,& prædictam limitationem ſequitur *Reg.de Marin.in obſeru. ad deciſ. 77.Reg.Reuert.nu.4.tom.1.*

Et amplius ità fuit nuper in hac noſtra Ciuitate deciſum per Regium Collaterale Conſilium in cauſa vertente inter Regium fiſcum, & Ioãnem Andream Za-
95 nardum Nobilem Venetũ; accidit,quod quædam nauis dicti Io: Andreæ ex mandato Domini Principis Montisherculis, nauigiorum Præfecti, capta fuit in maritimis Elbæ, & Capicorſij; præſuppoſuit fiſcus, quod ipſi erat nauis prædicta acquiſita,duobus innixus. Primò,quod non præſtiterat obedientiam Regali noſtræ Naualis Claſſis vexillo, ſic præliandi ſigna oſtendens. Secundò,quia Iudæorum bona ab Alexandria Ægypti cõducebat, qui cum ipſi dicantur noſtri Regis inimici, pro naufragatis habebantur, & ſucceſſiuè fiſco quæſita.

Nihilominus fuit conſideratum,quod etſi ſigna præliandi oſtenderit, tamen nõ fuit deuentum ad manuum operationem,
96 & nemo poteſt de reſiſtentia argui, niſi deuentum fuerit ad manuum operationem, vt notat *Farinac.in prax.tit.de carcer.& carcerat.quæſt.32. num.37.* & antequam quis ad hæc deuenerit, ſemper poteſt ſe excuſare, dicendo, quod ignorabat illos, quibus ſigna præliandi oſtendit,nimirùm eſſe familiam poteſtatis,ſiue alterius ſuperioris, ſed potius credebat inimicos, proùt credere aſſeuerabat Dominus nauis,vndè erat excuſandus,vt inquit *Bar.& Luc.de Penna in l.prohibitum, C.de iur.fiſc.lib.11. Farinac. in prax. tit. de carcer.& carcerat.quæſt.32.nu.37. Ant. de Ball. tract.crim. tit. de liter.diſpenſat. lib.3. caſ.* 3. Imò ſi nauigium hoc duc-
97 tores ſigna defenſionis non oſtendiſſent, poterat eis imputari colluſio,proùt refert in ſimili per S.C. deciſum, *Reg.de Marin. in obſeru. ad deciſ. 77. Reg.Reuert.tom.2. n.2*, ipſo patrocinante pro Domino Epiſcopo Puteolorum,deindè Panormitano Archiepiſcopo,fuit nàmque condemnatus Dominus cuiuſdam tartanæ,ſulphure oneratæ, & demùm propè Liburnium à Gallo nauigio captæ,ad illius pretium ſoluendum, ex eo dumtaxat,quod nullo defenſionis actu oſtenſo, inimicorum manibus ſe præbuerat.

Fuit inſuper conſideratum, quod etſi bona Iudæorum erant illa; tamen quia Iudæi erant vaſſalli, & ſubditi Reipubli-
98 cæ Venetiarum, non poterat confiſcari, vt centies fuit deciſum, & obſeruatum, nec procedere in dicto caſu diſpoſitionem, *auth.nauigia, C.de furt.* ità *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.11.de trirem.*

Vndè per dictum Collat.Conſ.ſub die 9. Octobris 1659. referente quondam Regente Didaco Bernardo Zuſia Marchione Matontis, fuit pronunciatum, vt nauis prædicto Io: Andreæ Zanardo reſtituatur, & ità exequutum, ſic teſtatur *Reg.de Marin.in obſeru.ad deciſ.77. Reg. Reuert.to.2.* & hanc eandem deciſionem nos ſupra retulimus in alio articulo, per illam adhùc determinato.

His poſitis,cõgruum eſt diſſerere, quo in loco, poſſint bona inimicorum prædari: certum eſt, quod bona hoſtium, vt
99 acquirantur, in proprio territorio alterius ex Regibus bellantibus capi debent, ità *Marian.Soccin.in l.1.n.69.ff.de acquir. poſſ.* vbi *Io:Crot.nu.5.Hornannotti nu.21. Alciat.nu.13.Ripa nu.7. Bolognett. nu.42. Ang.in quæſt.incip. renouata guerra col.3. verſ. circa prædicta*, cum alijs relatis *per Reg.Lanar.conſ.84.nu.4.*

100 Vndè in alieno territorio non hoſtili, bona inimicorum prædari non poſſunt, vt reſpondit idem *Soccin.ibidem num.75.*

Gu-

Digitized by Google

Guliel.Pontan.in d.l.1.nu.20. Petr.Bellin. de re milit.p.2.tit.8. Celſus Hugo conſ.65. Gomeſ.Leonin.deciſ.12. tom.2.diuerſ.deciſ. Tepat.de var.iur.ſenten.compen.lib.2. tit. de capt.in bello,& pace, Imola reſp.51. incip.in caſu prædicto nu.6.

101 Et meritò, nam alienum territorium ſecuritatem præſtare videtur, *l. decernimus, C.de his qui ad Eccl. confug. l.poſtliminiũ, §.poſtliminio, ff.de capt.& poſtlim. reuerſ.* hinc ſeruum fugitiuum ex alieno
102 territorio, quis per ſe abducere non poteſt, *l. quis ſit fugitiuus, §. idem celſus, ff.de ædil.edic.* ſic etiam bannitus, captus
103 à Iudice, qui eum banno mulctauerat, in alieno territorio, relaxari debet, *Iac.Butrig. Hipol.de Marſ. Iaſ.& alij in l.fin. ff. de iuriſdict.omn.iudic.Gomeſ.var.reſol.tit. de capt.nu.5. Farinac.tract.de var. quæſt. crim. quæſt.103. nu.208. verſ. limita tertio.*

104 Nec repreſaliæ, conceſſæ contrà Ciues alicuius Ciuitatis, exerceri poſſunt contrà ipſos Ciues in territorio alterius Principis, *Bart.in tract. de repræſ. in 8.quæſt. verſ. ad quartum.*

105 In contrarium verò primo facit *tex.in l.1.ff.de acquiren.poſſ.& in §.item ea quæ inſtit.de rer. diuiſ.* vbi nulla loci adhibita diſtinctione prædam hoſtilem capienti deberi ſtatutum eſt, ideò cum lex non
106 diſtinguat, id nos facere non debemus *vulg.l.de pretio, ff. de public. in rem actione.* Secundo confert *tex.in l.Diuus, ff.de ſeruit.ruſtic.præd. iuncto §.planè inſtit. de*
107 *rer. diuiſ.* vbi habetur, venationem, ac aucupij prædam in alieno Agro, etiam inuito Domino, capiẽtibus acquiri, idemque patet ex DD. affirmantibus, poſſe prædam in loco non hoſtili capi, ità *Io: Crot. in l.1. ff.de acquiren.poſſ.num.1.* vbi
108 *Emil.Ferret.nu.26.Bolog.num.70.Marcellus Beringutius col.13.in fin.Bartholom. Romuleus nu.32.* cum alijs relatis *per Reg. Lanar. conſ.84.& Reg. de Ponte conſ.93. 1.vol.& de poteſt.Proreg.tit.11.de trirem. nu.14. cum ſeqq.*

109 Et hanc opinionem confirmat *tex. in l.Diuus Pius, ff.de ſeruit. ruſtic. præd.l.3. ff. de acquir. rer. dom.* ibi: *Iuriſconſultus ſtatuit, quod aues, & feræ, quæ in alieno agro capiuntur, fiant capientium, etiam ipſius agri Domino contradicente, cui tamen iniuriarum actio competit,* quod etiã ſenſerunt *Bart.Caſtren.& Florian.in d.l. Diuus, Viu.l.2.comm.opin concl.311. Suarez in Theſ. recep. ſentent. verſ. venator, Cepolla de ſeruit.ruſtic.præd.c.27. Franc. Marc.deciſ.530. Sebaſt. Med. tract.de venat. quæſt.6. Vueſembec.in parat lit.ad tit. de rer.diuiſ. Vbert.Gyphan.in l.3.nu.4.de acq.rer. domin.* Hinc deſumitur, quod ſicut in alieno agro, etiã inuito ipſius Domino, præda venationis, vel aucupij fit capientis, nec ipſius Domini contradictio impedit, quominus dominium ipſarum ferarum capienti quæratur, quia in nul-
110 lius dominio ſunt, ità etiam bona ipſorum hoſtium, quæ in acquiſitione, feris, ac auibus æquiparantur, ſi in alieno territorio capiãtur, ſiue velit, ſiue nolit Dominus agri, occupanti conceduntur; & ſic ratiocinatur *Reg.Conſtant. in l.vnic. C.de claſſ.lib.11.nu.120.*

Sed prædictæ opinioni obſtat *Barthol. Soccin.l.1. ff.de acquir.poſſ.* dicit namque,
111 prohibitionem Domini agri non impedire Dominij translationem, quia priuato homini hoc non licet, nec tantam vim habet eius prohibitio, quod ità non eſt in prohibitione Principis Domini territorij, qui pro ſuo imperio, ac publica authoritate vetare poteſt, ne in eius ditione alius prædari poſſit.

112 Sed reſpondetur, quod ſola qualitas hoſtilitatis ſufficit ad quærendum dominium bonorum hoſtium, vt habemus ex *tex.in auth.nauigia, C.de furt. §.item ea quæ inſtit.de rer.diuiſ. l.1. ff.de acquir.rer. dom. Reg.de Ponte d.tit.de triremibus nu.* 17. *Reg.Conſtant.in l.vnic.C.de claſſic.lib.* 11.*nu.*120. *in fin.* vndè ſi dominium rerũ
113 hoſtium ſtatim præda ſequuta, fiſco, vel occupanti acquiritur, prohibitio Principis nihil ponit in eſſe, cum etiam ſi prohibitio, ſiue legis, ſiue Principis fuerit, continens, quod certo loco, vel tempore non liceat venari, vel aucupari, ſi quis contrà deuetum feras, vel aues capiat, prædam ſuam facit, licèt incidat in pœnam, *Molin.de iuſtit.diſp.11.tract.2.Petr. Nauar.de reſtit. l.3.cap.1. nu.191. Medina de reſtit. quæſt. 12. Guttierez canonic.*
114 *quæſt.lib.2.cap.28.* hinc prohibitio nunquam impedit acquiſitionem prædæ, quæ iure naturali occupanti conceditur, vt in puncto aſſeuerat *Reg. Conſtant. l.vnic. C. de claſſic.lib.11. nu.123.* tantò magis quia

pro-

Digitized by Google

prohibitio Principis vetantis alium Prin-
115 cipem in sua Prouincia prædari suos hostes,nullam habet vim, cum par in parem nullum habeat imperium, vt ratiocinari videtur idem *Reg.Constant.ibidem.*

116 Verùm notandum est, quod prædicta opinio, vtpotè posse in alieno territorio non hostili prædam capi, viget respectu ipsorum hostium, vt scilicèt respectu eorum præda legitimo iure capi possit, vt aduertunt *Beringutius, & Emil. Ferrett. in l.1.ff.de acquiren.poss.* & ità etiam *Reg. Constant.in d.l.vnic.C.de classic.lib.11.nu.* 119.*Reg.Lanar.cons.*84. sed respectu Prin-
117 cipis Domini ipsius territorij, altera erit inspectio, ideò vt respectu Domini territorij possit præda licitè applicari, aliqui sunt distinguendi casus.

118 Primus quando territorium, vbi præda fit, sit Principis, cum quo intercedit inimicitia cum prædante, & hostes sunt; Secundus quando inter Principem, cuius est territorium, & illum, qui prædam cepit, neque pax,neque bellum adsit; Tertius quando Princeps, qui prædã agit, pacem, & amicitiam habet cum Principe territorij; Quartus casus, quando Dominus territorij est amicus vtriusque tàm prædantis, quàm deprædati.

In primo casu non ambigitur, quod possunt hostium bona prædari, applica-
119 rique in beneficium capientium,& ratio erit manifesta, quia si liceret territorium Principis inimici iure hostilitatis deuastare, & ex eo prædam abducere, tanto fortius id licebit de bonis aliorum hostium, *Reg.Constant.in l.vnic. C.de classit. lib.11.num.126.*

120 Imò non solùm in agro inimici bona aliorum hostium capi possumus, sed etiã in territorio federatorum nostrorum hostium prædari valent, ità *Gramat. cons. ciuil.24.nu.6. idem Reg. Constant. ibidem num.* 126. licèt enim inuadere ipsorum agrum, vt notauit *Salyc. in l. ab hostibus, C.de capt.& postlim.reuers.nu.8. Bald. & idem Salyc.in l.liberti, C.de inoffic. testam.*

In secundo casu dicerem, posse bona hostium in territorio,cuius Dominus nec
121 amicus, nec hostis prædantis est, capi, & occupantium fieri,quod probare videtur *tex.in l.postliminij ius, §. in pace,ff.de capt. & postlim. reuers.* ex his verbis: *In pace quoque postliminium datum est, nàm si cum gente aliqua, neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitiæ causa factum habemus,hi hostes quidem nõ sunt, quod autem ex nostro ad eos peruenit, illorum fit.* Hinc desumitur, quod si gentes istæ, quæ inter se commercium non habent, licitè ad inuicem bona extrinsecus occupari possunt, eaque occupanti conceduntur, quamuis verè bona hostium non sint, multò magis in territorio huius gentis à veris hostibus prædam abducere licebit, proùt affirmant *Bart. & Bald. in l.ab hostibus,C.de capt.& postlim.reuer.* & exemplificant in Indis, idem admittit *Reg.Constant.in cit.l.vnic.nu.126.*

Verùm non modica difficultas excitari potest, circà intelligentiam illius *tex.* quam hic recolere inutilè non existimo,
122 dicit enim *tex.* quod illi Populi quamuis hostes non sint,quærunt sibi dominiũ rerum nostrarum, quæ ad eos peruenerunt, & è contra; Si ergò isti populi non sunt hostes, quo iure illi nostra bona, & nos eorũ, circumscripto hostilitatis titulo, retinere possumus, satis dubiũ hoc esse videtur; sunt enim illi,quamuis extranei, & barbari, Domini suarum rerum, etiam
123 si Religionem Christianam non sequãtur, vt docuit *Diu. Thom.* 2. 2. *quæst.* 10. *art.*10. *Innoc. in cap. quod super his nu.* 1. *vers. prædicta inquam de voto, Corrad. de contract. quæst.* 7. *p.* 1. ergò res illorum absque titulo legitimo, nostra fieri non possunt, & è conuerso.

Accursius tamen *in glos. super dict.§.in pace* annuere videtur solutionem dubij,
124 dicit enim, quod cum huiusmodi gente, cum qua commercium non est, licèt non sit bellum,legitimè indictum in actu, sit tamen in potentia, & hoc sufficere ad hoc, vt bona ad inuicem occupari valeant.

Sed sua pace incidit explanatio in aliã difficultatem, nàm populi, quamuis ex-
125 tranei, quamuis barbari, & infideles, si quietè viuunt, bello à nobis lacessiri non possunt,& sic non adest bellum in potentia, vt firmarunt *Couar. in reg. peccatum,* §.10. *par.*2. *nu.* 3. *Gregor. Lopez in leg.*2. *Taur.p.*2.*nu.*23. *Molina de iustit.& iure tract.*2.*disp.*105.

Verumtamen destruitur posita difficultas tali pacto, supponimus primo tex. non intelligi, quod possint populi illi

Digitized by Google

bona nostra deprædari, nàm loquitur tã-
126 tumnodò, quando aliquid ex nostro ad eos peruenit, tunc quia commercium cum eis non est, neque rei vendicatio, neque actio aliqua ad rerum nostrarum repetitionem datur, licitè penès eos, ad quos peruenerunt, tanquam bona vacantia, & in nullius bonis, illis, vti occupatoribus, remanere videntur, *l. quis sit fugitiuus, ff. de ædilit. edic.* & ità annuit *Reg. Constant. in d. l. vnic. de classic. lib.* 11. *Cod. nu.* 128. *in fine.*

In tertio casu tenerem, bona hostium, licitè prædantibus acquiri, si Dominus territorij amicus deprædati non sit; non potest enim prohibere prædam, nec agere de re hostili in suo territorio, quando ei damnum non infertur *Ang. in l. qui sella, ff. de seruit. rustic. præd. Reg. Constant. in cit. l. vnic. nu.* 129. Imò si interdiceret, bellum ei legitimè indici posset, quemadmodùm si denegaret innoxium trãsitum exercitui Principis, qui ad inuadendum
127 suorum hostium exercitũ, transire intendit, *cap. notandum* 23. *q.* 1. *Bart. in l.* 1. *C. de pagan. Ripa de remed. reseruat. cont. post.* §. *nunc deuenio nu.* 117. *Couar. in reg. peccatum p.* 2. §. 9. *nu.* 1. *Padilla in repet. l. per agrum, C. de seruit. & aqua nu.* 18. *Iser. in rub. quæ sint regal.* vbi *Afflict.*

128 Illud tamen limitarem, si in pace, & amicitia, quæ inter Principes intercedit, fœdus aliquod initum sit, vbi aliquid circa prædicta continetur, nàm erit tunc ipsius tenor attendendus, *l.* 1. *ff. de pact. Menoch. de arbitr. iud. cap.* 100.

In quarto, siue postremo casu, si sequamur *Reg. Constant.* opinionẽ *in l. vnic. cit. nu.* 130. dicendum est, licitè prædam
129 fieri capientium, etiam in loco, vbi Dominus est amicus vtriusq; scilicet tàm prędantis, quàm prædati, quamuis actione iniuriarum possit Dominus territorij agere ad prędę, ac damnorum restitutionem, & hæc actio etiam remouetur, secundum ipsum, quando Dominus territorij sciuerit, Principem in suorum hostium persecutionem, eius agrum ingressum fuisse, &
130 non prohibuerit, vel statim conquestus non sit, quia dùm permittitur ingressus, omnia, quæ consequẽter veniũt, permissæ videntur, vt idem *Reg. Constant.* affirmat, & insuper tradit, quod si quis prædam factam occultauerit, vel vendiderit, occultantem, emptorem, ac venditorem ãd restitutionem non teneri.

131 Sed contrariam partem sequor, in loco, nàmq; vbi Dominus amicus est vtriusque scilicet prædantis, & prædati, vel securitas promissa est, non licet prædam facere, ità disponit *tex. in l. Cæsar. ff. de publ. Ang. in disput. incip. guerra, Socc. in l.* 1. *de acquir. poss.* vbi *Ripa num.* 6. *Alciat. nu.* 12. *Reg. Lanar. cons.* 84. *nu.* 6. *&* 12. *in fine, Ego in resp.* 33. *nu.* 9. *tom.* 1. & optimè conferunt dicta per *Celsum Hugonem cons.* 65. vbi latissimè pertractat, & defendit dictam partem negatiuam, & refert, Senatum Supremũ Aragonensem in causa inter Rempublicã Ianuensem, ac Præfectum Insularũ Balnearium, decreuisse, iniustè captam fuisse nauiculam hostium, in portu communis amici, & hoc secutũ in casu magis dubio, nàm in ea facti specie, Nauis hostilis insidiabatur Nauiculis Ianuensium, ac Triremibus illius Rei. publicæ, quæ alto mari insequebantur, & licèt ipsa se receperit in portum communis amici, videbatur initium licium fuisse, ex ijs, quæ habentur *in l. quod ait lex*, §. *quod ait, ff. de adult.* Ni-
132 hilominus fuit contrarium pronunciatum, vt diximus.

Hinc succedit, non posse de bonis Turcarum, & Iudęorum, in portu Anconitano existentium, prędam fieri, licet Turcæ, & Iudæi Solimano subditi, hostes sint,
133 quia in Anchona de territorio Ecclesiæ, Turcæ, & Iudæi fidati sunt per Summum Pontificem, ità *Celsus Hugo cit. cons.* 65. *Reg. Constant. in d. l. vnic. de classic. lib.* 11. *Cod. nu.* 107. *Reg. Lanar. cons.* 84. *nu.* 6. *in fine, Ego resp.* 33. *nu.* 10. *tom.* 1.

Idem est in Ciuitate Liburnij ditionis Serenissimi Magni Ducis Hetruriæ, ibi .n. tunc nõ poterant prędari bona Gallo-
134 rum, qui ibi degunt, cohabitant, & negotiationes agunt, licèt erant nostri inimici, sed nùnc Dei fauente clementia, amicitiam iniuimus, sic ego obseruaui *d. resp.* 33. *nu.* 9. & quamuis in facto ibi proposito, bona, quæ ad Gallos ibidẽ degentes, transmittebantur, tunc intercepta fuerunt, tamen hoc nihil oppugnat, nàm bona, quæ in illo casu intercepta fuerunt, non erant iam Gallis Liburnij habitantibus consignata, sed cum reperiebantur onerata super quadam naui, quæ dùm

iter

iter habebat versus Liburniũ, fuit à Regali Classe capta, & indè deprædata dicta bona, Gallis tradenda, tanquam bona ho-
135 stium, nõ enim ambigitur prædari posse bona nostrorum inimicorum, quæ per nostrum territorium, siue mare transeunt, *ad tex. in l. Cæsar. ff. de public. & vectig.* & ità per R.C. fuit pluries decisum, quod .s. applicentur in beneficiũ fisci bona ho-
136 stium, quæ ad partes nostras venerunt etiam ex necessitate propter vim ventorum, vt testatur *Reg. Lanar. cons.* 84. *nu.* 12. *in fine*, & simile iudicatum in alia causa, ego fateor *resp.* 33. *tom.* 1. & fundaui supra.

137 Quid autem sit dicendum in mari Adriatico, nunquid ibi possint bona Iudæorum, aliorumque diffidatorum nostri Regis prædari?

Antiqua hæc fuit quæstio, in qua hinc, & indè, DD. altercantur; dicunt aliqui,
138 iuris esse indubitatum, maris proprietatem dupliciter acquiri vel concessione, vel consuetudine, ità annuit *gl. in l. sane,*
139 *ff. de iniur.* hinc subdunt, quod mare illud, quæsierunt Veneti ex concessione Cæsarea, quæ etsi nõ appareat, tamen sufficit eã probare, & allegare possessionem
140 immemorabilem, nàm per lapsum temporis cuius hominis deest in contrarium memoria, mare illud possiderunt, illiusq; Domini fuerunt effecti, ità *Angel. in l. sane, ff. de iniur. & in cons.* 289. *alias* 290. *Cepolla tract. de seruit. tit. de mari nu.* 7.

Quod adeò est verum, nàm imponere possunt datia nauigantibus per mare il-
141 lud, & aduersus cõtrafacientes pœnam commissi, & alias confiscationes adijcere, *Bald. in rubr. col.* 2. *ff. de rer. diuis. Salyc. in l.* 3. *C. de naut fœn. Cepolla in tit. de mari col.* 3. *nu.* 10. *Firman. de gabell. in* 1. *par. quæst.* 6. *Boss. in tit. de aqu. & flumin. nu.* 36. *Peregr. de iure fisci lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 18.

Hoc itidem suadetur, quia Ladislaus Neapolis Rex, Federicus Imperator, &
142 Rex Vngheriæ, Venetis efflagitarunt, vt eis facultatem concederent extrahendi à Regnis Italiæ bona aliqua per mare Adriaticum, vt enarrat *Iulius Cæsar Capac. in libro forastiero inscripto fol.* 523. vbi quoque annuit, quod Summus Pon-
143 tifex Alexander III. coram nonnullis Oratoribus quorundam Regum, sponsalitia celebrauit illius maris, per Venetos acquisiti, ex continuis bellis, contrà inimicos fidei peractis, ad tutamen Italiæ, ne à Piratis, alijsque hostibus Catholicæ Religionis infestetur; Vndè modo supponunt Veneti, mare illud posse possidere, illorumque possessionem defendere.

144 Sed contrarium ex his, quæ sequuntur, verum esse liquet, nàm doctrina *gl. in l. sane, ff. de iniur.* sup. cit. quod scilicet maris proprietas acquiratur, vel priuilegio, vel concessione, communiter improbatur, vt testatur *Angel. in d. cons.* 290. *& eadem gl. in l. diligenter, C. de aquæduct. lib.* 10. siquidem vt valeat quis acquirere maris proprietatẽ, vtrumque coniunctiuè cõcurrere debere, scribit *Luc. de Penna in l. vsum*
145 *aquæ, C. de aquæduct. lib.* 11. priuilegium nempè, & quod consuetudine comprobatum sit, & sequitur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 11. *de trirem. nu.* 22. *in fine.*

Sed in casu nostro non solùm ambo copulatiuè deficiunt, sed nec etiam primum, vel alterum, ex alternatiuis positũ concurrit; Non enim concurrit primum,
146 siquidem tria cõsiderantur respectu maris, scilicet proprietas, vsus, & iurisdictio, seù protectio; proprietas est in nullius bo-
147 nis; vsus, cum de iure gẽtium sit, est omnium cõmunis; iurisdictio populi Romani, seù Imperatoris est, *gl. notab. in l. lictora, ff. ne quid in loc. publ. & in l.* 2. *ff. de rer. diuis.* quod ibi eleganter declarauit *Alberic. post Bald. Peregr. de iure fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 17. *Reg. de Ponte de potest. Proreg.*
148 *tit.* 11. *de trirem. num.* 28. Et vsus huiusmodi inpræscriptibilis est, *tex.* est *in l. fin. in princ. ff. de vsucap.* & faciunt cumulata *per Barbos. in l. omnes, C. de præscipt.* 30.
149 *vel* 40. *annor. nu.* 62. vbi fundat, neque præscriptione immemorali iuuari, ad quod plures allegat *nu.* 59.

150 Et licet in illo, quod non potest acquiri iure dominij, possit obtineri ius possi-
151 dendi, & præoccupandi, & consequenter alios prohibendi, *l. si quisquam, ff. de temp. præscr. Angel. cons.* 290. *n.* 3. *Zas. in d. l. si quisquam nu.* 5. *& in antinomiarum dissolutione lib.* 2. *in princ. Auendan. lib.* 1. *de exequen. mandat. cap.* 12. *nu.* 11.

152 Tamen possessio immemorabilis nemini suffragatur, nisi Domini, ad quem spectat vsus, certa interueniente scientia, & patientia, *l. quoniam,* §. *vlt. in princ.*

Digitized by Google

ff. de ſeruit. & aqua, l. ſi à te emero, ff. ſi ſeruitus vindicentur, Bart. in l. ſi publicanus, §. in omnibus, ff. de publican. & vectig. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 161. Crauett. conſ. 134. n. 54. Couar. in relect. de ſent. excõmunicat. in initio p. 2. nu. 8. & in puncto con-
153 trà Venetos, vt illis non proficiat imme. morabilis poſſeſſio quòad mare Adriaticum, niſi concurrat ſcientia, & patientia ſupradicta, loquuntur *Aret. in §. flumina inſtit. de rer. diuiſ. Angel. in conſ. 290. Cepoll. in tract. de ſeruitut. tit. de mari num. 7. Anan. in cap. 2. de Cleric. Venat. Strace. de mercat. tit. de nauig. nu. 8. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. 11. de trirem. à nu. 20. cum ſeqq.*

154 Et quamuis vera ſit regula, quod quãdo verſamur in poſſeſſione centenaria, vel eius temporis, cuius non eſtat memoria in contrarium, non requiritur ſcientia, vt dixerunt *Io: Guttierez lib. 3. pract. quæſt. 14. nu. 71. Io: Oraſcius, Azeued.* alijq; relati *per Reg. Merlin. cent. 1. controu. cap. 13. nu. 25.*

Nihilominus, regulam prædictam non procedere, communiter DD. dixerunt,
155 quando immemorabilis poſſeſſio, verſatur circà incorporalium acquiſitionem, quorum vſui, & exercitio ius reſiſtit, proùt eſt in caſù noſtro, tunc enim ſcientia requiritur, etiam immemorabili poſſeſſione concurrente, ità *Couar. in relect. de ſentent. excommunic. in initio par. 2. circà finem, verſ. denique, Barboſa in l. competit, C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annor. nu. 134. & 135. Cacheran. poſt Roccum de Curte, & Gloſ. Pariſien. deciſ. 191. nu. 21.*

Prætereà deficit etiam priuilegium, ſeù titulus huiuſmodi conceſſionis ma-
156 ris Adriatici ad fauorem Venetorum; ſiquidem quamuis ſit verum, titulum, vel priuilegium præſumi, ex probata poſſeſſione immemorabili, vndè illa ſtante, ſufficit, ſi titulus tantùm allegetur, & non producatur, *ad tex. in cap. cum veniſſent extra de inſtitut.* vbi *Abb. nu. 8. Menoch. de retinen. poſſeſſ. rem. vlt. nu. 24. Achil. de Graſſ. deciſ. 5. de reſtitut. ſpoliat. Capyc. dec. 6. nu. 10. & dec. 189. Seſſe de inhibit. cap. 5. §. 10. nu. 19. Capiblanc. in prag. 1. nu. 235. de Baron. & lib. 2. cap. 77. num. 17. Ludou. Poſt. in tract. de manut. obſer. 44. num. 29.* Attamen, quia in caſu, de quo agitur, deficit poſſeſſio immemorabilis, corruit etiam titulus præſumptus.

Imò, etſi adeſſet verum priuilegium conceſſum, vt ſupponunt, per Cæſaream Maieſtatem, tamen quia Rex noſter eſt
157 abſolutus Dominus, ſuperiorem non recognoſcens, & imperio non ſubeſt, dùm Reges Hiſpaniarum, Regna, ab hoſtium faucibus eruerint vi armorum, & propria virtute, vt ait *gl. not ab. in canon. Adrianus il ſecondo in verſ. per ſingulas in fine 63. diſtin. Iaſ. in l. cunctos populos, C. de ſumm. Trinit. & fide Cathol. Oltrad. conſ. 69. n. 9. Abb. in cap. venerabilem nu. 8. qui filij ſint legit. Reſtaur. Caſtald. tract. de Imperat. quæſt. 52. & 53. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 11. de trirem. nu. 25. Pat. Molfeſ. in prohem. conſuet. quæſt. 3. n. 24. Caſſan. in Catalog. Glor. mund. par. 5. conſid. 37. Gramat. conſ. ciuil. 169. n. 5. Thor. in addit. ad Reg. de Ponte d. tit. 11. ad num. 25.* Ideò
158 ſequitur, quod conceſſio prætenſa nullum potuit prębere titulum, nec ex ea ius aliquod acquirere Veneti valẽt aduerſus noſtrum Regem, dùm ex conceſſione Cæſarea nequiuit illi prohibere vſus maris, quod de iure gentium eſt omnibus communis, *ad tex. in l. 2. ff. de rer. diuiſ. & in §. & quidem inſtit. eod. tit.* & ſicut prohibere non potuiſſet Imperator, pariter
159 nec ipſi, qui in illius priuilegio ſe fundant; Imò ex hoc detegitur titulus infectus, & conſequenter per tempus, quantumcumque immemorabile, nulla poteſt prætendi præſcriptio, *Panorm. in cap. de quarta de præſcript. Curt. iun. conſ. 185. nu. 5. lib. 2. Io: Andr. in cap. 1. de præſcript. in 6. Pariſ. conſ. 114. nu. 10. vol. 3. Crauetta conſ. 134. n. 44. Caſtren. conſ. 113. col. 1. lib. 2. Alex. conſ. 113. col. 1. & 2. lib. 1. Surd. conſ. 28. num. 76. vol. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 441.*

Vlterius, quia vt diximus, tria conſiderantur reſpectu maris, ſcilicet proprie-
160 tas, vſus, & iuriſdictio, ſeù protectio, & quamuis liceat in mare ædificare, *ad tex. in l. riparum in fine, & l. ſequenti, ff. de rer. diuiſ. l. 1. §. quod ſi quis in mari, ff. de oper. nou. nunciat.* hoc tamen procedit, dummodò vſus publicus non impediatur, *l. in lictore. ff. ne quid in loc. publico, l. 1. §. in mari, ff. de flumin.* ex quo inquit *Bal. in d.*
161 *§. in mari*, quod etſi Ciuitas Venetiarũ, quia ædificata in mari dicatur libera, hoc intel-

intelligitur quò ad dominium, nō autem quò ad iurisdictionem Imperij. Verùm
172 supponunt Veneti, exemptionē habere vigore priuilegiorum Imperatorum, vt dixerunt *Bal. in cap. sicut de iure iurand. Aluarott. in c.1. quis dicatur Dux, Restaur. Castald. tract. de Imperat. quæst.54. Reg. de Ponte de potest. Proreg. d.tit.11. de trirem. num.* 34. licet eorum superbia tanta sit,
163 vt non dignentur viuere secundum leges Imperiales, vt inquit *Bologn. ad Anan. cons.*53. *nu.* 5. eumque allegat *Thor. in addit. ad* Reg. *de Ponte ibidem.*

Vndè sequitur, quod data huiusmodi concessione maris Adriatici per Cæsa-
164 rem in beneficium Venetorum, ea solummodò verificatur, respectu iuris, quo ipse Imperator potitur, scilicet iurisdictionis, seù protectionis, non verò videtur derogatus vsus publicus illius, qui est communis de iure gentium, & non potest ab Imperatore concedi, *Bald. in cap.1. de Capitan. qui cur. vendid. Luc. de Penna in l. vsum aquæ, C. de aquæduct. lib.* 11. *nu.*4. *vers. secundo quæro, Frecc. de subfeud. in* 46. *authorit. Baron. & in puncto* Reg. *de Ponte d. tit.*11. *num.*38. *cum seqq.*
165 Princeps enim, aliquid dans, semper intelligitur, saluo iure alterius, *Gramat. decis.*103. *nu.*236. *Bellon. cons.*28. *num.*12. *Guid. Papa cons.*189. *nu.*3. *Vrsill. decis.*282. *nu.*4. *Suarez in alleg.*11. *nu.*3. *Bellac. inter comm. opin. tit. de diuers. rescript. num.*63. aliosq; innumeros DD. coacerùat *Thor. in addit. ad* Reg. *de Ponte ibidem num.*40.
166 nec Princeps valet alicui auferre rem, vel dominium, quod habet de iure gentium, *Petr. Iacob. in prax. de nat. vniuers. nn.*7. *Socc. sen. cons.*59. *nu.*13. *vol.*3. *Paris. cons.*101. *num.*65. *vol.*2. *Thor. loc. cit.*

Quamobrem in mari Adriatico possumus bona Turcarum, siue Iudæorum, vel aliorum diffidatorum S.M. prædari, il-
167 lorumque personas captiuas facere, vt testatur Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit.* 11. *de trirem. nu.*42. *vers. non omittam*, inquiens, quod ipse fuit Commissarius ex speciali delegatione de bonis huiusmodi prædatis, & obseruauit, quod in istis prætensis maribus Venetorum indifferenter Turcæ, & infideles inimici Christiani nominis, à nostris nauibus, & quibuscumq; vascellis capiuntur, nec cōtrà illos Veneti, nec minimum quidem verbum proferre præsumunt, vndè è contrario est verificata immemorabilis consuetudo capiendi ex parte nostra.
168 Nec obstat, quod supra in contrarium fuit enucleatum, vt scilicet possint Veneti nauigantibus per mare Adriaticum, datia indicere, nàm hoc potius Veneti vsurparunt, quam de iure eis competat, vt inquit *Luc. de* Penna *in l. vnica, C. de classic. lib.*11. probatur *ex tex. in l. iniuriarum, §. si quem tamen, vers. & quidem, ff. de iniur.* Rodoric. *Suarez alleg.* 17. *nu.*13. *Io: Grand. de bello exul. in prædicam. relat. quæst.*3. *nu.*5. Reg. *Valenz. cons.*100. *nu.*53.

Nec derelinquam, quæ *à Bertachin.* referuntur *in repert. verb. Mare*, quod sci-
169 licet mare Adriaticum, nostrum Italiæ conterminum, à parte Orientali, est de iurisdictione Venetorum, secus ex parte Occidentali, & idem annuit *Thor. in addit. ad* Reg. *de Ponte ibidem num.*19. vndè versum Occidentem, neque etiam Veneti iurisdictione potiuntur.

Et quod dictum fuit de sponsalitijs, celebratis per Pontificem Alexandrum III.
170 super acquisitione maris Adriatici, facta per Venetos; hoc potius est fabula puerilis, & confutatur per Cardinalem Baronium, quem in proposito refert *Iul. Cæsar Capaccius in libro del forastiero fol.* 523. ibique annuens, quod existente Re-
171 gni moderatore Domino Duce de Ossuna, iussit ipse, armari vascella contrà Venetos, dùm vsurpare supponebant dominium maris Adriatici, qua de re supplices literas direxit Summo Pontifici Paulo V. sed indè nihil fuit actum.

De officio Platearum Ciuitatis Neapolis.

RVBRICA XVII.

SVMMARIVM.

1 *NEapolitanæ Ciuitatis Officiales Regis beneplacito instituti sunt.*
2 *Neapolitana Ciuitas distinguitur in sex quarterys, quæ vocantur plateæ; quarum quinque sunt nobilium, altera verò popularis, nu.*3. *& Regum approbatio interfuit, nu.*4.

5 *Ciui-*

Digitized by Google

5 *Ciuitas ſe diuidere in plateis non poteſt abſque* Regis *licentia; aliàs monipolium videretur, num.6*

7 *Romana Ciuitas in tres partes ſe diuiſit.*

8 *Quarterium quodlibet dicitur vna Ciuitas.*

9 *Ciuitas vnica dicitur, quãquam in quarterijs ſeparata videatur.*

10 *Collegium vnum dicitur, adhuc ſi ſit diuiſum in collegiatorum ſectas.*

11 *Tutela vnica eſt, licèt eius adminiſtratio à pluribus geratur.*

12 *Regnum vna eſt Prouincia.*

13 *Nobiles ſi in plateis non intereſſent, vel ſi vocati non acceſſerint, & vnus tantùm conueniret, ille totam plateam repreſentat.*

14 *Vniuerſitas verificatur in vno homine remanente.*

15 *Conſiliarius vnus de vna aula, & duo de altera, duas aulas faciunt.*

16 *Collegium ex tribus conſtituitur.*

De officio Platearum Ciuitatis Neapolis.

RVBRICA XVII.

PLatearum munus noſtræ inclitæ Ciuitatis Neapolis, earumue regimen diſpungere, illarumque prærogatiuas, & honores oſtendere, facultates, & electiones inſinuare, earundem iuriſdictiones demonſtrare, ſatis optimè arridet materiæ hactenus enucleatæ; quinimò apprimè congruum ſuadetur, nàm cum de Officialibus, Regali munificentia adſcriptis, verba egimus, opere pretium eſt, vt offi-
1 cia, Officialeſque noſtræ Ciuitatis intro-ſpiciamus, dùm quoque Regis noſtri prę-cedente beneplacito inſtituti ipſi compariuntur; vndè in ſequentes, quos ſubnectimus §§. res integraliter deguſtatur, ac claritate abſoluitur, quod non inutilè, nec iniucundè arbitror, vt cunctis innoteſcant prærogatiuæ, honores, facultates, & iuriſdictiones, noſtræ Ciuitati tributæ, hodiernæ praxi vſufrequentes, iuribus, rationibuſque innixę ſtatutis, gratijs, ac Sereniſſimorum Regum placitis confirmatę, obſeruãtijs, rerumq; iudicatarum munimine roboratæ, quod hactenus à nemine ex noſtratibus, peculiariter, & diffusè actum inuenitur.

Idcircò inquam, quod Neapolitana Excellentiſſima Ciuitas in toto Orbe celeberrima, propter immenſam eius am-
2 plitudinem, decorem, nobilitatem, aeris tranquillitatem, & ſummam fertilitatem, diſtincta conſpicitur, in ſex quarterijs; & illa vocantur plateæ, quarum quinque ſunt nobilium, & appellantur Capuanæ,
3 Nidi, Montaneæ, Portus, Portanouæ; quibus certæ familiæ, earumque deſcendentes ſunt adſcriptæ, *Præſ.de Franch.deciſ.207. Franc.de Petr.conſ.46. Taſſon. in prag.de antefat.verſ.3.obſ.3.nu.12.* & poſtrema ex dictis ſex plateis eſt Populeris.

Hęc autem diſtinctio exordium ſump-
4 ſit tempore Regis Caroli I. qui illam decreuit ad meliorem eiuſdem Ciuitatis regimen, & vt tutius regnaret, dictamque diſtinctionem deindè approbauit Rex Ladislaus, ſic teſtatur *Præſ.de Franch.deciſ.207. Marc.Ant. Surgens de Neap. illuſtrat.cap.12.nu.66. Reg.Reuert. deciſ.102. in fine.*

Quamobrem ex tali Regis placiti interuentu videtur huiuſmodi diſtinctio
5 permiſſa; nàm alioquin vetita eſſet, cum regulariter Ciuitas non poſſit ſe diuidere in plateis, ſine Principis permiſſu; quo-
6 niam de facili ſequerentur illicitæ conuentiones, monopolia, & ſeditiones orirentur, *cap.cum tempore extrà de arbitris, Felin. in c. dilecti de maiorit. & obedient. Iaſon in l.debitorem, §.pactionibus, C.de pactis, Bart. in l. actor, ff. rem rat. haber. Caſſan.in catalog. gloriæ mundi §.5. concl. 24. art.196. Marc.Ant. Surg. de Neap. illuſtr.cap.12.nu.59.& 60.*

Nec talis diuiſio, vt res ſingularis in
7 Ciuitate noſtra circumſcripta reſpicitur; nàm adhùc Romana Ciuitas in tres partes diuiſa extitit, *Liuius lib.1.ab Vrbe condita, Pompeus letus ad Feneſtellam de magiſtrat.in princ. & Sabell.ancado.2.lib.6. fol.86.*

Cenſent autem aliqui, iure communi
8 ſtatutum, quod Ciuitas, ſi diuiſa ſit, per quarteria, quodlibet quarterium dicitur vna Ciuitas, *ex l 3.ff.de offic.aſſeſſor. Bald. in l.1.C.vbi de Curia lib.& cohartal. Aretin.conſ.79.col.1. Ancharan.conſ.414. in fine, Florian.in l.inteſtatrix §.pluries.ff.ſi ſer-*

Digitized by Google

seruitus vindic. Ann. sing. 82.

9 Attamen quamquam hæc diuisio vigeat in hac nostra florentissima Ciuitate,
10 verum vnica dicitur Ciuitas, quemadmodùm constitutũ est in Collegio, quod vnum diudicatur, quamuis diuersæ sint
11 sectæ Collegiatorum, *Bart. in l. fin. ff. de colleg.* & pariter cautum est in tutela, quę vna dicitur, licèt à pluribus administretur, *l. tres tutores, ff. de administ. tutor.* etenim regulare est, vt diuersitas Officialiũ nõ faciat diuersas Curias, *Andr. de Isern. in const. Regn. humanitatis, Surg. Neap. il-*
12 *lustr. cap. 22. num.* 60. subdens etiam ad rem, quod totum Regnum vna est Prouincia, conferunt etiam dicta per *Marinum Frecc. de subfeud. num.* 30.
13 Representatum autem quelibet ex dictis Plateis, si ex nobilibus vocatis, & non accersitis, vnus tantummodò inter-
14 fuerit. Vniuersitas enim potest consistere in vno remanente, *l.* 22. vbi *Bart. ff. de legat.* 1 & ibi *glin verb. desijsset, l. sicut* 7. §. *fin.* vbi *gl. ff. quod quisque Vniu. nom.* &
15 idem obseruamus in S.C. nàm vnus Cõsiliarius de vna aula, & duo de altera
16 conflituunt duas aulas; nàm tres collegium faciunt, *l. Neratius, ff. de verb. signif. l. mortua, ff. de fideiuss. in fin. Tassan. de antefat. vers.* 4. *obs.* 5. *num.* 5. *in fin.*

De facultatibus Platearum, earumque Nobilium prærogatiuis, ac de Plateæ Populari honoribus.

§. I.

SVMMARIVM.

1 *Platea qualibet potest sibi legem condere in concernentibus negotia eiusdem Platea, nu.* 2.
3 *Platea Capuanæ, & Nidi constituerunt leges, & modum viuendi, nu.* 4. *in fine.*
4 *Platearum in quibus consistat iuribus assensus Regis exposcitur; quid in Hispania, n.* 5.
6 *Platea qualibet habet suum districtum, & custodiam vnius portæ Ciuitatis.*
7 *Platea popularis quo in loco congregatur, à quibus repræsentatur, nu.* 8. *qua prærogatiua gaudet in festiuitate Sancti Ianuarij, nu.* 9.
10 *Sancti Ianuarij Protectoris Neap. festiuitas.*
11 *Hasta pallij in festiuitate Corporis Christi à quibus defertur, & refertur sententia Regis Federici, nu.* 12.
13 *Electus Popularis an deferat hastam pallij in alijs processionibus, prout in illa Corporis Christi.*
14 *Possessio ex vltimo actu acquiritur.*
15 *Ciuitas Neap. in parlamento generali pro faciendis donatiuis interuenit; & Deputatos platea eligunt nu.* 16. *etiam platea popularis n.* 17.
18 *Oratores in aduentu Proregum eliguntur à plateis, ac etiam fuerunt electi in transitu Reginæ vxoris nostri Regis, iam definctis, & inter dictas plateas, etiam Popularis Oratorem eligit, nu.* 19.
20 *Electus Popularis obtinuit à Collaterale Consilium, vt asportaret hastam pallij vna cum nobilibus in processionibus assumptionis alicuius Sancti in Patronum: quid in aduentu noui antistitis, & ad quem hoc spectat, nu.* 21.
22 *Nobiles platearum Neap. dicuntur orti in Ciuitate; & gaudet omnibus priuilegijs vti orti, & oriundi, nu.* 23 *& signanter admissionis in almo Collegio Doctorum, nu.* 24. *Contrarium n.* 26.
25 *Collegij Neapolitani priuilegium circà admissionem quã probationem requirat.*
27 *Nobilis platea Capuanæ q. Em. Dñs Card. Ascanius Philamarinus nõ fuit admissus ad almum Collegium, ex quo solùm erat de Sedili, sed ipse opus habuit probare esse ortum in hac Ciuitate.*
28 *Cautio de non offendendo inter Nobiles non practicatur, sed tantum ipsi se obligãt sub verbo, & fide Regis; quid si pacem fragerent, in quas pœnas incideret, n.* 29.
30 *Fides Regia est seruanda etiam hostibus, & fuit seruata Martino Lutero, nu.* 31.
32 *Saluus conductus Regis est seruandus tàm in eundo, quàm in redeundo, & stando.*
33 *Captus pendente saluoconducto, ad pristinam libertatem repondendus est, etiam*

si

ſi ageretur de re magna.

34 *Fides Principis quando ſeruari non debeat, & valeat Princeps à promiſſis recedere.*

35 *Tracta conceſſa à Principe ſuper extractione frumenti, poteſt reuocari ex noua cauſa; ſed tenetur fiſcus ad reſtituendam pecuniam cum intereſſe, n.36.*

37 *Filij illegitimi Nobilium non gaudent honoribus ſedilium; limitatur, ſi fuerint legitimati, num.38.*

39 *Filij legitimi natiuitas, ſicut rumpit teſtamentũ patris; ità etiam filius legitimatus, nu.40.*

41 *Filius equitis Hieroſolomitani legitimatus, fuit admiſſus ad ſedile Montaneæ.*

42 *Filius illegitimus Clerici legitimandus eſt, per Summum Pontificem.*

43 *Legitimatio concedenda eſt, citatis Nobilibus de ſedili ad finem admittendi in eodem ſedili, limitatur in patre petente legitimationem, n.44.*

45 *Sedilia fuerunt introducta ad vberiorem gubernium Ciuitatis, & poſſunt à Principe derogari.*

46 *Legitimatione ſubreptitia impetrata, nõ eſt admittendus legitimatus ad ſedile, & ità deciſum.*

47 *Legitimationes filiorum naturalium ſũt cum clauſula, vt non operetur reſpectu ſedilium, ex ordine Regis.*

48 *Nobiles ſedilium poſſunt allicere alios in eodem ſedili; ſed hodiè prohibetur ex litteris Regijs, nu.49.*

50 *Litteræ Suæ Maieſtatis circà admiſſionem, & reintegrationem ad ſedilia referuntur.*

51 *Nobiles, petentes reintegrari ad ſedilia, quæ probare debeant.*

52 *Filij familias non præſtant ſuffragium in quibuſdam ex ſedilibus Neap. niſi ſint emancipati, vel titulo decorati.*

De facultatibus Plateārum, earumque Nobilium prærogatiuis, ac de Plateæ Populari honoribus.

§. I.

1 LEges condere queit, & conſuetudines introducere valet, quælibet ex ſex Plateis noſtræ Ciuitatis, vt deſumitur *ex tex. in l.2. §. denique*, vbi *Bald. ff. de orig. iur. Bologn ett. in l. omnes populi n.55. de iuſt. & iur. Marcus Salon de pace Hiſpanorum in l. Tauri 3. nu. 590. & 607.*

2 Hoc autem intelligitur in concernentibus negotia propria earundem Plateārum, *Affl. in proem. conſt. Regn. num. 3. ex Bald. in rub. de conſuetud. col. 4. & in cap. cum omnes de conſtit. nu. 2. verſ. item dictũ Io: de Platea in l. 1. C. de vſur. fiſcalib. lib. 10. Auendan. de ſequend. mandat. Regijs, Taſſon. in pragm. de antefat. verſ. 4. obſ. 5, nu. 1. in fin.* in his enim peculiaribus negotijs

3 conſueuerunt plateæ aliquas ordinationes edere; prout cõſtat ex nonnullis particularibus legibus, modum viuendi deſignantibus, quas ediderunt Plateæ Capuani, & Nidi, illaſque recenſet *Camill. Salern. in conſuetud. Neapolitan.* aliaſque in annn. 1521. promulgarunt, & antea in anno 1298. ſub die 16. Ianuarij dicta Platea Capuani, aliqua ſtabilimenta indixit, modum veſtibus induendi decernens, vt apparet ex inſtrumento producto in proceſſu vertente in S.C. inter Vincentium, & fratres de Galluccio cum Sedili Nidi in banca de Amatruda, & teſtatur *Taſſon. loc. cit. d. obſ. 5. nu. 3.*

4 Verùm ſi legem Vniuerſalem dictæ Plateæ inducere velint, aſſenſus Regius expoſcitur, illæ enim iuriſdictionem non habent, vt notat *Andr. in proem. conſtit. Regn. in princ. Præſ. de Franch. dec. 43.* vbi *Index Taſſon. in pragm. de antefato verſ. 4. obſ. 5. nu. 2.* quod obſeruatum fuit in conſuetudinibus Neapolitanis, quæ fuerunt

con-

Digitized by Google

confirmatæ à Carolo II. & tranſcriptæ in Archiuio Regalis Curiæ,vt perpetuò cõſeruentur,ſic declaratur *in proem.dictarũ conſuetudinum in fin.* & aduertit *Taſſon. in d.verſ.4.obſ.5. num.2.in medio, &c.* Et amplius idem *Taſon.* adnotat, quod in anno 1521.Nobiles ſedilis Capuani,Regi noſtro petiere,confirmationem,reformationis dotium, quam indicere annuebant, & conſtat ex protocollo Notarij Cæſaris Amelfetani de anno 1521. f.19.

5 Tamen,in Hiſpania,poſſunt Plateę,vel communitates ſtatuta rationabilia condere ſinè Regis confirmatione, illaque valent,donec à Rege non reuocentur;ità *Auendan.de exequend.mandat. p.1.cap.19. nu.3. verſ. dicunt.* Et Princeps poteſt reuocare conceſſionem, Populis datam de condendis ſtatutis, exceptis tribus caſibus, vt declarat *Affl.deciſ.392. nu.17.*

6 Præterea quelibet ex dictis Plateis habet eius cõprehenſorium,diſtrictũ,& vnã portam Ciuitatis,quæ quidẽ portæ ſemper in earum ſunt protectione, & cuſtodia, ſed tempore belli, alijſque exigentibus publicis neceſſitatibus,talis cuſtodia maiorem educit effectum, authoritatemque, proùt explicat *Marc.Ant. Surg. de Neap.illuſtr. cap.12. nu.64.& 65. Mutius Surg. eius Germanus in addit.fol.414.& 415. Reg. Moles deciſ.57. Taſſon. in prag. de anteſat.verſ.2. obſ.4.num.17.* & meritò quia cuſtodia rerum Ciuitatis ad Ciues ſpectat, qui ius habent in illis, *l.fin. ff. de fid. inſtrum.* ſed inter Ciues, nobiles potiores eſſe,ius exiſtimat,*l.ſemper,ff.de iur. immun.* nàm in concurſu digniores præferuntur, vt in ſimili conſtitutum eſt, vt ſcripturæ paternæ penès primogenitum conſeruari debeãt,*Bald.in cap.fin.de nouo benefic.inueſtiend. Andr.in cap.1.de pace iuram.firmand. Capyc. deciſ.27. Surg.de Neap.illuſtr.cap.12,nu.2.*

7 Platea verò Popularis congregatur,in ædibus Sancti Auguſtini,poſitis in platea, quæ vulgò dicitur *Sellaria*, & conſtituitur talis platea,ex numero vigintinouem 8 ductoribus,vulgò Capitaneis denominatis, illique repræſentant vigintinouem octinas, in quibus vigintinouem octinis partitur Platea popularis.

9 Gaudere obſeruat *Iudex Taſſon. de anteſat.verſ.3.obſ.3.num.5.* Plateam popularem quadam prerogatiua,occaſione feſtiuitatis noſtri Glorioſiſſimi Protectoris Diui Ianuarij, qua non potiri,ait,reliquas Plateas Nobilium; nàm in die Sab-
10 bati, propè primam Dominicam menſis Maij cuiuslibet anni; per hanc noſtram inclitam Ciuitatem, magno accedente Comitatu,ac aſſiſtentia Eminentiſs.Cardinalis Antiſtitis,deferuntur Sacroſanctę Reliquiæ eiuſdem noſtri Beatiſſimi Protectoris; & indè, pauliſper collocantur ſingulis annis viciſſim in vna ex prædictis Plateis, in altari ꝑparato, ditiſſimè ornato, ibidem interuenit Excellentiſs. Dominus Prorex,& quando accidit hoc expleri in Platea populari,in loco dicto, *la Sellaria* Cathafalcus erigitur, vbi altare collocatur, & ibi dictæ Sacroſanctæ Reliquiæ ducuntur, & collocantur, ac coram Excellentiſs.Regni Vicerege ibidem accerſito;proùt moris eſt in alijs Plateis, prædicti vigintinouem ductores ſedent, & capite non denudato alloquuntur:Electus autem Populi, ſtat, & denudato capite loquitur, quemadmodùm nobiles etiam cæterarum quinque Platearum, quando in eorũ Sedilibus feſtiuitas prædicta celebratur, coram dicto Excellentiſſimo Prorege ſtant, & capite denudato loquuntur,vt refert *Taſſon.loc.cit.*

11 Verùm in ſolemni rogatione, quæ in feſtiuitate Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti expletur, per Ciuitatem, ex octo haſtis pallij,quinque deferuntur per Nobiles quinque Sedilium, vnica tamen defertur à Platea populari, & ex cæteris duabus, altera nomine Suæ Maieſtatis Excellẽtiſſimus Regni Moderator ad deferendam tradit cuidam nobili titulo inſignito, & reliqua nomine Vniuerſalis Cętus Baronum, aſportatur per aliquem nobilem, adhuc titulo decoratum,ab eodem Excellentiſſimo Prorege delectum; proùt conſtat ex literis expeditis per Sereniſſimum Regem Federicum, qui præuijs illis datis ſub die 12. Iulij 1498. licèt decreuerit, vt in omnibus honoribus, & dignitatibus nobiles compareant nomine totius Vniuerſitatis; excepit autem feſtiuitatem Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua reſeruauit maiorem deliberationem, ſed poſtmodum ſub die 18. Iunij 1499. ſic reſcripſit:*Tenore præſentis*
12 *declarationis, & ſententia,ſententiamus, quod vbi ipſi nobiles hactenus portabant*

Digitized by Google

vnam haſtam pallij prædicti, qui ex nunc omni futuro tempore habeant, & debeant, ac poſſint portare quinque haſtas, videlicet vnam pro quolibet ſedili, & vnumquodque ſedile habeat eligere ſuum nobilem pro portanda dicta haſta, & Populus tantummodò vnam, reliquas verò duas, pro complemento haſtarũ octo portabimus nos, & Ill. Dux Calabriæ primogenitus, ac futurus ſucceſſor noſter in Regno, poſt felices dies noſtros, & alij ſucceſſores noſtri, ſeù aliquis Orator nobis, & ipſis benè viſus; & quoniã vigore ſententiæ prædictæ omnes honores etiam pallij ſunt nobilium, & in eadem comparent dicti nobiles, & tantummodò in dicto pallio dictæ feſtiuitatis, Populus honoratur de haſta prædicta, per præſentem ſententiam ratificamus, & confirmamus ſententiam prædictam, & omnia, & ſingula in ea contenta.

13 Hinc deſumi videtur, vt ſolummodò talis vſus deferendi haſtam pallij tribuatur Plateæ Populari, tempore rogationis in feſtiuitate, quæ celebratur Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti; proindè in ceteris rogationibus videtur interdictus, tamen hac de re, euenit contendi, occaſione rogationis, tùnc conficiendæ in ſolemni feſtiuitate, celebranda in noſtra Ciuitate, Aſſumptionis Diui Thomæ de Aquino mei deuotiſſimi tutelaris, in vna ex Patronis eiuſdem Ciuitatis; ſuppoſuere Nobiles tenore dictæ ſententiæ, Electũ Popularem concurrere non poſſe, in deferendo haſtam pallij, cum talis delatio ſolũmodò eidem Electo Populari concedatur, in feſtiuitate Corporis Chriſti, in reliquis verò functionibus, & feſtiuitatibus excluſus comperitur, ex dicta aperta diſpoſitione relati priuilegij, quæ ſufficit ad manutenendum quem in poſſeſſione, etiam ſi ius commune reſiſtat, ex regula *tex. in cap. cum perſona de priuilegijs in 6.*

Attamen Platea Popularis, vt ei denegari nequeat huiuſmodi honoris fruitio, annuebat in poſſeſſione perſiſtere haſtam pallij deferendi, non dumtaxat in dicta feſtiuitate Corporis Domini, ſed etiam in alijs occaſionibus, quibus publicæ rogationes ſortierunt, etenim tempore Præſidatus Domini Comitis de Lemos, dùm ad pluuiam impetrandam, à Diuina Maieſtate, ſolemnis rogatio exiuit ab Eccleſia Cathedrali, & per Ciuitatem fuerunt aſportatæ Reliquiæ Diui Ianuarij noſtri Patroni, ſubtus palliũ, cuius haſtæ quinque fuerunt ad deferendum traditæ Electis, & decurionibus quinque Nobilium Platearum, altera Magnifico Anello de Martino Electo Populari, ex reliquis duabus, vna nobili titulo decorato, à tunc Domino Prorege electo, & altera cuidam alio nobili Baronum Cœtum repreſentante, proùt ſolitum erat: acceſſit etiã aſſiſtentia, eiuſdem tùnc Domini Proregis, ac comitatus Supremi Collateralis Conſilij, cæterorumque Officialiũ, Procerum, & Magnatum Regni; & hoc ordine dicta proceſſio pertrãſiens, peruenit ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Conſtantinopoli, deuotiſſimæ Protectricis in conſimilibus, & alijs vrgentijs, precibuſque oblatis, Deus, Optimus, Maximus, abbundanter pluuiam conceſſit per totum Regnum.

Idcirco videtur, quod Platea Popularis ex dicto actu palàm, & publicè expleto coram Domino Prorege, ac Collaterali Conſilio, alijſque Magiſtratibus, poſſeſſionem in eius beneficium nacta fuit; eò magis quia de illa legitimè conſtabat, dùm talis actus deſcriptus comperiebatur, in publicis libris [illegible] Ædes Sancti Laurentij exiſtentibus, vbi huiuſmodi, & ſimiles actus annotari eſt cõſuetum; poſ-
14 ſeſſio autem ex vltimo actu acquiritur, & retinetur in incorporalibus, *l. fin. C. de ſeruitut ib.* ibi, *nec vno die, l. 1. §. quod autem, ff. de aqua quotidian. & æſtiu.* ibi, *ſed hoc anno vel vna die, vel vna nocte.*

15 Prætereà eidem Plateæ Populari opitulabatur, quod in parlamentis, quæ ſingulis duobus annis conuocari ſolent, pro donis, Regi faciendis; quamquam Ciuitas, vt exempta non donet, nec interueniat in prima ſeſſione, dùm donatiuum concluditur, illo autem poſteà concluſo, quod ſolet ſummã vnius millionis aſcendere, tùnc in ſeſſionibus conficiendis, pro gratijs impetrãdis; Ciuitas noſtra, vt Caput Regni interuenit, & præcedit, ſuoſq;
16 Deputatos conſtituit, illique eliguntur à Nobilibus quinque ſedilium, & vnumquodque ſedile ſuos delegit Deputatos;
17 Platea quoque Popularis, alios etiam de eius Cœtu conſtituit in Deputatos, qui conueniunt vna inſimul cum alijs Deputatis

Digitized by Google

tatis à Plateis Nobilium electis, ipſique congregantur cum Baronibus,& Magnatis Regni, & vna inſimul interueniunt, ſuffragia emittunt, literas Suæ Maieſtati directas,donatiuum certiorantes,ſubſcribunt, & inter ipſos Deputati Populares, proùt cæteri Nobiles.

18 Idemque obſeruatur tempore aduentus Excellentiſſimi Proregis, nàm non ſolùm Plateę Nobilium Oratores creant, ſed etiam Platea Popularis, qui obuiam eunt dicto Excellentiſſimo Proregi, antequam Ciuitatem petat,& poſſeſſionem capiat.

19 Imò idem ſeruatum fuit tempore trãſitus pet Statum Mediolani Sereniſſimæ Reginę,vxoris quondam Sereniſſimi Regis Philippi III. nàm inter cæteros Oratores electos Platea Popularis ſuos deputauit.

20 Vndè Collaterale Conſilium in relata differentia pronunciauit, vt citrà præiudicium iurium partium, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, etiam ſummarijſſimo, Electus Popularis aſportet haſtam pallij in prædicta proceſſione Aſſumptionis Diui Thomę de Aquino in Patronum huius Ciuitatis inſimul cum alijs Nobilibus,& ità exequutum fuit,vt teſtatur *Reg. de Ponte deciſ.*18.*num.*14.*in fin. verſ. his omnibus.*

21 Verumtamen in ãduentu noui Antiſtetis,Platea Popularis haſtam pallij non defert, proùt neque cæteræ Plateæ Nobilium,excepta Platea Capuani,quę illas defert, dùm ipſe Antiſtes ingredit Ciuitatem, quod alia ratione non ſuccedit, niſi quia Archiepiſcopatus eſt in ipſius quarterio; & ità deciſum fuit,cõradicente Platea Populari, præuio decreto Collateralis Conſilij,interpoſito ſub die 9.Iulij 1518.quod eſt tranſumptum,inter capitula huius Ciuitatis, & ſic ſemper fuit exequutum, proùt obſeruat *Reg.de Ponte deciſ.*18.*Collat.Conſ.nu.*15.

22 Vlterius Nobiles eorundem quinque Sedilium huius Ciuitatis reputantur,ac ſi eſſent orti in hac Ciuitate; vndè in cũctis caſibus releuantur ab onere probandi originem, & incolatum in hac Ciuitate oſtenſis litteris teſtimonialibus,confectis à ſex,& in alijs Sedilibus à quinque viris eorundem Sedilium, certiorantibus illos inter Nobiles ſedilis annumerari, proùt notat *Mutius Surg. in addit.ad Marcum Antonium fratrem fol.*410. aſſeuerans,ità fuiſſe per Suam Maieſtatem declaratum, fiſco contradicente, idemque affirmant *Reg.Rouit.conſ.*83.*nu.*4. *lib.*1. *Reg.Sanfel. in prax.iudic.ſeſſ.*14.*nu.*4.

23 Hinc Nobiles prædictorum ſedilium vtuntur eiſdem priuilegijs,vt Ciues Neapolitani,ex ſpeciali iure,proùt alij orti,& oriundi, *l.abſumptio, ff.ad municipalem* ad inſtar Ciuium Romanorum, *l.*1. *C.de corporib.Vrbis Rom.lib.*11.

24 Imò Nobiles Sedilium laurea Doctoratus decorati,ad almum Collegiũ Neapolitanum admittuntur procul alia probatione, niſi ſolummodò docto ex dictis litteris teſtimonialibus, ipſos honoribus vnius ex Sedilibus frui. Et quamquam Priuilegium Reginæ Ioannæ, vt quis admitti poſſet ad dictum almum Collegiũ,

25 expoſcat probationẽ,vt ſit ortus in Ciuitate,vel conceptus in eadem,vel ſit oriũdus, vtpotè ſi ſit filius orti in Ciuitate,aut nepos orti in Ciuitate,natus in vita,& poteſtate aui,ſic obſeruant *Reg.Rouit.d.conſ.* 83.*lib.*1.*Reg.Sanfel.in d.prax.ſeſſ.*14.*n.*5. Tamen prædicti DD. etiam affirmant,vt eo ipſo, quod quis fruitur honoribus Sedilis,dicitur ortus in Ciuitate; & proindè ad almum Collegium admittitur, quoniam huiuſmodi admiſſio trahit neceſſariam conſequentiam, vt dicatur ortus in hac Ciuitate; conceſſo nàmque antecedente,conceditur conſequens *l.*1.§.1. *ff.ſi vſusfruct. petat.*

Verùm *Reg.de Ponte in conſ.*33.*nu.*13. *verſ. nec erit vol.*1. inſurgit contrà dicta

26 per *Reg.Rouit.in d.conſ.*83. inquiens,non eſſe bonam conſequentiam, eſt quis de Sedili, ergò dicitur ortus, vel oriundus, ad hoc vt ſit admittendus, abſq; alia probatione ad almum Collegiũ; hinc dictus *Reg.de Ponte* contrarium intuetur, quod ex obſeruantia confirmatur, nàm in decreto admiſſionis ad almum Collegium, interpoſito, ſub die 23. Martij 1607. in beneficium Domini Aſcanij Philamari-

27 ni, indè Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & noſtri Antiteſtis nuper defuncti, quod decretum tranſcripſit *Reg. Sanfelic. in d. prax. fol.*242. *col.*2. ibi dicitur viſa informatione capta ad inſtantiam Magnifici Aſcanij Philamarini, & ſcriptnris præſentatis, per quas conſtat,dictũ

Digitized by Google

Magnificum Aſcanium eſſe conceptum in hac Ciuitate Neapolis, & eſſe de Nobilibus Sedilis Capuanæ, fuit prouiſum, quod admittatur ad dictum almum Collegium; hinc proſpicitur, quod ad hanc admiſſionem ſat non fuit probare ipſum Nobilem de Sedili, ſed opus habuit, teſtibus comprobare, ipſum conceptum fuiſſe in hac Ciuitate,

28 Amplius Nobiles cautionem de non offendendo non præſtant, ſed tantummodò idem ſpopondunt ſub verbo, & fide Regis, & iuramento confirmant, quod per Dominum à Secretis Regni recipitur; etenim inter Nobiles, & Magnatos pax loco remiſſionis habetur, & non eſt neceſſe, vt remiſſiones gerant penès acta, ità *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de Prouiſionib. fieri ſolitis*, §. 4. *nu.* 37. *Taſſon. in prag. de antefat. verſ.* 3. *obſer.* 1. *n.* 18.

29 Tamen ſi pacem frangerint, incidunt in pœnam mortis, attenta qualitate perſonarum, & circumſtãtia facti, licèt mors, aut vulnus non ſequeretur, & amplius in pœnam infamiæ incurrunt, ac proditionem committere cenſentur, imò proditores appellantur, & videntur ab omni legis muniminè excepti, proùt crimina proditoria exceptuantur, ſic ſancitur *in pragm.* 1. *de pace ſub verb. Regio inhita*, & grauiſſimum delictũ eſt frangere pacem, *Andr. in cap.* 1. *nu.* 6. *& ſeq. de pace, & iuramen. firmand. Taſſon. loc. cit. verſ.* 10. *obſer.* 2. *nu.* 2.

30 Eſt enim ſemper obſeruanda promiſſio facta ſub verbo, & fide Regia, etiam ſi hoſtibus eſſet data, vt docent geſta per

31 Inuictiſſimũ Iuperatorem Carolum V. qui obſeruauit ſaluum conductum Martino Lutero, non obſtante Concilio Cõſtantiæ, quo cautum erat, fidem non eſſe ſeruandam inimicis fidei, ità refert *Gubernator Chriſtianus lib.* 2. *cap.* 24. idemq; obſeruat *Taſſon. d. verſ.* 10. *obſeru.* 2. *nu.* 1. Et meritò, nàm promiſſio Principis loco iuramenti habetur, illamque Princeps obſeruare tenetur, *Scurſius conſ.* 37. *per totum*, *Gaill. pract. obſeru. lib.* 2. *obſer.* 59.

32 Ideò ſaluusconductus, à Rege datus, eſt ſeruandus, cum fides Regis ſit ſaluusconductus, & eadem fide, tutus quis eſſe debet, in eundo, ſtando, & redeundo; etenim ſecuritas locum obtinet tàm in eundo, quàm in redeundo, *l.* 1. vbi *Bart. C. de nauicular. lib.* 11. [illegible] directè, neque indirectè quis vexari [illegible], *Bald. in l.* 1. §. *cum quid, ff. de dolo*, qui amobrem cenſuit Collaterale Conſilium, in caſu, quo agebatur de re magni ponderis, & multum intererat retinere carceratum quemdam Capitaneũ in aliquo Caſtro per aliquos menſes; tamen quia retinebat ſaluumcõductum Domini Proregis, fuit ille relaxatus, ſic refert *Reg. Reuert. deciſ.* 187. vbi latè agit materiam *Reg. de Marin. in ob-*

33 *ſeru.* ibique plures caſus glomerat, vt ſemper captus, pendente ſecuritate, ſit in priſtinam libertatem reponendus; conferunt etiam tradita per *Præſ. de Franch. deciſ.* 258. *nu.* 5. *&* 673. *nu.* 3. quod etiam locum vindicat, ſi falſa ſit ſecuritas, & à perſona carente poteſtate impartita fuerit, vt tractat *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par.* 4. *queſt.* 57. *in addit. nu.* 3. & decreuit S.C. teſte *Reg. Tap. deciſ.* 55. fides enim eſt panis fidatorum, & qui fidem non præſtat, fidem ſperare non debet, *l. quærit*, §. *inter, ff. loc. cit. Bald. in cap.* 1. *num.* 4. *de form. fidelitat. Taſſon. d. verſ.* 10. *obſeru.* 2, *nu.* 5. *&* 6.

34 Verùm ex iuſta ſuperueniente cauſa, & pro bono pacis poteſt quis fidem fallere, & Princeps à promiſſis recedere, ità *Diuus Antonin. in ſumm. par.* 2. *tit.* 10. §. 4. *Aſſt. deciſ.* 361. *nu.* 6. & probant, quæ cenſuit Regia Camera in Collaterali Conſi-

35 lio, ſuper reuocatione tractarum extractionis frumenti à Regno, ſtante ſterilitate ſuperuenta, vt publico bono conſuleretur, tamen fuit condemnatus fiſcus ad reſtituendũ pretium emptoribus tra-

36 ctarum, cũ intereſſe ad rationem decem pro centenario; vt refert *Reg. Reuert. deciſ.* 425. *par.* 2, & nos ſupra egimus, ac ad materiam videndi, *Marcell. Maur. allegat.* 38. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 5. *Reg. Valenzol. conſ.* 99. *num.* 33. *lib.* 1. *Reg. Tap. in l. fin. cap.* 9. *par.* 3. *num.* 4. *de conſtit. Princip.* & apprimè conferunt, quæ non dùm docto, ſed erudito cafamo ſcripſit *Reg. Galeot. reſp. fiſcal.* 23. *num* 59. *vſque ad* 71.

37 Verumtamen honoribus Sedilium nõ potiuntur, filij Nobilium illegitimè nati, etenim illi nobiles non ſunt, ſed inter plebeios numerantur, *Bald. in l. cum nuptia, ff. de ſtatu homin. & in l. generaliter*, §. *fin. C. de inſtitut. & ſubſtit. Caſſan. Catalog.*

Digitized by Google

talog. gloriæ mundi par. 1. considerat, 38. conclus. 24. & conferunt copiosè tradita per *Surgent. de Neap. illustr. cap. 23. nu. 14.*

38 Nisi fuerint legitimati per rescriptum Regis nostri; legitimati enim propriè, & verè dicuntur filij legitimi; idcircò ad honores Sedilis admittuntur, *l. imperialis, §. itàque, C. de nupt. §. licet auth. quib. mod. natur. effician. legit. &c. Bart. in l. tanquam, C. de fideicomm. Iason in auth. si qua mulier, C. de Sacrosanct. Eccl.* & quemad-

39 modùm filius legitimus, præteritus irritat testamentum patris, & natiuitas posthumi legitimi illud rumpit, *l. filio præterito, ff. de iniusto rupt. &c.* idem etiam in fi-

40 lio legitimato, qui postremum elogium antè legitimationem conditum irritat, *Anton. de Butreo in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, Clar in §. testamentum, quæst. 34. Peregr. de fideicomm. art. 23. n. 26. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsump. 35. nu. 12. Thesaur. decis. 84. nu 4. Reg. de Ponte cons. 17. lib. 1. Ann. cons. 106. nu. 9. Paschal. de patria potest. p. 2. cap. 4. nu. 101. Reg. de Marin. lib. 2. resolut. cap. 99.*

41 Quarè contrà scripta per *Minadoies in constit. Regni in aliquibus verb. filiorum nu. 3.* confirmata per *Paschal. de patria potest. par. 2. cap. 4. nu. 127.* decreuit S.C. vt quidam filius militis Hierosolimitani, legitimatus à Rege nostro, admittatur ad honores Sedilis Montaneæ, vt refert *Reg. Reuert. decis. 102.* imò in dicta causa oppositiones, quæ congerebantur, fuerunt confutatæ. Prima nempè quod legitimatus

42 erat Clericus, ideò legitimandus à Summo Pontifice, *cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, Dec. cons. 250. Ancharan. cons. 320.* & ea ratione fuit resoluta, quia nunquam incesserit in habitu, & tonsura, proindè laicus reputabatur *ex Regia Sanctione 1. & 2. de Cleric. seù Diacon. Selua-*

43 *tic.* Altera oppositio continebat, quod non fuerunt citati Nobiles de Sedili tempore legitimationis conditæ, & illi notificari debebant, alioquin gratia legitimato non opitulabatur, dùm semper gratia censetur concessa absque partis præiudicio, *l. 2. §. meritò, ff. ne quid in loco publico, Gaffred. cons. 41.* Et huic oppositi-

44 oni satisfactum fuit, quia quando legitimatio sortitur patre petente, aliorum citatio non requiritur, *Bal. & Castrens. in l. Gallus, §. & quid sit tantū, ff. de liber. & posthum.* vt supra diximus *in rub. 8. n. 124.*

45 Imò Rex Nobilibus Sedilium rectè præiudicium inferre potest; siquidem Sedilia ad aliud non introduxit, nisi solummodò ad commodiorem gubernium, & administrationem Ciuitatis: ideò est hæc introductio de iure positiuo, cui Princeps derogare potest.

Conferunt etiam prædictis, quæ in similibus pronunciauit S.C. vt referunt in causa Achillis de Capua cum Sedili Nidi, *Ann. allegat. 130. nu. 12. Marcell. de Maur. Aleg. 2.* & in altera causa aliquorum de familia Carrafa cum eodem Sedili, vt testatur *Reg. de Marin. in obser. ad Reg. Reuert. decis. 102. nu. 3.*

Tamen in alia causa cũ eodem Sedili Nidi fuit idem Sedile absolutum à petitis pro parte cuiusdam filij legitimati, ea-

46 de causa, quia legitimatio fuit subreptitia, proùt iure respondidit *Pirrus Anton. Lanarius in allegat. quam edidit*, partes Sedilis substinens, dictamque allegationem transcripsit *Reg. de Ponte lib. 2. cons. 20.* & de prædictis testatur *Reg. Reuert. decis. 190.* & ibique etiam *Reg. de Marin. in obseru.*

Modo autem omnis exitatio tollitur, vigentibus Regijs Ordinationibus, qui-

47 bus sancitum est, quod in omnibus priuilegijs legitimationum, illorum, qui sunt de familijs Sedilium, apponatur clausula, vt legitimatio intelligatur citrà præiudicium Sedilium, sic testatur *Reg. de Ponte de potest. Proreg. rub. de diuers. prouisionib. tit de legitimat. seù restit. natalium num. 4.* Quamobrem hodiè non citantur Nobiles de Sedili, tempore legitimationis, & licèt Princeps omnia facere potest, tamen non facit, quæ præiudicium tertij inferunt, *Molfes. ad consuetud. Neapolit. par. 2. tit. de personis quæst. 10. nu. 28. Austin. Caputus de regimine Reipublicæ cap. 5. nu. 2. Thor. in add. ad Reg. de Ponte loc. cit. & in tom. 2. compendij verb. legitimus, an admittatur Reg. de Marin. in obseru. ad decis. 202. Reg. Reuert. nu. 3. in fin.*

48 Nunquid autem Nobiles prædictorum Sedilium possint alios allicere, seù agregare ad honores eorundem Sedilium; agit, & affirmatiuè resoluit *Præs. de Franch. decis. 2.* & sequitur *Reg. Sanfelic. in prax. sess. 14. nu. 3.*

Sed hodiè non dumtaxat hoc vetitur

ex

Digitized by Google

49 ex litteris Regijs expeditis ſub die 27. Auguſti 1581. ſèd etiam ex eiſdem litteris interdicitur reintegratio, aut liti inceptæ per Sedile renunciatio; imò prætendentibus agregationem litem mouere prohibetur abſque expreſſo ordine Suæ Maieſtatis, qui omnia ipſi reſeruauit, & in contrarium geſta nullius eſſe voluit roboris, & momenti; & tenor talis Regiæ litteræ refertur per *Reg. Sanfelic. loc.cit.n.3.in fin.* eiuſque verba hæc ſunt.

50 Ill. Principe primo nueſtro Virrey, Lugarteniente, y Capitan General. Para lo adelãte ſe ordena al Cõſejo de Capúana, Tribunales, y Iuez, donde eſtos pleytos de Segio ſe trataren, que quando ſe hubieron mejantes reconocimientos de no tener iuſticia, ò renunciationes al pleyto, o qualquier acto ſemejantes a eſtos ſea nulo, y inualido, y de ningun efecto, y valor para la parte, que pretendiere entrar en el Segio, aſſi como ſi el aucto ſuſo dicho no ſe hubiere hecho, y que no admitan pleytos ningunos, de los que por iuſticia pretendieren entrar en los ſegios ſin particular orden mio, la qual reſeruo en mi, y quiero que el, que pretendiere deuerſele eſta entrada acuda a cà, &c.

51 Quæ autem ſint probanda, per illum, allectionem, aut reintegrationem efflagitantem ad honores Sedilium videndi ſunt, *Præſ. de Franch. deciſ.* 357. *Reg. Reuercter. deciſ.* 428. vbi *Reg. de Marin. in obſerv.*

52 Præterea, in quibuſdam ex quinque prædictis Sedilibus particulari lege cautum eſt, vt filij familias non emancipati ſuffragium non præſtent, ſine vitio nullitatis concluſionis, dummodò tamen titulo decorati non ſint, vt tractat *Surg. de Neap. illuſtr. cap.* 23. *nu.* 12.

Gabellæ quando à Plateis ſuperimponi valeant: & an indictæ cenſeantur, ex concurſu maioris partis Platearum?

§. II.

SVMMARIVM.

1 *Gabellas nunquid Platea Neapolitanæ imponere valeant, ſine Principis licentia.*
2 *Vniuerſitati an permittatur, & quando gabellas indicere.*
3 *Gabellæ ſunt de Regalibus.*
4 *Vniuerſitates non expoſcunt Principis beneplacitum, in imponenda collecta.*
5 *Gabella nunquid iure recto impoſita ſit, concurrente maiore parte Ciuitatis.*
6 *Vniuerſitatis maior pars, quando dicatur minorem præiudicare.*
7 *Gabellæ indicuntur in Ciuitate Neap. concurrente maiore parte Platearum, incluſa Populari.*
8 *Vniuerſitatis maior pars non reuocat geſta per totam Vniuerſitatem, diſcrepante minori.*
9 *Gabellam impoſitam cum Principis facultate, Vniuerſitas tollit, ſine nouo eiuſdem beneplacito.*
10 *Sedilis Nidi Nobiles ſuffragium præſtant in Sedili Capuanæ, prout illi de Capuano in Sedili Nidi.*
11 *Nobiles Sedilis Nidi, ſuffragium dantes in Capuano, non votant in eodem negotio in Sedili Nidi, & ſic obſeruatum.*
12 *Nobilis in proprio Sedili præſens, ſuffragium poteſt non dare, & à loco diſcedere, & concluſio indè valida eſt.*
13 *Nobilis renuncians votum in Sedili, non venit contra renunciationem.*

Ga-

Digitized by Google

Gabellæ quando à Plateis superimponi valeant: & an indictæ censeantur, ex concursu maioris partis Platearum?

§. II.

1 DAtia indicere nequeunt sex suprarelatæ Plateæ in hac Ciuitate, etiã vrgentibus necessitatibus sine Principis
2 beneplacito, nàm explorati iuris est, vt Vniuersitas nõ possit nouas gabellas imponere suis Ciuibus, *l.1.C.noua vectigal. instit.non posse, l. vectigalia, ff.de public. & vectigalib.Iacob.Butreus,& Bald.in l.2. C.de iure aureor.& annullorum, Salyc. in l.2.C.noua vectigal.Bertach.de gabell.p.1. quæst.4. Capyc. decis.148. Reg. Ronit. in rub.pragmaticar.de vectigalib.nu.12. Camill.Borrell.summ.decis.par.3. tit.15. nu. 44. Reg.Reuert.decis.55.& decis.383.* Nisi tamen Ciuitas esset aliquo ære alieno grauata,& in hoc casu debet Principem adire,qui Præsidi Prouinciæ informationem cõmittit, vt indè ipsi Principi referre teneatur,ad hoc, vt possit super sui beneplaciti concessione seipsum deliberare, *l.2.C.noua vectigalia institui non posse, l.vectigalia,ff.de publican.& vectigal.*
3 Gabellæ etenim sunt de Regalibus,idcirco earum impositio Principis est reseruata,vt habetur *in tit.quæ sint regalia,* & notat *tex. in cap.super quibusdam*, §. *præterea extr. de ver. signific.* quod secus
4 est in collectis, quæ Vniuersitates vrgentibus ipsarum necessitatibus imponere valent sine Principis licentia,vt obseruat *Imol.in l.vectigalia, ff.de publican.& vectigalib.*
5 Et in hac autem impositione gabellæ maior pars concurrentium absentibus, & alijs discrepantibus præiudicium non irrogat,etiam si cõsensus Principis interfuerit,vt obseruat *Reg.Reuert.in dec.388.*

Contrarium autem adnotat *Reg. de Marin.in obser.ad citatam decis.388. Reg.*
6 *Reuert.* posse,inquit,maiorem partem in casu prædicto minorem præiudicare,vulgata *l.quod maior,ff.ad municipalem*,dummodò duo requisita interfuerint. Primum nempè quod omnes sint vocati, & citati, *l.* 1. vbi *Bart.& l. nominatione, C. de Decurionib.lib.*10. *& in l.nulli, ff.quod quisque Vniuersitatis nomine.* Secundum, quod duæ partes Vniuersitatis,ex tribus, sint congregatæ, *gl.in d.l.quod maior, Ias. in l.& suum heredem*, §.*hodiè nu.*5. *ff. de pact. Reg. de Marin. in obseru. ad dictam decis.*388. *nu.*3.
7 Et in nostra Ciuitate occasione gabellarum, superindictarum, vrgentibus publicis necessitatibus, tunc præcipuè in Statu Mediolani, qui est clauis, & propugnaculum huius Regni Neap. fuerunt illæ impositæ, accedente Dom. Proregis beneplacito, concurrente maiori parte huiusmodi sex Platearum Neapolitanorum, inclusa Platea Populari, dùm de eius maiori interesse pertractabatur, cum maior sit hominum numerus.
8 Maior autem pars Vniuersitatis, contradicente minori parte, reuocare non valet gesta per totam Vniuersitatem,nemine discrepante, ità *Alphons. Modicius in* §. *plebiscitum dubit.* 99. maior enim pars non sufficit, vt reuocari possit, quæ ab Vniuersali Cœtu constituta sunt, *l.nihil tam naturale,ff.de reg. iuris, DD. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. Roman. cons.*352. *Crauett.cons.*132. *num.*1. *lib.*1. *Reg.de Marin.in obseru.ad decis.*388. *Reg. Reuert.nu.*2.
9 Potest autem Vniuersitas gabellam, cum Principis licentia impositam,tollere; nec nouus Principis consensus requiritur, possunt enim statuentes tollere statutum,à Principe confirmatum,quando ipsis videtur hoc vtile, & expediens, *de Nigris in cap.Regni incip.cum item* 1. *in ordine.nu.*14.*Petra ad Capyc.decis.*148.*Reg. de Marin.in obseru.ad decis.*388. *Reg.*Reuert. *nu.*1.
10 Admittuntur quoque in Sedili Capuani ad suffragium præbendum Nobiles Sedilis Nidi, quemadmodum Nobiles Nidi in Sedili Capuanæ, vocem tamen solummodò actiuam habebunt, sic notat *Reg.Tap.decis.*30.*S.C. num.*1.*&* 12.

Ve-

Digitized by Google

11 Verùm ſi ſuffragium præſtiterint virtute huiuſmodi communicationis, quam habent, non poſſunt indè in proprio Sedili ſuper eodem negotio ſuffragium petere, vt teſtatur idem *Reg. Tap. d. deciſ.* 30. *S.C. nu.* 1. *&* 12. & amplius vidimus obſeruatum in menſe Martij 1659. exiſtente Regni moderatore Excellentiſs. Domino Comite de Pegnaranda, nàm in concluſione celebrata in Sedili Nidi ſuper donatiuo indè elargito in beneficium noſtri Regis ducatorum 200000. vt occurreret ipſe Dominus Prorex tunc neceſſitatibus bellicis, ſuffragium præſtitere nonnulli Nobiles Sedilis Capuani, inter quos extitit Dominus Dux Cirifalci maximus Patritius huius Ciuitatis, morũ ingenuitate, ac natalium candore preclariſſimus; deindè prędicti Nobiles in proprio Sedili Capuani, dùm de eodem negotio erat tractandum ſuffragium non petiere.

12 Poteſt quidem Nobilis etiam præſens in ſuo Sedili ſuffragium non emittere, illique renunciare, nec concluſio indè ſequuta futilis redditur, quemadmodùm poteſt à loco diſcedere, ſuffragio non dato; ità *Philippus Franeus in cap. vbi periculum*, §. *ſanè de electione in* 6. *Reg. Tap. deciſ.* 3. *S.C. nu.* 11. qui addit, quod facta renunciatione vocis, nõ datur ei ſignum
13 ad ponendum in buſſula; imò non poteſt contrà renũciationem habere regreſſum, *Donell. in l. poſtquam lite, C. de pactis, Balbus deciſ.* 5.

Plateæ quo modo congregentur: & nunquid talis Cõgregatio vetari poſſit, per Excellentiſs. Proregem, quid vigentibus literis S.C.M.

§. III.

SVMMARIVM.

1 PLatea Nobilium non coadunãtur, niſi præcedente vocatione, facta per Nuncium, quæ fieri debet, per diem ante congreſſum, *num.* 2.

3 *Cedula vocationis Platearum debet exprimere negotium pertractandum; alias concluſio ſequuta erit nulla, nu.* 4.

5 *Electio cõtrà ſtilum facta eſt nulla.*

6 *Ritu non ſeruato, non valet, quod agitur.*

7 *Gratia dicitur ſubreptitia, ſi in precibus non ſunt narrata, quæ ſunt de ſtilo Curiæ.*

8 *Concluſio incidenter facta, præter contenta in cedula vocationis, non eſt nulla.*

9 *Concluſio facta per Plateas, contrà aliam concluſionem, eſt nulla.*

10 *Decretum contrà decretum eſt nullum.*

11 *Concluſio facta per Plateas ad beneficium Ciuitatis, licèt ſit contrà aliam concluſionem, ſubſtinetur.*

12 *Congregatio Platearum non valet interdici, & poteſt abſque Domini Proregis licentia fieri.*

13 *Congregatio Platearum poteſt inhiberi per Proregem, & Collaterale Conſilium, & pro effectu prædicto mittitur Secretarius Regni, nu.* 14.

15 *Congregatio Platearum pro tractandis rebus Ciuitatis permittitur, abſque Proregis licentia, nec poteſt inhiberi; limitatur ſi Dominus Prorex videret, tractatum non eſſe ad beneficium Ciuitatis, nu.* 16.

17 *Congregationem Platearum poteſt Prorex inhibere, ſi ratio ſtatus hoc poſtulet, vel ſi Congregatio eſſet pro ſcribendis querelis contrà Dominum Proregem, num.* 18.

19 *Plateæ quatuor poſſunt ſe congregare, & deputare perſonam in Curia Madrid, pro ſollicitandis negotijs Ciuitatis.*

20 *Deputatus per Ciuitatem in Curia Madrid, non poteſt agere, de differentijs, quæ inter ipſas plateas agitantur.*

21 *Deputatus per Ciuitatem in Curia Madrid, debet eſſe ad ſatisfactionem Supremi Conſilij Italiæ, & ab eodem debet conſtitui ſalarium.*

22 *Ciuitas Neap. poteſt Regi ſuas neceſſitates ſcribere; data tamen prius notitia Domino Proregi, nu.* 24. *fallit tamen ſi contrà Proregem querimonias porrigeret, quia non tenetur ei dare notitiam, n.* 23.

25 *Scribere Regi Ciuitati non permittitur pro*

Digitized by Google

pro confirmatione Proregis.

26 *Barones nõ possunt se congregare pro scribendo* Regi,*nec pro donatiuis faciendis, nec discedere à* Regno, *absque licentia* Proregis.

27 *Congregationes omnes absque Principis authoritate illicitæ sunt.*

28 *Barones non possunt Oratorem apud Regem constituere, absque Proregis licentia; & de ratione nu* 29.

30 *Litteras scribere Regi,cuilibet particulari permittitur ; secus est , si plures sint particulares vniti,nu.*31.

32 *Plateæ non possunt congregari, pro tractando donatiuo faciendo.*

33 *Vniuersitates non possunt congregari, pro faciendis donatiuis.*

34 *Donatiua non possunt fieri per Vniuersitates quibuscumque personis, etiam pro causa pia.*

35 *Donatiuum,factum Præfecto Annonæ per Plateas , fuit declaratum nullum ; limitatur in faciendis donatiuis Regi, num.*36.

Plateæ quomodo congregentur: & nunquid talis Cõgregatio vetari possit per Excellentiss. Proregem, quid vigentibus literis S.C.M.

§. III.

QVamquam communis, & exploratasit Conclusio, vt Vniuersitates, cæteræque cõmunitates congregari nequeant, absque Principis permissu, *Cassan.in catalog. gloriæ mundi par.* 5. *consid.*196. *Reg. de Ponte cons.*10. *num.* 2. *lib.*2. & ità in Regno nostro statutum est particulari Sanctione, qua prohibetur Vniuersitatibus Regni, Sindicis, Electisque se congregare,absque Gubernatoris loci interuentu.

Nihilominus Plateę Neapolitanę possunt se congregare,nulla præcedente licentia,nulloque Officialis interuentu, ità *Præs.de Franch.decis.*446. *Surg. de Neap. illustr.cap.*25.*nu.*22. *Reg.Tap.decis.*10.*Supremi Consily nu.*2. *Tasson.in pragm.de antefat.vers.*3.*obs.*3.*nu.*14.

1 Tamen Nobiles de Sedilibus, in eorũ plateis non coadunantur, nisi præcedente solemni vocatione,facta per Nuncium, proùt est de iure communi prouisum, vt *in l.*2.*C.de Decurionib. lib.*10. vbi *gl.* inquit ad sonum Campanæ , vel Tubæ, & sequitur *Præs.de Franch.decis.*2.*nu.*7. ibique asseuerat, vocationem fieri per diem
2 antè congressus , vt commodius vocentur, & amplius in cedula vocationis,quæ conficitur, exprimi debet negotium per-
3 tractandum; vndè nihil aliud tractari potest ; alioquin conclusio secuta nullius considerationis erit,sic censuit S.C. referente Regio Consiliario Ioanne Baptista
4 Meliore,nàm declarauit tali ratione suffultus nullam electionem legati, apud Suam Maiestatem conditam per Nobiles platearum,in personam D.Hieronymi de Gueuara,vt testatur *Reg.Tap. dec.*30.*S.C. nu.*3. *vsque ad* 6.

5 Et meritò quia circà hoc stilus platearum viget,& quemadmodùm sententia, contrà stilum lata, est nulla ; ità electio *Imol.in cap.ad nostrum de confirmat. vtil, vel inutil. Osasc. decis.* 22. *nu.* 6. quoties
6 enim ritus infringitur , non valet , quod agitur *Bald.in l.de quibus nu.*59. *ff.de legibus, Giurb.decis.*68. *num.*4. *Guid.Papa decis.*198. *&* 292. *Mainard.detis* 11. *Capell.Tolosan.decis.*115. *Affl.decis.*135.*nu.* 3. *Balb. decis.*29. vndè si in precibus non
7 sunt narrata,quæ sunt de stilo Curiæ,gratia dicitur subreptitia, & inualida redditur, *Rub.decis.*23. *Reg.Tap.decis.*30.*nu.*7 *S.C.*

8 Tamen si aliquid incidenter tractaretur,præter expressa in cedula vocationis, conclusio , deindè sequuta , non dicitur nulla; proùt decreuit S.C. teste *Reg.Tap. decis.*30. *nu.*10. *vers.in hoc articulo* circà medium.

9 Dicitur autem nulla conclusio , quando illa dirigitur contrà aliam præcedentem conclusionem, quemadmodum cau-
10 tum est de iure , vt decretum contrà decretum dicatur nullum, *l.quod semel,ff.de decr.ab ord.faciend.cap.*1. *de sentent.& re iudic.* non potest enim reprobari , quod

Digitized by Google

antèà approbatum fuit, *cap. in præſentia de ſentent. excomm. cap. præterea de reſtit. in integr. Alberic. in d. l. quod ſemel, Iaſon in l. quod iuſſit de re iudic.* & in noſtra ſpecie *Reg. de Ponte deciſ.* 30. *S. C. nu.* 8. *&* 9. ſubdens, quod illud tunc vulgò vocat *piazza contra piazza.*

11 Niſi tamen concluſio nouiter facta, deſtrueret præcedentem, Vniuerſitati, & Cœtui Ciuitatis damnoſam, in decretis enim Vniuerſitatum, ſemper attenditur vtilitas, & poſſunt quoque mutari, ſi vtilitas publica detegitur, *l. quod tertia, ff. de decret. ab ord. faciend.* etiam poſt temporis lapſum, per viam reſtitutionis in integrum, *Affl. deciſ.* 275. & notat *Taſſon. in pragm. de anteſ. verſ.* 4. *obſeru.* 5. *nu.* 98.

12 Nunquid autem interdici valeat huiuſmodi Congregatio Platearum? Et negatiuè aliqui reſpondent, ea ratione ſuffulti, quia Congregatio Platearum abſque Domini licentia permittitur, idcircò impediri non poteſt, ità *Reg. Tap. deciſ.* 10. *Supremi Conſily nu* 2. *&* 8. *Reg. Sanfelic. in prax. iudic. ſect.* 15. *nu.* 7. *Taſſon. in prag. de anteſat. verſ.* 3. *obſeru.* 3. *nu.* 20.

13 Tamen præcitati DD. affirmant, quod ſoleant Domini Proreges, & Collaterale Conſilium mandatum expedire, vt Platee ſupradicte non congregentur abſque licẽtia eiuſdem Domini Proregis, & Collateralis Conſilij, vel S. C. in caſibus occurrentibus, & Dominis Proregibus melius viſis, quodque vidimus pluries obſeruatum, & quandoq; dùm Plateæ com-

14 periuntur congregatæ, accedit Dominus à Secretis huius Regni, illaſque inhibet, ne in poſterum Nobiles congregentur ſine licentia Domini Proregis.

15 Verùm noſtra Ciuitas pluries quòad hoc ſuas preces interpoſuit apud Suam Maieſtatem, vt huiuſmodi inhibitiones non fierent, & Sua Maeſtas ex litteris directis Domino Duci de Alcalà tunc Proregi expeditis ſub die 22. Iulij 1629. & alijs directis Domino Admirato Caſtellæ ſub die 29. Septembris 1644. huius Regni Proregibus, tranſcriptis per *Reg. Sanfelic. in prax. ſect.* 15. *nu.* 7. *in fin.* taliter decreuit.

ILuſtre Almirante de Caſtilla primo nueſtro Virrey, Lugarteniente, y Capitan General. A los 16. de Iulio del año paſſado de 1629. mande eſcriuir al Duque de Alua vueſtro predeceſſor en eſſe cargo, ſobre que no ſe impidieſſe a las Plazas de eſſa Ciudad el juntarſe, y que puedan tener aqui vna perſona para repreſentarme, lo que reſoluieren, la carta del tenor, que ſe ſigue. El Rey.

Iluſtre Duque de Alua primo de nueſtro Conſejo de eſtado nueſtro Virrey, Lugarteniente, y Capitan General; De la fidelidad, y amor, con que mis vaſſallos d'eſſe Reyno, y en particular eſſa mi fideliſſima Ciudad de Napoles, como caueza del me ſiruen en todas ocaſiones, obliga a que ſe mira, por lo que de ordinario ſe ſuele ofrezer a la dicha Ciudad hauer de tratar muchas coſas cõcernientes al bien comun, mediante la feſta Plaza dellas, cinco Nobles, y vna del Pueblo, de quien pende ſu gouierno, y eſto no ſe podrà hazer ſin juntarſe.

He reſuelto, que ſiempre las dichas Plazas quiſieren juntarſe a tratar coſas ſuyas del bien publicò, no ſe les impida por vos, ni por los demas mis Virreyes, que os ſucedieren en eſſe cargo, como auiſais no hauerle impedido, ni ſe permita, que por mi Conſejo Colateral, ni otro Tribunal ſe les hagan mandatos prohibiendoſelo, antes les dareys à entender, que mi voluntad es, que ofreciendoſeles cauſa para juntarſe, lo puedan hazer libremente, guardando en todo la forma, que eſtà diſpueſta en las ordenes, que trata deſto, aſſi reſpeto de las coſas, que la dicha Ciudad huuiere de pedir licencia a los dichos mis Virreyes para eſcriuir, dandome quenta de coſas concernientes à ſu buen gouierno, como en lo que ſe me hubiere de pedir à mi la dicha licencia, por tocar en quejas, ò agrauios de los dichos mis Virreyes, que por ſer las dichas Plazas cõgregacion legitima, y approuada por leyes, y prematicas, y obſeruancia immemorable, pues pende dellas el gouierno de la dicha Ciudad, reputandole hecho por toda ella lo acordado por quatro de las dichas Plazas ſerà gran deſconſuelo el no juntarſe, y paraque pueda tener efeto el poderlo hazer las dichas Plazas, y repreſentarmelo, que juzgaren ſer conueniente para beneficio deſſa dicha Ciudad, y Reyno, es mi voluntad de permetirles aſſi miſmo, que nom-

Digitized by Google

nombren persona en esta Corte, que assista a la solicitud de sus negocios, con que solamente trate en nombre dessa mi fedelissima Ciudad de Napoles, lo que se hubiere resuelto por las dichas quatro Plazas, que hazen voz de Ciudad, y con que no puedan tratar de particular deferencias, que ocorrieren entre las mismas Plazas, guardandose en lo demas las dichas ordenes respecto de las cosas, en que se hà de acudir à mi, ò mi Virrey; con declaracion, que la dicha persona, que assistiere aqui, aya de ser à satisfacion de este mi Consejo Supremo de Italia, por el qual se le hà de señalar el salario, que hà de gozar, y en esta conformedad os encargo, y mãdo deis à entender a la dicha Ciudad la resolucion, que he tomado en este, paraque pueda vsar desta facultad, meyor aya de conuenir para su aliuio, y conseruacion, à que es tan justo atender por lo mucho, que yo amo, y estimo tan buenos, y fieles vassallos de Su Magestad à 26. de Iulio 1629.

Yo el Rey. Matienço Secret. con señal del Duque de Medina de las Torres. Vidit Valenzuola Reg. Vidit de Neap. Reg. Vidit Carrera Reg. Torrezilla Reg. Vidit Coreus Reg.

Al tiempo, que se dio esta orden al Duque de Alua, se considerò, que podria ofrecerse algun caso, en que hubiesse tales razones, y conueniencias de estado, por las quales no conueniese se juntasen las dichas Plazas, y mandè en otra carta de la misma data, que ocoriendo este caso, conforme pareciesse a la prudencia del dicho Duque, y a las conueniencias de mi seruicio, pudiesse ordinar a las dichas Plazas, que no se juntassen, y se le aduertio, que auisasse luego de las razones, y causas, que le hubiesse mouido en ello, paraque hauiendolas visto, mandasse, lo que conbiniesse. Y porque he entendido, que en tiempo del Duque de Medina de las Torres vuestro immediate Predecessor en este cargo, se hà impedido de todo punto à la dicha Ciudad, y sus Plazas el poderse juntar la vezes, que le han querido hazer, para tratar de cosas concernientes al bien publico, lo qual por la preinserta orden tengo mandado, y contro la costumbre, y estilo, que en esto se hà obseruado, de poder los cinco, y seies conuocar, y juntar las dichas Plazas, y nombrar deputados, que executen, lo que por ella se acordera. Hà parecido renouar la presente orden, y boluer à ordenar de nueuo, que vos, y los Virreyes, que os sucedieren en esse cargo, no podais impedir ni impidais, que las dichas Plazas puedan juntarse siempre que lo quieren hazer, para tratar de cosas, que tocaren al bien publico, ni permitir, que mi Consejo Colateral, ni otro Tribunal haga mãdados prohibiendosele ni el principio, ni el medio, ni el fin, porque mi voluntad es, que lo puedan hazer libremente sin obstaculo de impedimiento alguno, y assi le dareis à entender a la Ciudad, guardando en todo la forma, que està dispuesto, assi por las ordenes, que tratan desto, como por la presente, y que en conformidad della, pueda la dicha Ciudad nombrar vna persona, que assista en esta Corte a los negocios, que las Plazas resoluieren en forma de Ciudad, con que no pueda tratar de particulares deferencias, que entre ellas huuiere, que lo vno, y lo otro es mi volũtad, que assi se execute, y vos por vn à parte estareys con la atencion, que espero en el complimiẽto de esta orden, à fin que mis vassallos conozcan lo que yo tengo à su mayor conçuelo, y satisfacion; aduertiendo os que el caso, que por cõueniencias de estado se exceptuò con la dicha segunda orden, no se hà de entẽder, quando essa mi fidelissima Ciudad quisiere juntarse, para escriuir, dando quejas de mis Virreyes, porque esto se hà de poder hazer libremente, por lo que conuiene, que mis vassallos tengan libre recurso, y adito à mi, para rapresentarme todo lo que se ofreciere en la forma assentada por las ordenes, que en esta materia se han dado, las quales y estas es mi voluntad, se execute, con esta aduertencia, y declaracion, à fin que mis vassallos tengan la satisfacion, que es justo. En Zaragosa à 24. de Setiembre 1644.

16 Ex his autem verbis exaratis, vtpotè *tracten de cosas, que tocaren el bien publico*, aliqui autumant, non videri Proregi vetitum, interdicere Congregationem Platearum, quando Dominus Prorex existimat negotium pertractandum per Plateas, non esse pro bono publico, aut in-

Digitized by Google

beneficium Ciuitatis.

17 Quemadmodùm quando certa ratio ſtatus ſuadet; nàm tunc etiam poteſt Dominus Prorex cauere, ne Plateæ congregentur, quoniam cauſa Status ſemper expreſsè fuit exempta, prout liquet ex prædictis litteris recenſitis.

18 Amplius ex eiſdem litteris non poteſt Plateis prohiberi, litteras noſtro Regi dirigere, eique oſtendere quærimonias contrà Proregem.

19 Et inſuper ſtantibus prædictis litteris, poſſunt quatuor Plateæ ex relatis ſex deputare perſonã in Curia Regia Madrid, vt ibidem reſideat nomine Ciuitatis pro ſollicitandis negotijs eiuſdem Ciuitatis,

20 concluſis per dictas quatuor Plateas, totam Ciuitatem repræſentantes, non autem poteſt agere perſona huiuſmodi, de

21 alijs differentijs, quæ inter ipſas Plateas exagitantur, voluit tamen Sua Maieſtas, vt perſona prædicta, ad hoc munus electa, ſit ad ſatisfactionem Supremi Conſilij Italiæ, & ab eodem conſtituatur ſalarium; ſed in eiſdem litteris declarauit Sua Maieſtas, vt ſeruentur alij ordines dati reſpectu aliarum rerum, in quibus tenentur adire Proregem, vel Suam Maieſtatem.

22 Præterea quamquam particulari ordine Dominis Ducis de Alcalà, recenſito per *Marcum Antonium Surgent. de Neap. illuſtr. cap. 25. num. 25.* vetitum ſit noſtræ Ciuitati litteras noſtro Regi ſcribere, vt ipſe eiuſdem Ciuitatis neceſſitatibus occurreret; nihilominus virtute huiuſmodi litterarũ relatarum, hoc fuit permiſſum, Imò hoc idem, vt ſcilicet quotieſcumque Ciuitas voluerit litteras dare, & repræſentare negotia Ciuitatis pro eius bono regimine, liceat ei facere, data prius no-

23 titia Domino Proregi; ſed quando voluerit exponere quærimonias contrà Proregem, liceat eidẽ hoc facere, nulla petita licentia, nec notitia adhibita; fuit anteà prouiſum ex litteris expeditis ſub die 9. Septembris 1617. relatis per *Reg. Tap. deciſ. 10. Supremi Conſilij nu. 2. & 8.* idem annuit *Taſſon. prag. de antefat. verſ. 4. obſeru. 5. num. 8. Reg. de Marin. in obſeru. ad deciſ. Reg. Rewert. 500. nu. 2. in fin.*

24 Idemque etiam patet de iure communi, vt vnuſquiſque poſſit ſuo Principi litteras ſcribere, & neceſſitates ſuas repræſentare, *l. ſi quid, C. de legation. lib. 10.* verba autem litteræ ſupra enunciatæ de anno 1617. ſunt, quæ ſequuntur.

ILluſtre Duque primo nueſtro, hauiendo viſto, lo que me eſcribiſtes ſobre la pretençion, que eſſa mi fideliſſima Ciudad de Napoles tiene de poderme eſcribir, o embiar perſona à quexarſe de mis Virreyes, quando reciuiere dellos algunos agrauios, ſin que ſea obligada à pedirles antes licençia para ellos, y conſiderãdo el amor, y fidelidad, con que me ha ſeruido, y ſirue en todas occaſiones, y la raçon, que hay de dar ſatisfaçion à tan buenos, y fieles vaſſallos, he acordado, que ſiempre, que la Ciudad tuuiere neceſſidad de eſcribirme ſobre coſas tocantes à ſu buen gouierno, lo pueda haçer, dando primero cuenta à mi Virrey, conforme à las ordenes, que açerca de eſto eſtan dadas, pero que en caſo, que quiſieſſe eſcribierme ſobre quexas, o agrauios de mis Virrey, lo pueda haçer libremẽte, ſin tener obligaçion de pedirle licençia, ni darles cuenta dellas, y que queriendo embiar perſona ſobre lo miſmo, me haya de pedir à mi la dicha licẽçia, a fin que ſabiadas las cauſas paraçiẽdo juſtas, ſe les conçeda, y no lo ſiendo, ſe excuſe el gaſto, que hauria de hazer en eſto, y aſsi ſe lo podreis declarar en mi nombre, para que ſepa de la manera, que ſe haura de gouernar en las ocaſiones, que ſe ofrecieren. De Madrid à 10. de Setiembre 1617.

25 Non autem poteſt Ciuitas Suæ Maieſtati literis petere confirmationem Proregis, nàm hoc fuit alias expetitum per Barones, Regnum, & Ciuitatem, Suæ Maieſtati in comitijs publicis, & non fuit conceſſum, ſic teſtatur *Reg. Tap. deciſ. 10. nu. 4. verſ. & in comitijs.*

26 Nec etiam Barones poſſunt ſe congregare, Concilium inire pro eorum negotijs explicandis, vel pro adeundo Regem etiam pro donatiuo illi offerendo, abſque licentia Domini Proregis; imò nec poſſunt diſcedere à Regno ſine litteris eiuſdem Domini Proregis, tàm pro cauſa publica, quàm priuata, ſic eſt *tex. in l. 3. & fin. C. de legationib. lib. 10. Bald. in l. 1. ff. quod cuiſque Vniuerſ. nomin. Minadois in conſt. Regn. in aliquibus nu. 55. Surg. de Neap.*

Digitized by Google

Neap,illustr,cap.25,num.22. Frecc.de subfeud.tit.quis dicatur Marchio lib.10.Petr. de Gregor. de concess.feud. par. 8. quæst.7. Mastrill.de magistratib.lib.4.cap.13.n.11. & 12. Reg.de Ponte de potest.Proreg.tit.de abundant. Ciuitat. §.7. congregationes

27 nàmque omnes absque Principis authoritate illicitæ sunt, *l. fin. C.de iurisd.omn. iudic. l.1.ff.de colleg.illicitis,cap.conuenticula de pace tenend.*

28 Hinc etiam non possunt Barones Oratorem apud nostrum Regem constituere, inconsulto Prorege, ita *Mastrill. de magistrat.lib.4.cap.13.n.215. Surg.de Neap. illustr. cap.25.num.13.* & ratio est, quia

29 Rex noster adeò deputauit Dominum Proregem in hoc Regno,cum omnimoda potestate,omnia faciendi,indulgentias,& gratias impartiendi, ne vassalli defaticati ad Regem accedere cogerentur, idemq; Ciuitas nostra Neapolitana supplicauit, & amplius hoc etiam placuit Sũmo Pontifici Honorio, vt aduertit *Surg.loc.cit.*

30 Non tamen interdicitur cuilibet particulari de per se solo Suæ Maiestati litteras dirigere, eique scribere; prout tradit *Tasson. in pragm. de antefat. vers.4. obseru.5 nu.8.* tradens,sic cautum per Regiam Sanctionem,editam per Dominum Cardinalem Zapata sub die 15. Septembris 1622. tunc Viceregem in hoc Re-

31 gno, quod secus est, si plures particulares se congregare supponunt, causa scribendi Suæ Maiestati,contrà conclusiones factas in Plateis Neapolitanis, vt inquit *Tasson.loc.cit.*

32 Congregari tamen non possunt Plateæ ad tractandum de aliquo donatiuo conficiendo, cùm ità expressè prohibeatur per *Reg.pragm.9.de administr.Vniuers.* sub cuius prohibitione nedùm complectuntur Plateæ, sed etiam Electi, Deputati, Syndici, alijque Officiales, prout de iure communi prouisum extitit; nàm

33 interdictum est Vniuersitatibus Regni se congregare, pro faciendis donatiuis cuilibet personæ,non dumtaxat Magistrati-

34 bus,dùm in illis supponitur hoc fieri per impressionem, & violentiam, vel saltim per metum reuerentialem, sed etiam ex causa pia, vel locis pijs absque tamen licentia in scriptis obtenta à Præside Prouinciæ, *l.ambitiosè, ff.de decret.ab ord.faciend. l.si per impressionem, C. de eo quod metus causa,* idemque obseruat *Tasson.in pragm.de antefat.vers.3.obseru.3. nu.21. & vers.4.obser.5. num.6.* quarè Sacrum

35 Consilium pronunciauit,Conclusionem factam per Plateas Neapolitanas,de donando ducatos 1500. ad beneficium Regẽtis Martos de Corostiola Præfecti Annonæ,pro laboribus factis ad beneficium Ciuitatis, esse nullam, vt refert *Reg. Tap. decis.30.S.C.in fin.vers.ex quibus.* idemque asseuerant *Loffred.cons. 4. nu.9. Reg. Rouit.in pragm.5 num.37. de admin.Vniuers. Io: Paul. Montanar. ibidem in §.13. nu.28.Reg.de Marin.resol.iur.cap.96,to.1.* idem amplius in voto, ad honorem Dei celebrato.

36 Hoc autem fallit in donatiuis faciendis per Barones, & Regnum Suæ Maiestati,pro occurrendis publicis necessitatibus, prout infrà diffusè tractabitur.

De electione quinque, vel sex Nobilium de Sedilibus, eorumque munere, & de Priuilegijs Titulatorum, ac de officio, & dignitate Syndici.

§. IV.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles sex, vel quinque eliguntur per Plateas quolibet anno, & quo modo nu. 2. & ipsis coaceruatis faciunt numerum viginti nouem, nu.3.*

4 *Discordiæ inter Nobiles Platearum cognoscuntur per sex, & quinque viros, dummodò effusio sanguinis non interuenerit; & pro pace, & quiete Nobilium solent se ingerere,nu.5.*

6 *Nobiles in sex,vel quinque cõstituti habẽt potestatem conuocandi Plateas, sed non possunt facere conclusiones, nec repræsen-*

Digitized by Google

ſentant Plateas; ſed omnia tractantur ſuffragio omnium nobilium nu.7.

8 Electi Ciuitaits Neap.eliguntur per Plateas, ac etiam omnes alij Officiales.

9 Reuiſores Computorum Ciuitatis eliguntur per Plateas, ſed confirmantur per Dom.Proregem.

10 Legati, qui obuiam eunt Prorgi,eliguntur per ſex,vel quinque viros,ſine conuocatione aliorum Nobilium.

11 Syndicus eligitur per Plateas,& ſortitur in perſonam vnius ex Nobilibus alternatim,in quolibet Sedili.

12 Platea Popularis non habet ius eligendi Syndicum ex Popularibus; licèt de hoc conquaſta fuerit contrà Cõcluſionem factam per Nobiles, num.13. & deciſio Collateralis Conſilij refertur, n.18.

14 Maior pars quando minori praeiudicet.

15 Statutum conditum per Vniuerſitatem non poteſt reuocari.

16 Vnus ſolus de Vniuerſitate an poſſit contradicere maiori parti.

17 Vniuerſitatis maior pars ſi aliquid ſtatuerit contrà ius commune,illud eodem modo diſſolui poteſt.

19 Syndicus omnes Ciues repraſentat;& poſt Praefectum Praetorij primum locum occupat, nu.20. & in ſolemnitatibus Regis, vel Proregis aquitantis per Ciuitatem manum leuam obtinet, nu.21. & caput totius Ciuitatis, & Regni dicitur, quas prarogatiuas habet nu.22. praecedit Proceres huius Regni nu.23. Et in parlamento generali multas poteſtates, & facultates habet, nu.24.

25 Facultate data aliquid explendi, praeſumitur conceſſum omne id, per quod peruenire debet ad actum.

26 Equitatus Proregis quo ordine expleatur.

27 Titulati licet ſuffragia in Sedilibus praeſtant, non compelluntur officia exercere.

28 Titulati vndè dicantur.

29 Titulati excuſantur à tutela, & cura,& ab omnibus ſordidis muneribus.

30 Titulati in iudicijs criminalibus poſſunt comparere per Procuratorem.

31 Titulati ſedent cum Iudicibus, ſiue actores, ſiue rei ſint, etiam coram Prorege, & Collat.Conſil. n.32.

33 Titulati alloquuntur capite tecto cum Prorege.

34 Conſiliarij, Praeſidentes Regia Camera,& Iudices M.C. ſedent in Collaterali Conſilio,& loquuntur capite tecto cum Prorege; ſecus in alijs locis coram Dom. Prorege licèt ſedeant, ſed loquuntur capite detecto nu.35.

36 Titulati in ius vocati,pro cauſa criminali,ſedent, & capite tecto examinantur; ſecus quando ipſis dantur tormenta, num.38.

37 Nobilis capite detecto examinatur coram Iudicibus.

39 Titulati torqueri non poſſunt;etiam ſi indiciorũ cumulus adeſſet:& tũc ad pœnã extraordinariam condemnantur, n.40.

41 Titulati carcerari non poſſunt pro cauſa ciuili, & in cauſa liquidationis inſtrumenti aſſignatur domus loco carceris.

42 Titulatis datur iuramentum ſuppletoriũ,in cauſis ciuilibus,ſed hodiè ſecus eſt

43 Teſtes deſcripti in Conſtit.Regni proſequentes non admittuntur contrà Titulatos; ſecus contrà filios Baronum n.44.

45 Titulati mitius puniuntur.

46 Titulatis non irrogatur pœna relegationis,nec deportationis inconſulto Prorege; licèt alij dixerint inconſulto Rege, nu.47, ſed abſque tali certioratione abſolui poſſunt,nu.51.

48 Titulati non poſſunt citari, nec carcerari inconſulto Prorege; nec contrà eos informationem capi,nu.49.

50 Iuriſdictio generaliter conceſſa, non comprehendit Titulatos, niſi de eis ſit facta ſpecifica mentio.

52 Titulati pendente inquiſitione,in loco digniori,& commodiori detinentur.

53 Titulati decapitantur in carceribus, & non in loco publico, hodiè ſecus eſt.

54 Titulati ſunt Conſiliarij à latere Regis; & quandoque Capitanei nuncupantur nu.55. & Illuſtris titulo fulciuntur in litteris Regijs, & in ſententijs nu.56. ſecus in cauſis criminalibus,nu.57.

58 Titulati in audientia Proregis primo loquuntur, & ordo inter eos ſeruatur, nu.59.

60 Titulati occupant latum dexterum, cum alijs Nobilibus.

61 Titulati praecedunt Regios Miniſtros; & quomodo ſedeant in functionibus faciendis coram Prorege,nu.62. quid cum Praeſide alicuius Tribunalis, & quando Senatus eſt vnitus,num.63.

64 Titu-

Digitized by Google

64 *Titulati præcedunt in parlamento generali, & quomodò gratias postulent, n.65.*
66 *Titulati deferunt hastam pallij in rogatione Corporis Christi.*
67 *Hastæ pallij à quibus deferantur in rogationibus.*
68 *Titulati si Deputati Ciuitatis sint, in negotio peragendo cum Domino Prorege, præcedunt alios nobiles titulo carentes, & ipsi alloquuntur, & vnus ipsorum eligitur, vt alloquatur: alij autem Deputati possunt supplere nu.69.*
70 *Titulati Consiliarij præcedunt alios Consiliarios antiquiores in Regno Sicilia, secus in nostro; & in tractando cum Domino Prorege, sellam obtinent, nu.71.*
72 *Titulatis salutantibus Proregem tenetur Prorex aliquantulum assurgere.*
73 *Imperator solet assurgere Cardinalibus, & Episcopis, ipsum visitantibus.*
74 *Titulatos offendens in crimen læsæ Maiestatis non incidit, sed atrocius punitur num.75. secus est in Magistratibus, qui de corpore Regis sunt nu.76.*
77 *Officiales offendentes etiam extrà officium, ipsum Regem offendunt.*
78 *Titulati Coronam adhibent in eis insignibus; & in eorum domibus vtuntur baldachino nu.79.*
80 *Titulati possunt arma deferre; contrariũ nu.81. sed non possunt in Tribunali illa asportare, nu.82.*
83 *Titulati vxor dicitur titulata, & sic è contrà.*
84 *Regina nubens militem, facit illum Regem, sed administratio erit penès Reginam.*
85 *Filij naturales Titulatorum admittuntur ad honores, & ad Religionem Hierosolymitanam.*
86 *Titulatus liberatur à patria potestate.*
87 *Filij familias non dant suffragia in Sedilibus; secus si sint titulati, nu.88.*
89 *Titulati inuestiti de feudis, ad libitum amoueri non possunt absque culpa; & idem hodiè obseruatur in Capitaneis minoribus, seù valuasoribus, nu.90.*
91 *Officiales à Rege creati, non possunt ad libitum amoueri.*
92 *Titulati possunt ex aliqua culpa priuari, sed quinque testibus probanda est culpa; & pendente probatione non possunt feudo spoliari nu.93. nisi conuictio, & sententia præcesserit nu.94.*
95 *Pares Curiæ interuenire debent in sententijs contrà Titulatos, & idem in inuestituris faciendis.*
96 *Feuda titulata non possunt distrahi, absq; Regio assensu.*
97 *Titulati si vendunt feudum, non amittunt titulum.*
98 *Titula collocari non possunt, nisi in personas Magnatuum, & in celebri Ciuitate, quod recessit ab aula; quia in Regno nostro quotidiè crescit eorum numerus, nu.99.*
100 *Titulum ementes non dicuntur verè titulati, sed hodiè secus seruatur, quia adhuc dicitur gratia, nu.101.*
102 *Titulus est dignitas, per quam quis efficitur nobilis, licèt non sit.*
103 *Titulatum se gerens cum tale non sit, pœna Iudici arbitraria punitur.*
104 *Iurisdictionem occupans, pœna læsæ Maiestatis punitur.*

De electione quinque, vel sex Nobilium de Sedilibus, eorumque munere, & de Priuilegijs Titulatorum, ac de officio, & dignitate Syndici.

§. IV.

1 DEligit quælibet ex Plateis à Cętu nobilium, qui illarum honoribus fruuntur; sex viros, Platea verò Nidi tantummodò quinque, & electio huiusmodi sorte committitur, nàm in vnoquoque Sedili singula nomina singulorum equi-
2 tum, in singulis cartulis descriptis, in vrnã immittuntur, & ex illa posteà sex cartulæ extrahuntur, illi, quorum nomina leguntur, remanent sex, quibus coarceruatis,
3 numerum ipsi capiunt vigintinouem, sic tradit *Surgent. de Neap. illustr. c. 23. n. 16.*

&

Digitized by Google

& talis electio ſingulo anno variatur.

4 Illorumque munus eſt, diſcordias differentiasue ortas inter nobiles illius Plateę cognoſcere; dummodò effuſio ſanguinis non euenerit, ſic diſponitur *in cap.48. Regis Ferdinandi I. de anno 1486. in priuileg. Neapol. fol.18. à ter. & Cæſariæ Maieſtatis in anno 1540. cap. 5. fol. 114. & Regiæ Maieſtatis in anno 1557. cap.18. fol.162.* & teſtatur *Reg. de Ponte de poteſt. Prorog. par.4. nu.6. Reg. Moles deciſ. manuſcriptæ 12.* vbi alia ad materiam agit *Taſſon. pragm. de anteſat. verſ.3. obſeru.3.*

5 *nu.235.* vbi etiam obſeruat, quod iſti ſex, vel quinque in rebus concernentibus pacem, & quietem Nobilium ſolent ſe ingerere, idemque notat *Reg. Tap. deciſ. S.C. 30. nu.10.*

6 Non tamen ipſi quinque, vel ſex facultatem habent condere Concluſiones, nec repræſentant totam Plateam, ſed tãtùm conuocant Nobiles de Sedili, pro negotijs tractandis, & proponunt perſonas eligendas in Electos Ciuitatis, vel ad alia officia, quibus propoſitis per om-

7 nes de Sedili dantur ſuffragia, & qui habent maiorem partem votorũ, remanent in officio Electi, *Reg. Tap. d. deciſ. 30. S.C. n.10. verſ.3. Surg. de Neap. illuſtr. cap.23. nu.16.* & hoc methodo eliguntur per Se-

8 dilia non ſolùm dicti Electi Ciuitatis ad Annonam curandam, ſed etiam conſtituuntur Deputati pecuniarum, viarum, aquarum, murorum, & fortificationis Ciuitatis, Capitanei à guerra, Secretarius,

9 Tabularij Ciuitatis, Syndicus, cæterique Officiales, & Reuiſores Computorũ Ciuitatis: hi tamen reuiſores Viceregis cõfirmatione indigent, *Surg. de Neap. illuſtr. cap.23. nu.16. Franciſc. de Petris conſ.46. num.9.*

10 Sed ipſi quinque, vel ſex abſque alia conuocatione Platearum eligũt Legatos, obuiam eundos, in aduentu Regis, vel noui Proregis in hac Ciuitate, vt aduertit *Surg. in d. cap.25. n.15. de Neap. illuſtr.*

11 Verùm electio Syndici ipſis quinque, vel ſex non tribuitur, ſed in caſibus parlamenti generalis pro faciendis donatiuis, aut in aduentu Regis, aut alterius Regalis perſonæ, vel noui Proregis in Regno, aut in funtionibus publicis gerendis, vel ex cauſa lætitiæ, vel luctus, ille eligitur per Plateas Nobilium, ex quarum Cætu alternatim, ac viciſſim vnus ex Nobilibus in dictum munus, & Syndici dignitatem conſtituitur, vt teſtatur *Surg. de Neap. illuſtr. cap.11. nu.26. Taſſon. in prag. de anteſat. verſ.3. obſ.3. nu.238. in fin. verſ. quò verò, Reg. de Ponte deciſ.15. nu.17.*

12 Platea autem Popularis caret facultate nominandi vnum ex eius Cętu in Syndicum, proùt annotant *Surg. & Taſſon. loc. cit.*

Et quamuis hoc, diù, in dubium fuerit reuocatum, præcipuè in anno 1523. quo tempore Nobiles quinque Sedilium in vnum ſe conuenerunt, & publico mediãte inſtrumento, Concluſionem prodiderunt, modum, & formam deſignantes eligendi Syndicum ex eorum Cętu dumtaxat, & indè in Syndicum fuit cõſtitutus Nicolaus Antonius Caracciolus Marchio Vici de Sedili Capuanæ; Platea verò Popularis huiuſmodi Concluſionem

13 egreferens, nullam declarari petijt in Collaterali Conſilio in anno 1558. ea inquam ratione innixa; quia licèt concluſio illa fuit à maiori parte condita, tamen præiudicium inferre non potuit Plateæ Populari, quæ tempore Cõcluſionis ini-

14 tæ vocata non fuit; quo in caſu maior pars minorem non præiudicat, *cap. quod ſicut de elect. il 2.* vbi *Barb. & l. nominat, C. de decur. lib.10. Innoc. in cap.2. de noui operis nunciat. Bar. in l. nulli in fin. C. quod quis Vniuerſ. nomin.* nàm vt maior poſſit præiudicare minorem, requiritur, vt duæ partes Vniuerſitatis, ex tribus fuerint cõgregatæ, *gl. in l. quod maior, ff. ad muni. cip. & in l. nulli, ff. quod quiſque iur.*

Eò magis quia in dicta electione Syndici non fuit obſeruata forma præfixa in ſupra relata concluſione, in dicto inſtrumento circumſcripta, de anno 1523. &

15 non poteſt Vniuerſitas ſtatutum conditum tollere, aut illi diſpenſare, contradicente minori parte, *Innoc. in cap. accedentibus de priuileg.* nàm minor pars imò

16 vnus ſolus, poteſt contradicere maiori parti, *Abb. in c. veniens de reſcript. Roman. in rub. de arbitr. rub.17.* quidquid in contrarium dixerit *Bald. in l. fin. C. de author. præſtand.* vt contrà communem ordina-

17 tionẽ poſſit maior pars venire *ex l. aliud, §. refert, ff. de reg. iur. Dec. in cap. cum omnes de conſtit.* quod procedit, quando ſtatutum dirigitur contrà ius commune, tũc

eadem

Digitized by Google

eadem solemnitas, quæ in faciendo requiritur, in tollendo expoſcitur, *cap. cum acceſſiſſent in fin.* vbi *gl. fin. de conſtit.* ibique *Felin. Bart. in l. omnes populi in 3. qu. ff. de iuſtit. & iur. Loffred. conſ. 51. col. pen.*

18 Tamen Collaterale Cõſilium reſcripſit, potuiſſe à maiori parte collegialiter congregata, dictæ Concluſioni diſpenſari; quo verò ad validitatem, vel nullitatem dictæ electionis, prætenſam per Plateam Popularem, fuit reſeruata deciſio, partibus plenius auditis, vt refert *Reg. Reuert. deciſ. 128.* vbi *Reg. de Marin.* alia ad rem obſeruat, & in poſterum non fuit amplius dicta deciſio ſecuta, & Plateæ Nobilium ſteterunt, & ſtant in poſſeſſione eligendi Syndicum, & Platea Popularis huiuſmodi honore non potitur.

19 Et hic Syndicus omnes Ciues repræſentat, *l. 1. §. 1. ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin. l. munera, §. defenſores, ff. de munerib. & honorib. Speculator in tit. de Syndic. Frecc. de ſubfeud. cap. de ordine ſeſſionis*; &

20 poſt Præfectum Prætorij primum locum occupat; quamobrem in ſolemnitatibus Regis, vel Proregis, equitantis per Ciui-

21 tatem, primum locum obtinet in manu leue, vt inquit *Surg. de Neap. illuſtr. cap. 12. nu. 26. Reg. de Ponte deciſ. 13. nu. 15.*

22 Quinimò Syndicus caput omnium eſt, Ciuitatem, Barones, & Regnum repræſentat, dicitur quoque Rector, & Gubernator Ciuitatis, & Pater patriæ, omniſq; poteſtas Ciuitatis in ipſo eſt transfuſa, adeò quod omnes titulatos, cunctaſque dignitates præcedit, eidemque obedientia præſtari debet, ac illius mandatis eſt obtemperãdum, *Salycet. & aly DD. in l. fin. C. de iuriſdict. omn. iudic. Reg. de Pont. deciſ. 16. nu. 21. & deciſ. 26. num. 27.* imò

23 præcedit proceres huius Regni, ideſt ſeptem officia, *Frecc. de ſubfeud. in vlt. quæſt. ſui operis*, *Reg. de Ponte d. deciſ. 15. num. 19.*

24 Vndè in parlamento generali poteſt mandata interponere, tempus congregãdi ſtatuere, illos qui interuenire debent deſignare, reluctantes ad ſuffragium præbendum cogere, ad concluſiones ſubſcribendum, quemlibet coarctare, & concluſum à maiori parte exequutioni demandare, & meritò nàm conceſſa poteſtate congregandi, cenſetur facultas data, mãdata promulgandi, per quæ congregatio facienda ſit vtilis, & ex ea ſeruitij petiti concluſio oriatur; aliàs inutilis, & de vento eſſet electio huiuſmodi Syndici: & iu-

25 re cauetur, quod data facultate aliquid explendi, videntur conceſſa omnia ea, per quæ peruenitur ad actum, *l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de procurat. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. oratio, ff. de ſponſal.* & in puncto faciunt adducta *per Reg. de Ponte deciſ. 15. num. 12. & 15.*

26 Prætereà cum diximus, quod Syndicus primum locum poſt Dominũ Proregem obtinet in ſolemni equitatu, non tedet recenſere ordinem ſolitum in huiuſmodi equitatu; nimirùm primo Cõtinui apparent, poſteà Barones, ſiuè Titulati, cũ alijs Equitibus, tertio loco Ciuitatis Electi, quarto ſeptem officia Regni, id eſt Magnus Cancellarius, Magnus Comeſtabulus, Magnus Siniſcalcus, Magnus Camerarius, Magnus Iuſtitiarius, Magnus Admiratus, & Magnus Prothonotarius, deindè Vicerex, cum Syndico ad leuam, vndique Satelitibus ſtipatis, Sceptiferis præeuntibus, & hi quidem armatam repreſentant militiã: ſequitur dendè Togarũ ordo, & immediatè poſt Proregem incedũt Regentes Cancellariç, cũ Conſiliarijs Status, qui hoc iure præcedẽdi inter ſe vtuntur, vt .ſ. Conſiliarij titulo inſigniti, Regentes præcedant, titulo verò deſtituti Regentes ſubſequantur, deindè Præſidens S.C. Locumtenens R.C. Sũm. Theſaurarius, Regens M.C.V. Secretarius Reg. tùm Regij Conſiliarij, poſteà Præſidentes R.C. poſt ſubſequunt Iudices Viciariæ Criminales, & Ciuiles, Aduocatiſiſcales M.C.V. & ſimiliter Regiæ Cameræ, quorum qui prius in id munus aſſumptus eſt, in omnibus locis præcedere debere, iudicatum eſt, deindè Auditor Campi, & Iudices Siclæ, vt ponit *Surg. de Neap. illuſtr. cap. 14. nu. 1.* & in ſequentibus numeris de omnibus dictis officijs verba facit, quæ non faciunt ad inſtitutum noſtrum, ſed de eorum præcedentia ſupra diſſeruimus.

27 Et amplius adeò Syndici munus conſpicuum eſt, nàm etſi titulo colluſtrati, licet vt Nobiles de Sedilibus ſuffragia in eiſdem præſtent, eorumque honoribus potiantur, ſed non compelluntur, tãquam milites officia exercere, *l. cura in fine, ff. de munerib. & honorib. Minadous in Conſtit.*

Digitized by Google

ſtit.Regni in aliquibus nu.49. Maſtrill.de magiſtrat.lib.4. cap.13.nu.151. tamen ad dignitatem Syndici,vel Oratoris,ad Regem, vel Proregem pro extraordinarijs negotijs nomine Ciuitatis explicandis promouentur,ac ad regendum cõpelluntur, *Surg.de Neap. illuſtr. cap.23. num.16. in fine.*

28 Titulati nàmque dicuntur à Titan, ideſt Sol, & ſicuti Sol illuminat Orbem; ità & tituli, qui ſubnectuntur ad dignoſcendam perſonam loquentis, eiuſque dominij, & dignitatis, vt notat *Taſſon. in prag.de antefat.verſ.1.obſer.1.nu.7.*

Dictique titulati pluribus colluſtrantur priuilegijs, quæ recenſere eſt conſentaneum, vt fortiùs clareſcat Syndici dignitas, quam renuere nequeunt ipſi titulati,

29 Eorum primum eſt, quod ſcilicet excuſentur à tutela,& cura,etiam ſuſcepta, quemadmodũ ab omnibus ſordidis muneribus, *l.ſpadonem,§.ſcire,verſ.ſin autem quis,ff.de excuſat.tutor. l.Iurisperitos in princ.cit.tit. l.verum, §.ex facto, ff.de minorib. l. fin. C. de excuſat. muner. lib. 12, Surgens de Neap. illuſtr. cap. 23. num.16, Maſtrill.de magiſtratib.cap.43. nu.150.*

30 Secundum priuilegium in iudicijs eſt, nàm per Procuratorem litigare poſſunt, etiam in criminalibus, §. 1. *auth. vt Illuſtres collat.71. Reg. de Franch. deciſ.138. per legem vltimam,C.de procurat. Surg. d. cap.23. poſt nu.7. Taſſon.in prag.de antefat.verſ.3. obſeru.4. num.9. verſ.titulatorum.*

31 Et inſuper in Regijs ſubſellis cum Iudicibus ſedent, ſiuè ipſi Actores ſint, ſiuè rei, *l.1.* vbi *gl.C.de Conſulibus lib.12, auth. vt illuſtres collat.5. Surg. d. cap.23. nu.7. Maſtrill. de magiſtrat. lib.4. cap.13.*

32 *nu.133. &* 138. imò coram Prorege, ac in Collaterali Conſilio ſellam habent, *Bald.in l.quoties,C.vbi Senator, & Clariſſimus,* & ſellam in Prætorio Principis cõſequi, maxima eſt dignitas, *auth. vt ab Illuſtribus,§.2. gl.in §.aliam, verſ. altiori inſtit.de bonor.poſſeſſ. Bald.in l. obſeruare, §.anteà quam, ff.de offic. Proconſulis, Caſſan.in Catalogo gloriæ mundi par.1.conſid. 11. Surg.d.cap.23. nu.28.* ac nemini permittitur, niſi ipſis titulatis, Septem Proceribus Regni,Conſiliarijs à latere, Præſidenti S.C. Locumtenenti Reg.Camerę, Regenti M.C.V. Theſaurario generali, Militibus Hieroſolymitanis Magnę Crucis.

33 Et amplius ſemper alloquuntur capite tecto cum Domino Prorege, *Caſſan. in Catalog. gloriæ mundi par. 1. conſider.10.* quemadmodum Regij Conſiliarij, Præ-

34 ſidentes Regiæ Cameræ, Iudices M.C.& Fiſci Patroni in Collaterali Conſilio, ſedentes in ſcamno,capite tecto alloquũtur coram Domino Prorege, quod ſecus eſt

35 extrà illud Conſilium, cum in alijs locis coram Domino Prorege, & ſi ſedeant in ſcamno, capite detecto alloquuntur, ſic diſtinguit rationem differentię ignorans *Surg.de Neap.illuſtr.cap.23.nu.29.* ſic etiã ſeruari Panormi teſtatur *Maſtrill.de Magiſtr.lib.4.cap.13.nu.174.*

36 Imò titulati, in ius vocati, pro cauſa criminali, ſedent, & capite tecto examinantur, *l.fin.§.ſedendi, vbi Senatores, vel Clariſſimi,* vbi *Bald.Frecc.de ſubfeud.lib.3. tit.de differ.inter feud.regal.diff.48. Taſſon.de antefat.verſ.3.obſer 4.nu.9.verſ.eſt*

37 *verum,* quod ſecus eſt in alijs nobilibus, qui detecto capite corã Iudicibus examinantur, *Surg.de Neap.illuſtr.cap.23.n.21. Maſtrill. dict.lib.4. tit.13. num.236.* hoc

38 limitans, quando titulatis dantur tormenta.

39 Sed de iure titulati torqueri non poſſunt, quia milites ſunt, proùt nec coniuncti ſanguine Regio, *l.milites C. de quæſtionib. Pancirol. in notis Imperij cap. 13. Caſſan.in Catalog.par.9.conſiderat.47 nu. 1.& 2.* Imò ſi indiciorum copia ad tortu-

40 ram inferendam adeſſet,ad illam euitandam cum perſonis illuſtribus,ad cõdemnationem pœnæ extraordinariæ Iudices procliues eſſe debere, aduertit *Surg. d. cap.23.in 6.priuileg.verſ.& ſi Barones.*

41 Et amplius pro cauſa ciuili,vtpotè pro debito carceri nequeunt; imò in cauſa liquidationis inſtrumenti aſſignatur domus loco carceris,& ſatisfieri videtur ritui M.C.V.proùt ſatis largo calamo fundaui *reſponſ. meo 94. tom. 2.* vbi lectores remitto, ne ſcripta ſcriptis faciamus,

42 Inſuper in cauſa ciuili præſtito per ipſos iuramento ſuppletorio, poteſt Iudex cauſam decernere in eorum beneficium, vſque ad ſummam aureorum 100. vt habetur in *Conſtitutione Regni quæſtiones Iuriſperitorum,* quæ tamen hodiè parum

ſer-

Digitized by Google

sequatur, quia malitia hominum in dies excrescit.

43 Pariter contrà titulatos, eorumque filios non admittuntur testes descripti, & notati *in Constitutione Regn. prosequentes*,

44 sed hæc Constitutio non extenditur ad filios Baronum, *Frecc. de subfeud. lib. 3. diff. 21. fol. 454.*

45 Tertium priuilegium est, in pœnis imponendis, nàm mitius proceditur contrà ipsos titulatos, *gl. 1. in fin. in cap. quando distin. 86.* concordat *tex. in cap. si verò il 1. de sentent. excomm. Guglielm. de Benedictis in cap. Rainutius verb. ad vxorem nu. 808. Surg. in cap. 23. nu. 7. priuileg. 5.*

46 Nec pœnę relegationis, & deportationis subijci possunt, nisi præuia dispensatione Domini Proregis, *Surg. d. cap. 23. nu. 24. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13.*

47 *nu. 209.* quidquid in contrarium dixerit *Camer. in repet. leg. Imperialem per illum tex. fol. 78. lit. G.* quod scilicet non possit Dominus Prorex, inconsulto Rege, titulatos condemnare, ità *Tasson. de antefat. verſ. 2. obser. 2. nu. 140. Surg. de Neap. illustr. cap. 23. nu. 5.*

48 Imò ipsi titulati rei alicuius facinoris delati, non possunt citari, nec carceribus mancipari; quamuis grauioribus criminibus fuerint maculati, inconsulto Domino Prorege: & amplius inscio dicto Domino Prorege, non potest contrà eos de criminibus informatio capi; sic est

49 *tex. in l. grauis, C. de dignitatibus lib. 12. cap. 1. in fin. de offic. ordinar. in 6. cap. Inquisitores,* vbi *gl. de hæretic. in 6. Decius in l. 1. C. de offic. eius*; Et huic priuilegio nihil innouauit *ritus M.C. 46.* per quem licet contrà ipsos titulatos detur potestas coercendi, tamen ritus prædictus interpretationem recipit, vt scilicet Dominus Prorex priùs cõsulatur, vt inquiunt *Surg. de Neap. illustr. cap. 23. num. 5. Tasson. in pragm. de antefat. verſ. 2. obser. 2. nu. 140.*

50 Hinc est, quod concesso exercitio alicuius Iurisdictionis, præuia generali cõmissione, non comprehenduntur titulati, contrà quos procedi non potest, sine peculiari certioratione Domini Proregis, *cap. 1. in fin. de offic. ordin. in 6. cap. Inquisitores,* vbi *gl. de hæretic. in 6. Dec. in l. 1. ff. de offic. eius.*

51 Possunt tamen titulati, inconsulto Prorege, absolui, *Surg. de Neap. illustr. cap. 23. nu. 5. Tasson. in pragm. de antefat. verſ. 2. obser. 2. nu. 140.*

52 Sed durante inquisitione in loco digniori, & commodiori detineri debent, *Surg. d. cap. 23. post nu. 7. Frecc. de subfeud. verſ. quis dicatur Marchio nu. 9. Mastrill. de magistrat. cap. 23. nu. 5.* qui dicit, quod militum custodiæ designantur, *Capiblanc. de Baronib. in proem. nu. 15.*

53 Et quando ad mortem contingit illos damnari, non in publico loco, sed in carcere decapitantur, vt affirmat *Surg. loc. cit. nu. 7. priuileg. 4. verſ. & si ad capitis nu. 24.* quod tamen hodiè non obseruari vidimus.

54 Quartum priuilegium est in præcedentijs, nàm ipsi titulati Consiliarij sunt à latere Regis, vt probat *tex. in cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum Frecc. tit. de subfeud. tit. quis dicatur Comes num. 44. Reg. Lanar. consſ. 72. nu. 5. Fab. de Ann. consſ. 122. nu. 39. Bouadill. in politic. lib. 2. cap. 16. nu. 7.* & tenentur Consilio Regem iuuare, aliàs puniuntur, *Mastrill. de magistr. lib. 4. cap. 13. n. 13.*

55 & 15. vndè in Regno, quandoque Capitanei nuncupantur, quasi capita digna habentes respectu aliorum, qui sunt in dignitate, *Andr. in cap. 1. nu. 6. de his, qui feudum dare possunt, Tasson. in pragm. de antefat. verſ. 14. obseru. 1. nu. 14.* & hodiè Illustris titulo denominantur, etiam à Po-

56 tentissimo Rege nostro in Epistolis, alijsque scripturis ipsis directis, & pariter in decretis, & sententijs à Regijs subsellis pronunciandis, vt adnotat *Surg. de Neap. illustr. cap. 23. nu. 43.* nisi rei alicuius cri-

57 minis sint, tunc in eorum nominatione titulus Illustris non subnectitur.

58 Hinc est, quod titulati in audientia Domini Proregis, priusquam alij, alloquuntur, seruata tamen inter ipsos ordi-

59 nis prorogatiua, nimirùm primi sunt Principes, deindè Duces, Marchiones, postmodùm Comites, & postremo Barones, & inter ipsos titulatos præcedunt antiquiores; ità *Surg. de Neap. illustr. cap. 25. nu. 45. & 46. verſ. in suis,* subdens, vt idem ordo in negotiando seruetur à Magistratibus, vndè quacumque hora ipsi titulati superuenerint, cum aduocatis audiuntur.

60 Occupant etiam latum dexterum ipsi titulati, ambulantes cum quibusuis Equi-

Digitized by Google

tibus, & Patritijs, etiam diuitijs, & sanguinis claritate maioribus, *tex.* est *in cap. solitæ de maiorit. & obedient.* vbi *Abb. & Felin. cap. illud, & cap. duo sunt 96. dist. Bald. in l. decernimus, C. de Sacrosanct. Eccl. Surg. d. cap. 23. nu. 27.*

61 Imò præcedunt omnes Officiales, etiã Collateralis Consilij, in cunctis functionibus, quæ per Dominum Proregem explentur, præcipuè quando Dominus Pro-

62 rex conuenit in M. C. V. ad faciendas gratias, nàm sedent ipsi titulati in scamno cum humerali, in latu sinistro Domini Proregis posito, *Minadous in Const. Regn. in aliquib. nu. 44. Surg. de Neapol. illustr. cap. 23. nu. 32. Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 13. n. 158.* nisi ipsi titulati concurrant

63 cum Præside alicuius Tribunalis, tùnc illi postponũtur, aut quando Senatus est vnitus, *Præs. de Franch. decis. 138. num. 6. Bouadill. in politic. lib. 3. cap. 8. nu. 5. Gratian. disceptat. forens. cap. 111. Mastrill. d. c. 13. nu. 52.* quidquid in contrarium fuerit decisũ Barcinouæ, vt refert *Fontanel. de pactis nuptialib. claus. 3. gl. 1. nu. 7.*

64 Conueniunt quoq; sex titulati in parlamento generali, quod celebratur pro faciendo donatiuo Regi, & ipsi vna insimul cũ alijs sex ex Cœtu Baronum quan-

65 titatem donandam deliberant, gratias poscunt, ipsi quoque præcedunt alios, & manum dexteram habent, *Surg. de Neap. illustr. cap. 23. nu. 33.*

66 Defert vnus tamen ex eis hastam pallij in solemni rogatione, quæ celebratur occasione festiuitatis Corporis Domini Nostri Iesu Christi, & alterã defert

67 Dominus Prorex; cuius latum ipse titulatus sequitur, & ex reliquis hastis pallij, alterã Tribunus Populi, cæteras Nobiles Sedilium; proùt constitutum fuit à Regibus Aragonensibus, vt testatur *Surg. d. cap. 23. nu. 30.* & supr. de eisdem meminimus.

68 Amplius quando titulati sunt electi Deputati ab eorum Sedili, & concurrunt cum alijs Nobilibus, titulo carentibus, ad peragendum publica negotia cum Domino Prorege, ipsi titulati præcedunt, & cum Domino Prorege alloquuntur, *Bald. in cap. 1. de controuers. feud. Præposit. in cap. Episcopus 17. dist.* praxis autem est in

69 hoc casu, vt inter omnes Deputatos vnus ab ipsis eligatur, qui nomine omnium alloquatur, & reliqui Deputati possunt indè supplere, in hoc enim consessu, non vt titulati, sed vti Nobiles cõcurrunt, *l. tutor. ff. de his quib. vt indig. And. in c. 1. col. 2. qui successor. teneantur, Freec. de subfeud. tit. quis dicatur Comes, nu. 45. Surg. d. cap. 23. nu. 36.*

70 Imò Consiliarij si titulati sint in Regno Siciliæ, cæteros antiquiores præcedunt, sic *Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 13.* in Regno autem nostro contrarius est vsus, vt *in rubrica de præcedentijs* disse-

71 ruimus; habent tamen ipsi Consiliarij titulati sellam, quando cum Domino Prorege tractant, vt inquit *Tasson. in pragm. de antefat. vers. 7. obseru. 8. nu. 37.*

72 Et tenetur Dominus Prorex titulato ipsum Dominum Proregem salutanti, aliquantulum assurgere, *gl. in l. 1. C. sententiam passis verb. processisse, Felin. in rub. de maiorit. & obedient. col. 4. Purpurat. in l. 1. nu. 162. ff. de offic. eius, Surg. de Neap. illustrat. cap. 23. nu. 17.* vbi subdit, quod mul-

73 tum debet eis assurgere; cum Imperator Præfecto Prætorio, Cardinalibus, Archiepiscopis, & Episcopis ipsum visitantibus assurgere sit solitus, idemque notat *Restaurus Castaldus in tract. de Imperator. nu. 65.* in hac tamen tempestate ex copia, & qualitate titulatorum aliter sentit *Tasson. in d. pragm. de antefat. vers. 2. obser. 2. nu. 130.*

74 Animaduertendum tamen est, quod titulati, etsi Consiliarij à latere dicantur, tamen qui eos offendit in crimen læsæ Maiestatis non incidit *Io: Faber in proem. instit. in princ. Bellamer. cons. 15. col. 3. Oldrad. cons. 43. nu. 8. gl. in Longobard. in cap. relatum, rub. de scandalis, & compositionem.*

75 quãuis ratione personæ, loci, & temporis atrociora putantur facinora, *l. fin. ff. de iniur. l. aut facta in princ. ff. de pœnis,* quod

76 secus est in Magistratibus, qui de corpore Regis sunt, *l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiestat.* vndè qui eos offendit, etiam extrà Tribunal, aut non ratione officij, Regem

77 ipsum offendere videtur, *Iserm. in tit. qua sint regalia*, & ratio est, quia Magistratuũ vsus magis necessarius est, quàm titulatorum, *Surg. de Neap. illustr. cap. 27. nu. 10. & 12.*

78 Quintum priuilegium, nàm titulati Coronam adhibent in suis insignibus, eamq; facere non licet reliquis de familia, *Cas-*

san,

Digitized by Google

sian. in Catalog. gloriæ mund. par. 1. conclus. 38. consid. 44. Frecc. de subfeud. lib. 2. quis dicatur Dux,, Castald. de Imper. quæst. 32.

79 & vtuntur in eius domibus serica vmbella, quam Baldachinum dicunt, quæ maximè est dignitatis; imò Regale est ornamentum, post Pontifices, ita *Surgen. de Neap. illustr. cap. 23. nu. 49. & 50.*

80 Possunt etiam arma deferre, *Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 13. nu. 198.* imò in Tribunalibus, & Palatio Principis secundum *Bouadill. in politic. tom. 2. fol. 14.* sed contrarium asseuerat *Ann. in repetit. Con-*

81 *stitut. Regni si quis aliquem num. 32.* vbi *Anna filius* allegat *Frecc. de subfeud. lib. 2. in 40. diff. feudi,* non enim possunt titulati deferre arma coram Iudice Tribunali sedente, *l. qui dolo, §. item qui cum telo, ff. de*

82 *vi publica*; vndè emanata fuerunt banna, vt arma deferri non possint etiam à titulatis in S. C. vt tradit *Tasson. vers. 7. obser. 3. num. 69.*

83 Sextum priuilegium est in vxoribus, nàm titulati vxor dicitur quoque titulata, proùt etiam vxor titulata facit virum titulatum, durante vita vxoris, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diuers. prouision. §. 1. nu. 16. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. nu. 29. cum sequentib. Reg. Galeot. controu. lib. 1. contr. 55. Auiles in legibus Prator. Hispaniæ in proem. num. 1. Reg. de Marin. resol. iuris cap. 250. num. 18.* & fa-

84 ciunt dicta *per Bald. in cap. significauit nu. 3. & 4. extr. de rescriptis,* dicens, quod Regina, simplici militi nubens, facit virum Regem, tamen non viro, sed Reginæ administratio confertur.

85 Septimum priuilegium est, in filijs titulati, qui etsi naturales sint, etiam absque legitimatione admittuntur, ad habitum Sacræ Religionis Hierosolymitanæ, nec ipsis aduersantur stabilimenta eiusdem Religionis, vt scilicet non admittantur filij bastardi Nobilium, cum limitentur in filijs ortis ex titulatis; proùt de iure affirmat *Bald. in l. cum nuptia, ff. de stat. homin. l. generaliter, §. fin. C. de institut. & substitut. Cassan. in Catalog. gloria mundi par. 1. consid. 38. col. 24. Gugliel. de Bened. in cap. Rainutius nu. 31. de testam. Surg. de Neap. illustr. cap. 27. num. 14.* hoc autem negat *Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 13. nu. 131.* dicens, quod solummodò ex gratia Emin. Magni Magistri illud cõceditur.

86 Et amplius titulatus liberatur à patria potestate, *Barbat. de præstantia Cardin. quæst. 1. Iason in l. qui se patris, C. vndè liberi, §. summa instit. quib. mod. ius patriæ potestatis soluitur, Cassan. Catalog. gloriæ mundi quæst. 9. consid. 47. in 6. effect. Surg. de Neap. illustrat. cap. 23. nu. 11. Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 13. nu. 119.*

87 Possunt etiam filij familias, qui ex matrimonio, successione, institutione, vel alio modo titulum adipiscunt, suffragium ferre in Sedilibus, licèt vigeat constitu-

88 tio in cõtrarium, quod scilicet filij familias absque emancipatione suffragium non dent, *Surg. de Neap. illustr.*

89 Octauum priuilegium est, quod titulati postquam inuestiti sunt de feudis, vel titulis, ad libitum sinè culpa deuestiri nequeunt, *cap. 1. de natur. feud.* quod enim voluntarium est ab initio, post factum dicitur necessarium, *l. sicut, C. de action. &*

90 *obligat.* Imò quamuis antiquitus id locum obtinebat in maioribus Capitaneis, moderni autem non ità subtiliter rem cernentes; idem locum vindicare obseruant in minoribus Capitaneis, seù valuasoribus, ità *DD. in cap. 1. de natura feud. Andr. in 1. rub. feudor. ex l. labeo, ff. de sup-*

91 *pellectili legat.* quod etiam obseruatur in Officialibus, à Rege ad beneplacitum creatis, nàm ipsi sine culpa priuari non valent, vt *in 2. par.* patebit *in rub. de priuatione Officialium,* & probat *Tasson. in d. tract. vers. 3. obseru. 3. num. 96.*

92 Verùm si culpa interfuerit, potest titulatus titulo priuari, attamen dicta culpa attestationibus quinque testium est comprobanda, *cap. 1. quot testes sunt necessarij ad probandum feudatarij ingratitudinem in vsibus feudorum*; sed pendente

93 huiusmodi probatione, non potest possessione feudi spoliari, *Andr. in cap. 1. de natur. feud. n. 1. in fine, & in cap. sancimus,*

94 *quo tempore miles,* nisi sententia, & conuictio præcesserit, & illa cum interuentu parium Curiæ proferri debet, vt cauetur *in constitutione Regni, vt vniuersis, &* sin-

95 *gulis,* ibi, *Comites, Barones, ac viros militares cum iudicio parium condemnandi sunt,* sicuti in inuestituris faciendis pares interueniunt, *cap. 1. de natur. feudor.* & illi dicuntur pares, qui habent paria feuda, *Frecc. lib. 3. de subfeudis tit. de differentijs inter feuda regalia num. 12. fol. 42. Tasson.*

in

in prag. de antefat. vers. 14. *obseru.* 1. *nu.* 84.

96 Amplius Titulati non possunt feuda titulo decorata eius libito distrahere, nisi interfuerit Regius assensus, cum illius Domini Proregis sat non sit; sic constituitur *in pragm.* 4. *de feud.* & ratione quoque munitur, nàm dignitates titulares à Rege conceduntur tãquàm regalia; ideò sinè Regis consensu euelli non possunt, *Dec. cons.* 169. *nu.* 2. *Frecc. lib.* 2. *de subfeud. tit. quis dicatur Marchio num.* 8. *Surg. de Neap. illustr. cap.* 23. *nu.* 41. sed hanc materiam assensus ad ornatum dictæ *pragm.* 4. *de feud.* eiusque intellectum latè degustauimus supra.

97 Imò si feudum, aut Castrum titulo decoratum, alienari contingerit, feudatarij titulati nõ amittunt titulum, nec aliquam ex prærogatiuis relatis, eo quia dignitas datur personæ, & non rei, *Bald. & Cardin. in cap.* 1. *quis dicatur Dux, Iacob. de Sancto Georgio de feud. in verb. Comes*, & facit *tex. in cap. Nabucdonosor* 13. *quæst.* 14. *Clem.* 1. *de for. competent. Cassan. in Catalog. gloriæ mundi par.* 5. *consid.* 49. *Surg. de Neap. illustrat. cap.* 23. *nu.* 47. & conferunt, quæ in hoc puncto scripsi *in respons.* 100. *vol.* 1. vbi articulum Iuribus, & DD. authoritatibus exornaui, ac distinctione veriorem opinionem tradidi, ad quæ me remitto.

98 Hinc est, quod tituli collocari non debent; nisi super celebri Ciuitate, & in personis de genere, & Prosapia Magnatorum, *Frecc. lib.* 3. *de subfeud. tit. de differ. int. feuda regalia, & titulata* propè *n.* 6. sed hanc doctrinam obseruat recessisse ab aula, *Tasson. vers.* 3. *obser.* 4. *nu.* 9. *vers. tituli*, & subdit, in Regno nostro cõpiosus eorum est numerus, & in dies crescũt,

99 dùm in dies concęduntur, & venduntur, & de hoc prius meminit *Reg. de Ponte cons.* 134. *num.* 135. *vol.* 8. & olim in Regno vtriusque Siciliæ non erant, nisi triginta titulati; proùt tempore Regis Rogerij, quo etiam cęperunt esse septem officia Regni, vt aduertit *Summonte in histor. Neapol. par.* 3. *fol.* 38.

100 Iure autem, titulum ementes, titulati non sunt, *Salyc. in l. fin. C. vbi Senat. vel Clariss. ann. sing.* 166. *Surg. loc. cit. cap.* 27. *num.* 10. honor enim non ambitiose, sed labore acquiritur, & probitate, & non pretio dàtur, *l. contra* 14. *C. de milit. lib. lib.* 12. *l.* 1. *C. vt perfectissimè dignitates lib.* 12.

101 sed quia consuetudo introduxit, vt tituli vendantur, secus est, cum licet sint venditi, gratia dicitur, *Bald. in cap.* 1. *num.* 18. *de allodio, Tasson. in prag. de antefat. vers.* 14. *obser.* 1. *nu.* 30.

102 Titulus nàmq; est dignitas, quę etiã aliquẽ facit nobilem, licèt non sit *Bar. in l.* 1. *C. de dignitat. lib.* 12. *Tiraquell. de nobilitat. cap.* 6. *Minadous in constit. Regn. in aliquibus num.* 39. *Præs. de Franch. decis.* 63. *num.* 3. *&* 4. *Mastrill. de magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *nu.* 199. nisi sit spurius, proùt limitat idem *Mastrill. loc. cit.*

103 Sed qui, se gerit pro titulato, & non est, pœna Iudici arbitraria punitur, *Honnedeus cons.* 100. *nu.* 17. *&* 77. *lib.* 2. *Menoch. de arbitrar. cas.* 320. *nu.* 17. si autem occu-

104 cupat iurisdictionem, pœna criminis lęsæ Maiestatis plectitur, *l.* 3. *ff. ad leg. Iul. Maiest. Boss. de crimine læsæ Maiestatis num.* 39. *Farinac. eod. tract. quæst.* 114. *special.* 10. *Mastrill. de magistrat. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 223.

De donatiuis, Regi faciendis.

§. V.

SVMMARIVM.

1 *Donatiuum Regnum, & Ciuitas Neapolitana Regi præstare non tenetur, & quare, sed contraria refertur opinio, nu.* 2. *quam sequor n.* 6. *&* 15.

3 *Rex habet sua stipendia, quæ sunt vectigalia, ex quibus defendere debet Regnũ à latronibus.*

4 *Rex tenetur sumptus Ærarij refrenare.*

5 *Subuentiones, præter casus statutos, Regi non debentur.*

7 *Donatiuum tenetur Regnum Regi facere ex iure Diuino nu.* 8. *Canonico nu.* 12. *Communi n.* 13. *Regni n.* 14. *& ex communi schola Theologorum.*

9 *Donatiuum Moises petyt populo, vt Tabernaculum erigeretur.*

10 *Donatiuum Dauid petyt populo, vt templum ædificaretur.*

11 *Dona petyt Dominus noster Iesus, loquẽs populo.*

12 Pon-

Digitized by Google

12 *Pontifex præcepit ſubuentionem præſtari Prælato.*
13 *Donatiua ius feudorũ feudatario indixit pro ſubuentione Domini directi, quando aſſociat Imperatorem.*
16 *Rex erga Rempublicam ad quæ teneatur.*
17 *Regi, tenetur ſubminiſtrare Populus, omnia neceſſaria ad publicam vtilitatem. Vectigalia quando imponi debeant, & doctrina* Diui Thom. *recenſetur n.24.*
18 *Regis finis quis ſit.*
19 *Populus quas expenſas Regi præſtare debet.*
20 *Reip. intereſt Regem ſuum inter alios Reges potentia excellere.*
21 *Principes à populo debent tributa ſuſcipere, & quare* ex Diu. Thom.
22 *Bona ſubditorum Principis ſunt etiam quòad dominium, & proprietatem, & quare* ex Luc. de Pen.
23 *Rex, quando neceſſitatem habet, Prouinciales non ſunt Domini rerum ſuarum, ſed cuſtodes.*
25 *Expenſæ publicæ non cedunt in damnum Domini, ſed ipſe contribuere debet, ratio, nu.26.*
27 *Rex eſt Dominus perſonarum, & bonorum ſubditorum.*
28 *Bonum commune præponitur proprio cuiuſuis.*
29 *Ciuitas, & Regnum Neap. quæ donatiua Regi fecit nu.30.*
31 *Donatiuum in omnibus Mundi partibus Regnantibus fit.*
32 *Donatiuum hodiè non voluntarium, ſed neceſſarium dicitur.*
33 *Donatiuum Regi noſtro ſingulis binis annis debetur, & ratio.*
34 *Dona in principio anni fiunt.*
35 *Munera Baronibus præſtantur in vigilia Natiuitatis Domini.*
36 *Rex ſingulis binis annis donatiuum petit per literas Proregi tranſmiſſas.*
37 *Donatiuum in Sicilia Regi fit ſingulis tribus annis.*
38 *Capitula Papæ Honorij fuerunt ſuſpenſa, nec vnquam obſeruata.*
39 *Donatiuum vltrà ordinariũ, an alij dentur caſus, vbi illud debetur.*
40 *Donatiuum ſemper debetur, quando concurrit cauſa iuſta, & illud proportionaliter imponitur.*
41 *Donatiuum poteſt Prorex per vim, & metum extorquere, & ratio etiam ex Theologis, num.42.*
43 *Iuſta cauſa præſtandi donatiuum, qua dicatur.*
44 *Donatiuum debetur, ſi neceſſitatem Rex haberet.*
45 *Neceſſitas, vt debeatur donatiuum, conſtare non debet, ſed ſufficit Principis aſſertio.*
46 *Veritas ſemper præſumitur in Principe.*
47 *Princeps creditur in facto proprio.*
48 *Rex neceſſitate vrgente poteſt pedagia, vectigalia, & milliones petere.*
49 *Rex poteſt tributa imponere ſine conſenſu populi, illaque exigere, neceſſitate ſuadente.*
50 *Donatiuum Regi debetur ad conſeruandam Rempublicam ab hoſtium incurſu.*
51 *Gabellæ imponi poſſunt ad conſeruandam Rempublicam ab hoſtium incurſu.*
52 *Regnum Siciliæ tenetur Regi donatiuum facere, quando Regnum inuaderetur ab hoſtibus.*
53 *Regnum Siciliæ præter caſum enucleatũ non tenetur nec ad donatiua, nec impoſitiones ibidem imponi poſſunt.*
54 *Regnum Siciliæ an teneatur ad donatiuũ, ſi Rex mouere velit bellum contrà aliquos.*
55 *Donatiuum Regi debetur propter belli ſumptus, quos ſubſtinet in alijs Regnis, & ità ſeruatum n.58. ſed contrà ex capit. Papæ Honorij, quibus reſpondetur, nu.58.59. & 60.*
56 *Vtilitas publica oritur ex potentis hoſtis elongatione.*
57 *Siculi donatiuum coactè Regi fecerunt pro bellò Carthaginenſi.*
61 *Hoſtes arcere à confinibus, vel inuadere in proprijs domibus, reſultat ad Regni defenſionem.*
62 *Donatiuum Regi debetur, ſi inuadere velit hoſtes in proprijs domibus.*
63 *Boni Duces in propria domo non bellant.*
64 *Donatiuum debetur Regi propter bellum, quod mouetur contrà Principem confederatum noſtri* Regis, *& ratio n.65. & ità bis ſeruatum in* Regno noſtro *n. 66.*
67 *Ciuitas noſtra donatiuum egit* Regi, *vt auxiliaretur Ciuitatem Ianuæ, obſeſſam, ob quod fuit liberata.*
68 *Donatiuum debetur ob bellum, quod gerũt noſtri hoſtes contrà Principem, etſi exterum, & ratio.*
69 *Donatiuum debetur, ſi nouas Prouincias acqui-*

Digitized by Google

aequirere vellet, vel perditas recupera-re, & ratio.

70 *Baronibus debetur adiutorium pro emenda terra.*

71 *Donatiuum debetur, si Rex vxorem duceret, vel primogenitus nasceretur, vel in Ciuitatem venerit.*

72 *Donatiuum debetur, si* Rex *ex sua culpa ad inopiam vergeret, & ratio nu.*73. *sed contra n.*75. *tamen respondetur nu.* 76.

74 *Princeps quando tenetur sumptus parum necessarios excidere.*

77 *Princeps necessariè cogitur facere maximos sumptus.*

78 *Donatiuum* Regi *debetur, pro bello contrà suos rebelles, sed contrà Andreas, n.*79. *tamen confutatur, n.*80.

81 *Populi facultates, & indigentiæ debent considerari tempore donatiui.*

82 *Donatiuum, quod Vniuersitates soluere non possunt, iniustum est, & non debetur.*

83 *Gabella imponi potest, vt donatiuum soluatur.*

84 *Exactio, imposita Populis, vt ex redditibus eius* Rex *suis necessitatibus consulatur, cessat, cessante necessitate, sed declara nu.* 85. *& quid in Ciuibus Neapolitanis.*

86 *Praxis refertur, quæ seruatur à Ciuitate, quando* Regi *donat.*

87 *Praxis recensetur, quæ obseruatur à Regno, quando Regi donatiua facit, & Syndicus Ciuit. quis sit.*

88 *Aduocati interueniunt in donatiuo, quod Regnum gerit, prout ego interfui in anno*

89 *Barones vocati pro causa donatiui accedere debent, alias puniuntur.*

90 *Barones vocati, si sint absentes, sunt expectandi.*

91 *Barones, qui vocati accedere non valent, interuenire possunt in parlamento per Procuratores.*

92 *Prælati, & Ecclesiastici, feuda habentes, accedere, & interuenire debent in parlamento.*

93 *Ecclesiastici feuda habentes, si in parlamento non accesserint, quid gerendum.*

94 *Barones omnes, an requiratur, vt interueniant in parlamento, vel illud fieri potest, existente maiori parte illorum, & nu.*96.

95 *Minor pars sufficit in contumaciam maioris partis.*

97 *Donatiuum concluditur à maiori parte congregatorum in parlamento.*

98 *Ecclesiastici si non concurrunt in donatiuo faciendo in* Regno Sicilia, *illud non concluditur.*

99 *Immunis nemo est à contributione in donatiuis, licèt amplissima priuilegia habeat, & ità iudicatum pluries per R. C. & decis. recensentur, num.*100.

101 *Ciuitas Tarenti licet exemptionis priuilegium habeat, etiam à donis, adhuc fuit coacta contribuere in donatiuis.*

102 *Præscriptio inducitur in donatiuorum contributione ex sola patientia soluendi, quæ etiam sufficit pro titulo.*

103 *Vniuersitates, priuilegium immunitatis habentes etiam à donis, contribuere non tenentur in donatiuis; sed ratà illa non cedit in damnum* Regis, *sed Regni, nu.*105. *& ità decisum ibi.*

104 Tex. in l. quod maior, ff. ad municip. intellectus.

106 *Barones in donatiuis soluere tenentur illam ratam, quam vniuersitates suarum terrarum soluere nequeunt, sed contra & aquius nu.*107.

108 *Ecclesiastici, & Prælati contribuere non tenentur in donauitis, sed contrà n.*109.

110 *Ecclesiastici quando teneantur contribuere in donatiuis.*

111 *Summi Pontifices consueuerunt, necessitate publica irruente, Principibus laicis decimas bonorum Ecclesiasticorum indulgere.*

112 *Prælati, vel Ecclesiastici, feuda possidentes, tenentur in donatiuis contribuere, & rationibus fundatur, nu.*113.

113 *A donatiuis nec excusatur primipilaris, nec veteranus, nec miles, aut alius, qui priuilegio aliquo subnixus est.*

114 *Bona patrimonialia exemptorum Principibus laicis sunt subiecta, & quare, sed contra, & respondetur, num.*115.

116 *Prælati in parlamento præsentes, si non repugnent, videntur inhærere maiori parti, & ratio nu.*117.

118 *Prælati feudatarij Regis an Regi subsint, illique obedire teneatur.*

119 *Prælati feudatarij Regis an laici reputentur, quod priuilegium habeant.*

120 *Rescriptum Apostolicum, iubens, vt Prælati*

Digitized by Google

lati non teneantur contribuere in donatiuis, nisi obtulerint, vbi locum habeat.

121 *Barones non tenentur, in præstatione donatiui, à* Regno *facti contribuere, & quare nu.*124.

123 *Adoha in locum seruitij militaris successit.*

125 *Feudatarijs non potest Princeps imponere noua grauamina nu.*126.

127 *Barones tenentur in donatiuis contribuere, licèt onus adohæ substineant, & quare nu.*130. *&* 132.

128 *Adoha non debet à Baronibus exigi durante solutione donatiui* ex Camill.de Curt. *quod improbatur, nu.*129.

131 *Barones sicut à suis vassallis adiutoria consequuntur, ità tenentur* Regi *donatiua præstare.*

133 *Adohæ onus non liberat feudatarios, ab alijs oneribus præstandis.*

134 *A donatiuis nemo excusatur, licèt amplissima habeat priuilegia.*

135 *Donatiua non licet alijs fieri à Ciuitate, vel Regno, nisi Regi, ex* Regni *sanctione, quæ, quare processit nu.*136. *ideoque viget in* Regno Sicilia *nu.*137.

138 *Proregi vt donatiuum fieri possit, nedùm licentia* Regis *requireretur; sed omnes concurrere deberent ad illud concludendum, nec maior pars sufficeret, ratio, nu.*139.

140 *Vniuersitatibus* Regni *prohibetur se vnire, pro donis dandis, & salarijs constituendis absque licentia.*

141 *Vniuersitates, aliud Baronibus donare non possunt, quam in* const.quamplurimum *statuitur.*

142 *Nuncijs ex causa latitiæ, non prohibetur donari.*

De donatiuis, Regi faciendis.

§. V.

INter Ciuitates, & Regna, quæ Monarchiæ nostri Inuictissimi Regis circumscribuntur, nemini inclitę deuotioni, ac nimię fidelitati est secunda, nostra Neapolitana Ciuitas, hæc inter reliqua mirabiliter gesta, nunquam renuit ingentes quantitates elargiri eidem Serenissimo suo Regi, imò ad hoc in cunctis occasionibus semper procliua se reddidit, aliud non consulens, nisi tantummodò Monarchię conseruationem, & augumentum; ideò hic confert, vt de donatiuis, Regi peragendis, alloquamur, dùm de Syndici munere, occasione huiusmodi donatiui conficiendi constituti, verba fecimus.

Proindè succedit infrascripta subnectere, & de eisdem disserere.

Primò, si teneatur de iure Ciuitàs, & Regnum Neapolitanum Regi suo donatiua præbere, & quando ei debeantur.

Secundò, si vltrà ordinarium donatiuum, quod deberi concluditur, alij concurrant casus, vbi ad donandum compellatur.

Tertiò, quæ seruetur praxis ad illa concludendum.

Quartò, nùm aliqui sint immunes à contributione in donatiuis.

Quintò, nùm alijs præter Regem, liceat donatiuum fieri.

Quòad primum, maximum est certa-
1 men inter Doctores, si teneatur Ciuitas, & Regnũ Neap.donatiua Regi præstare, præter determinata tributa, nã aliqui negant, inquientes, deberi Regem necessitatibus occurrere solitis stipendijs, & vectigalibus, ità *Andr.de Isern.* in pluribus locis, nempè *in Const. super incisionibus in cap.sed nec alia iustior, tit.quæ sit prima causa benef.amitt. num.*40. *vers.quid ergò damnat, & in eod.loc. vers. & extrà ordinaria collatio, in tit. de statut. & consuet. cont. Eccles. nu.*39. *in Const.si damna, col. penult.Luc.de Penn.in l.vnic.C.de superindict.lib.*10.*n.*11.*Hostien.in rub.de cens.* §. *& qualiter, Alciat.in l.placet, C. de Sacros. Eccl.nu.*1. *Afflict.in d.cap.sed nec alia iustior,* §.*extraordinaria collatio num.*4.*quæ sit prim.caus.benef.amitt. Petr.Iacob.Gallus in sua pract. tit.de feud. rub. ex quib. caus.vassall.nu.*30.*Iacob.de Ayell.de iure adohæ nu.*49.*Capyc.in inuestit.verb.collectarum, Camill.Borrell. de præstant.* Reg. *Cathol.cap.*20.*nu.*39.*Boer.decis.*128.*Vasq. controu.Illus.cap* 6. *nu.*6. *&* 7.

2 Alij autem affirmant, & sunt *Glos.in l. iubemus, C.de Sacros.Eccles. Goffred.Beneuent.de libell. tit.de offic.Iudic. Io:Blanc.de feud.tit.ex quib.caus.Specul.de feud.* §.*super homagijs, Archidiac.quæst.*3.*cap.quia,*

Digitized by Google

Belluga in ſpec. Princ. rub. 46. verb. de donatiuo, Bonadill. in polit. lib. 5. cap. 5. de las fiſas.

Conãtur autem DD. qui negant, ſuam
3 defendere ſententiam. Primò authoritate, & doctrina *Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 62. art.* 8. vbi generaliter ait, *Regem habere ſua ſtipendia, quæ ſunt vectigalia, quibus defendere debet Regnum à latronibus*. Se-
4 cundò, quia Rex tenetur Regij Ærarij ſumptus refrenare, vndè bellum ſubſtentaretur, & neceſſitas non vrgeret, *l. ſi diutina, C. de exactor. tribut. nu.* 14. *Hoſtienſ. in rub. de cenſ.* § *& qualiter, Luc. de Penn. in l. vnic. C. de ſuperindict. lib.* 10. Tertiò,
5 quia ſunt circũſcripti caſus, quibus obligatur Ciuitas, & Regnum ſubuentiones Regi præſtare, vtpotè pro maritanda filia, vel ſorore, pro faciendo fratre milite, pro redimenda eius perſona ab hoſtibus, & pro defenſione Regni. Hinc ſequitur, quod præter dictos caſus in alijs non debentur, quemadmodùm ſonant capitula Papæ Honorij II. qui prædictos ſolummodò caſus conſtituit.

6 Sed ego veritati innixus, affirmatiuam opinionem ſequor, quam vltrà ſuperius allegati tenuerũt ex noſtris *Marin. Freccˢ lib. 2. de ſubfeud. in tert. author. Baron. nu.* 26. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. de regal. impoſit. & in dec. 3. nu.* 14. *Reg. Tap. deciſ. S. C.* 14. *num.* 49. *Reg. Sanfelic. in diſcept. vnic. de donat. poſt* 1. *to. deciſ. Conſil. de Georg. repet. feud. cap.* 57. *nu.* 18. *Index Taſſon. in pragm. de antef. verſ. 3. obſerv.* 4. *ex alienigenis, Bolognett. conſ.* 1. *num.* 86. *Garſias Maſtrill. de magiſtrat. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 16. *Marius Giurb. tom.* 1. *deciſ.* 118. *nu.* 10. *Petr. Tholoſ. in ſua Republ. cap.* 5. *nu.* 3. *Reg. Valenz. conſ.* 99. *punct.* 4. *num.* 61. ex
7 Theologis *Silueſter ver. dominiũ quæſt.* 5. *nu.* 6. *Iacob. de Graffeis par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 7. *P. Suarez de leg. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 7. *P. Molfeſ. in ſumm. tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *nu.* 36. *P. Diana reſol. moral. tom.* 3. *tract.* 3. *de parlam. reſolut.* 1.

8 Fulcitur nàmque hæc ſententia diſpoſitione omnium iurium, nempè Diuini, Canonici, ciuilis, & municipalis. Diuini, inquam nàm Moyſes ex præcepto Do-
9 mini donatiuum populo petijt, vt Tabernaculum erigeretur, dicens: *Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus dicens; Separate apud vos primitias Domino, omnis voluntarius, & prompto animo offerat eas*, vt *in Exod. cap.* 35. & ibi deindè ſequitur, *Egreſſa eſt omnis multitudo filiorũ Iſrael de conſpectu Moyſi, obtulerũt mente promptiſſima, atque deuota, ſpontè, propria cun-*
10 *cta tribuentes*. Idem petijt Rex Dauid populo ſuo, vt Templum ædificare valeret, vndè populus, Principes, & Magnates obtulerunt ei munera, & tributa ſe daturos, vt *in Paral.* 1. *cap.* 29. ibi, *Pollicitique ſunt Principes familiarum, & Proceres tributum Iſrael.* Et clariùs intuetur
11 ex verbis Sacræ paginæ, ità cauentis, *Loquere filij Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas*, ità *in Exod. cap.* 25.

12 Illud etiam Canonico iure fundatur, vt patet *ex tex. in c. cum Apoſtolus,* §. *prohibemus, ext. de cenſ.* vbi Pontifex cognouit hanc ſubuentionem, quam procurationem dicit, & permiſit ſubueniri Prælato.

13 Idem conſtat ex iure commnni feudorum, vt *in* §. *ſimiliter de Capit. Corrad. & in cap. Imperialem,* §. *firmiter*, vbi ius feudorum donatiua feudatario indixit pro ſubuentione Domini directi, quando aſſociat Imperatorem, vel in hoſtem, vel pro ſuſcipienda corona; Quod amplius ius ciuile diſpoſuit, vt *in tot, tit. C. de inſuperindict. lib.* 11. & etiam concordat
14 ius municipale, vt *in Conſt. Regn. quamplurima.*

15 Hinc ſequitur omni iure abſolutum eſſe, teneri Ciuitatem, & Regnum donatiua Regi præbere. Quod etiam rationibus munitur; & Prima, quia publico bono confert donatiua Regi fieri; ſiquidem
16 Rex tenetur ex officio ſuam gubernare Rempublicam, illamque cuſtodire, tàm in pace, quàm in bello, puniendo delinquentes, componendo lites, reſiſtendo inuaſoribus Regni, eiuſque iniurias vindicando, & ad id requirũtur ſumptus, quos ex ſe facere non poteſt: proindè tenetur
17 populus ſubminiſtrare omnia neceſſaria ad procurandum publicam vtilitatem, ad quod adſtringuntur ſubditi, etiam per impoſitionem vectigalium, gabellarum, & collectarum, vt inquit *Diu. Anton. par.* 2. *tit.* 1. *cap.* 13. §. 2. *Gabri in* 4. *di.* 15. *quæſt.* 5. *art.* 2. *concl.* 2. *&* 3. *Azor. in ſumm. par.* 3. *lib.* 5.

Digitized by Google

lib.5. cap.23. Lopez instru. par.2. cap. 26. Consil. de Georg. repet feud. cap.57. num.22. ver. quarto.

18 Secundò, quia Regis finis est, subditos incolumes esse ab hostibus, illosque pacatam quietem habere, & vt tranquillè inter sè pacis status duret: ideò tenetur

19 successiuè populus subministrare Regi sumptus necessarios ad substentationem, ad splendorem personæ, & ad magnificentiam sui status conseruandam; & ma-

20 gnopere Reipublicæ interest, Regem suum inter alios Reges diuitijs, honore, gloria, & potentia excellere, & eminere, ità *Medi. Cod. de restit. quæst. 13. Suarez tract. de leg. lib.5. cap.15. Salas 12. quæst.96. tract.14. di.15. sect.10. nu.119. Consil. de Georg. repet feud. cap.57. nu.20. & 22.*

21 Tertiò, id etiã comprobat *Diu. Thom. in opusc.21. §.6. lect.1.* dicens, vnusquisq; de suo ministerio viuere debet; ideò cum Principes nostri suo regimine Deo ministrent, à populo debent tributa suscipere, quàsi stipendia sui ministerij; & hoc etiã colligitur *ex Apost. Rom.13.* ibi, *Tributa præstatis, Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes.*

22 Quartò, quia bona subditorum, & vassallorum non solùm Principis dicuntur quòad protectionem, & iurisdictionem, sed etiam quòad dominium, & proprietatem, quando necessitas vrgeat, ità *Accurs. in l. benè à Zenone, C. de quatrien. præscript. & in l. neminem, C. de Sacros. Eccles. Luc. de Penn. in l. originarios in fin. C. de agric. & censit. lib.11.* ibi, ex his verbis: *Principis omnia, quæ Prouincialium sunt, de iure exponuntur: Prouincia tota, quasi arca Principis est, quam qui exhaurit, gra-*

23 *uissimè delinquit in Principem, cuius extenuat facultates, nàm Prouinciales quasi quidem superficiarij sunt, & quoties necessitas exigit, rerum suarum non tàm Domini sunt, quàm custodes,* hæc Lucas; cuius dicta comprobant Iuristæ, vt *Andr. in prooem. const. Regn. fol.5. col.1. & in cap.1. de eo, qui Cur. vend. nu.31. Reg. Sanfelic. discept. vnic. de donat. nu.21. Villalobos in summ. tom.2. tract.8. diff.13. nu.5. Reg. Valenz. cons.99. nu.5. lib.1.* dicens, quod potest Princeps dicere totũ esse suum, idem confirmant Theologi, alijque Patres, Sa-

24 cram scripturam exponentes, ità *Diuus Thomas opusc.21. in epist. ad Ducissam Brabantiæ*, his verbis: *Contingit tamen aliquando, quod Principes non habent sufficientes redditus, ad custodiam terræ, & ad alia, quæ imminent, rationabiliter Principibus expetenda, & in tali casu iustum est, vt subditi exhibeant, vndè possit communis eorum vtilitas procurari.* Exindè est, quod in aliquibus Terris ex antiqua consuetudine Domini suis subditis certas collectas imponunt, quæ si non sunt immoderatæ, absque peccato exigi possunt, quoniam secundum Apostolum; *Nemo militat stipendijs suis.*

25 Quintò, quia expensæ publicæ non debent cedere in damnum Domini, sed ipse tanquàm vnus de populo contribuere tenetur, vt ait *tex. in l.1. §. viarum, ff. nè quid in loc. publ. Bald. in l. si in aliqua in fin. ff. de offic. Proconsul. Iacob. in l. si his, qui, §.4. ff. de iur. dot. Reg. Lanar. cons.4. num.6. Ferd. Vasq. controu. illust. lib.1. in præfat. cap.6. in princip.* Et ratio est, quia omnis

26 Principatus creatus fuit ad Ciuium vtilitatem, hæcque mutatio ad vniuersorum vtilitatem spectat, vndè vt vniuersorum expensis fiat, par est, sic in proposito inquit *Reg. Sanfel. d. discept. vnic. de donat. num.24.*

27 Sextò, quia Principes prius debent manum mittere ad bursam, seù bona subditorum, quàm proprium Ærarium expendere, ità *Ægid. Thomat. de collect. ver. nè scienter nu.6. Petr. Bellin. de re militari tit.7. nu.8. tom.16. tract. Ceuall. in pract. quæst.578. nu.14. & 17. Guid. Pap. sing.13. & dec.551. nu.10. Andr. in cap.1. num.27. de Capit. qui Cur. vendid. Hier. Frachet. lib.1. de Princ. cap.14. & 17. Ann. alleg.69. nu.23.* cum alijs, quos cumulat *Reg. Valenz. cons.99. nu.20. lib.1.*

28 Prætereà conferunt prædictis verba, quæ Samuel dixit Populo Istraelis, legem petenti, quæ habuit à Domino; (Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum, & curruum suorum, filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas: agros quoque vestros, & vineas, & olieta optima tollet, & dabit seruis suis; sed & sege-

Digitized by Google

tes, & vinearum redditus decimabit, vt det Eunuchis,& famulis ſuis) ità habetur *in lib. 1. Reg. cap.* 8. quod etiam extollit *Diuus Thomas 1.2. queſt. 105. art. 1. in reſp. ad 5. argum.* ex his verbis: *Poteſt tamen contingere, quod bonus Rex abſque Tirannide filios tollat, & conſtituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat à ſubditis, propter commune bonum.*

Hinc ſuccedit, quod Rex perſonarum ſubditarum, earumque bonorum Dominus eſt, & ſucceſſiuè ipſi donatiua negare non poſſunt, cũ ad illa teneantur, tùm
29 ex debito, tùm quia commune bonum ſuadet; etenim commune bonum præponitur bono proprio cuiuſuis, vt fundat *Conſ. de Georg.* plures allegans *repet. feud. cap. 57. nu. 29.*

30 Proindè Neapolitana Ciuitas, & Regnum ſuæ obligationi effectum adſtrinxit, & vt indicaret ſuo Regi innatam ſuã fidelitatem, & amorem, ſemper, & in omnibus occaſionibus, ingentia donatiua præbuit, quæ recenſentur *à Taſſon. in pragm. de anteſat. verſ. 3. obſerv. 4. & Iul. Caſ. Capacc. in lib. quem foraſtiero vocat, fol. 63.* & ego recolere non curo, tùm quia ibi habentur, tùm quia cunctis notiſſima ſunt, ſed tamen tradare non derelinquo,
31 vt clareſcat amoris effectus ergà ſuum Monarcham, nouiſſimum, quod condidit donatiuum Ciuitas noſtra Regi ſuo Philippo IV. poſt tot ingentes calamitates, quarum nemo eſt immemor, ducatorum biſcentum mille in anno 1659. tempore quo Regnum moderabat Dominus Comes de Pegnaranda, cui fuerunt illicò ſoluti, procul omni notabili ſubditorum detrimento.

32 Quodque non ſolùm in noſtro Regno ſeruatur, ſed in toto ferè Orbe ſic communiter practicatur, & donatiua Regnãtibus indifferenter fiunt, proùt in Sicilia, in Anglia, in Gallia, in Hiſpania, in Belgica, in Indijs, & in Statibus Eccleſiæ, vt teſtantur *Conſ. de Georg. repet feud. cap. 57. P Diana reſol. moral. tom. 3. tract. 3. tit. de parlam. Petr. Ferdin. Nauarrett. in ſuo lib. conſeruacion de Monarchias diſcurſ. polit. 19.* cuius verba ad vnguem refert per quinque ferè paginas *Reg. Sanfelic. in d. diſcept. vnic. poſt tom. 1. deciſ.*

33 Quamobrem dixerunt DD. quod hodiè huiuſmodi donatiua voluntaria non dicuntur, ſed neceſſaria ſunt, & neceſſariè debentur, ac nomen donatiui ſimulatum eſt, ità *Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 3. Baron. nu. 26. Reg. de Pont. dec. 3. nu. 14. Reg. Tap. dec. S. C. 14. nu. 49. Giurb. deciſ. 118. n. 2. Reg. Sanfel. d. diſcept. vnic. de donatiu. poſt 1. tom. deciſ. Iudex Taſſon. in pragm. de anteſat. verſ. 4. obſer. 3. nu. 28. P. Dian. reſol. moral. d. tract. 3. reſol. 1. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 5. cap. 15 nu. 29.*

34 Et ſingulis binis annis fieri debent, vt affirmant *Marin. Frecc. d. author. 3. nu. 26. Reg. de Pont. d. deciſ. 3. nu. 14. Reg. Sanfelic. loc. cit. Iudex Taſſon. vbi ſup. P. Diana. ibidem, Reg. Valenz. conſ. 99. punct. 4. nu. 61. Molfeſ. in ſumm. tom. 2. tract. 12. cap. 22. nu. 36.* Et meritò, nàm præter ſupradicta iure cautum eſt, vt in principio cuiuslibet anni dona fiant, *l. 1. C. de oblat. vot.*
35 hinc à fortiori ſequitur, quod in principio cuiuslibet biennij Regi donatiua præſtari debent, quemadmodum in Vi-
36 gilia Natiuitatis Domini munera Baronibus præſtantur, vt inquit *Quintil. Mãdoſ. in tract. annales cenſus nu. 23. & Taſſon. d. obſerv. 3. nu. 18.*

Quemadmodùm in Regno ſic ſeruatur, vt teſtatur præter ſuperadducti *Iul. Caſ. Capacc. in lib. quem foraſtiero appellat*
37 *fol. 662.* Et Reges ſingulis duobus annis per literas Proregi tranſmiſſas donatiua huiuſmodi fieri petunt, vndè ipſi Proreges parlamentum conuocant, vbi concluditur, vt teſtatur *Reg. de Pont. citata deciſ. 3. nu. 14. Marin. Frecc. ibidem, Iudex Taſſon. loc. cit. n. 18. Reg. Tap. deciſ. S. C. 14.*
38 *nu. 49.* ſed in Sicilia ſingulis tribus annis donatiua fiunt, vt affirmat *Maſtrill. cit. lib. 5. cap. 15. nu. 29.*

Nec ſupradictis aduerſantur duo, quæ in contrarium congeruntur. Primò, quod capitula Papæ Honorij aliquos particulares caſus conſtituere, in quibus ſubuentiones debentur, nec in alios progrediũ-
39 tur, neque alij caſus permittuntur; Nàm reſpondetur, quod prędicta capitula Honorij fuerunt ſuſpenſa tempore Caroli II. per Papam Nicolaum IV. nec vnquam fuerunt in obſeruantia ab illo tempore, niſi quantum ſunt rationabilia, vt firmat *Andr. in cap. 1. §. ſed nec alia iuſtior, tit. quę ſit prima cauſ. benef. amittend. Conſil. de Georg. repet feud. cap. 57. nu. 45.*

Ad ſecundum obiectum, quod publi-

cæ

cæ vtilitati tunc consulere dicitur, quando Respublica non grauatur nouis tributis, & seruitijs, *Petr. Gregor. de Repub. par.1. cap.12. Simanc.lib.9. de Repub.cap. 24. Thes.polit. disc. cap.10.* Respondetur, quod solùm debet attendi maior vtilitas, quæ in eo concurrit, vt satisfiat debito subditorum necessitati Regis, & sui Patrimonij, vt affirmat *Reg.Valenz. cons. 99. nu. 26. l. 1.* maior enim fauor publicus prævalet, & præponderat minori, *l. cætera, §. sed si quis,* vbi *Paul.de Castr. ff. de leg.2.*

His ergò constat, teneri Regnum Neapolitanum præstare Regi donatiua, illaque singulis binis annis deberi.

40 Succedit modò secundum examinari articulum supra propositum; nempè si vltra præscriptum donatiuum alij concurrant casus, vbi Ciuitas ad donandum compellatur.

41 Et in hoc articulo affirmandum est, quod quando ex parte causæ finalis concurrat iusta, & legitima ratio, præbendi donatiuum, & ex parte causæ formalis, quod proportionaliter imponatur, sèper potest Prorex cogere Regnum, & Ciuitatem ad donandum, cum iusta, & rationabilis quoque iudicaretur impositio, ità *Capyc.in innest. in ver. collectis impositis, ver. temporibus verò necessitatis, Oldrad. cons.114. Reg.Lanar.cons.4.nu.9. Cons. de Georg.repet.feud.cap.57. nu.32. Reg.Sanfelic.in discept.vnic.de donat.num.26. post tom.1.decis.Azor.instit.moral.3.par.lib.5. cap.23. Less. de iust. & iur. lib. 2.cap. 33. dub.6.Alphons.à Castro de leg.penal.lib.1. cap.5. Molina tom.3. de iustit.& iur.disp. 667.*

Imò potest Prorex donatiuum tũc extorquere à Parlamentarijs, etiam per vim, & metum, vt affirmat in proprio casu *Basilius Pontius Leoginens. in tract. de imped.matrim.cas.32.quæst.1.§.12.* cuius

42 hæc sunt verba: *Hinc etiam consequenter infertur, concessionem vectigalium, ac noui tributi, quæ Comitijs coactis fieri solent, etiam si extorqueatur meta reuerentia, aut quouis alio graui, valere quidem in conscientia, nec Principem obnoxium esse restitutioni; illa enim concessio non pertinet ad liberalem donationem, atque ideò nec exigit plenum voluntarium.* Ea enim tributa Regi eõ cedũtur, quibus & Regnũ tueatur, & Regni hostes debellet, alijsq; publicis necessitatibus subueniat, quod etiam comprobat *P. Diana resol.moral. tom.3.tract.3. resol.25.* & fundatur rationibus, quæ ex relatis verbis recẽsentur, vt ibidem annuimus, & idem notat *Tasson. pragm.de antefat.nu.3.obseru.4.nu.10.*

43 Hinc videndum, qui sint casus, vbi legitima, & iusta causa præstandi donatiuũ concurrere censetur.

Et primus est, quando emergeret necessitas Regis, putà si æs alienũ contraxe-

44 rit, etiam pro supplendis alterius Regni necessitatibus, ità *Vasq.opusc.de restit.cap. 6.§.1.dub.2. Molin.de iust.& iur.disp.667. Sayrus in claui Reg.lib.3.cap.7.* cæterique DD. quos congerit *Consil.de Georg.repet. feud.cap.57.nu.20. Reg.Sanfel.d.disp.vnic. nu.1. Iudex Tasson. ibidem, Reg.Rouit. in consult.in mat.donat.post 1.tom.decis.*

45 Sed illa necessitatis causa constare nõ debet, nec scrupulosè est inuestiganda, sufficit tantùm, quod Princeps, vel suum Consilium illam asserat, vt inquit *Ceuall. comm.contr. comm.quæst.578. nu.25. ver. hinc venit, Sanfalic.d.disput.vnic.nu.7.ex Afflict.in c.1. quæ sint regal. ver. vectigalia, nu.4. Petr.Ferd.Nauarretta in suo lib. Conseruacion de Monarquias discurs.polit.* 19. & idem notat *Diana cit. loc. resol.11. Reg.Rouit.d.loc.nu.1. Reg.Valenz.cons.99. in princip.Gramat.decis.65. nu.30. &* de-

46 *cis.105. nu.9. Laderchius cons.165. nu.2.* in Principe enim semper præsumitur veritas, cum iustitiæ plenus sit, & pro facto

47 proprio ei creditur, illudq; semper censetur iustum, *Bald.cons.325.nu.10. lib.1. ver. concludo, Card. Tusc. concl. 668. ver. Princeps, vers.amplia quia Princeps, Reg. Sanfel.d.disput.vnic.nu.5. Bouad.in polit. tom.2. l.5.cap.15.nu.11.*

48 Imò necessitate vrgente potest pedagia, vectigalia, & milliones petere, vt dixit *Ceuall.comm.cont.comm.quæst.578.nu. 2. Castill.de tert.cap.41. n.148.* Et etiam

49 potest Princeps absque consensu populi tributa imponere, & exigere. *Petr.de Gregor.de Repub.lib.24.cap.5.n.3. Ceuall.arte regali docum.20. Diana moral.res.d.tract. 3. resolut.12. Reg. Sanfel. d. discept.vnic. nu.16.* quod etiam cauetur *in l. vnic. C. de superindict. lib. 10.* ibi, *deposcat indictio, & cogat,* & notat *Giurba decis. Sicil. 118. nu. 5.* cum alijs fusè relatis per *Valenz.*

Digitized by Google

lenz. conſ. 99. num. 19. vol. 1,

50 Secundus caſus eſt, quando donatiuũ petereturad conſeruandam Rempublicam ab hoſtium incurſu, & tunc non ſolùm donatiuum fieri debet, ſed poſſunt
51 imponi pedagia, vectigalia, & milliones, *Ceuall. comm. cont. comm. quæſt. 578. nu. 2. ver. ex quibus apparebit, Petr. Gregor ſyntag. iur. lib. 6. cap. 3. de rebus, Caſtill. de tert. debit. cap. 41. nu. 78. & 79. ver. ius quoque imponendi collectas, Petr. Bellug. in ſpec. Princ. de donatiuo Cur. rub. 46. §. donum, Capyc. deciſ. 148. Reg. Sanfel. diſcept. vnic. de donat. poſt tom. 1. deciſ. nu. 12.* Et in hoc
52 ſolummodò caſu cogitur quoque Regnum Siciliæ ad donatiua præſtandum; in alijs verò, quos inferiùs enarrabimus, priuilegio fruitur, quod non teneatur ad
53 donatiuum, neque ad tributa, neque impoſitiones in Regno prædicto Siciliæ addi poſſunt, vt conſtat *ex cap. Reg. Iacobi,* quod latè exornat *Gloritius reſp. 1. par. 3. nu. 34.* ſed illud interpretando *Muta in*
54 *expoſ. dicti cap. n 6.* inquit, quod dictum Regnum non ſolùm donatiuum facere debet, quando Regnum ab hoſtibus inuaderetur, ſed etiam quando Rex vellet mouere iuſtum bellum contra aliquos, id tamen impugnat *P. Diana reſolut. moral. tom. 3. tract. 3. de parlam. reſol. 15.* aſſerens, eſſe contrà expreſſa verba dicti capituli Reg. Iacobi immunitatem concedentis.

55 Tertius caſus eſt, ſi bellum immineret in alijs Regnis ſuæ ditionis, debetur enim Regi donatiuum, propter bella, & ſumptus, quos ſubſtinet in alijs Regnis, *Andr. in cap. 1. §. ſed nec alia, quæ ſit prim. cauſ. benef. amittend. Spec. in tit. de feud. §. quoniam, ver. 21. Afflict. deciſ. 267. num. 47. verſ. ſecundo tenetur, Turrian. 2. 2. tom. 2. diſput. 46. dub. 1. n. 56. P. Gabr Vaſq opuſc. de reſtit. cap. 6. §. 3. dub. 1. nu. 7. P. Diana moral. reſol d. tract. 3. reſol. 3. Reg. Sanfel. d. diſcept. vnic. nu. 27. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 1. nu. 4. Conſ. de Georg.*
56 *repet. feud. cap. 57. nu. 40.* ſiquidem publica vtilitas oritur ex grauis, duri, ac potentis hoſtis elongatione, *Oltrad. conſ. 104. nu. 3. Reg. Sanfel. d. diſcept. vnic. nu. 27.*

57 Et ſic ſeruatum fuit in Sicilia, nàm pro bello Carthaginenſi Siculi donatiuum coactè Regi fecerunt, teſte *de Georg. ibid.* idemque practicatum in Regno noſtro, etenim vigentibus bellis in Statu Medio-lani, pluries Regnum noſtrum Regi ſuo donatiua egit.

58 Nec in contrarium faciunt *cap. Papa, Honory*, vbi cautum eſt, ſubuentiones nõ deberi, niſi irruente hoſte in Regno, vt refert *Andr. in proem. conſt. Regn. quæſt. 17. in fin.* quia præter ſuperiùs exarata, conſtat, quod idem *Andr.* ibidem loquens in ter-
59 minis dictorum capitulorum affirmat, deberi Regi ſubuentiones ob continua bella, quæ in alijs Regnis patitur, vtpotè in Belgia, & Italia, nec in ſubditis grauamen inferre intelligeretur, ſed iuſtitiæ, & obligationi eos impleuiſſe diceretur,

60 Et melius reſponderetur, nàm iuris indubitata eſt concluſio, etiã à capitulis prædictis deprompta, quod quando agitur pro defenſione Regni, debetur Regi do-
61 natiuum, ſed hoſtes arcere à confinibus, vel illos inuadere in proprijs domibus, totum reſultat ad Regis, ac Regni defenſionem; proindè donatiuum etiam fieri
62 debet, vt affirmant *Afflict. in cap. 1. qua ſit prima cauſ. benef. amittend. Iacobin. in ſua inueſtit. verb. & promiſerunt eidem Domino ſuo, verſ. quarto quaro, Camerar. in cap. Imperialem fol. 34. col. 3. de prohib. feud. alien. per Federic. Capyc. in repet. cap. Imperialem, § firmiter, verſ. limita etiam niſi, Reg. Conſtant. in l. vnic. num. 156. de claſſic. lib. 11. Cod. Reg. Sanfel. d. diſp. vnic.*
63 *nu. 33.* dicens, quod boni Duces in propria domo non bellant, proùt refertur *de Scipione Agoteclis, & Merelli*, qui nunquam in propria domo bellabant, ſed hoſtes in eorum domibus inuadebant.

64 Quartus caſus eſt, quando moueretur bellum contrà Principem amicum, vel confederatum Regi noſtro; ſiquidem quando contrà Principem cõfederatum
65 bellum geritur, communis cauſa eſt, & tenetur ei Rex opem ferre, & ſucceſſiuè poteſt à ſuis Regnis petere donatiuum, vt notant *ex Ricch. quodlib. 3. quæſt. 27. §. ſciendum, Conſil. de Georg. repet. feud. c. 57. nu. 43. Iudex Taſſon. prag. de anteſ. ver. 4. obſer. 3. nu. 21.*

66 Quod ſeruatum fuit in Regno, nàm vigente bello contrà Regem Boemiæ, conſanguineum Regis noſtri, fuit Regi factum donatiuum, vt Boem. Regem auxiliaretur, vt teſtatur *Conſ. de Georg. repet.*
67 *feud. c. 57. nu. 44.* Et iterum in anno 1625. Ciuitas, & Regnum vltrà ſolitum donatiuum

Digitized by Google

tiuum vnius millionis, alios ducatos biscentum mille Regi nostro donauit, vt adiuuamen præstaret Ciuitati Ianuæ, quæ à Duce Subaudiæ cum auxilio Gallorum inuadebatur, & deindè hac ope fuit liberata, vt testatur *Tasson. d. ver. 3. obseru. 4. num. 22.*

68 Quintus casus est, quando hostes nostri Regis bellarent contrà Principem, licet exterum, concurreret enim tunc iusta causa præstandi, quia victo illo Principe, Rex posset iustè timere, nè ab inimicis illis opprimatur, dùm potentiores euaderent ex futura victoria, & tenetur Rex illi licèt extero opem ferre, quominus opprimatur à communibus inimicis, & consequenter Regnum ei subuentionem præstare tenetur, ità *ex Ricch. quodlib. 3. quæst. 27.* concludit *Consil. de Georg. repet. feud. cap. 57. nu. 43.*

69 Sextus est casus, si nouas Prouincias acquirere vellet, vel deperditas recuperare, iusta enim causa tunc emergeret, quia interest subditis, & Regnis, Regem eorum esse potentem, possidereque plura Regna, quod autem licèt tendat ad singulare bonum ipsius Regis, tamen etiam respicit commune bonum Regnorum, ità *ex Diu. Anton. par. 2. tit. cap. 13. §. 2. casu 4. & 5. Ricch. quodlib. 3. quæst. 27. §. sciendum, Cons. de Georg. repet. feud. cap. 57. nu. 41. Iudex Tasson. pragm. de antefat. vers. 4. obser. 3.*

70 Quod probatur *ex Const. Regn. quamplurimum*, quæ dat adiutorium Baroni à vassallis, pro emenda terra, rationem reddunt DD. quia interest vassallorum, vt eorum Dominus habeat plura feuda: sed maior ratio est, in Rege possidente plura Regna, vndè securiores erũt subditi aliorum Regnorum, vt inquit *Cons. de Georg. lot. 41. nu. 42. vers. quibus confert.*

71 Septimus casus est, si vxorem duceret, vel primogenitus nasceretur, vel ipse in Regno veniret, *Innoc. in cap. non minus de consecrat. Eccles. vel altar. Iudex Tasson. pragm. de antefat. vers. 4. obseru. 3. nu. 32.*

72 Octauus est casus, si Rex ad inopiam vergeret, etiam ex sua culpa, putà ob ludos, ob iniusta bella, & ob nimias largitiones, sic *Ceuall. ar. regal. docum. 2. Reg. Sanfel. discept. vnic. de donat. post 1. tom. decis. num. 35.* idemque notant *Canonistæ Medina C. de restit. quæst. 13. Malderus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. punct. 4. Lessius lib. 3. cap. 33. dub. 6. nu. 48. de iustit. & iur. Turrianus in 2, 2. tom. 2. disput. 44. dub. 2. num. 5. Molina de iust. tract. 2. quæst. 667. num. 4. Barthol. à S. Fausto in spec. confess. disp. 33. quæst. 11. Molfes: in summ. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 72. Vasq. opusc. de restit. cap. 6.*

73 §. 1. *dub. 2. n. 24.* Et ratio est, quia inopia Regis vergit in perniciem totius Regni; vt ergò imminenti malo prouideatur, licitum erit tributa imponere, vel de nouo augere, & parum refert, si in inopiam inciderit Rex culpa sua, modo tributis impositis, vel denuò auctis, publico bono prouideat, vt inquit *P. Diana moral. resol. tom. 3. tract. 3. de parlam. resol. 4.*

74 Sed tenetur Princeps in tali casu omnes sumptus parum necessarios excidere, & à prodigalitatibus in posterum se continere, vt aiunt *Molina, Lessius, & Diana loc. cit. Consil. de Georg. cit. cap. 57. Iudex Tasson. d. vers. 4. obser. 3. in fin.*

75 Verumtamen in casu posito nonnulli cõtrarium tenuerunt, dixeruntque, quod quãdo Rex fuit in culpa, applicando redditus, & tributa in alios vsus, non tenentur subditi donatiuum præstare, ità *Luc. de Penn. in l. vnic. C. de superindict. lib. 10. nu. 11. Afflict. in cap. 1. §. extraordinaria collatio, num. 4. quæ sit prima caus. benef. amittend.*

76 Nihilominus non obstant, & illis satis abundè respondit *Cons. de Georg. d. cap. 57. nu. 36.* cuius dictis me remitto: vnum tamen nota, quod priuatis licèt præcidere sumptus quotidianos, ex animi arbi-
77 tratu, quod in Principibus locum non habet, nàm maximos sumptus coguntur facere, eosque ipsis summè necessarios fore, de quibus si quid recidatur, in ipsorum, & Principatus cedit exitium, vt inquit *Reg. Valenz. cons. 99. num. 9. in fin. vol. 1.* & sequitur *Reg. Sanfel. d. discept. vnic. nu. 34.*

78 Nonus casus est, nàm donatiuum Regi debetur pro causa belli contrà suos rebelles, vt dixit *Andr. in cap. sed nec alia iustior num. 41. quæ sit prima causa benef. amitten. Cons. de Georg. cit. cap. 57. nu. 35. in fine*, & nos in tract. de fisco dicemus.

79 Sed *Andr. in eod. loc. in fin. ver. dixi de rebellione iniusta* id limitat, quando per Tyrannidem Dñi, vassalli rebellarentur; Tamen respondetur, quod sua pace dicta limi-

Digitized by Google

80 limitatio cõtrà expreſſam rationem tenderet, nàm dato vno inconuenienti, plura ſequerẽtur, ſcilicèt, inobedientia iſtorum vaſſallorum, eorumquè defectus recuſando adiuuare Principem, & ipſi non debent eſſe Iudices cauſæ, ſed adiuuare Principem in caſu ſuæ neceſſitatis, vt in propoſito inquit idem *Conſil.de Georg. d. cap.57.nu.35. in fine.*

In his ergò caſibus concurrere videtur iuſta,& legitima ratio,quę ex parte cauſę finalis primò requiritur, vt extraordinarium donatiuum præſtari debeat.Requiritur etiam ſecundò ex parte cauſæ formalis, quod proportionaliter imponatur, vt ſuperius annuimus.

81 Vndè debent ſubtiliter perſcrutari populi facultates, & vires, ſubditorumque neceſſitates,& indigentias,vt inquit *Barthol.Salon.de iuſt. 2.2. tom.2. q.77. art.3, controu.6 Rodriq.in ſumm. par.2.cap.74, nu.2. Turrian.in 2.2.to.2, diſp.45. dub.2, nu.7.Molfeſ.in ſumm. tom.2.tract.12. cap, 22.num.36. Reg.de Ponte de poteſt.Proreg, tit.4. de Regal.impoſit.num.45.* & ſi fieret

82 donatiuum,cuius quantitatẽ Vniuerſitates ſoluere non poſſunt, iniuſtum, & tyrannicum iudicaretur, & ad ſolutionem non tenerentur, ſic *Vega in ſumm. tom.1, cap.15.caſ.3. Nauarra de reſtit.lib.3.cap.1, nu.237. Petr.de Ledeſma in ſumm.tom.2. tract.7.cap.2.fol.195.* P.*Diana* vbi plures cumulat *reſol.moral.tom.3.tract.3.de parlam.reſol.5.*

83 Quinimò in caſibus prædictis, vbi Ciuitas, & Regnum donatiuum Regi præſtare tenentur,poſſunt datium imponere, vt ex capitale, quod prouenit ex venditione reddituum illius,valeant ſummam donatam exoluere, ità *Reg.de Pont.dec.4, nu.14.Bellug.in ſpec.Princ.dè donat.Cur. rub.46.§.donum, Capyc.deciſ.148. Ceuall. art.regal. docum.20.Reg.Sanſel. d.diſcept. vnic.nu.13. Taſſon.d.ver.4. obſeru.3.* quia his occurrentibus indigentijs donum non dicitur, vt inquit *Ceuall.art.real. dacum.20.*

84 Poteſt quoque ſubditis imponi aliqua particularis exactio, vt ex illius redditibus valeat Rex ſuis indigẽtijs ſuccurrere, vt firmat plures adducens *Conſ.de Georg. repet.feud.cap.57.nu.32.* ſed illa remoueri debet, quoties neceſſitas ceſſauerit, vt inquit *Molina de iuſt.& iur.to.3.diſp.667. Suarez lib.5.c.13. Azor. inſtit.moral. 3.p. lib.5.cap.25. Leſſ.de iuſt.& iur.lib.2.c.33. dub.6.Alphonſ.de Caſtr.de leg.pœnal.lib.1. cap.5. Conſ.de Georg.loc.cit.*

85 Quod limitatur, quando cauſa, quæ quandoque ceſſat, de facili poteſt redire, vel ſuperueniat alia denuò,nàm tùnc licita eſt exactio, ità *Salon. de iuſt. 2.2. queſt.77.art.3. controu.5. Suarez d. lib.5. cap.13.Conſ.de Georg.ibidem nu.33.& 34.*

Hæc autem exactio Ciuibus Neapolitanis, & habitantibus in eadem Ciuitate indici non valet; ſiquidem particulari fruuntur priuilegio, vt non poſſint adſtringi ad aliquod ſoluendum,ex cauſa donatiui, vel alterius impoſitionis, quæ indiceretur à Rege, vel Prorege,vt ſonãt verba expreſſa *capit.Regni Neap.27. Magni Capitanei fol.31.& 32. Regis Catholici fol.44.*& ſic obſeruari teſtatur *Reg.de Pont.deciſ.14.nu.23.* quamquam non benè referat cap. prædicta,cum dicit Ciuitatem Neap,eſſe immunem virtute dictorum capit, quod eſt falſum.

Id tamen intelligerem,quando donatiuũ, vel alia indictio imponeretur à Rege, vel Prorege,ſed quando ipſa Ciuitas donaret,& aliquam exactionem Ciuibus imponeret, non crederem ambigi poſſe, quod illa valeat imponi; ſiquidem *capit.* ſupradicta,vbi talis immunitas fundatur, expreſsè loquuntur in caſu, quo Rex,vel Prorex exactionem aliquã ex dictis cauſis imponit;hinc eſt, quod non porriguntur, quando Ciuitas iure, & cauſa ſubſiſtente exactionem imponit, Capitula enim cum ad ſupplicationem Ciuitatis fuerint conceſſa, non extenduntur vltrà petita per eandem Ciuitatem, quæ nec præſumitur voluiſſe ſibi, & ſuæ poteſtati præiudicium inferre,quod maximum reſultaret, ſi Ciues immunes eſſent ab impoſitionibus,exactionibuſque,à Ciuitate indictis.

His dictis, vt tertiò ſatisfaciamus quęſito ſupra propoſito,debemus hic referre praxim, quæ ſeruatur tempore, quo donatiua diſponuntur.Diuerſificatur tamen illa,ſicuti diuerſificantur perſonæ donan-

86 tes. Vndè à Ciuitate ſic ſeruatur ſtylus, nàm vt diximus, Ciuitas noſtra repræſentatur per Sedilia, ſeù Plateas, & ſex

ſunt:

sunt Plateæ, quæ corpus misticum Ciuitatis constituunt, quinque Nobilium, & sexta Populi. Hinc vnumquodque Sedile suos cõgregat nobiles, indè vnus eorum proponit causam peragendi donatiuum, & modum soluendi, posteà maior pars illius Sedilis congregati, quid agendum concludit. Hoc in qualibet Platea, vel Sedili peracto, videtur, quid maior pars Platearum, putà quatuor ex sex deliberauit de donatiuo, eiusque quantitate; si donatiuum fieri concluderunt, constitutũ remanet, & deindè decretum super illius conualidatione interponit Regium Collaterale Consilium.

87 A Regno hæc alia obseruatur praxis Dominus Prorex habitis literis à S. M. quibus donatiuum singulis binis annis petit, vel vrgente iusta, & legitima causa, supra descripta, Barones omnes à Regno conuocat, qui omnes accedere debent, vel Procuratores mittere, ipsis vnitis Syndicus creatur, qui ex Nobilium Cœtu alicuius Sedilis eligitur; indè congregantur in aliquo particulari loco, vbi accedit Dominus Prorex, & Regium donatiuum à Baronaggio, & Regno faciendum proponit, & Syndicus assurgit ante præsentiam Domini Proregis, & petit ab eo licentiam, vt possit congregare parlamẽtum generale, in quo proponatur donatiuum petitum, & fiat debita conclusio, vt possit demum ipse nomine Ciuitatis, Regni, & Baronaggij ipsi Domino Proregi respondere, & Dominus Prorex licentiam concedit; deindè Ciuitas duodecim creat Deputatos; aliosue duodecim Barones, qui eligi debent sex, ex Titulatorum Cœtu, & reliqui ex Baronibus. Posteà isti Syndicus, & viginti quatuor deputati in vnum coadunantur, in aliquo loco, vbi interueniunt etiam Aduocati, proùt ego dùm munere aduoca-
88 tionis fungebar, interfui in donatiuo, quod egit Regnum in anno 1645. vndec. mill. (vbi multum cooperaui, vt meæ deuotioni satisfacerem) & de donatiuo tractatur, illudque à maiori parte ipsorum concluditur; sed Deputati, à Ciuitate electi, etsi duodecim, vnicum tantùm suffragiũ habent, sedent tamen in latere dextero, & primò subscribunt conclusionem. Illo demum concluso, redit Dñs Prorex, & donatiuum nomine S.M. acceptat, vt testantur *Reg. de Pont. dec. Collat. Consil.* 14. *Iul. Cæs. Capacc. in lib. quem foras tiero nominat, fol.* 660.

Ex hac praxi additur supradictis in præcedenti §. 5. quod Syndicus totam Ciuitatem, & Regnum repræsentat, & propriè dicitur principalis defensor, & personam substinet Vniuersitatis, & Collegij, à quo creatur, *Glos. in cap. vnico ext. de Syndico, Spec. in tit. de Syndico, Reg. de Ponte decis.* 15. *nu.* 13. Ac potestatem habet congregandi parlamentum, & ordinare valet, vt interueniant, qui assistere debent, & vt votent, qui votare reluctant, & vt conclusiones subscribant, qui subscribere nolunt, vt inquit *tex. in l. ad legatum, & l. ad rem mobilem, ff. de procur. l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iudic. l. oratio, ff. de spons. Reg. de Pont. cit. decis.* 14. *nu.* 15. Et etiam potest mandata relassare, & facere, imò ergà parlamentarios, & concernentia materiæ, de qua agitur, aliqualem iurisdictionem habet, vt testatur *Reg. de Ponte decis.* 14. *Collat. Consil.*

89 Prętereà notatur, quod Barones, à Prorege vocati, tempore, quo de donatiuo est tractandum, accedere debent, vt desumitur *ex tit. Cod. in ius vocat. vt eant*, & notant *Bellug. in spec. Princ. rub.* 4. *ex l. fin.* vbi *Plat. nu.* 2. *C. de conductor. & procurat. Dom. August. l.* 10. imò si contrauenerint, pœna plectentur, vt firmat *Mastrill. de magistrat. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 36. *Oliban. de iur. fisc. cap.* 10. *num.* 9. Verùm si
90 absentes essent, sunt expectandi, §. *quod autem de consuet. rect. feud. Tasson. in prag. de antefat. vers.* 9. *obseru.* 3. *in princ.* Vel si
91 accedere non valent, per Procuratores comparere possunt, vt ait *Giurb. dec.* 118. *nu.* 23. *Tasson. ibi.*

92 Non tamen excusantur Prælati, alijq; Ecclesiastici feuda possidentes, vel habentes vassallos, cum accedere, & interuenire debeant in parlamento, *cap. petimus* 11. *quæst.* 1. *Bouadill. in polit. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 66. *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *vers. alia*
93 *etiam fuit nu.* 28. Et si mandata Principis neglexerint, & in parlamento non venerint, quid erit adhibendum, aut gerendũ per potestatem secularem, vide *Pereyra de munu Regia cap.* 12. *n.* 12. *Heuia in Curia Philipp. p.* 1. *in glos.* 9. *fol.* 17. *col.* 4. *Ceuall. de cognit. per viam violent. glos.* 6. *nu.* 65. *Azeued. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 1. *l.* 4. *nu.* 12. *Ce-*

Digitized by Google

*nedo in quæſt.canonic.quæſt.*43. *nu.*24. *Bouad.tom.*2. *polit.cap.*18. *nu.*62. P. *Diana moral. reſolut. tom.*3. *tract.* 3. *de parlam. reſol.* 23.

94 Verùm ſi omnes Parlamentarij non accederent, iuris indubitati eſt, quod poteſt de re tractari, ſi maior pars præſentium interueniat, vt fundat *Bellug. ſpec. Princ.rub.*45. *in fin.Taſſon.pragm.de anteſat verſ.*4. *obſeru.*3. *nu.*17. *Guid.Pap.deciſ.* 424. *Rouit.conſ.*100. *nu.*23. *vol.*1. *Reg.Va-*
95 *lenz.conſ.*99. *nu.*62. imò pars minor ſufficit in contumaciam maioris partis, vt ex pluribus inquit *Taſſon.ibid.nu.*17.

96 Lege autem Regni aliter diſponitur, nàm in anno 1533. Regnum noſtrum Inuictiſſimo Imperatori Carol. V. felicis recordationis ſupplicauit, vt maior pars poſſet præiudicare minorem in his donatiuis. Tamen fuit denegatum, ea ratione, quia cedere hoc poſſet in magnum præiudicium Regni, vt habetur *in cap.Neap. fol.*123. *à ter.* & teſtatur *Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.*4. *de regal.impoſit.nu.*19.

97 Sed quod concludit maior pars congregatorum attenditur, & ſeruatur, vt fundãt *Reg.de Pont.d.loc.cit. Reg.Valenz. conſ.*99. *nu.*62. P. *Diana reſol.moral. to.*3. *tract.*3. *reſol.*27. Contrarium tamen ſer-
98 uatur in Regno Siciliæ, ſiquidem in parlamento, quod fit in dicto Regno, interuenit etiam Bracchium Eccleſiaſticum, & ſi Eccleſiaſtici non concurrunt, donatiuum, nõ concluditur, vt teſtatur P. *Diana loc.cit.in fine.*

His dictis cirtà quartum queſitum ſup. examinari propoſitum, dicimus, quod communis Doctorum ſententia eſt, vt ne-
99 mo immunitate, vel exemptione aliqua gaudeat, quòad contributionem in donatiuis Regi factis, licèt ampliſſima exemptionũ priuilegia retineat, conſtat enim *ex tex.in l.munerum ciuilium*, §. *patrimoniorum autem, ff.de muner.& honor.* & ſic fundant *Aret.in l.ſi duobus*, §.1. *per illum text.de legat.*1, *Io:de Plat.in l.cum decurionatus, C.de decur.lib.*10. *Reg.Moles deciſ.manuſcrip.*26. *Reg.Reuert. deciſ.* 54. *nu.*3. *Iudex Taſſon.pragm.de anteſ. ver.*4. *obſeru.*3. *nu.*27.

100 Hinc eſt, quod Regia Camera pluries declarauit, neminem immunitate potiri in donatiuis, quod proceſſit, tàm generaliter, quàm particulariter: generaliter ſic fuit decretum, vt teſtatur *Taſſon. loc.cit.* particulariter decreuit cõtrà Vniuerſitatem Ciuitatis Caſtri maris de Stabia, ſupponente priuilegio potiri, exemptionem concedente, proùt euenit in menſe Decembris 1570. teſte *Reg.Moles d.deciſ.*26. idemque contrà Vniuerſitatem Ciuitatis Tarenti, quæ non ſolùm habebat priuilegium ampliſſimum exemptionis ab omnibus impoſitionibus ordinarij, & extraordinarijs, ſed etiam dictum priuilegium cõtinebat clauſulam exemptionis à donis, vt teſtatur *Reg.Moles d.deciſ.*26. *in fine, & Iudex Taſſon. loc.cit. nu.* 29. qui inſuper *nu.* 29. refert, id etiam deciſum contrà francos Ciuitatis Coſentiæ.

101 Verùm hæc poſtrema deciſio contrà Vniuerſitatem Tarenti, vt verùm fatear, ſucceſſit, quia dicta Vniuerſitas non obſtante huiuſmodi exemptione ab anno 1466. ſemper in donatiuis Regi factis cõtribuit, vndè fuit allegata ex parte Fiſci
102 præſcriptio, quæ ex ſola patientia ſoluendi inducitur, illaque ſufficit pro titulo, vt fundat *Andr.in* §. *præterea Ducatus n.*37. *in fin. de prohib.feud.alien.per Feder. Reg.Lanar. conſ.*57. *Taſſon.loc.cit. nu.*26. ac proindè Fiſcus obtinuit, vt aſſeuerat *Reg Moles d.dec.*26. *in fin.Taſſon.ibi.n.*29.

103 Quod ſecus erit, ſi in facto, pſcriptio nõ concurreret; ſiquidem quando Vniuerſitas habet aliquod priuilegium à donis, etiam quod totum Regnum donet, ſibi non præiudicatur; regula enim *l. quod maior, ff.ad municip.* non habet locum,
104 quando agitur de præiudicio patrimoniali habentis immunitatem, ità *gloſ. ſingul.in l.*2. *C.quæ ſit longa conſuet.* & diffusè tractat *Reg. Moles d. deciſ.* 26. *Taſſon. ibidem.*

105 Verum hoc nec damnum Fiſco inferret, nàm rata illa exempta cedit in damnum Regni, non autem Regis, cui integrum donatiuum debetur, vt fundat, & refert pluries deciſum *Reg.Moles d.deciſ. manuſcrip.*27. idque etiam alias fuit generaliter deciſum per Reg. Cam. vt refert *Iudex Taſſon.loc.cit.*

Quod iuri conſonum eſt, nàm exploratum habetur, vt defectus, & deficientia minus idoneorum poſſit onerari, & diuidi inter eos, qui in meliori ſtatu, & ſufficientia reperiuntur, *l.* 1. *C. de omni agr. deſert.*

Digitized by Google

*deſert. lib.*11. *l. omnè territorium, C. de cenſ. & cenſit. lib.*11. *auth. de collatoribus, §. ſi verò aliquando, collat.*9. *Luc. de Penn. in rub. C. de ſuperindict. lib.*10. *Cappc. in innoeſt. feud. ver. collectis, ver. diminuta Ciuitate. fol.*124. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.*4. *de regal. impoſit. §.*1. *nu.*2. *Ægid. Thomat. tract. de collectis, ver. retenta, nu.*11. *tom.*12.

Idem probat *Reg. Rouit. in conſult. in mater. donatiui poſt* 1. *tom. conſil. nu.*31. & inquit, quod poſſit Rex in omnem euentum propter defectum non ſoluentium (etiam ſi debitum ſpectaret ad totum Regnum, vt vniuerſos) exigere nouum ſuper indictum impoſitum ab alijs potentibus, *ex Bar. in l.*2. *§. ſed poſſibile eſſet, C. de apoc. publ. lib.*10.

Ex ratio in noſtra ſpecie eſt, quia ſumus in donatiuo facto in certa quantitate ab Vniuerſitate totius Regni, tanquam ab vno corpore, quo caſu licet aliqua loca reddantur impotentia, aut deficiant, non per hoc aliæ Vniuerſitates excuſantur, nàm remanet idem Regnum, & idem debitum, & totum Regnum repræſentatur ab alijs Vniuerſitatibus, quæ ſunt habiles ad ſoluendum, *l. inſuper, §. fin. ff. quod cuiuſq; Vniuer. nomine, Bart. in l.*4. *§. actor, nu.*8. *ff. de re iud. & in l.*2. *C. de apoc. publ. lib.*10. *Reg. Rouit. cit. conſult. nu.*22.

106 Hinc etiam infertur, quod ſi Vniuerſitates aliquæ eſſent impotentes, Barones illarum ratam tangentem ſoluere tenerentur, vt fundat *Sotus de iuſt. lib.*3. *quæſt.*6. *art.*7. P. *Diana moral. reſol. to.*3. *tract.*3. *reſol.*26. *Reg. Rouit. in conſult. poſt* 1. *tom. conſ. n.*32. Contrarium tamen eſt equius, vt tenet *Taſſon. d. loc. nu.*2. quod etiam fir-

107 mauit *Reg. Valenz. conſ.*99. *nu.*63. vbi ex pluribus id probat, vt ibi. idemque ait *Conſ. de Georg. repet. feud. cap.*57. *num.*59. firmans, quod ſi vni, Rex damnum inferat, ab altero non eſt facienda refectio.

108 Quid autem dicendum ſit de Eccleſiaſticis, nùm illi contribuere teneantur? & non teneri aſſerit P. *Diana. loc. cit. reſol.*22. *verſ. ſed hæc opinio*, & refert ad idem *Diard. in bull. Cœn. can.*18. *quæſt.*12. *nu.*1. *Molfeſ. in ſumm. tom.*2. *tract.*12. *cap.*23. *nu.*174. *Alter. de cenſ. tom.*1. *lib.*5. *cap.*6. *diſp.*16. *dub.*13. *Bellett. diſquiſ. clericor. p.*1. *§.*2. *Garſ. de benef. tom.*1. *p.*2. *c.*4. *nu.*13. *Megala p.*2. *l.*2. *c.*17. *q.*6. *nu.*121.

109 Contrariam tamen opinionem tenent *Reg. Sanfel. d. diſcept. vnic. de donat. nu.*38. *poſt* 1. *tom. deciſ.* vbi allegat *Iul. Ferret. de gabell. nu.*432. *Theſaur. quæſt. for.*8. *n.*12. *Campag. ad cap. Reg item ſtatuimus, quod Clerici, qui clericaliter viuunt, Ceuall. comm. cont. comm. quæſt.*578. *n.*3. *Bouadill. in polit. lib.*2. *tom.*1. *cap.*18. *n.*297. *Cacheran. deciſ.*18. *Petr. de Gregor. de Republ. l.*3. *cap.*7. *nu.*24. cum alijs per ipſum *Sanfel.* allegatis.

110 Illam tamen declarat idem *Sanfelic.* quod procedat, quando laicorum non ſuppetant facultates, vel talia onera ferantur, conſulto Romano Pontifice, ad quod allegat *tex. in c. aduerſus de immun. Eccl. & Mar. Alterium de excommun. to.*1. *lib.*5. *cap.*12. *fol.*751. qui inquit, ſic non

111 raro in vniuerſo Chriſtiano Orbe cum neceſſitates publicæ irruerent, cõſueuiſſe Summum Pontificem Principibus laicis decimas bonorum Eccleſiaſticorũ indiul gere, & nemo eſt, qui hoc neſciat, & addo *Martam de iuriſd. p.*4. *cent.*1. *caſ.*1. *nu.*52.

112 Verum quod Prælati, alijque Eccleſiaſtici, feuda poſſidentes teneantur in donatiuis contribuere, poteſt probari ex his, quæ ſequuntur.

113 Et primò ex Doctor. qui vltrà ſup. cit. hoc tenuerunt *Flamada l.*54. *tit.*6. *par.*1. *gloſ.*2. *nu.*1. *Mexia in pragm. taxæ panis concluſ.*5. *num* 63. *Cenedo in collect. ad ius canon. p.*2. *collect.*153. *nu.*3. *Lauden. lib.*1. *conſ.*145. *nu.*3. *Graſſ. de effect. cleric. eff.*3. *nu.*21. *Caſtill. de tert. tom.*7. *cap.*9. *nu.*20. *Gratian. diſcept for. cap.*390. *nu.*17. *tom.*2. *Mag. Laurent. Ortiz de polit. & immun. Eccleſ. p.*3. *conſid.*5.

114 Probatur ſecundò *ex tex. in l. munerum ciuilium, §. patrimoniorum autem, ff. de muner. & honor.* ibi: *ab huiuſmodi muneribus neque primipilaris, neque veteranus, aut miles aliuſue, qui prinilegio aliquo ſubnixus eſt, neque Pontifex excuſatur*, idemque etiam diſponitur *in l. ad inſtructiones, C. de Sacroſ. Eccleſ.* & concordat cum *l. vnic. C. de ſuperindict.*

115 Probatur tertiò, nàm licèt perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ, tamen bona eorum patrimonialia, temporalia ſunt, & merè ciuilia, quapropter temporalibus Principibus ſubiecta dici, affirmat *Graſſ. de effect. cleric. eff.*3. *nn.*21. P. *Diana d. tract.*3. *de parlam. reſolut.*22.

Digitized by Google

316 Nec valet dicere, quod talia bona ordinem habeant ad tales perſonas exemptas, vt ad proprios Dominos. Quia reſpondetur, quod tale dominium eſt merè temporale, & ad finem temporalem de ſe ordinatum, ergò reſpectus ille non dirigitur ad tales perſonas vt exemptas, ſed præcisè vt Ciues; vt inquiunt *P. Diana, & Carol. de Graſſ. loc. ſup. citatis,*

317 Probatur quartò, quia Prælati præſentes in parlamento, ſi expreſsè non repugnent, videntur inhærere illis, quæ fiunt per maiorem partem parlamenti, *Afflict. in proœm. conſt. Regn. quæſt. 4. in fin. Taſſon. pragm. de antefat. verſ. 4. obſerv. 3. nu. 15.* quod etiam probat *Camer. in l. Imperia-*

318 *lem fol. 66. lit. T.* dicens, quia dùm ſpecialiter ſunt vocati, & ſilent, videntur conſentire.

319 Probatur quinto, quia Prælati feudatarij Regis, feudumque ab ipſo Rege poſſidentes, Regali iuriſdictioni ſupponuntur circà feudum, & Regi obedire tenentur, *cap. ſi quæ cauſa, §. his itaque 11, quæſt. 1. auth. de Sanctiſs. Epiſc. §. ſi quis contrà aliquem clericum, Cacher. deciſ. Pedem. 30. nu. 6. Afflict. deciſ. 36. nu. 11. Larrea alleg. fiſc. 103. num. 7. Bonad. in polit. to. 2. cap. 18. nu. 64.* Imò Prælati, vel Epi-

320 ſcopi circà feuda nunquid laici reputẽtur, vel priuilegio ſuffragentur, tractat idem *Bonad. loc. cit.* Hinc ſequitur, quod teneãtur Regi donatiuum præſtare, quod ipſi competit, nedùm vti directo Domino feudorum, ſed vti Regi, & Domino perſonarum, & bonorum ſubditorum.

321 Neque vrget, quod per reſcriptum Apoſtolicum, quod refert *Ferald. de iuribus franc. nu. 14.* cautum fit, quod ſi Prælati non offerant contribuere, non tenentur; Quia reſpondetur, quod loquitur in donatiuo, quod fit in Regno Nauarræ, vt teſtatur *Taſſon. loc. cit.*

Prætereà alia erit in præſenti indagãda quæſtio, vtrum Barones Regni contribuere teneantur in præſtatione huiuſmodi donatiui? Ratio enim dubitãdi eſt,

322 quia Barones ſufferunt, & portant onus diei, & eſtus, ſeruiendo, vt debent in bellis, cum ſuis perſonis, & bonis, & ſunt primi, qui ſe exponunt ordinarijs periculis pro Dei, & ſuorum Regum ſeruitio, defenſione, & conſeruatione Regni, vt inquit *Andr. in cap. ſi filij nati n. 2. ſi de feud. defunct. milit. Iacob. de Ayello tract. de iure adoha nu. 15. Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. de regal. impoſit. nu. 4. & 5.*

Hinc dixerunt DD. quod Barones ſatisfaciunt implendo, & præſtando ſeruitium præfixum, & taxatum in principio

323 conceſſionis ſuorum feudorum, & ſoluendo adoham, quę in locum ſeruitij militaris ſucceſſit, *cap. 1. de form. fidelit. Afflict. in tit. de prohib. feud. alien. per Feder. ver. vt autem equitas, num. 9. Oldrad. conſ. 134. verſ. patet igitur, Io: Vinc. de Anna in cap. 1. de vaſſall. decrep. ætat. nu. 151. Reg. Lanar. conſ. 57. nu. 4. & ſeq. Luc. de Penna in l. 1. nu. 42. C. de ruſtic. ad vllum obſeq. Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 6. recomp. num. 20. Petr. Gregor. tit. de feud. conceſſ. par. 7. queſt. 8. nu. 35.*

324 Proindè donatiuum præſtare non tenentur, vt inquiunt *Afflict. lib. 2. ad Conſtit. Sicil. rubr. de except. hoſtica num. 11. Capyc. in inueſt. feud. ver. feudatariorum exceptiones, verſ. vlt. incip. feudatarius, Barthol. de Capua ad Gramat. ſuper Conſt. Regn. in rub. de exceptione hoſtica num. 4. fol. 64. Marin. de Caramanico ibid. nu. 16. Reg. Tap. lib. 3. ius Reg. tit. de except. fol. 101. nu. 6.*

325 Ratio eſt, quia regulariter Princeps non poteſt feudatarijs nouum grauamen imponere, *l. cum dos, ff. de pact. dotal. l. perfecta, C. de donat. quæ ſub modo, Camill. Borrell. conſ. 1. nu. 107.* Et in Baronibus

326 conſeruatur ſplendor, & defenſio Reipublicæ, & nationis, ideòque debetur illis maior gratificatio, & obſeruantia, cũ ſit multum iuri conforme, eos in aliquo releuari, qui grauantur in alio, *l. eum, qui, vbi gloſ. & DD. ff. de iur. iuran. Hier. Gabr. conſ. 69. nu. 42. vol. 2. Cravett. conſ. 622. nu. 29. & conſ. 803. nu. 3. Neuiz. conſ. 66. nu. 10. Io: Bapt. Coſta tract. de portione rata, quæſt. 47. num. 8.* non debet enim quis duplici grauamine onerari, *Nicol. Feſtas tract. de æſtimo, & collect. p. 2. cap. 3. nu. 21. Caſſan. conſ. 64. nu. 3.*

327 Sed ego contrarium dicerem, quod ſcilicet teneantur Barones contribuere in ſolutione donatiui, quemadmodùm reſponderunt *Marin. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. author. 3. Baron. num. 26. Bolognett. conſ. 1. nu. 86. Reg. Lanar. conſ. 57. num. 3. Capiblanc. ſuper pragm. 3. Baron. nu. 15. & 16. Mar. Giurb. deciſ. 118. nu. 2. & 3. Reg. de*

Pont.

Digitized by Google

Pont. de potest. Proreg. tit. de regal. impositi. §. 9. nu. 27. Reg. Valenz. cons. 99. num. 61, vol. 1.

Et huic opinioni adhærere, etsi videatur *Prest. Camil. de Curte in diuer. iur. feud.* 128 §. *cum igitur nu.* 54. tamen deindè inquit, quod durante exactione donatiui consuetum est, vt non possit exigi adoha.

Verùm huiusmodi animaduersio *à Camill. de Curte* exarata, ab alijs non reperitur addita; nec ipse alios Doctores id 129 firmantes congerit, imò DD. superius relati, & communis Doctorum sententia absoluta, & indistincta est, vt teneantur Barones in donatiuis contribuere, quamuis onus adohæ, sustineant, vt testatur *Reg. Valenz. cons. 99. n. 61. cum seq.* & idem etiam asserit *Andr. de Isern. in cap. 1. §. fin. de pac. iur. firman.* dicit enim *Andr.* quod quamuis aliqui dixerint, non posse peti seruitiũ à Baronibus feudatarijs Regni, nisi quando ipsius redditus non sufficerent, & bellum esset contrà infideles, tamen Barones hodie non solùm donant pro se, sed comparent, & donatiuum faciunt pro eorum terris, & in similibus donatiuis contribuunt, proùt alij Regnicolæ. Hinc desumitur, quod onus adohæ 131 non impedit præstationem donatiui, nec donatiuum solutionem adohæ. Quod etiam alijs munitur medijs.

130 Primò, nàm ratio, quarè vassalli teneantur Regi donatiuum præstare, nititur authoritati, & potestati Regis, obligationique subditorum, seù vassallorum; Rex enim est Dominus personarum, & bonorum subditorum, & potest bona eorundem auferre, vndè subditi tenentur Regi præbere omnes sumptus ad suę personæ substentationem, suorũq; Regnorũ, vt supra fundauimus. Hæc autem ratio Barones, quoquę procul scrupulo comprehendit, siquidem ipsi subditi sunt, Ciues, & vassalli, ac maiorem habent obligationem, quia feuda à Rege tenent, proindè in donatiuis contribuere tenentur.

131 Secundò, quia Barones potiuntur in eorum terris beneficio subuentionum propter ipsa feuda, quæ habent, & à vassallis consequuntur, in recognitionem vtilis dominij adiutoria in casibus *à Cõst. Regni quamplurimum* statutis, ergò ipsi è conuerso in recognitionem directi dominij tenentur vti vassalli, donatiua Regi præstare.

132 Tertiò, quia adoha feudo est circumscripta, onusuè feudi dicitur, donatiuum verò personæ Baronis inhęret, ideò alterum ab altero non impeditur, sed vtrumque debetur, vti debitum ex diuersa causa, & nomine.

133 Quartò, quia in iure non est verum, vt onus adohæ liberet feudatarium ab alijs oneribus, & seruitijs præstandis, sed teneri eos ad alia onera, & seruitia, ac etiam ad collectas, circumscripto onere adohæ, responderunt *Bald. in cap. 1. §. 1. vers. nota quod feudum, tit. per quos fiat inuest. Ioann. de Amic. cons. 8. nu. 62. Reg. Valenz. cons. 99. nu. 66. lib. 1.*

134 His præterea accedit, quod iuris certi est, vt nullus excusetur à contributione in donatiuis, etsi quacumque prærogatiua, vel priuilegio gaudeat, *l. nullus, C. de cursu publ. lib. 10. l. 2. C. quib. muner. & præstat. l. neminẽ, C. de Sacros. Eccl. Oldrad. cons. 98. Reg. Valenz. d. cons. 99. nu. 69.*

135 Ex his dictis supereſt quintus articulus, qui facillimè resoluitur, cautum enim est, in pragmatica edita sub die 18. Nouembris 1617. quod donatiuum à Ciuitate, vel Regno nemini præter Regem 136 fiat, etiam si esset Prorex Regni; & hæc sanctio ea occasione processit, nàm anteà fuit conclusum, donari ducatos nouemmille D. Francisco de Chiueda Priuato Ducis Ossunæ, tunc Regni Proregis, & sic testatur *Index Tasson. in d. ver. 4. obseru. 3.*

137 Et hæc eadem sanctio, viget quoque in Regno Siciliæ, ibi enim sic expressè fuit prouisum per *cap. Reg. Caroli* 165. illudque ex regalibus literis cõfirmatum fuit, vt firmant *Gars. Mastrill. de magistrat. tom. 2, lib. 5. cap. 15. nu. 27. P. Diana moral. resol. tom. 3. tract. 3. de parlam. resol. 29.*

138 Verùm si adesset licentia Regis, vt Ciuitas, vel Regnum posset offerre donatiuum aliquod Proregi, tunc non sufficeret maior pars ad cõcludendum dictum donatiuum, sed omnes cõcurrere deberent, vt inquiunt *Mastrill. loc. cit. Azeued. in addit. ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 14. Barbos. in collect. tom. 1, lib. 1. tit. 2. cap. 6. n. 6. Gomez tom. 2. var. cap. 3. nu. 14. Villagut tract. de reb. Eccles. non ritè alien. lib. 1. par. 1. cap. 101. num. 3. P. Diana. d. resol. 29.* Et ratio

dispa-

139 diſparitatis eſt, quia donatiua, quæ Regi fiunt, nomine ſunt voluntaria, ſed neceſſariò Regi debentur, quod non procedit in donatiuis faciẽdis Domino Proregi, quia omninò ſunt voluntaria, & ideò omnes concurrere debent, quia de omnium agitur præiudicio, & quando alicui efficitur præiudicium in ſingulari, tunc omnium conſenſus requiritur, vt firmat *P. Diana d. reſol. 29.* vbi complures glomerat.

140 Præterea Vniuerſitatibus quoque Regni prohibetur, vt non poſſint ſe vniri pro donis dandis, ſeu ſalarijs conſtituendis quibuſuis perſonis, ſine expreſſa Proregis licentia, etiam ſi ad beneficium locorum piorum facienda eſſet, vt loquitur Regia Pragmatica edita ſub die 24. Nouembris 1624. & firmat *Taſſon. prag. de anteſat. ver. 4. obſerv. 3. nu. 33.*

141 Imò Baronibus vetitur aliud dari, quã *in Conſtit. Regni quamplurimum* præſcribitur, vt inquit *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de donis, & expenſ. Vniuerſit. nn. 12. Taſſon. loc. cit.* & nos ſupra probauimus.

142 Sed Nũncijs nouum aliquod bonum portantibus, non interdicitur ex cauſa publicæ lætitiæ euentæ aliquid donari, vt ait *tex. in l. 1. C. vt publ. lætit. lib. 12.* & notat *Gloſ. ibidem, Taſſon. loc. cit. nu. 30.*

De officio, & poteſtate Electorũ, Ciuitatis, eorumque facultatibus, & iuriſdictione, ac munere Plateæ Popularis.

§. VI.

SVMMARIVM.

1 *ANnonæ regimen ad Iudices ordinarios ſpectat.*
2 *Sedile quodlibet in annonæ cura conſtituit vnum Electũ; ſed Sedile Montanæ duos, & quare, nu. 3.*
4 *Electi Ciuitatis congregantur in ædibus Diui Laurentij.*
5 *Electi Ciuitatis curã habent, ne extrahãtur frumenta; & de illis prouidere Ciuitatẽ, & vt vbertate Ciuitas abũdet n. 6. & vt bona commeſtibilia iuſto pretio vẽdãtur n. 7. ipſi faciunt bãna, & pœnas imponunt, & tranſgreſſores capiunt, & illos aſſignant M. C. puniendos nu. 8. & pœnas applicant pro reparatione, & alijs neceſſarijs Ciuitatis nu. 9. & non dum gubernium annonæ habent, ſed ſuas partes interponunt cum Domino Prorege, ne extractiones concedantur nn. 10.*
11 *Rex noſter prouidet vtilitati Ciuitatis, vt victualia non extrahantur etiam pro Hiſpaniarum Regnis.*
12 *Electi Ciuitatis taxam pretij in rebus commeſtibilibus imponunt, tranſgreſſores carcerant, tradunt M. C. ſed cuſtodes tenentur obedire ordines Electorum nnum. 13.*
14 *Hoſpitali Sanctiſſimæ Annunciatæ applicantur pœnæ contra vendentes bona commeſtibilia.*
15 *Electi Ciuitatem circueũtes viſitant ſubditos; & licentias expediunt pro vſu Ciuitatis nu. 16.*
17 *Electi Ciuitatis dicuntur Procuratores conſtituti à Plateis pro gubernio, & adminiſtratione Ciuitatis; & habent mandatum cum libera nu. 18. & adducuntur verba Capituli Regis Ladislai, num. 19.*
20 *Electi Ciuitatis poſſunt declarare Nobiles, & creare Conſules nationis Neapolitanæ, in qualibet parte mundi, poſſunt aggregare, & allicere Ciues; & priuilegia Ciuitatis Neapolitanæ concedere, nu. 21. ſed hæc authoritas fuit abrogata à Regia Camera nu. 22. poſſunt etiam allectos, ciuilitate priuari, ex iuſta cauſa nu. 23. nec priuatio indiget ratificatione Suæ Maieſtatis nu. 24.*
25 *Ciues allecti Neapoli, non ſunt liberati ab oneribus.*
26 *Sindicatus cauſæ, Regentis, & Iudicum M. C. V. & Curiæ Admiratiæ cognoſcuntur per Electos Ciuitatis.*
27 *Electi Ciuitatis Iudicium ferunt in cauſis ſubditorum, qui ſunt venditores rerum commeſtibilium; & ſolent huiuſmodi cauſas committere Aduocatis Ciuitatis,*

Digitized by Google

tis, nu. 28. & à decretis illorum appellatur ad S.C.nu.29.

30 *Consultores Ciuitatis faciunt relationes in S.C.capite cooperto tantùm; sed quãdo alloquuntur in Tribunali Electorum, sedent in sella,capite non detecto;& Electi tenentur ipsis assurgere nu.31.*

32 *Studentes,& mulieres inhonestæ à vicinis honestis exfractum habent ordine Electorum.*

33 *Electi Ciuitatis condunt conclusiones concernentes publicam vbertatem.*

34 *Clerici ligantur conclusionibus,factis per Electos Ciuitatis,concernentibus publicam vbertatem.*

35 *Electi Ciuitatis habent curam salutis,& habent cimbam armatam pro tali custodia,nu.36.*

37 *Deputati salutis,qui sunt, & onus eis iunctum refertur.*

38 *Electi Ciuitatis expediunt literas Patentes,salutem attestantes, & tempore Pestis regimen habent nu.39. & in Tribunali S. Laurentij omnia tractantur, num 40.*

41 *Tribunal S.Laurentij regitur per Electos, quod prius erat magnum palatium, in quo fuit postèà ædificata Ecclesia.*

42 *Electi sedent in Tribunali S. Laurentij, & subscribunt scripturas absque præcedentia.*

43 *Electus Popularis semper postponitur Nobilibus, & vltimum locum occupat.*

44 *Electi Ciuitatis licèt sint septem, quia Sedile Montaneæ duos Electos creat, tamen vnam vocem habent, prout Electus Popularis, & quod à quatuor Electis concluditur, maiorem ipsi partem faciunt,nu.45.licèt antiquitus Electus Popularis mediam partem suffragiorum habebat, nu.46.*

47 *Tribunal S. Laurentij petunt omnes Reges, Proreges,Proceres,Officiales, & Nobiles, & ibi generalia parlamenta vocantur nu.48.*

49 *Fortificationis Tribunal, in ædibus S. Laurentij regitur, & à quo fuit institutum, ex quibus componitur, nu. 50. cuius sit potestas,& iurisdictio,nu.51. & curam habet viarum, & aquarum nu.52. & cognoscit de vacuis intus, & foris Ciuitatem, nu.53. & in mari, & in vijs maritimis,in quibus nec Portulani,nec Iustitiarij se intromittũt n.54.*

55 *Reuisionis Tribunal regitur in eodem loco S. Laurentij, ex quibus illud componitur nu.56. ab eius decretis,& significatorijs appellatur ad Collaterale Consilium,nu.57.*

58 *Deputati capitulorum,qui sint.*

59 *Deputati Salutis in Tribunali S.Laurẽtij residunt, & quomodò se gesserunt in anno 1656. tempore Contagij in hac Ciuitate, & quæ potestas fuit eis tributa per Dominum Proregem nu.60. rescriptum Dom.Proregis inseritur,nu. 61. sed executio pœnarum tributa fuit M.C. V. nu.62. tenor rescripti, nu. 63. & postèà D.Prorex iurisdictionem tributam Deputatis Salutis reuocauit, & M.C. delegauit, nu. 64. tenor dicti rescripti, n.65.& formam,ac instructiones procedendi dictus D.Prorex præscripsit.n.66.*

67 *Campanile, seù Turrim S. Laurentij Ciuitas habet, & tormenta bellica, quæ in ea conseruantur, & quando fuerunt asportata in Castro nouo, & postèà restituta, num.68.*

69 *Ciuitas Neap. seruat pecunias in arca Saluatoris.*

70 *Electi Ciuitatis an repræsentent totam Ciuitatem,opinio affirmatiua, num.71. negatiua nu.77.*

72 *Electi Ciuitatis in solemnitatibus publicis latitiæ,& luctus, festiuis, vel lugubribus vestibus induuntur, ac etiam in ingressu Regis,Ciuitatem repræsentant, nu.73.*

74 *Vestes festiuæ, & luctus applicantur ad beneficium Electorum; quod secus est de iure communi,nu.75.*

76 *Vxor non tenetur restituere vestes festiuas,lugubres autem sic,ad beneficium hæredum viri.*

78 *Iuramentum fidelitatis à Regibus præstandum per Plateas recipitur.*

79 *Electi, & Procuratores Ciuitatis non præiudicant Vniuersitatem, nisi congregato Consilio.*

80 *Vniuersitas non potest condemnari in cõtumaciam, licèt notificatis administratoribus, neglexerint ipsi comparere; & sententia nulla redditur nu.81.*

82 *Electi nullatenus repræsentant Vniuersitatem; & consuetudo in contrarium nulla est,nu.83.*

84 *Litteras scribere nomine Ciuitatis vetitum est Electis; ex conclusionibus Platearum*

Digitized by Google

tearum, cuius verba referuntur, nu. 85.

86 Ciuitas Neapolitana repræſentatur, per Plateas, ſed non per Electos.

87 Recuſare Iudicem nomine Ciuitatis, an poſſint Electi ipſius.

88 Rationales Ciuitatis an reddant computum, Tribunali reuiſionis.

89 Lis ſub nomine dignitatis, eſt iuſta cauſa recuſationis Iudicis.

90 Deciſio Collateralis Conſilij circà recuſationem Regentis Muſcettula.

91 Electi non poſſunt lites Ciuitatis inſtruere, ſed hoc ſpectat ad Deputatos capitulorum; qui Procuratorem ad lites conſtituunt, nu. 92.

93 Vniuerſitas an poſſit Iudicem ſuſpectum recuſare.

94 Monaſterium poteſt Officialem ſuſpectum allegare ex perſona Monaci.

95 Iudex ſcienter inferens grauamen, poteſt vti ſuſpectus allegari, in alia cauſa.

96 Suſpictio Iudicis oritur ex recurſu, & appellatione, cum ex ipſis animum Iudicis ad inimicitiam prouocetur.

97 Suſpictionis iuſta cauſa eſt inimicitia etiã leuis; & ſi recuſans dederit cauſam, dummodò non fieret malitiosè, nu. 98.

99 Vniuerſitas non poteſt Iudicem ſuſpectum recuſare; & ità deciſum per S.C. & de ratione, nu. 100.

101 Teſtis de Vniuerſitate non reÿcitur, quãdo agitur de intereſſe, & commodo Vniuerſitatis.

102 Suſpectus Iudex Prælato, vel tutori, non eſt ſuſpectus Eccleſia, vel pupillo.

103 Suſpectus non redditur Iudex, ex cauſa adminiſtrationis officÿ, & ſua iuriſdictionis.

104 Suſpectus an reddatur Iudex in cauſis Ciuitatis, ad cuius inſtantiam fuit remotus ab aliquo officio.

105 Suſpictio Iudicis non oritur ex actibus adminiſtrationis iuſtitiæ.

106 Suſpictionis etiam eſt lis agitata inter duos Iudices ex cauſa precedentiæ, vel ex cauſa inhibitionis inter eos, ratione iuriſdictionis, nu. 107. non autem inter conſanguineos, nu. 108.

109 Electus Popularis reddit ius in ſua domo omnibus vendentibus res commeſtibiles, capitulationes ſtatuit Platea Populari cum pœnis, nu. 110. & illas exigit nu. 111. & vt fruges veniant in hãc Ciuitatẽ per 25. miliaria, præcipit n. 112. Prouidet Ciuitatem de omnibus rebus comeſtibilibus, nu. 113.

114 Popularis Electus creat Conſules omnũ artium ipſi ſubditorum, & capitulationes condit nu. 115. & maritagia puellarum ſorte diſtribuit, nu. 116.

117 Electus Popularis tempore belli congregat Ciues actos ad arma, & tribunos elegit, conſulto Prorege, nu. 118. & ipſe eſt Dux nu. 119. & practicatum refertur, nu. 120.

121 Electus Popularis expellit perſonas inhoneſtas à vicinis honeſtis, & antiquitus cum Electis Nobilibus creabat notarios, nu. 122. & cum duobus Electis Nobilibus circuit Ciuitatem, & viſitat vendentes bona commeſtibilia, nu. 123. & ſi ipſe nõ interuenit, quatuor Electos Nobiles interuenire requiritur, n. 124.

125 Popularis Platea facultatem habet extrahendi frumentum, biſcoctum, & ſalem pro certa quantitate, & adminiſtrat Eccleſias, à Platea inſtructas, & de introbitibus diſponit, num. 126. & quæ ſunt nu. 127.

127 Eccleſia à Platea Populari inſtructa, & adminiſtratæ referuntur.

128 Platea Popularis conſultores in quibus ſolemnitatibus aſſiſtunt.

129 Popularis Platea quando oratorem ad Regem deputauit pro negotÿs, populum concernentibus.

130 Platea Popularis Deputati aſſiſtunt cum Iudicibus M.C.V. tempore viſitationis pauperum.

131 Platea Popularis officia adminiſtrantur etiã per Nobiles Ciuitatis, & Regni, nec adimitur nobilitas, & beneficÿs popularibus nobiles gaudere poſſunt, n. 132.

133 Titulati non excuſantur à muneribus, Nobilibus ſpectantibus.

134 Dignitas maior non præindicat priori dignitati.

135 Titulatus fuit creatus Electus Ciuitatis, & nullam præcedentiam habuit.

De

De officio, & poteſtate Electorũ, Ciuitatis, eorumque facultatibus,& iuriſdictione, ac munere Platcæ Popularis.

§. VI.

INclitæ Ciuitati noſtræ Sereniſſimorũ Regum prouidentia,Ladislai nempè, & Federici Primi, annonæ cura ,eiuſque regimen fuit impartita,quamquam alibi, etſi conſpicuæ Ciuitates,annonæ cura ad
1 Præfectum Vrbis, ſiue ad Præſidem , & ordinarios Iudices ſpectet; ſic dictat *tex. in l.cura carnis,ff.de offic.Præfect.Vrb. l.an. nonam,ff.de extraordin.criminib.l.fin.*§.1. *ff. ad leg. Iul. de annon. l. fieri in princip. ff.cit.*

2 Vndè quodlibet Sedile vnum nobilem conſtituit, Sedile verò Montaneæ duos; ea de cauſa, quia eſt vnitum cum Sedili Forcellæ , quod antiquitus aderat
3 in hac Ciuitate , & poſteà ob exiguum numerum familiarum Nobilium, quæ fruebantur honoribus illius Sedilis , cum Sedili Montaneæ fuit annexum.Prædicti Nobiles,ac alter vir,ex cœtu Populi conſtitutus, huiuſmodi annonæ curæ incum-
4 bunt, qui vocantur Electi , & in vnum congregati,in ædibus Diui Laurentij cõueniunt : Quibus autem facultatibus, iuriſdictionibus,& prerogatiuis fulciantur, patet ex his, quæ ſequuntur.

5 Etenim eorum iudicio,& poteſtati Regis Ladislai Sanctione committitur, nedùm vt ipſi ſint ſolliciti, ne extrahantur à Ciuitate frumenta, & alia victualia, ad vbertatem ſpectantia , ſed vt ipſi Ciuitatem prouideant, de victualibus , & frugibus, ad hoc, vt ſemper Ciuitas vbertate
6 abundet. Cauere quoque debent,ne fruges vendantur , niſi conuenienti pretio ; nec quidquam, quod ad vbertatem ſpe-
7 ctat,contrà iuſtum, & conſuetum pretiũ, diſtrahatur : poſſunt etiam frugibus prẽtium indicare, ac mandata facere,banna
8 ferre, pœnas imponere, & exigere,tranſgreſſores capi facere , captiuos aſſignare M.C.V.alijſue quibuſuis Officialibus Ciuitatis,per quos voluit cuſtodiri,abſolui, atque liberari , ad petitonem ipſorum Electorum , & vt pœnæ ab illis iuſtè , & cum omni æquitate, quantum attinet ad
9 officium ſupradictum, exigantur, pro reparatione Ciuitatis , & pro alijs cauſis neceſſarijs,cõcernentibus vtilitatem Vniuerſitatis prædictæ ; & inſuper eiſdem Electis omnia alia committuntur,quæ ad procurandum commodum, & vtilitatem dictæ Vniuerſitatis ſpectare noſcuntur,ſicut ipſis melius viſum fuerit, ità diſponitur *in cap.* Regis Ladislai, incipiente *vobis ſex* , quod per *Reg. Sanfelic. in prax. ſect.15. nu.2.* recolitur , illudque confirmatum fuit à Federico I. Rege circà annum 1486. vt *in cap.37. Neap.fol.* 18. & notat *Surg.de Neap.illuſtr.cap.24.nu.9.*

Hinc eſt, quod dicti Electi nedùm gubernio annonæ vacant; proùt ex dicto
10 capitulo Ladislai obſeruant *Summonte in hiſtor. Neap. lib.1. cap.7. fol.* 185. 186. *Montan.ſuper prag. de adminiſtr. Vniuerſ. fol.9. nu.64. Reg.Sanfel. d.ſect.15. num.6.* qua de re præcauere tenentur,ne frumenta extrahantur , aliæque fruges ad vbertatem, incolumitatẽque; imò ſuas partes interponere debent,cum Domino Prorege, nè facultates concedat pro huiuſmodi bonorum extractione ; ſiquidem Rex
11 noſter Inuictiſſimus ſuam vtilitatem, ſuique Ærarij augmentum , quod ex huiuſmodi facultatum conceſſione largè excreſcit, noſtrę communitatis bono, & incolumitati poſtpoſuit, præcepitque ſuis litteris, ne huiuſmodi facultates impartiantur, etiam ſi Hiſpaniarũ Regnis prouideri contingerit; vt teſtatur *Surg. de Neap.illuſtr.cap.*15.*nu.*47.*& cap.*24.*n.*30.

12 Et inſuper ipſi Electi taxam pretij in rebus commeſtibilibus imponunt, pœnaſque adijciunt,& tranſgreſſores carce-
13 ratos tradũt M.C.V. cuius cuſtodes perſcrutare tenentur ordines Electorum ex *cap.*Regis Ferdinandi in anno 1476.promulgato, qui voluit etiam , quod pœnæ
14 huiuſmodi contrà dictos tranſgreſſores cedant commodis Sacri Hoſpitalis Sanctiſſimæ Annunciatæ huius Ciuitatis, vt

Digitized by Google

habetur ex dicta conceſſione Regis Ferdinandi *in capitulis Neap.38.& 52.fol.18.* & teſtatur *Taſſon.de antefat.verſ.3.obſ.3. nu.231. & 232.*

15 Amplius poſſunt Electi circuire Ciuitatem, viſitare ſubditos,non obtemperãtes ordinibus emanatis pro annona,penis præfixis punire; & etiam litteras paten-
16 tes, ac licentias expedire pro vſu vbertatis, vt notat *Surg.de Neap.illuſtr.cap.15. nu.17.Capacc.in lib.del foraſtiero fol.651.*

17 Quinimò ipſi Electi dicuntur procuratores, conſtituti à Plateis, & adminiſtratores Ciuitatis denominantur,& poſ. ſunt cõcludere,ac dirigere omne id,quod
18 ad gubernium Ciuitatis ſpectat, & cenſentur habere mandatum,cũ libera &c. à Ciuitate, *Molfeſ.in ſumm.par.2.cap.15. tract.12.nu.47. Thor.in vot.55.par.2.nu. 32. Montan.in pragm.2.de adminiſtr.Vniuerſit.num.327. Capac.in lib.del foraſtiero fol.637.*quodq; ſuadetur ex verbis eiuſdẽ
19 capituli Regis Ladislai, ibi, *Omniaque alia faciatis, quæ ad procurationem, commodum, & vtilitatem dicta Vniuerſitatis ſpectare noſcuntur, ſicut vobis melius viſum fuerit.* Propterea ipſis Electis ex dictis verbis dignoſcitur, non dùmtaxat conceſſam fuiſſe poteſtatem, circà annonam; ſed etiam quòad omnia alia nomine Ciuitatis.

20 Quamobrem poſſunt declarare nobiles, creare Conſules nationis Neapolitanæ, in qualibet parte mundi, & hi Conſules poſſunt deputare Proconſules; proùt eſt in Regno Siciliæ,& in alijs Regnis, vt refert *Capac.d.loc.fol.650.à ter.& 651*, idemque approbatum firmat à Cæſarea Maieſtate Imperatoris Caroli V,

21 Pariter poſſunt agregare, & allicere Ciues,illoſque priuilegijs Ciuitatis Neapolitanæ exornare, *Reg. Moles in deciſ. manuſcript.15. Reg.Sanfel.deciſ.74. nu.6. & deciſ.324.& in prax.ſect.14.nu.2.Reg. Rouit.in pragm.1. de immunit. Neapolitanor. nu.6.Capac.in d.lib.del foraſtiero fol. 550.*idemque patet *ex cap.*12.Regis Ferdinandi II. *de anno* 1495. & *in capit.* 23. Magni Capitanei *in priuilegijs, & capitulis Neapolitanis prag.*35. quamuis hæc
22 authoritas fuit abrogata à Regia Camera, vt firmat *Taſſon.in pragm. de antefat. verſ.3. obſer.3.nu.233.* Quæ autem priuilegia habeãt Ciues agregati,vide *cap.53.* Regis Catholici *fol.45.à ter.* & quid ſit de iure communi cautum,vide *Fontanell. de pact.nuptialib.par.1.clauſ.3.gl.3.n.79.*

23 Imò poſſunt Electi Ciues allectos ciuilitate priuare, iuſta exiſtente cauſa, vt *ex cap.* Regis Federici 12. & 15. Tamen
24 requiritur, vt priuatio à Sua Maieſtate ratificetur, *Reg. Rouit in pragm. 1. de immunit.Neapol.n.10. Reg.Sanfel. deciſ.324. nu.2.* & ait *nu.3.* quod Ciues allecti non
25 ſunt liberati ab oneribus, ratione originis impoſitis *ex l.ordine,§.fin.ff.ad municipalem,*

26 Cognoſcunt etiam Electi cauſas ſyndicatus Regentis, & Iudicum M.C.V. & Curiæ Admirati, & aliorum Officialiũ, vt *in rit. M.C.V.*108. & *in cap.66.* Regis Catholici, & notat *Taſſon. in pragm. de antefat.verſ.3.obſeru.3.nu.229.* & illi etiã antequam officium adipiſcantur,iuramẽtum, præſtant in manibus Electorum in forma tradita *in d.cap.66.* Regis Catholici,& notat *Taſſon.d.verſ.3.nu.331.Surg. de Neap.illuſtr.cap.12.nu.31.*

27 Inſuper Iudicium ferunt,in cauſis ſubditorum, qui ſunt omnes exercentes artes rerum comeſtibilium, ſic habetur in capitulis Ciuitatis Neapolis, dictis *del benuiuere,& in cap.5.*Regis Catholici *fol.*
28 *39.à ter.* ſed huiuſmodi cauſæ ipſi committunt alicui ex Aduocatis Ciuitatis,qui
29 Conſultores nominantur, & à decretis ipſorum appellatur ad S.C. vbi dicti Cõ-
30 ſultores relationem faciunt,capite ſolũmodò cooperto, vt refert *Marcus Anton. Surg.de Neap.illuſtr.cap.27.nu.43.Taſſon. in prag.de antefat.verſ.3. obſ.3.num.230.*

31 Verùm ipſi Aduocati, aut Conſultores alloquuntur in Tribunali Electorum ſedentes in ſella, & capite non denudato, & amplius Electi tenentur ipſis aſſurgere, quando eorum Tribunal petunt, *l.final. C.de Aduocat.diuerſ.Iudic. Bouadill.in politic. lib.3. cap.8. nu.19. Taſſon. d. verſ.3. obſer.3.nu.230. in fin.*

32 Prætereà Electi exfractum decernunt ſtudentibus, & mulieribus inhoneſtis ex vicinijs honeſtis, vt *ex cap.*Regis Catholici 59.*de anno* 1505.*fol.46.à ter. Taſſon. d.verſ.3.obſer.3.nu.233.*

33 Et inſuper quaſcumque Concluſiones condere poſſunt,publicam vbertatem cõcernentes: illiſque autem concluſionibus
34 numquid ligentur Clerici, agunt articulum

Digitized by Google

lum *Bald. Felin. & alij in cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutionibus, Caſſan.in conſuetudinib. Burgundiæ in rub.1. verb. corpolamet.n.91. in rub.13.§.5. nu.2. Oliban. de iure fiſci cap.14. num.133.* ſed milites procul omni dubio comprehenduntur, dùm ſubijciuntur illis, quæ ad ornatum Ciuitatis, eiuſque publicam vtilitatem pertinẽt, *Calices in viridario militum nu. 25. Cancer.var.reſol.tit.de ſeruitutib. nu. 223. Taſſon.d.ver.3.obſerv.3.num.232. in fin.* & latius de hoc articulo egi in tract. de fiſco Regiæ iuriſdictionis, prælo tradendo.

35 Imò amplius inter cæteras prærogatiuas, ipſis Dominis Electis collatas, continetur cura conſeruandi ſalutem; tenentur enim omni ſtudio vacare, vt Ciuitas
36 à morbo contagij eruatur: vndè retinent cimbam, armis munitam, pro cuſtodia portus Neap. & continuò aſſiſtunt vnus
37 ex nobilibus Sedilis Portus, alter Plateæ Popularis; & hi nuncupantur Deputati Salutis, & recognoſcunt naues, cimbas, & bona ſuper illis onerata, & à quibus nàm locis veniant, ſi fortè ſint contagio ſuſpecti, & cõperto, quod à loco ab omni ſuſpictione immune perueniant, & itinerantes ſint incolumes, datur illis liberum cõmercium; alioquin ad expurgationem conficiendam traduntur, in loco, ædificato per Ciuitatem noſtram, in ſcopulo Chioppini, in mare Inſulæ Niſitæ, vbi eſt Deputatus cuſtos, ne bona, & perſonæ ſuſpectæ deſolutæ diſcedant à loco prædicto, vt conſtat ex ſententia Regis Federici, infra citanda.

38 Electi quoque litteras patentes expediunt, ſalutem atteſtantes hominibus, & nauibus, quæ diſcedunt ab hac Ciuitate, vt notat *Capac.in lib.delforaſtiero fol.651.*

39 Vlterius eiſdem Dominis Electis regimen Ciuitatis tribuitur tempore, quo Ciuitas morbo Epidemiali vexatur, quẽ Deus ſemper euertat, ſic *ex peculiari ſententia* Regis Federici *de anno 1597. inter priuilegia, & capitula Neapolis pragm.29. verſ.item quod dicti Populares*, cuius verba ſunt.

40 *Quod in caſu peſtis omnia tractentur, & cõcludantur in Eccleſia Sancti Laurentij per ſex Electos. Exequutio autem concluſionis cum interuentu, & authoritate Officialis noſtri.* Quid autẽ fuerit perſcru-tatum in praxi, de anno 1656. inferius dicetur.

41 Regitur autem Tribunal ab ipſis Electis, in ædibus Sancti Laurentij, vbi antiquitus erat magnum palatium, indè Rex Carolus I. aliqua ſtatus ratione fretus, palatium illud deſtruxit, & ibidem Eccleſiam cõſtruxit, Diuo Laurentio ex voto dicatam; & paruus locus, qui hodiè
42 videtur, remanſit, vbi Electi congregantur, & abſque præcedẽtia ſedent, is enim de nobilibus prius ſedet, qui prius aduenit, & etiam is prius ſcripturas ſubſcribit, ad cuius manus prius ſcriptura illa per-
43 uenit; tamen Electus Plateæ Popularis Nobilibus poſtponitur, vltimumque locum occupat, & ſubtus Nobiles ſcripturas ſubſcribit, idemque eſt de iure communi prouiſum, vt *in l. 1. C. de æqueſtri dignit. lib. 10. Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſerv.3. nu.32.*

44 Verum etſi ipſi Electi numero ſeptem ſint, dùm Sedile Montaneæ duos Electos creat, cauſa ſupra relata, tamen ſex voces componunt, nàm Electi Sedilis Montaneæ vnicum ſuffragium ferunt, quemadmodùm Electus Popularis vnam tan-
45 tùm vocem habet; Proindè quod à quatuor Electis concluditur, tanquàm à maiori parte concluſum exequutioni demãdatur, quamuis priſcis temporibus ante Sereniſſimorum Regum Aragonenſium
46 dominium, Populus mediam ſuffragiorum partem habebat, teſte *Summonte in prima parte hiſtoriæ Neapol.fol.139.* quod indè fuit derogatum, peculiaribus ordinibus Suæ Maieſtatis, exequi ipſe diſponens ſententiam Regis Ferdinandi II. de anno 1496. qua fuit prouiſum, concluſiones per quatuor ex Plateis conditas, obſeruari, tanquam à maiori parte geſtas, & idem fuit ſancitum ab Inuictiſſimo Imperatore Carolo V. in anno 1554. vt in *cap.33. Reg.Neapol.* & obſeruat *Taſſon. d. verſ. obſerv.3.nu.23.* & 24. & nuper idẽ demandatum fuit Regijs litteris, expeditis ſub die 14. Septembris 1644. vt annotat *Reg.Sanfelic. in prax. d.ſect.15. nu.7. verſ.& ex his.*

47 Adeò eſt hoc Tribunal inſigne, nàm pro decernendis rebus ad regimen Ciuitatis, accedere debent Reges, & Proreges, Proceres huius Ciuitatis, cæterique Nobiles de Sedilibus, & reliqui Officia-

Digitized by Google

les, & Decuriones, sic patet ex sententia Regis Federici Aragonensis, quam exornat *Surg. de Neap. illustr. cap.* 12. *nu.* 50. & ibidem Comitia, seu colloquia generalia, quæ parlamenta vocantur, celebrari debent, *Surg. loc. cit. cap.* 11. *nn.* 24. *&* 27.

49 Conueniunt quoque in dictis ædibus Diui Laurentij, alia Tribunalia, nimirùm illud quod muniminis Ciuitatis appellatur, à vulgo dictum *fortificationis*; & cæterorum est principale, attenta eius antiquitate, à Cæsare Augusto incohatum, qui muros Neapolis ampliari statuit in anno 540. & à Rege Alphonso II. illud fuit ditatum, dùm datium indixit in anno 1505. pro munimine Ciuitatis. Et amplius Imperator Carolus V. alia elargitus fuit, & etiam Domino D. Petro de Tole-
do tunc Proregi iniunxit, vt in Præsidem
50 dicti Tribunalis eligeret vnum ex Magnatibus, aliosque viginti vnum Decuriones Plateæ crearent; nimirum quælibet Platea Nobilium tres, & Popularis sex, deindè ex 21. Deputatis remanserunt septem, qui componunt Tribunal prædictum, eiusque Præses de Consilio Status est, & vita durante muneri huius-
51 modi incumbit, & procedit hoc Tribunal ad modum belli, solumque Proregem in superiorem recognoscit, *Tasson. d. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 140. *vers. quo verò ad fortifi-*
52 *cationem*, illudque curam habet viarum Ciuitatis, *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de abundantia Ciuitatis*, §. 6. *num.* 21. curas etiam interponit in aquis, & aquæ-ductis, vt *in pragm.* 1. *&* 2. *de aquis*, *&*
53 *aquæductis*, & insuper recognoscit omnia vacua intus, & foris Ciuitatem, ex quibus in paucis annis Ciuitati auxit redditus annuorum ducatorum 8000. & etiã cognoscit de lauis, idest de aquis pluuijs, illiusque iurisdictio extenditur à principijs vsque ad fines ipsarum versus Ciui-
54 tatem, & mare, imò viæ maritimæ cum pedationibus in mare, fuerũt ab hoc Tribunali constructæ; vndè in eis nec Portulanus, neque Iustitiarius Neapolis iurisdictionem habent, sed huius Tribunalis est cognitio, *l.* 1. *ff. de via publica*, & obseruat *Tasson. d. vers.* 3. *obseru.* 3. *nu.* 239. *vers. Tribunal hoc.*

55 Insuper regitur in dictis ædibus Diui Laurentij aliud Tribunal, quod reuisionis computorum Ciuitatis nuncupatur, illud-
que componitur ex vno ex Regentibus
56 Regiam Cancellariam, qui in Præsidem eligitur à Domino Prorege, ex vno ex Præsidentibus Regiæ Cameræ breuioris togæ, ab eodem Domino Prorege constituto, & ex duobus viris ex singulis Plateis Electis, & ab eodem Domino Prorege confirmatis, interuenit quoque fiscalis ab eisdem Plateis nominatus, & dicuntur huiusmodi Officiales Regij, & ab eorum decretis appellatur ad Collatera-
57 le Consilium, & etiam illorum significatorię ad instar Tribunalis Regiæ Cameræ executioni demandantur, *Tasson. in pragm. de antefat. vers.* 3. *obseru.* 3. *nu.* 239. *verb. quod verò.*

58 Amplius ibidem quoque conuenit deputatio Capitulorum, quæ nomen sumpsit ab effectu ipsius exercitij; etenim incumbit obseruantia Capitulorum, quæ meruit Ciuitas prædicta summa innixa fidelitate à retro Regibus aucupari.

59 Itidem obseruauimus in anno 1656. quo Ciuitas nostra morbo epidemiali laborauit, in eisdem ædibus Diui Laurentij coadunari Deputationem, salutis denominatam, & illa à Plateis huius Ciuitatis fuit constituta, dùm quælibet ex ipsis duos viros ex singulo cœtu in Deputatos elegerunt, qui conuenientes in vnũ nomine Ciuitatis, cuncta disponebant, infirmos segregabant, & in loco deputato confinabant, eorumque curationi prouidebant, medelas, medicos, barbitonsores, & famulos, expensis Ciuitatis constituebant; imò illis Deputatis, peculiari suo rescripto Excellẽtissimus Dominus Comes de Castrillo tunc Prorex, & Colla-
60 terale Consilium iurisdictionem concessit, ipsisque facultatem dedit emanandi banna, & statuendi pœnas pecuniarias, & corporales, circà concernentia salutem, & rectam administrationem Ciuitatis: voluit tamen dictus Excellentissimus Dominus Prorex, vt cuncta explerent interuentu, & authoritate Spectabilis tunc Regentis M. C. D. Emanuelis de Anghiar, qui in Præsidem deputationis elexit, & ad exequutionem pœnarum. Deputati procederent leuato velo, & ad modum belli, accedente suffragio duorũ Consultorum Iurisperitorum; proùt constat ex dicto rescripto, cuius verba sunt,

Per-

Digitized by Google

61 PErche dalli Deputati della general Salute di queſta fideliſſima Città di Napoli, de ordine noſtro ſono ſtati fatti, e ſi haueranno da fare, e publicare diuerſi ordini, e banni per il buon gouerno delle coſe, concernenti alla detta Salute, nelli quali ſono ſtati ſtabilite diuerſe pene alle perſone,che contraueneranno à quelle,e perche conuiene al ſeruitio di S.M. e beneficio publico, che vi ſiano perſone,che diano eſecutione alli banni, & ordini predetti , acciò ſi oſſeruino con la puntualità,che ſi deue, ci è parſo commettere queſto negotio, come con queſto commettemo all'Ill. & Magnifici Deputati,vltimamente eletti da tutta la detta Deputatione della ſalute,che ſono Fabritio Capece Bozzuto,Ignatio deMaio, D.Franceſco Dentice,il Duca di S.Teodoro,il Conte di S.Angelo, & il Dottor Vincézo Manna,& quelli debbiano procedere , come da noi ſpecialmente delegati, ſopra l'oſſeruanza,& eſecutione de' detti banni , & al caſtigo delli tranſgreſſori, con conditione però , che debbiano nominare dui Conſultori, con darcene ſubito auuiſo à noi delle perſone nominate, e con la loro conſulta,e parere poſſano , e debbiano procedere à pigliar informatione, & à tutto quello,che ſarà de iuſtitia,nelle cauſe predette, vſq; ad ſententiam, & eius executionem incluſiuè; e trattandoſi ſentenza di morte , ò di galera, prima di eſeguirla,ne debbiano fare relatione à noi, acciò quella viſta poſſiamo ordinare quello, ſi hauerà da eſeguire,dandoli,e concedendoli tutta l'authorità,e poteſtà baſtante, e neceſſaria,vna cum annexis,& dependentibus ex ea; atteſo con queſta ordinamo à tutti,e ſingu. li Magnifici Officiali , Capitanei de giuſtitia, loro guardie,& altri, à chi ſpetta, che per eſecutione delle coſe predette debbiano obedire l'ordini voſtri , come noſtri proprij , e così ſi eſegua, e non altrimente, Datum Neapoli die 9. Iunij 1656. El Conde de Caſtrillo. Vidit Garzia Reg. Vidit Soto Reg. Vidit Burgos Reg. Vidit Martinez Reg. Vidit Cacacius Reg. Vidit de Aquino Reg. Donatus Coppola Secretar. de Falces.

62 Indè publico bono, ſumma ſolertia prouidens dictus Excellentiſſimus, tunc Regni Prorex,ſub ditorumque incolumitati conſulens executionem pœnarum in bannis editis , hac occaſione cumulatiuè tribuit Iudicibus M.C.V. vt ad modum belli procederent,& conſtat ex reſcripto ſequentis tenoris.

Al General D.Emanuel de Aguiar,y Acuña, del Conſejo Colateral, y Regente de la Gran Corte de la V.

63 ENtendiẽdo el Conde mi Señor à los inconuenientes, que reſultan de la inobſeruancia de los bandos,y ordenes, que ſe han dado,y dieren,tocãte al buon gobierno,y preſeruacion de la ſalud de eſta fideliſſima Ciudad,y à lo que importa al beneficio publico, que ſe exequten inuiolablemente, hà reſulto S.E. que los Iuezes de Vicaria aſsi Ciuiles,como Criminales anden por la Ciudad con authoridad,y delegacion de S.E. de exequtar luego ad modum belli contra los cõtrauenientes la penas impueſtas en dichos bandos, y ordenes cada vno de porſi en las otinas, que V.S. les ſeñalare,haciendo poner vna horca en cada vna de ellas, y aſsi dice S.E. que lo exequten, que en virtud de eſte villete les concede toda la authoridad neceſſaria , y la facultad del modum belli,y diſpenſa por eſta vez, y en eſte caſo tan ſolamente à qualquier priuilegio,Pragmatica,ley,orden,y conſtitucion , que aya en contrario, por ſer tan del ſeruicio di S.M. y bien publico, fiando S.E. que acudiran à eſto con el Celo,y atencion,que pide tan importante materia , y en carga à V.S. le auiſe ſi huuiere alguno , que faltare à tan preciſa obligacion . Dios guarde à V.S. Palacio à 19.de Iunio 1656. Franciſco Antonio Manzolo.

64 Poſtmodùm dictus Excellentiſſimus Regni Prorex ſubditorum opportunitates proſpiciens , illorum incolumitati aſſequens, vt innoxij rederẽtur,iuriſdictionem illam deputationi Salutis tributam reuocauit,& M.C.V. delegauit nonnullis facultatibus iniunctis, vt conſtat ex reſcripto ſequentis tenoris.

Philippus Dei Gratia Rex,&c.

D. Garzia, &c.

65 ILluſtris , & Magnifici Viri Collaterales Conſiliarij Regij , fideles dilectiſſi-

ctiſſimi. Il ſtato delli tempi, e l'apparti in che ci ritrouamo nel principio del Contaggio, che hà patito queſta fideliſſima Città, e le occupationi, in che ſi ritrouauano li Giodici di queſta Gran Corte della Vicaria, ce obligorno, che riconoſcendo la neceſſità, che vi era di perſone, che accudiſſero à fare eſequire li banni, che di ordine noſtro ſi erano ordinati publicare, e ſi douenano publicare appreſſo, e che eſequiſſero le pene in eſſi contente, commetteſſimo, e delegaſſimo la giuriſditione criminale per li detti caſi alli ſei Deputati, che le Piazze di queſta fideliſſima Città haueuano nominato per tener cura della ſalute di eſſa, & à quelli, che per loro mancamento ſi ſobrogaſſero in loro luogo: & eſſendo ceſſate le cauſe ſudette, e per altre giuſte conſiderationi, che moſſero noſtra mente, con voto, e parere del Regio Collaterale Cõſeglio, appreſſo di noi aſſiſtente, hauemo ordinato, e comandato, che ceſſi la detta giuriſditione delegata alli detti Deputati, e che torni ad incorporarſi priuatiuamente in queſta Gran Corte, nella quale era anco rimaſta cumulatiue, con eſtentione alli Giodici della Vicaria Ciuile, conforme alli ordini, che da noi ſi comandorno publicare, e perche ſe intenda il modo, con che li detti Giodici Ciuili, e Criminali di queſta Gran Corte hanno da procedere nelli negotij, e cauſe, che ſi offeriranno, circa la contrauentione delli detti ordini, e banni, hauendolo communicato con il detto Regio Collateral Cõſeglio, & con ſuo voto, & parere ordinamo, e comandamo à gli detti Giodici, che in eſequutione delli detti ordini, e di quelli al preſente li damo, oſſeruino lo ſequẽte.

Primo, che quando ſuccederà alcuno delli detti caſi, ò contrauentione de' banni, & ordini, ſubito che ne tenerà notitia
66 di eſſi, il Giodice, che prima lo tenerà, proceda à riceuere la informatione, & aſſecurarſi delle perſone colpate, procedendo ſolo alla compilatione del proceſſo ſino à ponerlo concluſo in ſtato di ſentenza diffinitiua, concedendo, & abbreuiando li termini, per giorni, & hore, conforme la grauità, e circonſtãze della cauſa, ſenza neceſſità di portarla al Tribunale, inſino che ſtia in ſtato di ſentenza diffinitiua.

Item in caſo che la notitia delle dette contrauentioni, & ordini ſi deſſero nel Tribunale di queſta Gran Corte, ò al Spettabile Regente di eſſa, ſubito all'inſtante che ſi darà la detta notitia, tenga obligatione il detto Spettabile Regente ſenza dilatione alcuna di commettere la cauſa ad vno delli detti Giodici, à fin che la ſuſtantij, e compili inſino à ponerla in ſtato di ſentenza diffinitiua, come ſi è ordinato nel capitolo precedente.

Itẽ che lo cõtenuto nelli dui di ſopra, ſi intenda non ſolamente dalli Giodici della Vicaria Criminale, mà anco della Ciuile, li quali hanno da tenere eguale giuriſditione, & authorità in quello, che tocca à ſuſtantiare, & compilare li proceſſi, e ponerli concluſi in ſtato di ſentenza diffinitiua, e nella cattura delli delinquenti.

Item che reſtando compilati, e ſuſtantiati li proceſſi nella forma ſudetta, & in ſtato di poterſe determinare diffinitiuamente, queſto lo hanno da fare ſolo, e priuatamente li Giodici della Vicaria Criminale, ſenza concorrere, ne interuenire quelli della Ciuile, eccettuando al Giodice Ciuile, che ſarà Commiſſario della cauſa, e che hauerà compilato, e ſuſtantiato il proceſſo, perche queſto volemo, che ſia relatore, & voti in eſſa come l'altri Giodici criminali, acciò poſſino ſapere tutti da eſſo li motiui, che hauerà hauuto à tempo di compilare, e ſuſtantiare la cauſa, e ciò per ſcuſare la confuſione, e dilatione, che potriano reſultare dall'eccẽſſiuo numero di Giodici, quando la noſtra intentione ſe indrizza principalmente, perche con breuità ſi attenda il remedio dell'eccẽſſi, che ſi offeriſcono.

Item per quello, che tocca alle cauſe, che ſtaranno pendenti, e per determinare nella Deputatione, le quali vanno remeſſe all'iſteſſo Tribunale della Vicaria, potete ordinare al Secretario, ò Scriuano della detta Deputatione, in cui potere ſi ritrouaſſero, che vi li conſegneno ſubito, e conſegnate, le proſeguirete nella forma delli ordini, che ſi è detto nelli capitoli precedenti.

Item che la giuriſditione, che adeſſo concedemo à queſto Tribunale, ſi hà da intendere, & intenda delegata, e con la

poteſtà

poteſtà di abbreuiare non ſolamente li termini della forgiudica, mà anco quelli delle diſcuſſioni,& atti ordinatorij,e con tutte l'altre preeminẽze,che ſono proprie di coteſto Tribunale, con diſpenſa di qualſiuoglia conſtitutione, capitoli, ò pragmatica, che vi fuſſe in contrario.

Item che le cauſe, che ſi ritrouaſſero attualmente determinate, con pene corporali nella detta Deputatione, & pendente l'eſequutione delle conſulte, che ſopra di eſſi ci haueſſero fatte,s'intendano anco rimeſſe à queſta Gran Corte criminale, acciò che per via di reclamatione poſſa conoſcere di eſſe, e procedere alla ſua eſequutione, conforme parerà di giuſtitia.

E per megliore ſpeditione di tutto lo cõtenuto in queſto diſpaccio, ordinamo,& incarricamo al Spettabile Regente di queſto Tribunale, procuri di fare alli detti Giodici ciuili, e criminali alcune diuiſioni di quartieri frà li Giodici predetti, incarricandoli, che di giorno, e di notte aſſiſtano in eſſi le più hore,che potranno, à fin che di queſta maniera ſia più pronta la giuſtitia, & il remedio delli eccẽſſi,che momẽtaneamẽte ſi offeriſſero, e chi haverà di eſſi più prõtamẽte notitia la dia à cõſto Tribunale, al quale, & al d. Spettabile Regente, e Magnifici Giodici incarricamo,che nel ſuſtantiare, e compilare li proceſſi,& in ſua determinatione, & eſequutione di ſue ſentenze prouedano con la celerità, e breuità,che ricerca materia di tanta importanza, da che depende la conſeruatione della publica ſalute, tenendo inteſo, che del contrario ce daremo per mal ſodisfatti per tutto lo quale, e per ogni coſa,e parte di eſſa, vi diamo,e concedemo tutta la noſtra authorità in ampliſſima forma, atteſo coſsì conuiene al ſeruitio di S.M. & è noſtra volontà. Datum Neap.die 18. menſis Septembris 1656. El Conde de Caſtrillo. Vidit Sobremonte Reg. Vidit Zufia Reg. Vidit Burgos Reg. Vidit Galeota Reg. Donatus Coppola Secret. In Curia 4. fol. 176. Criuella. Alla Gran Corte della Vicaria, ch'eſequa quanto di ſopra ſe li ordina.

67 Vlterius Ciuitas noſtra Turrim habet vulgò *Campanile* Diui Laurentij vocatũ, & etiam puluerem ſeruat, ac tormenta muraria, aliaque bellica inſtrumenta in horreis huius Ciuitatis extrà Ianuam Sãctæ Mariæ Conſtantinopolis, quæ cum ad ciuiles tumultus ſedandos Regio
68 Iuſſu depoſita fuerint arma, in Caſtro nouo, precibus poſtmodum huiuſmodi Ciuitatis reſtituta fuerunt, vt notat *Surg. de Neap.illuſtr.cap.*11. *nu.*22.*&* 23. & de hoc etiam fit mentio *in pragm.* 3. *de abolitionib.* & conferunt ſcripta per *Hieronymum Mancinum in miſcellaneis lib.* 1. *cap.*1.*& per Ioannem Annum lib.de Regib. Hiſpaniæ cap.*23.

69 Et ibidem notat *Surg. cap.*4. *num.*28. quod Ciuitas ſeruat pecunias in arca, quæ Saluatoris nominatur,& hodiè ban. cum publicum eſt.

70 Anceps autem quæſtio quoadmodò eſt, ſi Electi præfati repræſentare cenſeantur vniuerſam Ciuitatem noſtram?

71 Aliqui affirmatiuè reſpondere prima fronte vidẽtur,opinãtes ſic fuiſſe diſpotũ ſententia Regis Federici de Aragona promulgata ſub die 12.Julij 1498.vt in *capitulis Neapolis fol.*29. ità *Præſ. de Franch.deciſ.*2. *nu.*1.*& deciſ.*207. *num.*8. *Ioannes Paulus Montanar.in pragm.*2.*de adminiſtr.Vniuerſit. nu.*317. *Cornel.Vitinianus in Cronic.Regn.Neap.cap.*1. *Franciſcus Imperatus in diſcurſu politico de regimine Sedilium Neapolis*, alioſque *DD.* ad rem glomerat *Reg. Sanfelic. in prax. ſect.*15. *nu.* 5. vbi idem rationibus exornat.

72 Quod adeò eſt verum, nàm in ſolemnitatibus publicæ lætitiæ, vel luctus, vbi Dñi Electi feſtiuis, aut lugubribus veſtibus induti comparent,in ſolemni equitatu accedunt; quemadmodùm in ingreſſu
73 Regis, eiſdem veſtibus feſtiuis ornati, vniuerſam Ciuitatem repræſentant,proùt fuit videre in ingreſſu Inuictiſſimi Imperatoris Caroli V. de anno 1536, *in priuilegijs,& capitulis Neap. fol.* 100.& idem notat *Franciſcus de Petris conſ.*46.
74 *nu.*10.*&* 11.dictæque veſtes eorum commodis applicantur, quod alia ratione non fulcitur, niſi conſuetudine regionis, quæ in præſenti re obſeruanda venit, *gl. in l.*1. *C.de excuſt. & translat. milit. lib.* 12. *Taſſon.de antefat. verſ.*3.*obſerv.*3.*nu.* 234. *verſ.iſti Domini*, hoc autem de iure
75 communi eſt improbatum, vt *in l.*1. *C.vt publicæ lætitiæ*, vbi veſtes non elargiuntur,

Digitized by Google

giuntur, ſed reſtitui debent Reipublicæ, finita lætitia, ſed aliquid ſolũ datur portanti nuncium lætitiæ, ſequitur *Auendan. de exequend.mandat.lib.2.cap.19.num.21.*
76 ad inſtar veſtium feſtiuarum vxori traditarum, quæ viro non ſunt reſtituendæ, proùt veſtes lugubres hæredibus viri, ſi vxor ad ſecundas conuolauerit nuptias, *Ann.ſing.591.Reg.Rouit.in conſ.97.nu.1.*
77 Alij verò in hac quęſtione negant, aſſerentes, Ciuitatem repræſentari à Plateis, ità *Franciſcus de Petris in conſ.46.num.4. Capac.in lib.del foraſtiero lib.9.cap.1.* imò hanc negatiuam ſententiam amplectuntur DD. ſupra relati, nimirum *Præſ. de Franch. deciſ.207.num.8. Ioannes Paulus Montanar.de adminiſtr.Vniuerſ.d.prag.9. nu.24.Sũmonte in hiſtor.Neap.lib.1.cap.7. Reg.Sanf.d.ſect.15.n.6.* idemq; cõprobant
78 ea nimirum ratione, quia iuramentum fidelitatis, quod Sereniſſimi Reges huius Regni præſtare conſueuere, à Plateis fuit receptum; quemadmodùm ipſæ Plateæ à ſecretis creant, & æſtimatores, vulgò Tabularios eligunt, vt teſtatur *Reg. Sanfelic.d.ſect.15.nu.6. verſ. & ſic*, & quamquam Electi in ſolemnitatibus publicæ lætitiæ, vel luctus, proùt ſupra diximus integram Ciuitatem repræſentant, hoc autem locũ vindicauit ex permiſſione Platearum, vel proùt alij dicunt ex quadam conſuetudine, quæ dùm leuiora enitet, fuit tolerata, quod ſecus eſt in cæteris præiudicialibus, ex quibus tota Ciuitas lædi poſſit, nàm eatenus tota Ciuitas eſt congreganda, vt docet *Bart. in l.Ciuitas in princ.ff.ſi certum petatur*, dicens, quod
79 Electi, & Procuratores, ſiue alij particulares nunquam Ciuitatem præiudicant; niſi Congregato publico parlamento, in quo omnes conuenire poſſunt, & ſua iura proponere, *Montan.de adminiſtr. Vniuerſ.ſol.20.nu.57.* nec enim poteſt contrà
80 Vniuerſitatem procedi in contumaciam, licet notificatis particularibus de regimine, neglexerint ipſi comparere, *l.1. C.de*
81 *iur. Reipub. lib.* 10. & ſententia prætestu cõtumaciæ prolata, nulla redditur, *Loſeus de iur.Vniuerſ.par.2.nu.63.* vndè nullate-
82 nus videtur, quod Electi Vniuerſitatem repræſentant, *gl.in rub.Cod. quæ ſit longa*
83 *conſuetudo*, imò conſuetudine contrariũ fieri non poteſt, *Præſ.de Franch.deciſ.110. Franciſcus de Petris conſ.46.nu.10.& 11. Reg.Sanfelic.in prax.ſect.15.nu.6.verſ.& in propriÿs terminis.*
84 Hinc etiam aliqui exiſtimant, eſſe vetitum Electis Ciuitatis litteras ſcribere Suę Maieſtati, vt refert *Reg.Sanfelic.in prax. d.ſect.15.nu.7.verſ. e perche,& verſ.& ex his*, quod etiam fuit cautum litteris Suæ Maieſtatis, vt teſtatur *Reg.Sanfelic. deciſ. 135.nu.8.*

Idemque ſuadetur ex concluſionibus Platearum, traditis per *Reg.Sanfel.d.ſect. 15.nu.7.* quarum verba hæc ſunt.

Capi concernenti all'auttorità de' Signori Eletti.

85 EPerche li Signori Eletti non deuono intricarſi in altro negotio, che della Graſſa, perloche ſono eletti, & ogn'altra faria fuora della loro auttorità, e giuriſditione. Per tanto s'è concluſo, che detti Signori Eletti in nome di detta Città nõ poſſano ſcriuere à S.M. per qualſiuoglia cauſa, & occaſione, riſeruando quella alle Piazze, à chi ſpetta, fuor che in occaſione di querele, ò in agrauio in diſſeruitio del publico.

Capi concernenti all'auttorità delli Deputati delli Capitoli, &c.

ESi facci inſtanza all'Eletti, & altri Deputati di detta Città, che venendo occaſione, che detta Deputatione poſſa giouare in qualche coſa alla Città, che ne auuiſano li detti Deputati, e biſognando di repreſentare alla Maeſtà Sua qualſiuoglia occaſione di rottura di Capitoli per ſeruitio del Publico, e particolarmente de' Poueri, e de tutti Cittadini, non facendoſi eccettione di neſſuna perſona, che le debbiano rappreſentare à Sua Maeſtà, e ſequitare inſino alla fine.
86 Quibus etiam aſtipulantur litteræ Suæ Maieſtatis, expeditæ ſub die 24. Septembris 1644. directæ Domino Admirato Caſtellæ, tunc Regni Proregi, & prius ex alteris ſcriptis Domino Duci de Alba tunc Proregi, illiſque decernitur, vt ſcilicet Ciuitas Neapolitana repreſentetur à Plateis, quarum quatuor integram Ciuitatem conſtituant; ideircò quod ab eis fuerit concluſum, à Ciuitate concluſum diudicetur, & alia quoq; particularia ad

Ciui-

Digitized by Google

Ciuitatis regimen ſanciuntur, illarũque litterarum tenor ſuperiori in §.deſcripſimus.

87 Hinc propterea aliqui in dubium reuocant,nunquid poſſent Dñi Electi Ciuitatis recuſare Magiſtratus, vt ſuſpectos ? hic articulus accidit retro elapſis annis exitari in Supremo à latere Conſilio in cauſa ſuſpictionis,propoſitæ per fideliſſimam Ciuitatem in perſonam quondam Spectabilis Regentis Franciſci Antonij Muſcettula, ad quem recuſandum in iudicio, quod agitabatur in eodem Supremo à latere Conſilio inter dictam fideliſſimam Ciuitatem,& Excellentiſſimum Dominum Ducem Medinæ de las Torres, tanquàm Arcis noui Oppidanum, tùnc Dom.Electi Ciuitatis inter cætera ſubnectebant,litem inter Ciuitatem agitari contrà dictum Spectabilem Regentem, tanquam Præſidem Tribunalis Re-
88 uiſionis, qui prætendens adſtringere Rationalem eorundem Dominorum Electorum Ciuitatis, vt redderet rationes villicationis ſuæ,cui contradixerunt Domini Electi,putantes hoc ad ipſum non pertinere ; idemque comprobarunt Plateæ,concluſiones inientes,vt ſcilicet tueãtur Electi aduerſus hoc ſuppoſitum vi-
89 ſionis computorum per dictum Spectabilem Regentem, hinc licèt lis prædicta ſub nomine dignitatis dirigebatur , erat autem,vt aiebãt, iuſta cauſa recuſationis ex dictis per *Reg. de Ponte deciſ.* 30. *Reg. Rouit.deciſ.*80.*nu.*12. *Reg.Sanfel.in pract. ſeſſ.*40.*nu.*12. *verſ.etiam.*

90 Attamen Collaterale Conſilium ſub die 2.Ianuarij 1659. me quoque interueniente , vt vno ex collegis adiuncto peculiari ordine Excellentiſſimi Domini Comitis Pegnaranda,tunc Proregis,pronunciauit, præcedente depoſitione, congeſta per dictum Regentem Muſcettula, vt idem Regens Muſcettula interueniret, & depoſitum reſtitueretur Ciuitati ex cauſis penès Ioſeph Criuella à mandatis Scribam, de qua deciſione , quoque meminit *Reg.de Marin. reſol.iur.cap.*94.*to.*2.

91 Et meritò nàm Electi nequeunt lites Ciuitatis inſtruere, & in iudicijs comparere, ſed id attinet ad Deputatos Capi-
92 tulorum; imò Procuratorem generalem ad lites Plateæ conſtituere debent,ſic decernitur in concluſionibus editis per eaſdem Plateas, quas inferius deſcribimus, & de illis, etiam meminit *Reg.Sanfelic.in prax. ſect.*15.*nu.*7.

Qua de re nec poſſunt Electi recuſare Iudicem, nomine Ciuitatis, quia Ciuitas non repræſentatur per Electos , ſed per dictas ſex Plateas vt ſupra diximus, *ex Præſ.de Franch.deciſ.*207.*nu.*8. *Franciſco de Petris conſ.*46.*Reg.Sanfelic. in d.prax. ſect.*15.*nu.*6.

93 Imò articulus, an valeat Vniuerſitas Iudicem, vt ſuſpectum recuſare, non minimam recipit ambiguitatem ; etenim quamuis *Conſ.Gizzarell. deciſ.*84. tradit, quod paſſim admittũtur recuſationes ad
94 petitionem Vniuerſitatum, contrà Iudices,quemadmodùm Monaſterium poteſt Officialem ſuſpectum allegare, ex perſona monaci,ibidem exiſtentis,vt tradit deciſum per S.C. *Nouar.ſuper prag.in rubr. de ſuſpict.Official.nu.*4. proùt etiam Iudex
95 ſcienter inferens grauamen , ſi grauatus ad Superiorem habuerit recurſum, quærelas exponens contrà illum Iudicem; dicitur proindè ſuſpectus in alia cauſa, *Bart.in l.*1.*ff.apud quem,& à quo appellatur,Stephan. Aufer de recuſat.in* 45. *cauſa recuſationis verſ. aduerte quod Bart.* cum
96 per appellationem,& recurſum animum Iudicis ad inimicitiam prouocetur, & ità deciſum per Collaterale Cõſilium refert *Reg.Sanfel.deciſ.*86.inimicitia namq; etiã
97 leuis eſt iuſta cauſa recuſationis, etiam ſi recuſans dederit cauſam inimicitiæ ;
98 dummodò non fieret malitioſè *Maſtrill. deciſ.*151.*Reg.Sanfel.deciſ.*81.

99 Nihilominus veritas in hoc articulo eſt in contrarium, proùt pronunciauit S. C. in cauſa recuſationis propoſitæ per Ciuitatem Neap. contrà Conſiliarium Aſcanium Muſcettula,fuit inquam deciſum,vt interueniat,proùt refert *Reg.San-*
100 *fel. deciſ.* 82. & ratio eſt, quia in Vniuerſitate non conſideratur, tanquam corpus fictum, intereſſe affectionis, odij, vel amoris; proindè non poteſt Vniuerſitas Iudicem recuſare , vt etiam aſſirmat *Bart.in l.in tantum,* §. *Vniuerſitas, ff. de rer.diuiſ. additio ad Capyc. deciſ.*152. Idẽ-
101 exploratum eſt in teſte, cuius depoſitio etſi in beneficium Vniuerſitatis exarata; tamen quando agitur de commodo, & intereſſe Vniuerſitatis, vt vniuerſi, tunc non reijcitur , *Felin.in cap. ſuper de teſti-*

Digitized by Google

*bus, Affl.deciſ.*400. *Capyc.deciſ.*152.*nu.*4. *Præſ.de Franch. deciſ.*301. *Farinac.de teſtib.quæſt.*60 *illat.*17.*nu.*495.& nos ſupra egimus.

Præterea ex lite, quæ excitata proponebatur inter Dominos Electos, & dictũ Regentem,tunc Preſidem Tribunalis Reuiſionis, non tribuitur iuſta recuſationis cauſa, etenim ex lite huiuſmodi nullatenus dici poterat ſuſpectus dictus Regens Muſcettula, in cauſa, quæ agitabatur inter Ciuitatem, & dictum Dominũ Ducem Medinæ de las Torres, vbi nullum adaptatur intereſſe ipſorum Electorum; iuris namque explorati eſt, vt ſi Iudex ſit
102 ſuſpectus Prælato, vel Tutori, ſi cauſa non ſit illius, ſed Eccleſiæ,vel pupilli,tũc non poteſt recuſari, *Speculat. in tit. de ſuſpict. Iudicis*, §. *ſupereſt*, *verſ. ſi quis Prælatus. Apicella de ſuſpic.Official. nu.*89. *verſ.quis Iudex,Reg.de Marin.reſolut.iur, cap.*114.*in fine tom.*2.

103 Rurſum ex geſtis per Regentem Muſcettulam, quæ circumferuntur ratione ſui officij, & cauſa adminiſtrandi iuriſdictionem, non datur ratio ſuſpictionis, ità *Reg.Rouit.in rub.de ſuſpict.Official.n.*3, idemque comprobat *Reg.Sanfel.deciſ.*82, tradens, ſic deciſum per S.C. in cauſa ſuſpictionis propoſitæ per Dominos Electos,contrà Conſiliarium Aſcanium Muſcettula,qui dùm præſidebat in Tribunali pecuniæ Ciuitatis,carceribus mancipauit quoſdam Deputatos; hinc Plateæ in vnum coadunatæ quærimonias porrexerunt Domino Proregi, qui indè amouit dictum Conſiliarium ab officio prędi-
104 cto: qua de cauſa, cum dictum Conſiliarium in alia cauſa deindè Ciuitas recuſaſſet, fuit ordinatũ, quod interueniat;
105 etenim nõ eſt cauſa recuſandi Iudicem iniuria, eidem illata, in actu adminiſtrationis iuſtitiæ, *Bellett. diſquiſit. Clerical. par.*1.*tit.de fauore Cleric.*§.5.*nu.*17. *Epiſcopus Ricc. collect.*33.

Quibus nec contradicunt deciſiones ſuperius allegatæ, nempè *Reg. de Ponte* 30. *& Reg.Rouit.*80. ſiquidem illa *Regentis de Ponte* locum vindicat in caſu ſatis
106 extraneo, nàm ibi lis agitabatur de præcedentia, inter duos Officiales; idcircò tanquam inimici,recuſatio rectè militauit; proùt etiam in caſu deciſionis *Regentis Rouiti* 80. imò in dicta cauſa con-
107 trà ſuſpictionem fuit pronunciatum, nàm ibi,Iudex quidem inhibuit adminiſtrationem iuriſdictionis alteri Iudici;vndè quamuis *Reg. Rouit*, aſſerit, vt potuiſ-
108 ſet recuſari, petente conſanguineo Iudicis inhibentis; verùm S. C. decreuit, quod interueniat, vt idem *Reg. Rouit. d. deciſ.*80. refert. Idcircò ſatis ſuadet,quarè fuit decretum, quod Regens Muſcettula interueniat.

Prætereà Electus Plateæ Popularis alijs peculiaribus exornatur facultatibus,
109 & præcipua eſt, quia in ſua domo ſingulis diebus reddit ius, omnibus venditoribus rerũ comeſtibilium, vel ad vbertatem ſpectantium, vt conſtat *in cap.* 22. *fol.*35. *inter priuilegia*, *& capitula Neapolis;* idemque eſt de iure communi prouiſum, vt in *auth.de plebeis prætorib.conſtit.*13. & tradit *Taſſon. in pragm. de antefat.verſ.*2.*obſer.*3.*nu.*234.

110 Inſuper Capitulationes ſtatuit, leges pro bono regimine Plateę Popularis promulgat, pœnas pecuniarias præſcribit,
111 tranſgreſſores damnat,reuenditores punit, & etiam ementes frumẽtum,hordea,
112 ligumina, & alia bona comeſtibilia, per viginti quinque milliaria circà Ciuitatem,pro illis reuendendis in hac Ciuitate, pœnis plectit, quod prædicto Electo conceſſit Rex Catholicus,vt legitur apud *Camillum Tutinum de origine, & fundat. Sedil. fol.*257. & idem liquet ex priuilegio Regis Ferdinandi Catholici, cuius verba tranſcribuntur per dictum *Camillum Tutinum in eodem tractatu fol.*291. *&* 292.

113 Amplius Electus Popularis prouidet Ciuitatem de omnibus rebus comeſtibilibus, ità vt Ciues vbertate abundent, quod ſanciuit Rex Ferdinandus II. vt notat *Aluin.de bello Gallico lib.*6.*fol.*137.

114 Item Electus Popularis creat Conſules omnium artium ipſi ſubditorum, ac etiam ſua authoritate concluduntur Capitulationes,ſuper regimine dictarum ar-
115 tium,imò huiuſmodi Capitulationes ab ipſo ſunt ſubſcribendæ,& coram ipſo de-
116 indè ſors extrahitur, pro diſtribuendis maritagijs puellis,iuxtà inſtitutum dictarum artium, vt obſeruat ex priuilegio Regis Catholici *Camill.Tutin. de origin. & fundat.Sedil.fol.*258.

117 Imò tempore belli in hac Ciuitate con-

Digitized by Google

cõgregat Ciues aptos ad arma,in cohor-
118 tes ſcindit,Tribunos eligit,Dño Prorege tamen Conſulto, vt ipſi in bello inſeruiant, dictorumque militum ipſe Ele-
119 ctus Popularis Dux eſt, vt conſtat ex pluribus priuilegijs,à retro Regibus elargitis, quod obſeruat *Tutinus in d. lib. de origine,& fundat.Sedilium fol.264.& ſeq.*
120 idemque obſeruauimus in anno 1640. tempore Præſidatus Domini Ducis Medinæ de las Torres, quando Claſſis gallica,tunc inimica,petijt portum huius Ciuitatis, qua occaſione Electus Popularis, cum ſuis cohortibus militum, introduxit tormenta bellica,in Turrim Sãctæ Mariæ de Monte Carmelo, ex qua cuſtodiuit Ciuitatem, & nonnullas circumuallationes conſtruxit in diuerſis locis, quod patet ex Concluſione inita,per dictam Plateam Popularem, & obſeruat *Tutin. fol.* 269.
121 Poteſt etiam Electus Popularis expellere inhoneſtas mulieres à vicinis honeſtis, vt patet ex regiſtro notamentorum ann.1534.fol.34. penès *Tutin. loc.cit.*
122 Et antiquitus ipſe Electus Popularis, vna inſimul cum Electis Nobilibus creabat Notarios, proùt conſtat ex priuilegio conceſſo à Regina Ioanna II. in Archiuio Regiæ Cameræ in regiſtro dicti anni fol.223.
123 Modo Electus Popularis vna ſecum cũ duobus Electis Nobilibus valet circuire Ciuitatem, & viſitare vendentes bona comeſtibilia, aliaque ad vbertatem ſpectantia; verùm ſi ipſe Electus Popularis
124 non interfuerit, ad hoc vt huiuſmodi actus ſortiri poſſit, quatuor Electorum Nobilium interuentus expoſcitur, vt cõſtat ex concluſione inita in Tribunali S. Laurentij, & in regiſtris Regiæ Cancellariæ tempore Præſidatus Domini Cardinalis Granuela de anno 1573.part.18. fol.142.

Quinimò Plateam Popularem retro Reges nonnullis priuilegijs colluſtrarũt,
125 eique inter cætera Rex Catholicus facultatem conceſſit extrahendi curros biſcentum frumenti, & alteros biſcentum ſalis, à ſalinis Apuliæ quolibet anno, à quibus percipit annuos ducatos 1748. illique erogantur in expẽſis, ad onus dictę Plateæ collatis,& etiam in quatuordecim maritagia in beneficium pauperum puellarum, vt teſtatur *Tutin.loc.cit. fol.*258.
126 Amplius nonnullæ Eccleſiæ,à Popularibus conſtructæ,ab ipſa Platea reguntur, & adminiſtrantur, & ab ipſa etiam illarum introitus diſponuntur,proùt ſunt Ec-
127 cleſię Sanctæ Mariæ Pietatis in platea Sancti Ioannis à Carbonara,Sanctę Martæ in platea Sanctæ Claræ,Sancti Ianuarij extrà męnia Ciuitatis, Sancti Nicolai in platea Forcellę, Sancti Bartholomæi in platea dicta del pallone,Sancti Iacobi in platea Annunciatæ,Sancti Seueri Maioris,S.Georgi Maioris,S.Nicolai de Piſtaſi, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ſitæ in Eccleſia Sancti Anelli Maioris,& omnes Cappellæ, ab artibus inſtitutæ, vt legitur apud *Camillum Tutin. in d.tract. fol.* 274. *& ſeqq.* Et modo quoque regit Hoſpitiũ Pauperum, mirifice inſtructum munificentia Excellentiſſimi Domini D. Petri Antonij de Aragona Regni Viceregis.

Et inſuper tempore rogationis, quæ ſolemniter celebratur in feſtiuitate San-
128 ctiſſimi Corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sanctorumque tutelarium, ductores dictæ Plateæ, eiuſque etiam Conſultores aſſiſtunt,circum circà brauium, faculas ardentes tenentes, vt obſeruat *Reg.de Pont.deciſ.*18. *nu.*15. *verſ.poſt hoc.*
129 Imò poteſt Legatum, aut Oratorem cõſtituere apud Regem noſtrum pro negotijs, populum concernentibus; proùt fuit obſeruatum in anno 1506. tempore Regis Catholici, & in anno 1509. & in anno 1517. & etiam in anno 1547. apud Imperatorem Carolum V. vt legitur in priuilegio, impartito per eundem Imperatorem fol. 34. & habetur in *hoſtoria Notarÿ Antonÿ Caſtaldi*, & de eiſdem loquitur *Tutin.fol.*259.
130 Item Deputati à Platea Populari,quãdo intereſſe debent in M.C.V.tempore viſitationis, quæ per Iudices Ciuiles cõficitur carceratorum pauperum, pro ære debito, ſedent ipſi Deputati in aula cum Iudicibus, quod cautũ reperitur in regali Cancellaria in regiſtro anni 1578.f.76.

Vlterius à muneribus, quæ per dictam Plateam indiciuntur, immunis non red-
131 ditur nemo ex Ciuibus,quamquam ſint inter nobiles alterius Ciuitatis Regni, vt tractat *Reg.Sanfelic. deciſ.*324. *nu.*4. etenim nobilitas non acquiritur adoptione

Digitized by Google

132 Ciuium; ſed tantùm ex Principis reſcripto, *Bald. in l. ſacrilegij, C. de diuerſ. reſcript. Paul. de Caſtr. in l. quoties in fin.* vbi *Senatores, vel Clariſſimi Otolora de nobilitat. par. 4. princ. cap. 1.* Imò Principis reſcripto nobilitatem quis nanciſcēs, non amittit beneficia popularia, *Bart. in l. Alexandrin. C. de decurionib. lib* 10. & poteſt etiam ad ſubeundum munera popularia compelli, ſed non per hoc nobilitate deſtitutus remanet, *Bald. in l. per adoptionem, ff. de adoption. Alex. conſ. 37. vol. 5. Tiraquell. de nobilit. cap. 6. num. 48. Reg. Sanſel. deciſ. 324. nu. 6.*

133 Quemadmodùm conceſſa tituli dignitate, non excuſatur quis à muneribus, nobiles reſpicientibus, maior enim dignitas nulli debet circà priores dignitates præiudicium facere *cap. conſtitutus 2. de teſtib. c. grandi de ſupplend. neglig. Prælator. in 6. l. 3. C. de dignitatib. lib. 12.* nec ex

134 dignitate collata in officio, quod vt nobilis explere tenetur, præcedentiā acquirit, *Abb. in cap. poſtulaſti de conceſſ. præbēd. Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 4. conſid.* 45. quod obſeruatum teſtatur *Reg. Sanfelic. deciſ. 324. in fin.* in D. Duce Campi

135 Clari, qui creatus Electus Ciuitatis noſtræ, pro Platea Portæ nouæ, in exercitio dicti muneris nullam obtinuit præcedentiam, tanquam titulo decoratus; verùm prædictis repugnant, quæ in ſuperiori §. 4. annuimus, & etiam reſiſtit hodierna praxis, cum titulati hoc munus non adipiſcantur.

De annonæ Præfecti inſtituto, iuriſdictione, ac facultatibus, & ſuprema poteſtate Excellentiſſimi Proregis circà annonæ regimen.

§. VII.

SVMMARIVM.

1 *Præfectus annonæ eligitur ex cœtu à latere Conſiliariorū, vel Regiā Cancellariā Regentibus, qui antiquitus Regius Deputatus appellabatur.*

2 *Præfectus annonæ præeſt in Tribunali Electorum*
D. Reg. D. Melchior Nauarra laudatur.

3 *Electi Ciuitatis Neap. nil facere poſſunt abſque interuentu Præfecti annonæ; nec concluſiones exequi valent ſine eius authoritate, n. 4. nec banna emanari queūt ſine eius ordine, nu. 5. & aſſiſiam imponere ſine eius ſcientia, nu. 6.*

7 *Præfectus annonæ iuſtitiam miniſtrat in concernentibus res annonales, pœnas infligit, & delinquentes plectit; & hoc procedit etiam de iure communi, num. 8. habet plenariam poteſtatem, ac merum, & mixtum Imperium, nu. 9. Et contrà vendentes res annonales, & in omnibus cōcernentibus libertatem, authoritatem, & coerctionem habet, n. 10. vt Præfectus Vrbis, nu. 11. quod diſponunt capitula Ciuitatis noſtræ, nu. 12.*

13 *Præfectus annona cum fuſtigari feciſſet quendam Piſtorē, Electi Ciuitatis petierunt in Collaterali Conſilio inhiberi ei hanc poteſtatem, cum ad eos ſpectaret, & fuit deciſum, quod Præfectus continuet.*

14 *Electis Ciuitatis Neap. inhibitum fuit banna pœnalia emanare, & pœnas corporales exigere, & iuriſdictionem criminalem exercere, ſed cautum ad Dominum Proregem recurrere; & ſeruari capitula* del ben viuere, *per pragmaticam Domini Comitis de Ognatte, Ciui-*

Digitized by Google

Ciuitas è contra allegauit, stetisse, & stare in pacifica possessione omnium prædictorum,num.15. Et fuit articulus remissus Collaterali Consilio,vt iustitiam impartiret cum adiunctis numero decemnouem, nu.16.

17 *D.Carolus Calà Dux Diani, & Præs.Regiæ Cameræ laudatur.*

18 *Author vnus ex adiunctis causæ inter Ciuitatem, & fiscum fuit nominatus.*

19 *Possidens rem,quæ sine titulo possideri non potest,lite pendente non est manutenendus, limitatur, si possidens produceret titulum coloratum,nu.20. & titulus coloratus ex diuturna possessione dicitur, num.21.*

22 *Regalia per possessionem decennalem præscribuntur.*

23 *Iurisdictionalia per præscriptionem centenariam acquiruntur.*

24 *Banna emanata,cum pœnis,iurisdictionis exercitium probant.*

25 *Decreta lata in criminalibus quæstionibus, iurisdictionem criminalem probãt.*

26 *Possessio antiqua declarat statutum.*

27 *Priuilegium ex vsu, & consuetudine, extentionem,& interpretationem habet.*

28 *Possessio centenaria æquiparatur priuilegio, & illa immemorabilis inducit Regiam largitionem.*

29 *Iurisdictionem ciuilem habens,si exerceat criminalem, nõ inducitur repugnantia, nàm sunt compatibilia.*

30 *Priuilegio non repugnant quæsita per immemorabilem,licèt non contineat ea, quæ ex dicta immemorabili possessione acquisita fuere.*

31 *Ius dicere nemo potest absque mandata iurisdictione.*

32 *Iurisdictio in re frumentaria, & annonam concernentem nõ præsumitur data absque concessione; & in his* Præfectus *annonæ constitutus est,n.33.*

34 *Præfecti annonæ à decretis ad Imperatorem appellatur.*

35 *Iurisdictio indiget speciale Regis concessione, & priuilegio.*

36 *Ciuitatis Magistratibus prohibita est iurisdictio, nec de ea sunt capaces.*

37 *Electis Ciuitatis, quæ sint concessa per Regẽ Ladislaum;& illa de iurisdictione ciuili,non autem de criminali interpretantur,n.38. & pœna conuertenda sunt in reparationem Ciuitatis nu.39. & ex capitulo Regis Ferdinandi applicantur hospitali Sanctissimæ Annunciatæ,n.40.*

41 *Merum, & mixtum Imperium, Barones non habebant tempore Ladislai; sed acquisiuerunt tempore Regis Alphonsi, num.42.*

43 *Possessio immemorabilis non potest allegari, quando per rerum naturã non poterat interuenire titulus.*

44 *Electi Ciuitatis supplicauerunt Regem Ferdinandum, concessionem potestatis exigendi pœnas à contrauenientibus in materia annonæ, quod fuit eis denegatum; vt assignarent reos Officialibus Regijs, nu.45.*

46 *Capitula dicta* del ben viuere, *concedunt potestatem exequendi pœnas Regijs Ministris.*

47 *Fustigationis pœna est criminalis.*

48 *Banna sub nomine Principis emanata,arguũt,alijs nõ competere iurisdictionem, & si aliquibus fuerit concessa talis potestas,intelligitur circà modicam coercitionem,nu.49. quæ nulla est, nu.50.*

51 *Possessio immemorabilis bonam fidem requirit;& quando titulus deficit,causari non potest præscriptio,n.52.*

53 *Præscriptio requirit scientiam,& patientiam illius,contrà quem acquiritur;maximè in incorporalibus, etiam in præscriptione centenaria nu.54.*

55 *Possessio longissima non inducit titulum, quando titulus est vitiosus.*

56 *Iurisdictionalia acta nõ probant, quando processerunt contrà priuilegium.*

57 *Titulus non præsumitur, quando de non titulo,vel de contrario titulo constat.*

58 *Banna edita per Electos absq; interuentu* Præfecti *annonæ fuerunt reuocata.*

59 *Fiscus in iurisdictionalibus lite pendente manutenendus est, quia habet intentionem fundatam.*

60 *Causa inter Electos Ciuitatis Neap. & Regium fiscum pro iurisdictione criminali,decidenda est in Collaterali Consilio.*

61 *Præfectus annonæ habet compulsores, & apparitores,qui prius habebant iurisdictionem, hodiè autem ad M.C. spectat, num.62.*

63 *Delegatus Principis ipsius personam repræsentat; nec prorogari potest eius iurisdictio etiam de consensu partium.*

64 *Præfectus annonæ etiam si sit Regens Cã-*

cellæ.

Digitized by Google

cellariæ, non potest litteras inhibitoriales M.C.V. expedire, num.65. limitatur, quando delicta sunt patrata à subditis; sed si sint cõmunia spectãt ad M.C. n.66.

67 *Præfectus annonæ statuere potest, vt habentes frumenta, & victualia, illa vendant in Ciuitate; ne quis extrà Prouinciam deferat, nu. 68. & tempore penuriæ ne panis à Ciuitate extrahatur, nu. 69. & in certa platea, & loco vendantur res comestibiles nu.70. Imponere potest taxam in his, quæ vendantur, & ministrantur in hospitijs publicis, & transgressores punire, nu.71. Cognoscit de grauaminibus illatis per Curiam Iustitiarij huius Ciuitatis, cuius officium est exequi banna, & capitula annonæ, nu. 72. sed antiquitus à decretis Iustitiarij appellabatur ad Præsidentem S.C. nu. 73. punit inhientes societatem, & consilium, vt annona carior fiat, nu.74. & dardanarios mandantes, & mandatarios punit pœna relegationis, & triremium, nu.75. & punit stateris adulterinis vtentes, nu.76. Metam preti dat pro venditione frumenti nu.77.*

78 *Frumentum caro emptum tempore caristiæ, vilius distribuendum est inter Ciues; & ità mandatum fuit per litteras Regis Philippi II. nu. 79. Et pretium taxatur per Proregem nu. 96. Nouum frumentum consumi non debet, dùm adest vetus, nu.80.*

81 *Annonæ regimen, licèt Electis Ciuitatis Neap. sit demandata vna cum annonæ Præfecto; nihilominus eiusdem regimen Domino Proregi competit.*

82 *Prorex est Vrbis Præfectus, & annonæ curam habet, & de ratione, nu.83.*

84 *Proregis onus est pacem, & quietem in Ciuitate conseruare.*

85 *Rex concedens aliquam facultatem, non præsumitur à se abdicare superioritatem, & iura Regiæ potestati annexa.*

86 *Iurisdictione concessa, non intelligitur exclusa iurisdictio superioris vniuersalis; & Officiali constituto super abundantia Ciuitatis, non tollitur potestas, & iurisdictio vniuersalis, & ille eandem authoritatem, & maiorem habet, nu.87.*

88 *Prorex circà abundantiam Ciuitatis potestatem habet, & potest pretia rebus comestibilibus statuere, potest destinare Officiales sibi melius visos ad emptionem frumentorum, & frugum; pro vbertate Ciuitatis, nu. 89. quod fuit per plures Dominos Proreges practicatum, nu. 90. & 91.*

91 *Electi Ciuitatis petierũt à Domino Comite Beneuenti Prorege, ad ipsos spectare destinationem Ministri ad emptionem frumentorum, & per Collaterale Consilium fuit resolutum, spectare ad Proregem.*

92 *Commissarij pro emptione frumentorum non sunt destinandi, quia damnum inferunt.*

93 *Nauium, & animalium Domini coguntur per Proregem ad conducendum frumenta, pro vbertate Ciuitatis; imò prohibetur super illis nauibus priuatorum merces onerari, nu.94.*

95 *Prorex concedere potest guidatica conducentibus frumenta, & alia ad annonam Ciuitatis, & cogere Dominos frumentorum ad illud vendendum iusto pretio, nu.96. taxandum per ipsummet Proregem, & ità practicatum fuit cum Massarijs Apuleæ, nu.97.*

98 *Ecclesiasticæ personæ tenentur frumenta dare tempore caristiæ pro publica Ciuitate, nec expectare tempus, vt carius vendant, nu.99.*

100 *Victualia pro Militum sustentatione tenentur, & coguntur Domini vendere iusto pretio.*

101 *Frumenta, aliosque fruges tempore necessitatis coguntur Ciues emere; & deindè in Ciuitate vendere, ne ipsi, & pauperes fame pereant.*

102 *Ciues coguntur ad proficiscendum in regiones longinquas, pro emptione frumentorum; & ità practicatum in hac Ciuitate, nu.103.*

104 *Mutuare Ciuitati coguntur Ciues tempore penuriæ pro emẽdis frugibus; dummodò compulsio sit generalis, & non particularis, nu.105.*

106 *Fiscus potest cogere subditos ad mutuandam pecuniam pro emendis frugibus in alimoniã, & substentationem militum.*

107 *Ciues Neapolitani non possunt cogi ad mutuandum Ciuitati ex gratia eis concessa, quæ non procedit, quando publica, vel Regis necessitas vrget, nu.108.*

109 *Frumenta, quæ habet Ciuitas parata ad vendẽdum, coguntur Ciues ad illa emendum; vt minus perdat, nec aliquis excusatur,*

Digitized by Google

satur, & quandoque per Casalia fuerunt distributa, nu.110.

111 *Fiscus potest cogere subditos ad emendum frumenta, quod in horreis tenet.*

112 *Frumenta, aliaque merces corruptæ Princeps mandat, vt proijciantur, & perdantur.*

113 *Frumentum corruptum, cum nouo misceri non potest; & quomodò in foueis conseruari debet, particulari lege municipali statutum est, nu.114.*

115 *Ciuitas non potest frumenta, vel oleum alijs mutuare sine assensu Proregis; sed potest frumentum reuendere tempore necessitatis, & pecunia annonæ applicari debet, nu.116.*

117 *Ciuitas non potest pecuniam publicam pro annona frumentaria destinata ad alium vsum conuertere.*

118 *Ciuitas non potest pecuniam ad fenus accipere, absque Proregis assensu.*

119 *Electus Populi eligitur per Proregem ex sex à Platea populari nominatis; ac illũ idem Prorex confirmat elapso tempore administrationis; quod limitatur, vt non possit confirmari, nisi pro prima vice per sex menses tantùm, nu.120.*

De annonæ Præfecti instituto, iurisdictione, ac facultatibus, & suprema potestate Excellentissimi Proregis circà annonæ regimen.

§. VII.

1 IN annonæ cura eiusuè regimene Sereniſſimorum retro Regum placitis, atque rescriptis Dominis Electis nostræ præclariſſimæ Ciuitatis demandata, aut commendato, præsidet quidam à latere Consiliarius, vel Regiam Cancellariam Regens, annonæ Præfectus modo nuncupatus, quamquam priscis temporibus Regius Deputatus appellabatur, ità testantur *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 2. de abundant. Ciuitat. §. 6. nu. 1. Iudex Tasson. in pragm. de antefat. vers. 3. obseru. 3. nu. 229. Reg. Sanfel. in prax. iudiciar. sess. 15. nu. 3.* idemque adnotat *Capac. in lib. foraſtiero inscripto fol. 639.*

2 Hoc pariter liquet ex Capitulis nostræ Ciuitatis 8. & 9. præscriptis à Ferdinando II. Rege sub die 27. Ianuarj 1495. quibus, expetente nostra Ciuitate, decernitur, quod huiusmodi annonæ Præfectus præsit in Tribunali Electorum. Et hodiè præest Dominus D. Melchior Nauarra Dux Palatæ, Regiam Cancellariam Regens, natalium candore, morum suauitate, doctrinæ, & integritatis excellentia magnopere ornatiſſimus, qui hoc munus Annonæ Præfecti mirificè, ac summa cum laude exercet.

3 Ipsiusque potestas non exigua, nec in modica, sed maxima spectatur, præcipuè à tempore, quo Regnum moderabat Dominus Comes de Beneuento, qui Regali rescripto occasione contentionis exortæ, inter Regentem Castellett, tunc annonæ Præfectum, & Cæsarem Sanfelicem tunc Electum, statuit ne in posterum Electi quidquam facerent procul interuentu dicti Præfecti, vt tradit *Capac. loc. citat. fol. 639.* & fatetur *Reg. Sanfelic. decis. 290.*

Hinc tradiderunt nostrates, quod in cunctis negotijs ab ipsis Electis pertractandis, interesse debet annonæ Præfec-
4 tus, nec aliquid concludi queit absque tali interuentu; neque conclusiones exe-
5 qui, sine eius authoritate, aut banna emanari, sine ipsius ordine, aut taxam, seù assiſiam indicere, sine ipsius scientia; ità *Reg. Sanfel. in prax. sect. 15. nu. 3. & decis. 290. & decis. 309. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 2. de abundant. Ciuitat. §. 6. Iudex Tasson. in pragm. de antefat. vers. 2. obseru. 3. nu. 229. Iul. Cæsar Capacc. in cit. lib. del foraſtiero fol. 639.*

7 Quinimò eiusdem annonæ Præfecti peculiare est iustitiam miniſtrare, in concernentibus res annonales, delinquentes plectere, pœnasque infligere, & transgressores ordinum pœnis astringere; prout in praxi sentierunt *Reg. Sanfel. Reg. de Ponte, & Iudex Tasson. in locis citat. Reg. Capyc. Latr. consult. 67. num. 5. & 6. tom. 1. Mexia in pragm. taxæ panis concl. 1 nu. 56.* idemque suadet *tex. in l. 1. §. cura carnis, ff. de*

Digitized by Google

ff.de offic.Præfect.Vrb.l.annonam,ff.de var.
8 *& extraordinar.cognit.* & hoc pariter de iure probant, *Rebuff. in pandect. fol.* 103. *num.*2. *Decian.tract. crimin. lib.*7.*cap.*22. *num.* 9. *Singonius de Comitibus Romanis lib.*2 *fol.*721. *Burlenger.in commentar. ad notitiam Imperatoris Orientalis cap.* 26. *Hieronym.de Laurētijs deciſ. Auenonienſ.* 40. *num.*4. *Auendan.de ſequend. mandat. cap.*19. *nu.*35. *in fin. verſ. & per ſupradicta.*
9 Ad idem arrident alij DD.autumantes, quod plenaria poteſtas, merum, mixtumque Imperium reſidet apud Præfectum annonæ, qui ergà exercentes, &
10 vendentes res annonales, & circà concernentia vbertatem, & graſſiam, & gubernium eiuſdem annonæ ampliſſimam conſequitur authoritatem, & eandem
11 coerctionem habet,quam Præfectus Vrbis, ità *Caſſiodorus in formula Præfecti annonæ lib.*6.*var.cap.*18.*Petr.Gregor.ſintagmat.iur.par.*3.*cap.*31.*nu.*10. *verſ.cui etiam dignitas, Decian. tract.crim. lib.*7.*cap.*22. *nu.*7. *Reg.Sanfelic.deciſ.*290. *nu.*2. *in medio, & deciſ.*329.*nu.*6. *Capae. nelforaſtie-*
12 *ro f.* 639. quodq; etiam liquet ex capitulis, & priuilegijs huius Ciuitatis à Rege Ferdinando I. elargitis circà annũ 1476. vt *in cap.*26.*fol.*17. *à ter.* & notant *Marcus Anton.Surgens de Neap.illuſtr.cap.*24. *num.*15. *Taſſon.in prag.de antefat.verſ.*3. *obſ.*3.*nu.*309.
13 Quodque adeò verùm eſt, nàm Præſidente in munere annonæ Præfecti quondam Duce del Saſſo, eius reſcripto cum fuiſſet fuſtibus ceſus quidam Piſtor,propter exceſſus, in eius magiſterio perpetratos; petiere tunc Domini Electi Ciuitatis in Collaterali Conſilio præſcribi huiuſmodi annonæ Præfecto, ne in poſterum præfatas mulctas exigeret, quoniam talis coerctio ipſis Dominis Electis tribuitur vigore Sereniſſimorum Regum indultuũ, tamen idem Collaterale Conſilium ſub die 7.Aprilis 1650.decreuit,quod Regius Præfectus annonæ continuet exercitium, & adminiſtrationem officij prædicti;proùt hactenus conſueuit, oppoſitis, & ſupplicatis in contrarium non obſtantibus.
14 Imò poſtmodum peculiari ſanctione promulgata tempore,quo Regnum regebat Dominus Comes de Ognatta fuerũt reuocata edicta, ſeù banna, à Dominis Electis hactenus præſcripta, pœnas corporales comminantia;& amplius cautum fuit, vt huiuſmodi banna deinceps inhiberẽtur;& inſuper,vt nec etiam in poſterum Domini Electi ſe intromitterent in cauſis criminalibus, & exequutione pœnarum corporalium, ſed obſeruari demãdatum fuit ſtatuta,per nonnullos prædeceſſores Dños Proreges,vtpotè D.Comite de RipaCorſa in capitulis dictis *del ben viuere*, per Dñm Marchionẽ de Mõteſar in prouiſionibus editis ſub die 16. Octobris 1578. per Dominum D. Ioannem de Zunica in ordinibus expeditis ſub die 26. Ianuarij, & 17. Aprilis 1581. per Dominum Comitem de Miranda in decretis promulgatis ſub die 17. Aprilis, & 17.Maij 1587.& quãdo intereſt huiuſmodi banna ędere,adeundum eſſe,ſtatutum fuit,Dominum Proregem, ipſiuſue iuſſiones expectare,ſic habetur *in pragm.* 43. *ſub tit. de annona* habita ſub die 19. Ianuarij 1651.
15 Verùm deindè Procurator Ciuitatis allegauit, iuſto titulo ab immemorabili tempore Dominos Electos ſtetiſſe,& ſtare in pacifica poſſeſſione, ſeù quaſi, iuriſdictionis criminalis, ſicque inſtetit, ſibi impartiri terminum ad probandum incumbentia, ac interim manuteneri Ciuitatem in ſua quaſi poſſeſſione, quouis remoto impedimento.
16 Quarè Dominus Comes de Ognatta tunc Prorex reſcripſit,vt Collaterale Cõſilium ius,atque iuſtitiam impartiret,imò decemnouem adiunctos conſtituit ex cętu tàm S.C.quàm R.C. excerptos;quamobrem iura fiſcalia tuens Dñs D. Caro-
17 lus Calà Dux Diani Preſ.Decanus Regiæ Cameræ,omnigena morum ingenuitate, natalium claritate, doctrinæ ſuauitate, valdè præclariſſimus, celebre reſponſum ędidit,eruditione, & iuriſprudentia ditatum.
18 Et cum deindè ſucceſſit ad regimen huius Regni Excellentiſſimus Dominus Comes Caſtrilli, & Ciuitas expeditionem huiuſmodi cauſæ ſatagebat, dictus Excellentiſſimus Dominus, vt celeriter cauſa ageretur, largum numerum adiunctorum in exiguum coarctauit, & me inter alios delegit.
19 Vndè Ciuitas pro iuriſdictione Electorum tutamine annuebat,quod quamquam explorata ſit regula deprompta ex

capi-

Digitized by Google

capitulo cum persona de priuileg. in 6. nimirum quod quando quis possidet rem, quæ sine titulo possideri non potest, si ad possessionem tuendam allegat immemorabilem, nullo modo lite pendente possit in possessione conseruari, donec, & quousque immemorabilem probauerit.

Hæc autem regula restringitur, quoties possidens produceret titulum colora-
20 tum, taliter quod posset Iudex ad credendum induci, iustitiam esse pro possidente; quo in casu fit locus dispositioni *tex. in c. cum venisset extr. de institution.* nec aliter vigent, quæ statuuntur in *d. c. cum persona, Abb. in d. cap. cum venissent nu.* 8. *Anton. Capyc. decis. 6. nu.* 10. *& decis.* 189. *Menoch. de retinend. possess. remed. vlt. nu.* 24. *Achilles de grassis decis.* 5. *de restit. spoliator. Capiblanc. prag.* 1. *nu.* 235. *de Baronib. & cap.* 77. *nu.* 17. *Postius* post alios, quos ad nauseam refert *in tract. de manutent. obs.* 44. *nu.* 29.

21 Sed titulus, oriens ex diuturna possessione, coloratus dicitur, & sat est, vt quis lite pendente sit manutenendus, etiam lege resistente *Bellamer. decis.* 455. *nu.* 2. *Felin. cons.* 2. *nu.* 27. *Rota decis.* 595. *nu.* 4. *par.* 1. *diuersor. &* 384. *nu.* 1. *penès Card. Caualer. &* 194. *num.* 12. *in collectis per Posteum Reg. de Pont. cons.* 97. *nu.* 19. *lib.* 1. *& cons.* 31. *nu.* 8. *lib.* 2. *August. Barbos. vot. decisiu.* 52. *num.* 19. *lib.* 2.

22 Idemque est in regalijs, ad quorum possessionem sufficit decennalis, *Andr. in cap. Imperialem nu.* 68. vbi *Affl. in §. illud in fin. de prohib feud. alienat. per Federic. Reg. Galeot. contr.* 51. *lib.* 1. nec quis potest tali possessione spoliari, sed est in illa conseruandus tempore litis motæ, *Præs. de Franch. decis.* 210. *nu.* 4. *Menoch. cit. remed. vlt. retinendæ nu.* 21. *Lanar. cons.* 27. *nu.* 8. *Capyc. decis.* 13. *Reg. de Pont. loc. cit.*

23 Quodque etiam in iurisdictionalibus locum obtinet, si centenaria adiuuetur præscriptione *Camill. de Curt. diuers. feudal. par.* 1. *fol.* 73. *num.* 94. *& seq. Reg. de Pont. cons.* 32. *lib.* 2. *nu.* 18. *Rammacar. de feud. in cap.* 1. *§. si quis per triginta quæst.* 10. *nu.* 70. *si de feud. defunct. militis, Cons. de Georg. repet. feud. cap.* 24. *Reg. Valenz. cons.* 93. *nu.* 44.

24 Probatur autem multifariã talis possessio, nempè per emanationem bannorum nomine Electorum, adiectis corporalibus pœnis, quę banna iurisdictionem indicant *Innoc. in cap. dilectus de Cappell. monach. Bald. in l.* 2. *nu.* 54. *C. de seruit. & aqu.* cum alijs multis adductis *per Postiũ de manutent. obs.* 31. *n.* 31. *Reg. Capyc. Latr. decis.* 77. *nu.* 12. *&* 13.

25 Insuper hoc pariter constat ex decretis, prolatis in criminalibus quæstionibus, quæ decreta iurisdictionem probãt *Bart. in l.* 2. *§. hoc interdicto, ff. de itiner. actuq. priuat. Roman. cons.* 70. *nu.* 13. *Alex. cons.* 43. *in fin. lib.* 1.

Nec obstare dicebat Capitula Regis Ladislai, & Ferdinandi I. quæ fiscus perpendebat, dicens, ex illis videri, Electis Ciuitatis concessam forè tantùm Iurisdictionem ciuilem, contrà subditos an-
26 nonæ; nàm respondetur, quod quamuis attento illorum tenore, de hoc dubitari possit, tamen huiusmodi dubium ex antiquata possessione, per 100. & tot annos, indè sequuta, submouetur, & clarum fit: vt criminalis iurisdictio, à dictis Regibus intelligatur concessa, cum sit receptissi-
27 mum, quod priuilegium strictum, siuè dubium, ab vsu, & consuetudine subsequuta latam recipit extentionem, & interpretationem *Federic. de Senis cons.* 71. *nu* 2. *vers. præterea consuetudo, Alex. cons.* 9. *nu.* 3. *lib.* 5. *Soccin. cons.* 63. *nu.* 11. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 49. *nu.* 20. *& seq. Surd. cons.* 224. *num.* 7. *Puteus decis.* 15. *num.* 2. *lib.* 2. *Mantic. decis.* 320. *nu.* 5. benè *Rot. Roman. decis.* 451. *nu.* 3. *par.* 5. *ad idem Paul. de Cast. cons.* 347. *nu.* 4. *lib.* 1. *Aretin. cons.* 11. *nu.* 5. *Crauett. cons.* 118. *nu.* 2. *Seraph. decis.* 1410. *nu.* 16. *Rot. decis.* 451. *n.* 3. 5. *par. recent.*

28 Eo magis cõcurrente possessione centenaria, quæ priuilegio æquiparatur, & tantùm operatur Regia largitio, quantùm immemorabilis possessio, *cap. super quibusdam, §. præterea de verb. signific. cap.* 1. *circa fin. de præscript. in 6. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æstiu. l.* 1. *§. fin. ff. de aqu. pluu. arcend. Gabr. cõm. conclus. lib.* 5. *tit. de præscript. concl.* 1. *nu.* 1. *&* 2. *Peregr. de iur. fisci lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 61. *Reg. Reuert. decis.* 30. *lib.* 6. & secundum compilationem *Reg. de Marin. decis.* 495. *Reg. de Curt. in diuers. feudal fol.* 73. *n.* 90. *ad* 94. *Montan. de regalib. in prælud. n.* 31. *vers. consuetudo,* ibi, *Immemorabilis possessio dicitur priuilegium, & si iurisdictio.*

Digitized by Google

29 *nempe ciuilem Ciuitas habet, acquiſiuit poſtea ex lege iuriſdictionem criminalem, quæ inter ſe non repugnant, ſed ſunt compatibilia*; vt inquit Reg. *Lanar. conſ. 95. nu. 5. & 6.*

30 Etenim quando tractatur de acquiſitione eius, quod non continetur in priuilegio, putà ſi priuilegium continet minus, quam eſt per tempus immemorabile quæſitum, in hoc caſu, cum priuilegiũ, & immemorabilis poſſeſſio non ſint contraria, ſimul in eadem re, benè procedũt, & pinguius ſuccurritur per poſſeſſionem immemorabilem in eo, quod in priuilegio nõ continetur, *Andr. in conſt. in locis de manij*, docens in fortioribus terminis, poſſe Baronem præſcribere ea, quæ in priuilegio ſuæ inueſtituræ ſunt Regi reſeruata, ſequitur Reg. *Capyc. Latr. lib. 1, conſult. 2. nu. 20.*

31 In contrarium autem aiebat fiſcus, quod ius dicere nemo poteſt, abſque mandata iuriſdictione, *l. qui neque, ff. de iudic. l. 3. C. de iuriſd. omn. iudic.* Et præci-

32 puè in re frumentaria, alijſque annonam concernentibus, & in taxa imponenda, obſeruant *Hieronym. de Leo dec. 182. n. 10. Hermoſill. ad Gregor. Lopez, tom. 1. par. 7. l. 9. gl. 1. tit. 4. num. 54. Mut. in cap. Regni Sicil. to. 2. cap. 116. nu. 72. Caſſan. in cata. log. gloriæ mundi par. 12. conſid. 83. Bouadill. lib. 3. cap. 3. nu. 6.* & hoc Præfecto Vrbis demandatum eſt, *l. 1. §. cura carnis de offic. Præfec. Vrb. Menoch. de arbitr. caſ. 382.*

33 *nu. 6.* & in his Præfectus annonæ conſtitutus eſt, *Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 22. nu. 9.* vbi alios *DD.* adducit; & ab eius

34 decretis ad Imperatorem appellabatur, *l. Titianus in fin. ff. quod cum eo*, teſtatur *Tacit. in lib. 11. annal. Feneſtrell. de Rom. magiſtrat. in tit. de Præfect. annon. Cagnol. in d. l. 2. nu. 418. Decian. loc. cit.*

35 Iuriſdictio nàmque indiget ſpeciali Regis conceſſione, & priuilegio, *Luc. de Penn. in l. quicumque, C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3. cap. 2. Oldrad. conſ. 64.* præcipuè in magiſtrati-

36 bus Ciuitatum, quibus cenſetur prohibita, cum ſint incapaces iuriſdictionis, *l. ea quæ, ff. ad muncip. Andr. in proœm. Conſtit. col. 2. nu. 50.* & probat *Conſtitut.* Imperatoris Federici incip. *ea quæ ad decus.*

37 Præſumi autem non poſſe dicitur, huiuſmodi iuriſdictionem conceſſam fuiſſe ex cap. Regis Ladislai, quoniam attentis verbis eiuſdem Capituli, alia poteſtas eis non tribuitur, niſi vt ſollicitè, pariter, & attentè per exploratores, & alios inquirant, ne bona, ad graſſiam ſpectantia, extrahantur, & in his, quæ inferuntur, conueniens pretium imponerent, & prouiderent, vt Ciuitas abundaret in graſſia prædicta, & quod nullus vendat contrà iuſtum, conſuetum, & debitum, faciendo ſuper talibus mandata, & banna, & pœnas imponendo, & exigendo; ſic dictant verba dicti capituli, ex quibus, poteſtas

38 impartita intelligitur de infima, & ciuili iuriſdictione, in officium commiſſa; non autem de iuriſdictione criminali, meroque Imperio, ità *Mut. Surg. in annotat. ad fratr. pag. 343. nu. 18. in fin. Marius Mut. in prag. Regn. Sicil. tom. 1. tit. de offic. edil. num. 7.*

39 Imò dicitur, autumari poſſe, ciuilem iuriſdictionem, neque impartitam, ſed Regi reſeruatam, quia in cap. Ladislaus mulctæ applicantur conuertendæ in reparationem Ciuitatis, ac pro alijs rebus, & cauſis concurrentibus, neceſſarijs, & vtilibus illius; proùt Regi videbitur, &

40 non aliter, & *in cap. 35.* Regis Ferdinandi, non amplius Ciuitati, ſed Hoſpitali Sanctiſſimæ Annunciatæ conceduntur, ideòque infertur, quod iuriſdictio ciuilis Regi reſeruata videtur, nàm Dominus iuriſdictionis eſt, qui de prouentibus diſponit, eoſque fructus eſſe iuriſdictionis, certum eſt, *Roland. conſ. 73. num. 3. vol. 4. Garſ. de expenſ. cap. 21. nu. 22.*

41 Hęſitari autem non poſſe fiſcus exiſtimat, quod Electi iuriſdictione criminali careant, etiam attento capitulo Regis Ladislai; etenim merum, & mixtum Imperium, tempore Ladislai, nec etiam magni Barones habebant, vt *ex conſtit. Regn.*

42 *ea quæ ad decus*, illaque conceſſa ſunt tempore Regis Alphonſi, vt ſcitum eſt, & referunt *Franciſcus de Amicis in tit. de his, qui feuda dare poſſunt fol. 47. Reg. Tap. in d. conſtit. ea quæ ad decus num. 11, Reg. Rouit. in prag. 1. de offic. baiuli nu. 20. Reg. de Marin. reſol. iur. lib. 1. cap. 213. num. 15.*

43 Hinc ſuccedit, quod etiã ſi poſſeſſio immemorabilis intenderetur probari, non eſſet admittenda petitio, quando per rerum naturã non poterit interuenire titulus,

Digitized by Google

lus, *Aluar. Velaſq. conſ.*112. *nu.*15. *vol.*2. *Hieron.Gabr.conſ.*163. *nu.*16.*vol.*3. *Garſ. de nobilit gl.*12. *num.*8. *Cancer.lib.*3.*var. cap.*3.*nu.*26.

44 Imò dato, quod huiuſmodi capitula eſſent obſcura, tamen intelligentiam acceperunt contrà prætenſam iuriſdictionem; & hoc profectò conſtat ex capitulis Ciuitatis,editis tempore Regis Ferdinandi I. *in ordine* 34.*vſq;ad* 38. ibi nàmque Electi Suę Maieſtati ſupplicē libellū porrexere flagitantes, vt concederet poteſtatem contrà venditores,& quod poſſent exigere pœnas à contrauenientibus, ſtante quod pro coercione perſonali aſſignauiſſent eos M. C. Capitaneo Neap.
45 vel alijs Officialibus Regijs, & reaſſumunt in ſupplicatione verba eiuſdem capituli Ladislai, petentes etiam, quod pœnas concederet in reparationem Ciuitatis, & quod Officiales Regij aſſiſterent, & fauerent Electis: annuitque Rex per verbum, *placet*, verùm quod pœnæ non Ciuitati, ſed Hoſpitali Deiparæ Annunciatæ applicarentur.

46 Succeſſerunt indè capitula, quæ vocantur *del ben viuere*, bannaque edita per Dominum Comitem Ripæ Curſiæ, & ibi ſupplicantibus Electis Ciuitatis, ipſiſq; informantibus,pœnæ fuerunt impoſitæ, & condemnationes Miniſtris Regijs reſeruatæ; & in eiſdem bannis pro
47 tertia vice contrà tranſgreſſores irrogatur pœna fuſtigationis, quæ criminalis eſt, ità *Farinac. de delict. quæſt.*19. *nu.*29. *Baiard.ad Clar.quæſt.*70.*nu.*5. *Ioſeph Ludouic.deciſ.Lucenſ.*1. *nu.*23. quamobrem
48 dùm banna à Principe emanantur,& pœnæ ab eodem indicuntur, ideòque iuriſdictio,Electis non eſſe,dicitur,vt in ſimili tradit *Andr.in proœm. conſtit.Regn. nu.* 30.*col.*1.*& col.*3.*n.*30.*Montan.de regalib. verb.poteſtas conſtituendor.magiſtrat. nu.* 27. *Capyc.deciſ.*27.*n.*30.*Pontan.de ſpolijs lib.*2.*cap.*16.*nu.*174. *Poſth. de manutent. obſer.*31.*nu.*33.*ad idem Bald.in l.*1.*nu.*15. *C.de fructib.& lit.expenſ.Campag. in cap. Regn.illuſt. nu.*60.

Sed in contrarium referri non poſſe, firmabatur, quod in dicto Capitulo La-
49 dislai detur poteſtas bannorū edendorū, nàm intelligitur circà modicam coercionem cum pœnis, quarum impoſitio conceditur quibuslibet Magiſtratibus,& Electis Vniuerſitatum circà curam annonæ, alias enim eorum poteſtas illude-
50 retur, & iuriſdictio ſine modica coercione nulla eſt, *Bifin. ff.de offic.eius, gl. in l.*2. vbi *DD. & Alberic. in l. magiſtratib. nu.*4.*ff.de Iuriſd.omn.Iudic.* & ità reſpon. det *Reg.Rouit. in d.pragm.*1. *de offic.baiuli num.*5.

51 Nec opitulari dicebatur poſſeſſio immemorabilis,quia bona fides nō concurrit, quæ requiritur, *gl. in cap.*1. *in verb. niſi*, & ibi *Franciſcus in* 2. *notab. de præſcript.in* 6. *Bald.conſ.*370.*vol.*3. *Crauett. conſ.*146. *nu.*2. *Lupus in cap.per veſtras in verb. idem clarius de donat. inter vir. &*
52 *vxor.* quia etiam titulus deficit, & præſcriptio ſinè titulo cauſari non poteſt; etiam ſi poſſeſſio ſit immemorabilis, *Panormitan. in cap. de quarta præſcription. Surd.conſ.*28.*vol.*1.*nu.*76.& latè *Gratian. diſcept.forenſ.cap.*441. *per totum*, & am-
53 plius ſcientia, & patientia contrà quem acquiritur, requiſita ad incorporalia acquirenda,non intercedit, *l.quoties*, §.*vlt. in prine. ff. de ſeruit. & aqu. Menoch. de arbitr. lib.*2. *caſ.*161. *Couar.* qui teſtatur de communi *in tit.de ſent.excomm.par.*2. *nu.*8. qui etiam dicit, quod hæc ſcientia requiritur, etiam in præſcriptione centenaria,ſequitur *Barb.in in l. competit,C.de*
54 *præſcript. num.*134. Et maximè quando præſcriptio eſt interrupta per contradictionem, *gl. in l.qui luminibus,ff.de ſeru. vrban.prædior. Oſaſcus deciſ.*107.*num.*22. *Bald.de præſcript.par.*2.*quinta part.principio.*

55 Neque præſumptio tituli ex poſſeſſione longiſſima inducitur, quando titulus eſt vitioſus, *Peregr. de iur.fiſc. tit.*8.*nu.*5. *Molin.de primogenit.cap.*6. *num.*66.*lib.*2. *Capiblanc.pragm.*1.*de Baronib.cap.*7. quo
56 etiam in caſu acta iuriſdictionalia non probant,quando proceſſerunt contrà priuilegium, *capit. veniens de præſcription. Lanar. conſ.*94. *nu.*1.*&* 2. ideò titulus *ex cap.* Regis Ladislai reſultans, dùm illud nec quicquam diſponit circà iuriſdictionem criminalem;ideò titulus ille vitioſus cernitur, & mala fides patet, vndè ceſſat
57 præſcriptio tituli, dùm de non titulo, & contrario titulo conſtat *l.*2.*& l.ſi duo,vbi Bart.ff.vti poſſidet.Crauett.conſ.*290.*nu.*6. *&* 134.*nu.*44. *Peregr.conſil.*19.*nu.*22.

Propterea banna, edita per Electos

Digitized by Google

58 ſunt confecta cum interuentu annonæ Præfecti, & ideò non officiunt, imò illa, quæ prócul tali interuentu fuerunt emanata, indè ordine Domini D. Ioannis de Zunica Proregis fuerunt reuocata, vt patet ex capitulis, ſancitis in anno 1571.

59 Hinc dicebatur, quod fiſcus in iuriſdictionalibus lite pendente manutenendus eſt, quia habet intentionem fundatã pro ſe, *Seraph.deciſ.*1463. *nu.*2. *Gratian. diſcept.forenſ. cap.*801. *nu.*27. *& cap.*870. *num.*17. *vol.*5. & alij *per Poſth.* relati *de manutent.obſeru.*45. *nu.*3. *&* 19. *Riec.collect.*1314. *&* 3013. *Capibl.de Baron.c.*67. *c.*2. *nu.*2. *Reg.Valenz.conſ.*173. *nu.*95. *vol.* 2. *Mareſcott. var.lib.*1. *c.*11. *in princ.*

60 Et hæc ſunt, quæ hinc, & indè congerebantur: petitio autem Ciuitatis adhuc indeciſa extat; tamen Ciuitas noſtra Sereniſſimum Regem Philippum IV. (mox defunctum) annis, retrodecurſis, adiuit, precationibuſq; porrectis, ius efflagitans ex ſumma clementia ipſius Monarchæ, ob innatam etiam eiuſdem Ciuitatis fidelitatem, annuit tamen idem Sereniſſimus Dominus, vt cauſa de iuſtitia expediretur in Supremo à latere Conſilio, vbi pendebat, & adhuc pendet, vt dixi.

Verumtamen annonæ Præfectus, & ſi particulares habeat compulſores, & apparitores, *l.*1. *&* 2. *C.de apparitor.Præfect.*

61 *Vrb.* aduerſus quos, prout aliqui putant priuatiuam retineat cognitionem, ex ordine Domini Proregis, ità *Taſſon.in prag. de anteſ.verſ.*3. *obſ.*3. *n.*313. Iuriſdictione autem caret circà diſtrictionem perſonarum, ſibi ſubiectarum ratione annonæ, propter exceſſus commiſſos, illoſque de-

62 linquentes cognoſcit M.C. & debitis pœnis plectit, vt copiosè peragit *Reg.Sanfel. deciſ.*290. Et ratio eſt, quia Principis de-

63 legatus in cauſis tantummodò delegatis præfefert Principis perſonam, & authoritatem, vt loquitur *Alberic.in rub.ff.de offic.eius, cui mandata eſt iuriſdictio, nu.* 16. *Cagnol.ibid.nu.*49. *Bouadill.in politic. lib.*2. *cap.*31. *nu.*64. nec de voluntate par-

64 tium ipſius iuriſdictio amplificari poteſt, *Cynus in l.*1. *C.de iuriſd. omn.Iudic. Alex. in l. teſtamenta, C. de teſtam. Iaſon in l. ſi per errorem nu.*10. *ff.de iuriſd. omn. Iudic. Anton. Sola in conſt. Subaudiæ tit. de edictis annonæ, gl.vlt.nu.*9. *fol.*754.

65 Hinc eſt, quod annonæ Præfectus, etiã ſi dignitate Regentis Regiam Cancellariã fulciatur, litteras inhibitoriales M.C. expedire nequit in huiuſmodi cauſis, vt tradit *Reg. Sanfel.d.deciſ.*290.

66 Hoc autem per Regiam Iunctam, erectam tempore, quo Regnum moderabat Excellentiſs. Dominus Dux Medinæ de las Torres, declaratum fuit, eatenus locum vindicare, quatenus delicta, ab huiuſmodi ſubditis peracta, ſint communia, quorum coercio M.C. tribuitur, & litterarum inhibitorialium relaxatio annonæ Præfecto impeditur; verùm in cauſis concernentibus annonam, licet annonæ Præfecto M.C. reſcribere, quod non procedat, vt teſtatur idem *Reg. Sanfelic. deciſ.* 290. *tom.*2. vbi typis tradidit allegationes, quę in hac re cõgeſſit tã Conſiliarius Iulius Maſtrillo, tùnc fiſci Patronus M.C. & Regens D. Ioannes Burgos, tunc Iudex ipſius M.C. idemque, deindè ſancitũ fuit ſpeciali bus litteris Suæ Maieſtatis eidem Excellentiſs. Domino Proregi directis, quarum verba tranſcripſit *Reg. Sanfelic.d.deciſ.*290. *in fin.tom.*2.

Præterea annonæ Præfectus alijs decoratur facultatibus iure, & DD. comprobatis, quas adamuſſim exarari conuenit.

67 Et primò ſtatuere poteſt, quod ruſtici, habentes frumenta, & victualia, illa vendant in Ciuitate, non autem extrà territorium, ità vt adſit in Ciuitate vbertas, *l.*1. *C.de frument. Vrb. Alex.lib.*11. *l.pro locis, C. de annon. & tribut. Auend.de exeq. mandat.cap.*19. *nu.*35.

68 Secundò ordinare poteſt, ne quis extrà Prouinciam annonam deferat, *l.cotem ferro, ff.de public. & vectigal. l.*1. *&* 2. *C. quæ res aſport. non poſſ. Ripa in tract. de peſte tit.de remed.ad conſeru.vbert.nu.*42. *Mexia in prag.de taxa pan.concl.*1. *nu.*56. *Reg.Capyc.Latr.conſul.*67. *n.*3. *&* 6.

69 Tertiò mandare poteſt, vt tempore penuriæ panis à Ciuitate non extrahatur, *l.*1. *C. de fœum. Vrb. Conſtant. lib.*11. *Ripa d.tract. de peſte in* 2. *par.num.*16. *&* 189. *Auendan.de exeq.mand.lib.*1. *cap.*19. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.*2. *§.* 6. *num.*17.

70 Quartò conſtituere poteſt, vt in certa platea, & loco deputato vendantur res comeſtibiles, & ſi aliter exequeretur, quod vendentes perdant mercimonia,

Luc.

Luc, in l. 1. C, ne rustic, ad vllum opus lib, 11, Auend. de exequend. mand. cap. 19. n. 3.

71 Quintò imponere potest taxam in his, quæ venduntur,& ministrantur in hòspitijs publicis,& trãsgressores punire pœnis per eũ expressis, *Alber. in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect. Vrb. Auend. de exequend. mand. d. cap. 19. nu. 39.* & in Regno nostro constitutum est per *Regiam prag. 21. sub tit. de annon. Ciuitat.*

72 Sextò cognoscit decreta, & grauamina, illata per Curiam Iustitiarij huius Ciuitatis, cuius officium est exequi banna, & capitula, concernentia annonam, *Mota in prag. Sicil. tit. de offic. edil.* & testantur *Iud. Tasson. pragm. de antifat. vers. 3. obser. 3. num. 309. Reg. Sanfelic. decis. 329. num. 6.*

73 Sed antiquitus à decretis Iustitiarij ad Præsidem S.C. appellabatur, *ex prag. 3. §. 3. sub tit. de offic. Sac. Reg. Cons.*

74 Septimò punit inientes societatem, & consilium, vt annona carior fiat, aduersus quos publica est accusatio, *l. 2. in princ. ff. ad leg. Iul. de annon.* Insuper cognoscit

75 causas contrà dardanarios, mandantes, & mandatarios, eosque punit, vel cum relegatione, vel cum condemnatione ad triremes, secundum eorum cõdictionem, *l. 6. ff. de extraordina. crim.* Et etiam pœ-

76 na plectit operantes stateras mensuris adulterinis, *l. 6. super cit. §. onerant.* & prędicta affirmant *Anna sing. 228. Minad. decis. 23. Tasson. loc. cit. vers. 3. obs. 3. n. 115.*

77 Octauò ipse arbitrium habet, metam pretij dare pro venditione frumenti, *l. 3. in princ. ff. ad l. Iul. de annona, l. 1. C. de frum. Alex. lib. 11. Tasson. ibi nu. 315.*

78 Sed curare debet, ne frumentum caro emptum tempore carestiæ, vilius distribuatur inter Ciues, & habitatores, quia id multum annonæ præiudicium inferret; & proindè à legibus reprobatur, vt habetur *in l. 3. ff. ad leg. Iul. de annon. l. non debere, ff. ad muncip.* ibi, *non debere cogi decuriones vilius præstare frumenta Ciuibus suis, quam annona exigit, Diui fratres rescripserunt.*

79 Idemq, per particulares litteras mandauit Serenissimus Philippus II. Hispaniarum Rex, ad tollendum omninò abusum, quod in Ciuitate erat emendi frumentum carò, tempore carestiæ, & distribuendi postea vilius inter habitatores, vt testatur *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 2. §. 5. nu. 1. & seqq.*

80 Vlterius, & nono curare debet, ne nouum frumentum consumatur, dùm adest vetus, *Io: de Plat. in l. succularij, ff. de var. & extraordin. crim.* quia alias ex inordinata administratione rerum Ciuitatis, vt plurimum ortum habent carestiæ, *l. 1.* vbi *Bart. ff. de frum. Vrb. Const. lib. 11. Bertacch. in repet. ver. carestia,* & aduertit *Reg. de Pont. d. tit. 2. nu. 19. & 20.*

81 Verum enim verò, quamquam ex supradictis, cæterisque recensis præcedenti §. patet, annonæ curam Dominis Electis cõmendatam, & inter ipsos præsidere Dominum annonæ Præfectum, nihilominus eiusdem annonę regimen Domino Proregi cõpetit; nedùm tanquam Regis nostri vices gerens, à quo Iuris-

82 dictiones, cunctæque dignitates, fluunt, & refluũt, sed etiam vti Vrbis Præfectus, ità *Afflict. in cap. post natalem in 1. not ab. de pac, tenend.* vbi *Andr. Reg. Ronit. in prag. 1 sub nu. 4, ver. an autem pragmaticæ de annona Ciuit. Mexia in pragm. de tax. pan. concl. 1. n. 56. Reg. Capyc. Latr. consult. 67. nu. 6. tom. 1. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de abund. Ciuit. in rub. nu. 24. Nauar. super prag. rub. de annon. nu. 3.* & probat *tex. nimis clarus in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. Præfect. Vrb. l. annona, ff. de var.*

83 *& extraordin. cognit.* Ratio duplex est. Prima, quia Proregi competit habere curam vtilitatis populorum, & particulariter circà necessaria ad victum, vt habetur *in d. l. 1. §. cura carnis.*, & notant *Andr. & Affl. sup. de Laurent. decis. Auen. 40. nu. 4. Auend. de exeq. mand. c. 19. nu. 3. vers. & per supradictam, Reg. de Pont. &* Reg. *Capyc. Latr. loc cit.* & eiusdem Pro-

84 regis onus etiam est, pacem, & quietem in Ciuitate conseruare, *Bart. in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ordin. fac. nu. 18.* sed annonæ penuria, seditiones in populo concitat, vt plura exempla refert *Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. cap. 24. nu. 5.* cum nihil lętius sit saturo populo, nihil seditiosius ieiuno, & famelico, & ideò annonæ regimen ad Proregem quoque pertinet.

85 Quod non aduersatur capitulis supra in §. præced. relatis; siquidem Rex non censetur ex concessione huiusmodi facultatis, abdicare à se, & suo Vicario pote-

poteſtatem, quam habet ex iure ſuperioritatis, Regiæ poteſtati annexæ, nam in omni conceſſione ſemper videtur hoc exceptum; & proindè ſi in priuilegio tri-
86 buatur alicui Iuriſdictio, non intelligitur excluſa iuriſdictio Superioris vniuerſalis, nec intelliguntur conceſſæ, quæ de ſuprema Principis poteſtate ſunt, *Bald.in l.fin. C.de iuriſd.omn.iudic. nu.4. Butr.in cap.cum contingat nu.17. ver.dic quæſint meri Imperij de for.comp.*

Imo puntualiter notat *Bart. in l.1.C. de offic.Præfect. Vrb.* quod ſi in Ciuitate
87 vnus conſtituatur Officialis ſuper abundantia Ciuitatis, non tamen propter hoc tollitur poteſtas, & iuriſdictio, quam habet, qui vniuerſalem iuriſdictionem retinet, ſed eandem authoritatem, & maiorem tenet, vt loquuntur *Aret.in l.quod in rerum, §.ſi quis poteſt de leg.1.Bal.conſ. 326.incip.* Rex Romanorũ *vol.1.Surd.conſ. 152.vol.2.Menoch.conſ.604.nu.8. Belluga in ſpec.Princ.de iuriſd.rub.12. §.& quia quotidiana nu.31. Gram.conſ.28. Reg.de Pont.d. tit.2. §.1. nu.19. & 23.*

Proindè complura circà abundãtiam Ciuitatis diſponere poteſt. Et primò pre-
88 tia rebus comeſtibilibus ſtatuere valet, cuius taxæ an etiam Clerici ſubijciantur, *Martin.Laudẽſ.in tract. de Official.minor. quæſt.23. to.16.tract fol.279. Taſſon.prag. de antefat.verſ.2. obſeru.2.nu.66. Præſ.de Franch.deciſ.9.Morla in empor.iur.par.1. tit.9.quæſt.6.* Reg. *Rouit. in pragm.1. de annon.nu.7.*

89 Secundò ipſe poteſt deſtinare Officiales, vel miniſtros, aliaſque perſonas, ſibi melius viſas, ad emptionem frumentorũ, aliarumque frugum, vbertati Ciuitatis neceſſariam, *l.1.* vbi *gl. C.de frum. Alex. lib.11.Io:de Plat.ibid.Andr.& Affl.in cap. poſt natalem in 1. notab. per illum tex. de pac.tenend.* Reg.de *Pont.d.tit.1.de abund. Ciuit. nu.22.*

90 Quod ſic fuit pluries practicatum, tàm tempore, quo Regni moderator erat Dominus Comes Mirandæ, ille per plures annos tranſmiſit miniſtros, vt frumenta emerent pro abundantia Ciuitatis, & hoc pariter fuit obſeruatum tempore Præſidatus Dom. Comitis Oliuares, vt teſtatur Reg.*de Pont.loc.cit.nu.23.*

91 Verùm tẽpore, quo Regni claues ſubſtinebat Dominus Comes de Beneuento, petierunt Domini Electi decerni, tale munus, .ſ. miniſtros deſignãdi ad emptionem frumenti ad ipſos Electos pertinere, qua de re, cauſa introducta in Collaterali Conſilio, ordinatum fuit, talem collationem, ſiue prouiſionem Proregi competere, vt firmat idem *Reg. de Ponte d.tit.2.de abund. Ciuit. nu.22.* Sed modo
92 à ſupradicta deputatione præcauendum eſt, quia illi Miniſtri damnum, & vexationem inferũt populis, vt aduertit *Surg. de Neap.illuſtr. cap.24. nu.14.* & ſtatim pretium victualium augetur.

93 Tertiò cogere poteſt Dominos animalium, atq; nauium, vt animalia veheãt, & naues conducant pro frumento portando, vt inquit *Bal.in l.iubemus nullam, C.de Sacroſ.Eccl.* & notat *Reg. de Pont.cit. tit.2. nu.16.* Imò non poſſunt, tunc, ſupra
94 nauibus illis priuatorum merces onerari, & ſi aliter fieret, puniretur magiſter nauis, vt *in l.vnica, C.ne quid oner. publ. impon. lib.11. l frumenta, C.de ſuſcept. & præpoſ. lib.10.* quemadmodùm etiam *conſtitutione noſtra* incip. *pradicti Admirati tit.de non oner.gal. victu. & alijs*, ſancitur, .ſ. non deberi in Regijs triremibus particularium merces onerari, & adnotat *Reg.de Pont.cit.tit.2.nu.30.*

95 Quartò concedere poteſt guidatica conducentibus frumenta, & alia ad annonam Ciuitatis pertinentia, vt interim non poſſint ob delictum quidpiam moleſtari, vt cauetur *in l.1.C.de nauicul. ſcil naul. lib.10. Reg.de Pont.loc.cit.nu.27.*

96 Quintò cogere pp̃teſt Dominos frumenti ad illud vendendum, ſicuti alias ſpecies, iuſto tamen pretio, quod taxatur per idem Dom. Proregem, & multoties etiam pretio viliori, pro neceſſaria ſubſtentatione Ciuitatis, & Regni, vt de iure comuuni ſtatutum eſſe, affirmant *Bart. in l.1.§.cura carnis, ff.de offic.Præfect. Vrb. Luc.de Penna in l. vnica in fin. C.vt nem. lic.in empt.ſpec, ſe excuſ.Affl poſt Andr.in proem.conſt.Reg. quæſt.3. Præſ.de Franch. deciſ.9.Minad. in repet. conſt.in aliquibus, ver.Comitum, & Baronum nu.59. Nouar. ſuper pragm.rub.de annona nu.6.*

97 Et *Reg.de Ponte d. tit.2. num.3.* tradit, quod ex hoc ſic inoleuit praxis, & ſolent tempore careſtiæ Domini Proreges taxare Maſſarios Apuleæ, aliorumque locorum, vt dent partem ipſorum frumentorum

Digitized by Google

torum Ciuitati,certo taxato pretio.

Nec excusantur personę Ecclesiasticę, nàm potest Prorex publica suadente necessitate capere etiam frumenta Clerico,
98 rum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, *Bouad.in polit.tom.2.tit.de la prouision del pan.fol.29.nu.13. Diana resol moral.tit.de immun.Eccles.resolut.8. Tasson.in prag.de antefat.ver.2.obseru.2. nu.18.* qui tamen DD. requirunt, quod præcedat licentia Iudicis Ecclesiastici.
99 Alij verò considerant, non posse Prælatos expectare tempus, vt carius victualia vendant,sed tenentur mandatis Principis laici obtemperare, & fructus vendere tempore necessitatis,cum subijciantur laicalibus prouisionibus, annonam respicientibus, ità *Rodoan.de spol.Eccl.q. 2.nu.58.Bouadil.in pol.tom.1.fol.788.nu. 122.Cancer.var.resol.cap.4.de seruitut. nu.221.& 228.*

100 Quodque etiam procedit in fisco, qui potest capere frumenta, aliaque bona necessaria pro substentatione militum, & necessitate Regis, & cogere Dominos illorum ad vendendum,iusto tamen pretio, *l.1.C.de Metal.l.10. Luc. de Penna in l.1. C.ex quib.muner.lic.se excus. Couarr. var.resol.lib.3.cap.14. Reg. de Ponte loc. cit. num.4.*

101 Sextò capere potest Ciues, aliosque subditos, & habitatores, vt tempore necessitatis frumentum,aliasque fruges pro modo eorum substãtiæ emant,& deindè in Ciuitate vendãt,nè tàm ipsi,quàm alij pauperes famæ pereant, vt loquuntur *Luc.de Penn.in l.1.C.quib.muner.vel præstat.nemin.lic.se excus. Iacobin. tit.de homag. num.35. Andr.in tit.qua sint regal. verb.& extraord.collatio ver. munus suas ad iniquitates in fin. Reg.de Ponte loc.cit. nu.6. & seqq.*

102 Imò cogere potest eosdem Ciues ad proficiscendum in Regiones longinquas pro frumento emendo, si ità opus esset, *l.vnic.C. vt nemin. lic. ab empt.se excus. lib.11.* vbi *Io:de Plat.Andr.de Barulo,* alijque scribentes.

103 Et ità pluries practicatum fuit in Ciuitate nostra, præsertim tempore Præsidatus Dom. Comitis Mirandæ, vt affirmat *Reg.de Ponte d.tit.2.de abund.Ciuit.n.15.*

Septimò potest cogere Ciues, aliosq; habitatores,vt Ciuitati mutuent pro mo-
104 do eorum facultatũ, ità vt Ciuitas possit tempore penuriæ frumenta, aliasque fruges comparare, *Andr.de Barulo in l.1. C. vt nemin. lic. ab empt. se excus. lib.11.* vbi *Io:de Plat.& Luc.de Penna,Auendan. in tract. de exeq. mand. Reg. cap.14. ver. quartus casus lib.2.& cap.19.nu.34. lib.1. Cassan.in cons.Burg.rub,1.§.4.nu.48.Cappell.Tholos.decis.446.* vbi aduertit etiam, compulsionem ad mutuandum debere
105 esse generalem, nõ autem particularem contrà vnum, vel duos, quod sequitur *Auend. loc.cit. vers.& compulsio de mente Bart.in l.nullus,C.de Iudæis.*

106 Et hoc pariter locum habet in fauorem fisci, qui potest taxare omnes ad pecuniam præstandam,vt victualia emi valeant pro necessaria substentatione, & alimonia militum, vt inquit *glos. in d. l. vnic.C.vt nemin. lic. ab empt.se excus.* & notat *Luc. de Penn. ibi.* & dicit ità temporibus suis fuisse consuetum, *Reg. de Ponte d.tit.2. num.10.*

107 Nec prædictis aduersantur capitula huius Ciuitatis, vbi Ciuibus Neapolitanis fuit concessum, vt non possint adstringi ad mutuandum Regi. Quia
108 respondetur, quod capitula prædicta procedere non possunt, quando publica Ciuitatis, vel Regis necessitas vrgeat, nàm tunc non agitur de Ciuium præiudicio, & damno, sed de ipsorum fauore, & vtilitate;cum alias,omnes famæ,& inimicorum inuasione perirent.

109 Octauò potest compellere Ciues ad emendum frumentum, vel aliud, quod habet Ciuitas paratum ad vendendum, vt minus perdat, nec aliquis excusatur, licèt ei necessarium non sit, *Bart. in l.1. §.cura carnis,ff.de offic.Præf.Vrb. Reg.de Ponte d.tit.2.nu.13.* vbi etiam vidisse fa-
110 tetur, in casibus occursis,in hac Ciuitate, quod inter eius Ciues aliquando, & per eius Casalia fuit frumentum distributum,pro certo pretio,vt Ciuitas minus sit in damno.

111 Et hoc permittitur etiam fisco, nàm potest cogere subditos ad emptionem frumenti, quod in horreis tenet, vt fundant *Bart.in d.l.1.§.cura carnis, Affl.in cap.post natalem nu.7.ver.& scias de pac. tenen.Reg.de Ponte ibidem nu.14.*

112 Nono ordinare potest,vt merces corruptæ proijciantur, & perdantur, argum.

tex.

Digitized by Google

tex.in l.cætera, §.mala, ff.famil.erciſc. in l, item quæritur, §.ſi quis menſuras, ff.loc.cit. Puteus in tract. de ſyndic. in parte Iudic, ſuprema poteſtas, Ripa in tract.de peſte in 3.par.nu.41. Auend. de exeq.mandat.Reg, cap.19. nu.30.par.1.

113 Nec poteſt frumentum corruptum cũ nouo miſceri, *l.1.C.de cõduc.in publ.horr, lib.10.* & ità particulàri lege ſancitur in

114 Regno noſtro, vt *in pragm.4.de annona Ciuit.* vbi habetur, Reliquias tritici exiſtentis in foueis, non eſſe fundendas cum alio tritico meliore, & ratio eſt, quia nociuum eſt humanæ ſaluti, ad quod Domini Proreges vigilare debent, & proindè ordinare valent, vt huiuſmodi mercces miſturatæ proijciantur, & publicè concremantur, vt notant *Ang. in d. l. 1, Auend.loc.cit.nu.30. verſ. tertio infertur, Reg.de Ponte d.tit.2.de abund.Ciuit.n.21,* Imò puniri debent talia perpetrantes, *Franc.Marc.deciſ.540.par.1, Nouar.cit, pragm.nu.2.*

115 Decimò non poteſt Ciuitas abſque Proregis aſſenſu mutuare frumentum, vel oleum, aut quid aliud, pro abundantia Ciuitatis reſeruatum, *l.1.& 2. C.de his, quæ ex publ.collat.lib.10.Reg.de Pont. cit.tit.2.de abund.Ciuit. §.1. nu.26.*

116 Sed poteſt frumentum emptum reuendere, neceſſitatis tempore, proabundantia Ciuitatis, tamen pecuniam ex pretio redactã Annonæ applicare debet, *l. fin. §.item reſcripſerunt pecuniam.ff.de adminiſt.rer.ad Ciuit.pertinent.Angel.in l.annona, ff.de extraord.crim. Auend.de exeq. mand.par.1.cap.19. nu.36.* Reg.*Rouit. in prag.16.nu.3 & 6.de annon.Ciuit.*

117 Præterea nõ poteſt Ciuitas, pecuniam publicam, pro annona frumentaria deſtinatam, ad alium vſum conuertere, *l.2.§. quid de frumentaria, ff. de adminiſtr. rer.ad Ciuit.pertinen. Bouad. in pol. lib.3. cap.3.nu.30.* Reg.*Rouit.cit.prag.16.nu.4. de annona.*

118 Neque etiam poteſt pecuniam ad fenus accipere abſq; aſſenſu Proregis, *l.1. C.de præd. decur.lib.10.* Reg.*de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de abund.Ciuit.§.1.n.26.*

119 Vltimò Prorex eligit Tribunum populi, ex ſex à Platea Populari nominatis, & etiam illum in officio confirmat, elapſo tempore ſuæ adminiſtrationis, vt teſtantur Reg.*de Pont.loc.cit.tit.2.§.1.n.11.*

Iul. Cæſar. Capaccius in ſuo foraſtiero fol. 120 *mihi* 645. quod limitatur, vt non poſſit confirmari, niſi pro prima vice, per alios ſex menſes, vt *in prag.4. c.6,de abolition.*

Legatorum electio an & quando, quibus in caſibus, & qua præcedente ſolemnitate Ciuitati permittatur?

§. VIII.

SVMMARIVM.

1 *ORatorem deſignare apud Regalem, vel Cæſaream Maieſtatem Principi Supremo competit, nu.2.*

3 *Ciuitas Neapolis Oratorem deputat in aduentu Regis, num.4. & ità practicatum refertur nu.5. & idem in aduentu filij, vel filiæ Regis, nu.6. ac etiam ſororis, vt fuit practicatum in Infante Maria de Auſtria nu.7.*

8 *Oratores à Plateis Electi vſque ad Ciuitatem Gaetæ acceſſerunt in aduentu Infantis, & propè Ciuitatem Neap. ipſam comitati fuerunt.*

9 *Electi Ciuitatis, & Syndicus; in quo loco obuiam iuerunt Sereniſſimæ Infanti.*

10 *Proceres Hiſpaniarum tecto capite ſteterunt coram dicta Infante; & qui fuerunt, nu.11.*

12 *Regentes Collateralis Conſilij oſculati fuerunt manum Sereniſſimæ Infanti.*

13 *Regis fratres, ſunt Reges in potentia.*

14 *Legati mittuntur in aduentu Proregis; & quãdo diſcedunt, & poſteà reuertuntur, & quomodò hoc hodiè obſeruetur, num.15.*

16 *Prorex prædeceſſor accedit ad Proregem ſucceſſorem.*

17 *Legati munus miſſi ad Proregem quid ſit; & Vicereginam ſalutare conuenit, nu.18.*

19 *Legati ſunt numero ſex, & vnus ex nobilibus*

Digitized by Google

bilibus alloquitur.

20 *Legatus popularis, licet sit in numero, tamen non alloquitur.*

21 *Legato expensæ debitæ in aduentu Regis fiunt per Ciuitatem.*

22 *Expensæ in itinere, & coronatione Regis faciendæ sunt per vassallos.*

23 *Legatorum electio faciendæ est à sex, vel quinque viris Sedilium; verùm si ille mittendus sit Regi, vel Pontifici, alio modo eligitur nu.24.*

25 *Popularis* Platea *vocem habet activam in electione legati, nō passiuam; & cōtradicere solet Electus Populi in hoc casu, nu.26. & quare potest Electus Populi electionem legati oppugnare nu.27.*

28 *Legato sunt dandæ instructiones, illæque in libro registrandæ.*

29 *Legati munus exerceri non potest ratione minoris ætatis, infamiæ, vel sexus; vel si sint cæci, muti, & surdi, aut turpes personæ, nu.30.*

31 *Legati, an esse possint religiosi, & personæ Ecclesiasticæ.*

32 *Clerici, &* Religiosi *secularibus negotijs se immiscere non possunt.*

33 *Equites Hierosolymitani in officijs secularibus non sunt eligendi, contrarium nu.34. & præcipuè in legatione explenda pro Patria possunt admitti, num.35.*

36 *Clerici non possunt administrare bona Ciuitatis, nec iustitiam ministrare.*

37 *Milites Hierosolymitani fuerunt admissi per Suam Maiestatem in munere legationis Ciuitatis.*

38 *Religiosi fuerunt electi Oratores ad Suā Maiestatem, & ab eo admissi.*

39 *Legationis à munere nemo se excusare potest, limitatur, si non vacauit per biennium, num.40.*

41 *Legati dicuntur legitimè absentes, & impediti; nec tenentur Procuratorem relinquere, & restitutionem in integrum habent; & capti ab hostibus, pretium redemptionis soluendum est à Ciuitate, nu.42.*

43 *Legatus dicitur explere munus publicum, & officium necessarium exercet, dummodò illud non affectauerit.*

44 *Legatus tenetur* Regi *occurrere, illo non comperto in Regia Curia, & in itinere eum prosequi: & referuntur exempla, num.45.*

46 *Vassalli an tenēatur quærere* Regem *extrà* Regnū; *dū ipsi semper immēsum habent desiderium adeundi* Principem, *illumque videre, & seruire, nu.47.*

48 *Legatis,* Rex *debet gratam audientiam præstare, & faciliter apud eum subditis accessum præbere.*

49 *Legati salarium à publico Ærario subministrari debet, proùt reliquæ expensæ; q̄ seruatū in Oratoribus, qui obuiā iuerūt Serenissimæ* Reginæ Vngariæ, *nu.50.*

51 *Salarij quantitas legato, soluta refertur, & per quod tempus debeatur, etiā Oratori Suæ Maiestatis, refertur decisio.*

52 *Legato defuncto, nunquid deputati possunt alium eligere, vel virtute primæ electionis confectæ expirauit mādatum; & quid fuit obseruatum, refertur, n.53.*

54 *Legatum ad* Regem *an possit Ciuitas mittere absque licentia* Proregis; *hodiè tamen non permittitur absq; dicta licentia, nu.55. nec sufficit licentiam petere, nu.56. & idem disponitur de iure Regni, & per litteras Suæ Maiestatis, nu.58. cuius verba referuntur, nu.59. sed alij dixerunt, quod quando licentia non iure fuerit denegata, tunc accessus non est prohibitus nu.60.*

57 *Licentia, quando requiritur ex aliqua dispositione, non sufficit peti, sed obtineri, nisi aliter à lege cautum sit.*

61 *Legatum mittire ad* Regem, *an sit expediens Ciuitati,* Prorex *discutere debet, & si possit ipse remedium adhibere petitionibus subditorum, & hoc etiam mandatur per litteras Suæ Maiestatis, cuius verba referuntur nu.62.*

63 *Legatus vt Canonicè dicatur Electus, decem requisita interuenire debent; ac etiam decretum Collateralis Cōsilij, per quod permittatur Ciuitati, sumptus in hoc erogare, nu.64.*

65 *Vniuersitas prudenter procedere debet in erogandis pecunijs Ciuitatis, & non debet voluntarias expensas facere, nu.66.*

67 *Ciuitas debet comparere in Collaterali Consilio, & petere interpositionem decreti, promittendo legato expensas facere; & referuntur exempla, nu.68.*

69 *Legatum ne mittatur per Ciuitatem, potest* Prorex, *& Collaterale Consilium mandare, ex causis, ne molestia* Regi *inferatur, & expensæ per Ciuitatem non fiant, nu.70.*

71 *Legatus ad* Regem *missus absque licen-*

Digitized by Google

tia Proregis, & debitis ſolemnitatibus non eſt admittendus, & ei denegatur audientia.

72 *Legatum, expeditum abſque debita forma, Rex moleſtum habet, & citò eum dimittit, & cum aliqua correctione.*

73 *Legato miſſo abſque licentia Proregis, & forma non ſeruata, an Deputati Ciuitatis puniendi ſint; & fuit practicata pœna relegationis per ſeptennium, n.77. & poſteà ordinatum, quod carcer cedat in pœnam, nu 78,*

74 *Mandati pœna quæ nàm ſit, nùm arbitraria, & quid ſi non ſit expreſſa, & quando ſit conſideranda inobedientia, & qualitas exceſſus, nu.75.*

76 *Pœna indignationis Principis, quæ ſit.*

79 *Legatus electus ad exponendum grauamina, per Proregem illata, an ſinè licentia Proregis ad Regem accedere poſſit; & afferuntur litteræ Suæ Maieſtatis, n.80, ſed an priùs debet peti licentia Proregi, num. 81. vel liberè poſſit Ciuitas legatum mittere, referuntur litteræ Suæ Maieſtatis, nu.82. Et caſus affertur, in quo legatus miſſus per Ciuitatem fuit carceratus in itinere, & per Regem excarceratus; nu.83.*

84 *Ciuitas non audens petere licentiam Proregi pro mittendo legato contrà ipſum; ſupplicauit Regem, vt poſſit deputare perſonam in Curia Regia pro ſuis negotijs nu.85. & mittere legatum pro quarimonijs, aduerſus Proreges, dandis, aut litteras ſcribere Regi, nu.86.*

87 *Scribere litteras Regi permittitur Ciuitati, pro rebus ei concernentibus; data priùs notitia Proregi; ſecus quando vult ſcribere querelas contrà ipſum Proregem; tunc licitum eſt, nulla data ei notitia, nu.88.*

89 *Legatum mittere Ciuitati permittitur, contrà Proregem, prauia licentia Suæ Maieſtatis, qui perpenſis cauſis, poteſt illam denegare, nu.90.*

91 *Litteras ſcribere Regi, Ciuitati permittitur pro rebus tangentibus gubernium ipſius, data notitia Proregi; ſecus ad porrigendas querelas contrà Proregem; in quo caſu non tenetur petere licentiam, & dare notitiam; & ſi vult mittere perſonam, an licentia ſit petẽda à Rege, referuntur litteræ Suæ Maieſtatis, nu. 92.*

93 *Legati miſſi, per Ciuitatem Regi pro querimonijs, exponendis contrà Proregem enumerantur, & quid ſi fuerint miſſi per Deputatos, nu.94.*

95 *Barones non poſſunt mittere perſonam ad Regem, pro negotijs tàm publicis, quàm priuatis pertractandis abſque licentia Proregis; nec etiam pro donatiuo, num. 96.*

67 *Vniuerſitates, burſam communem tenentes, non poſſunt congregari ſine licentia Principis, nec poſſunt legatum trãſmittere ad Regem abſque ordine Suæ Maieſtatis, nu.98. nec de publico aliquid ſoluere, etiam pro donatiuis tranſmittendis, referuntur litteræ Suæ Maieſtatis, num.99.*

Legatorum electio an & quando, quibus in caſibus, & qua præcedente ſolemnitate Ciuitati permittatur?

§. VIII.

1 PRincipi ſupremo, præcipuè regali diademate inſignito, peculiare eſt Oratorem deſignare, apud Regalem, vel Cæſaream Maieſtatem, vt eius negotia gerat, & mandatas res exponat, quandoque etiam, vt certum particulare negotium expleatur, Nuncius præfigitur, *tex. in l. Iulius, ff. ad leg. Iul. de vi public. Marc. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 24.*

2

3 Nihilominus Fideliſſima noſtra Ciuitas, vt ſubditorum vices, apud ſuum Monarcham Catholicum Hiſpaniarum Regem repræſentet, Oratorem deputat; ità *ex d. tex. in l. Iulia*, annotat *Marc. Ant. Surg. loc. cit*, & conferunt verba, quæ in priuilegio de anno 1581. cõceſſo Ciuitati Coſentiæ circumferuntur fol. 2. & in proprio caſu teſtatur *Caput. de regimin. Reipubl. cap. 7. §. 23. nu. 1. 2. & 3.*

4 Hinc eſt, quod Ciuitas Oratores, ſeù legatos eligere, & præfigere queit, ſi Rex Regnum hoc ſuũ, peteret, vt illi obuiam

euntes

euntes lætis acclamationibus ipsum recipiant, de eiusue aduentu congratulationes deferant, ità *tex. in l. sciendum, ff. de legat.* & expertum fuit in aduentu Inuictissimi Imperatoris Caroli V. in hanc Ciuitatem, cuius Imperatoris ingressus, & progressus, videre est, in capitulis Ciuitatis Neap. & in libro, quem edidit *Iulius Cæsar Capac.* nuncupatum *del forastiero fol.* 282.

6 Idemque est, si filius, vel filia Regis nostri, ad hoc Regnum accederet.

7 Proùt etiam, si soror nostri Potentissimi Regis veniret; nàm adhuc Oratores, seù Legati deputantur, quemadmodùm obseruatum fuit, quando Sereniss[i]ma Infanta Maria de Austria germana Regis nostri Philippi IV. nunc defuncti, nuptui tradita cum Sereniss[i]mo Rege Vngariæ, filio Diui Imperatoris Ferdinãdi de Austria, ad virum peregens, per hoc Regnũ transiuit, magno accedente Comitatu, vt tradit *Iudex Tasson. in pragm. de antefat. vers. 3. obs. 1. nu.* 45. qui nonnulla particularia, occasione huius transitus perhabita, tradit, & alia obseruat *Iul. Cæsar Capac. in lib. del forastiero fol.* 954. & inter

8 cætera refert, quod Oratores à Plateis designati vsque ad Ciuitatem Gaetę accesserunt, & reuerenter Sereniss[i]mam germanam coluerunt, & Ciuitatis nomine actus venerationis porrexere; & indè propè Ciuitatem nostram, ipsa Sereniss[i]ma Principissa accersita, obuiam ei iuerũt Domini Electi Ciuitatis; & cum ipsis as-

9 sidebat Dominus Hector Capycius Latro, qui dùm aduocationis munere tunc fungebatur, in Syndicum fuit adscitus; quorum interuentu, ingressus dictæ Sereniss[i]mę Principissæ fuit perhabitus, & co-

10 ram eius Sereniss[i]ma persona, Proceres Hispaniarum, tunc tempore in hac Ciuitate degentes, cooperto capite steterunt; proùt fuerunt Domini D. Aloysius Sanseuerino Princeps Bisiniani, D. Federicus

11 Columna Princeps Buteræ, D. Antonius de Leyua Princeps Ascoli, & D. Camillus Pignatellus Dux Montisleonis; & am-

12 plius ipsa Sereniss[i]ma Domina permisit, vt Domini Regentes, & Collateralis Cõsiliarij regalem manum deoscularentur.

13 Et ratio, quarè in aduentu germani nostri Catholici Regis Oratorum assecla porrigatur, est, quia ipse existimatur Rex in potentia, dùm ad Regna Hispaniarum Monarchiæ subiecta, tanquàm hereditaria succedere potest, ideòque ferè dicitur alter Rex, sic obseruat *Frater Ioannes Marcus Gubernator Christianus lib. 1. cap.* 30.

14 Quinimò in aduentu Proregis, adhuc destinãtur Legati, quemadmodùm idem expletur, in reditu eiusdem Proregis, si ex aliqua causa à Regno discederet; & postea reuertatur, ità *Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. cap.* 25. *n.* 18. vbi plura exempla glomerat. Antiquitus autem ipsi le-

15 gati obuiam ibant Proregi, vsque ad Ciuitatem Gaetæ, nàm illuc appellebant Vicereges; modo autem hic accessus obseruatur coarctatus, & vsque ad Ciuitatem Puteolorum, vel villam Locothetę, à vulgo dictam *Portici* occurrere solent, quibus in locis, adsidere consueuerunt noui Proreges, antequam munus nanciscantur, & hoc ex Regis mandato inductum, putat *Marc. Ant. Surg. de Neap. illustrat. cap.* 25. *num.* 15. Etenim ex loci pro-

16 pinquitate publicæ commoditati valdè consulitur, præcipuè, vt Vicereges ideſt prædecessor, & successor, possint se vicemutua visere; ac de Regni Statu, & his, quæ ad idem regimen spectant, differre, quo successor à decessore imbutus, faciliorem negotijs pertractandis, se se præbeat opportunitatem.

17 Et dictorum Oratorum munus est; congratulationum verba exprimere, ac literas exhibere, à Dominis Electis subscriptas, eidem Domino Proregi directas pro felici aduentu, & hoc idem ipsi Le-

18 gati gerunt, cum Viceregina, si secum appelleret, vt testatur *Iul. Cæsar Capac. in d. lib. del forastiero fol.* 406. dictique Lega-

19 ti, & si numero sex sint, scilicèt quinque ex quinque Sedilibus excerptis, & alter ex Platea Populari delectus, tamen vnus, ex nobilium cætu alloquitur, Legatus au-

20 tem Plateæ Popularis, licèt inter legatos coaptetur, vice autem loquendi nũquam fungitur, cum nobiles præferantur, *l. honor, ff. de muner. & honor. l. prouidendum, C. de postuland. l. 1. vbi Bart. ff. de alb. scribend. gl. in* §. *plebiscitum instit. de iure natural. Cassan. in catalog. gloria mund. p.* 8. *consid.* 7. *Caput. de regim Reipubl. cap.* 7. §. 23. *nu.* 6. *Marc. Ant. Surg. de Neap. illustr. cap.* 25. *n.* 29. *in fin.*

Digitized by Google

21 Verùm in aduentu Regis, nedùm Oratores deſignantur, vt diximus, ſed etiam expenſæ, pro itinere erogari debent; proùt patet de iure communi *in l. neminem 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. Innocent. in cap. non minus nu. 6. & 7. de conſecr. Eccl. vel Altar.* & concordat *conſtitut. Regn.* incip. *quamplurimum*, qua diſponitur, quod Barones ad Regis: Corredum tenentur,
22 & vaſſalli cõtribuere in huiuſmodi Corredo obligantur, Corredũ autem exemplificatur, in expenſis debitis, in itinere, vt declarat *Andr. in repet. dictæ Conſtit. in verb. Rex ſi vadit*, ſequitur *Iudex Taſſon. in pragm. de anteſat. verſ. 7. obſ. 1. nu.* 40. 41. *&* 42.

23 Legatorum autem electio, à ſex, vel quinque viris Sedilium conficitur, abſq; aliorum nobilium interuentu, vt firmat *Surg. d. cap. 25. nu. 15.*

Verùm ſi contigerit, legatum præfigere, vt Regem noſtrum adiret, vel Summũ
24 Pontificem peteret, vt ſupplices preces Ciuitatis deferret, tunc talis electio alio pacto celebratur, nàm coram Deputatis à Plateis Electis, vel pro obſeruantia Capitulorum, vel vt particulariter decernerent legati acceſſum, in vrna mittuntur nomina Sedilium; & cuius nomen priùs extrahitur, ex eo Sedili legatus præfigitur, perſona verò eligitur præcedentibus ſuffragijs eorundem Deputatorum, excepto autem illo, eius Sedilis, cui ſors cecidit, ſuper tali legati deſignatione, nàm ille Deputatus nullum ſuffragium adhibet. Quod autem, ex cæteris, maior pars decreuit, exequutioni demandatur, ità *Marc. Surg. de Neap. illuſtr. d. cap. 25. nu. 20. & ſeqq.*

25 Sed Platea Popularis licèt vocem actiuam conſequatur, paſſiua verò deſtituitur, ſemper enim ex nobilibus legatus eligitur, ità *Surg. d. c. 25. nu. 20. Reg. Tap. deciſ. 10. ſupr. Conſ. nu. 3.*

Hinc eſt, quod cum Platea Popularis ægrèferat, legationis honore nunquam
26 fungi, ideòque ſolet ſæpè ſæpiùs contradicere, ea de cauſa, quia talis electio publicæ vtilitati non confert, & quandoque excitare præſumit, ex populari cœtu eſſe eligendum alium legatum, vna inſimul cum nobili iturum, qua contentione orta, obſeruat *Surg. de Neap. illuſtr. cap. 25. nu. 20. in fin. &* 21. quod ſolent Domini Proreges, mandata penalia condere, nè ſe congregent pro cuitandis ſcandalis, & acceſſus inſuper legati impeditur.

Licèt enim, legatos decernere ad quin-
que Sedilia ſpectet, etiam vigore capitu-
27 lorum huius noſtræ Vrbis, quæ iamdiù in legem ſunt recepta, tamen de re tractatur publica, quamobrem intuendum eſt, an legatio vniuerſale contineat beneficium, ideò poteſt Platea Popularis illam oppugnare, vt toto *tit. ff. de popularib. action.* cenſet *Marc. Ant. Surg. de Neap. illuſtr. cap. 25. nu. 21.*

28 Legato autem, vel Oratori debent à regimine Inſtructiones aſſignari, illæque regiſtrari in libro deputato, ſuper hac materia, vt in futurum habeatur exemplum, dictaſque Inſtructiones perſcrutari omninò ipſe tenetur, vt cautum fuit per Regem Ferdinandum in anno 1509. *cap. 4. noſtræ Ciuitatis fol.* 37. & aduertit *Caput. de regimin. Reipubl. cap. 7. §. 23. n. 3.* idemque conſtat de iure communi, vt *in l. 4. §. fin. ff. de legation.* vbi inquit, vt plures quamternæ legati mittantur, & vt ordo in legationibus iniungendis ſeruetur.

29 Sed non poſſunt huiuſmodi munere fungi, qui iure poſtulandi carent, *l. 4. ff. de legation.* & obſeruat *Caput. de regimin. Reipubl. cap. 7. §. 23. nu. 24.* quod tamen intelligitur, non ratione dignitatis, ſed ratione ætatis, infamiæ, vel ſexus, *l. 1. ff. de poſtuland.* hinc dicit *tex. in d. l. 4. de legationib.* in arenam miſſum non iure
30 legatum eſſe, cum honor conſiſtat in adeundo Principem, & alias Illuſtres perſonas, quemadmodùm perſonæ turpes, minores, fœminæ, cæci, muti, aut ſurdi, à legationis exercitio deſtituuntur, ſic *tex. in l. 1. & toto tit. ff. de poſtuland.* & obſeruat *Caput. de regimin. Reipubl. cap. 7. §. 13. num. 5.*

31 Nunquid autem hoc legationis munus adipiſci queant Religioſi, & Eccleſiaſticæ perſonæ; & videtur negandum *ex tex. nimis claro in cap. ſed nec procuratores, ne Clerici, vel monaci*, quo cauetur,
32 vt non poſſint religioſi ſecularibus negotijs ſe immiſcere, concordat *pragm. vnic. de Eccleſ. perſon.* qua prohibetur
33 Clericis, militibuſque Hieroſolymitanis aſſumi ad officia adminiſtrationis iuſtitiæ,

ſtitiæ, & Ciuitatis, idemque exploratum eſt in Hiſpania *ex l.1.tit.3.lib.1.recompilat.* & notat *Couar.practic.cap.33.num.6.* & hoc in militibus Hieroſolymitanis procul omni ſcrupulo locum vindicat, *Franciſcus Marcus deciſ.479.num.4.& 5. Caball.reſol.crimin.caſ.64. Squillant.de priuileg.Cleric.cap.7. dub.3.nn.87. Reg.de Marin.reſol.cap.53.n.5. Dian.par.1.tract. 2.reſol.19.& par.4.tract.1.reſol.39.* latiſſimè *Epiſc. Sperell. deciſ. fori Eccleſ.* 21. *nu.64.* proùt non poſſunt ſeculares ad officia Eccleſiaſtica promoueri, *Duard. in bulla Cœnæ lib.2.caſ.5.queſt.21.num.273. Craſſ.de effect.Clericat. effect.1.nu.81. Bonacin.de legib.diſput.10. quæſt.2.punct.1. §.1.nu.24.*

34 Verum, contrarium nedùm patet, de iure prouiſum, ſed deciſione confirmatum; etenim iure eſt exploratum, vt poſſint religioſi, militeſq; Hieroſolymitani munus iſtud nanciſci, ità *Præſ.de Franch. deciſ.479. Marius Cutell. in tract. de immunit.Eccleſ.lib.2.quæſt.9.n.29. Reg.Tap. deciſ.10. Suprem. Conſil. nu.9. 10. & ſeq. Tex.* autem *in cap.ſed nec procuratores*, loquitur in exercitio procuratoris negotiorum ſecularium, in Tribunalibus; ſecus eſt
35 in legatione explenda pro patria, proùt etiam *prag.vnic.* ſupra relata, loquitur, in adminiſtratione bonorũ Ciuitatis, quo-
36 rum reſpectu poteſt dubitari, ne bona Vniuerſitatis vſurpentur, & ratione fori nequeant ab eis vindicari, ſicut idem eſt in adminiſtratione iuſtitiæ, vt conſiderat *Præſ.de Franch. deciſ.478.* quod ceſſat in munere legationis, quo nec exercitium iuſtitiæ, nec adminiſtratio bonorum continetur, ideòque pragmatica tanquam odioſa eſt reſtringenda, & non ampliandа, *cap.odia de reg.iur.in 6.*

37 Hinc eſt, quod licèt S.C. nullam declarauerit, electionem factam in perſonam D. Hieronymi de Gueuara, tãquam religioſi Hieroſolymitani, eumque non eſſe admittendum, ad explendum munus legationis apud Catholicã Maieſtatem decreuerit; tamen re plenius diſcuſſa, in Supremo Italiæ Conſilio, fuit cõtrarium pronunciatum, & decretum, quod dictus D. Hieronymus admittatur, vti legatus Ciuitatis, ſic teſtatur *Reg. Tap. deciſ.* 10. *Supremi Conſilij*; proùt hoc idem antiquitus expertũ fuit, nàm legationis munus exercuerunt, Frater Vincentius Caraffa eiuſdem Ordinis Hieroſolymitani, vt patet *in cap.Neap.fol.*133. Imò ad eiuſdẽ
38 muneris exercitium fuit aſſumptus P.Fr. Laurentius de Brundufio Cappuccinus, Pater Tarugius de Tarugi Congregationis Oratorij, vt teſtatur idem *Reg.Tap.d. deciſ.*10.*nu.*9.10.11.*&* 12. conferunt etiã alia exempla congeſta per *Iulium Cæſarem Capaccium in lib.del foraſtierof.*525. qui ait, quod idem fuit obſeruatum, in perſonam Patris Hieronymi Seripanni Monaci Ordinis S. Auguſtini, & Patris Pauli de Aretio Clerici Regularis, qui deindè ad purpuream dignitatem fuerũt euecti, & etiam in Antiſtites huius Ciuitatis viciſſim creati.

39 Et ab huiuſmodi legationis munere, nemo ſe excuſare valet, cum publicum ſit *in l.ſi quis decurio, C.de decurion.lib.*10. & poteſt quis ad illud explendum cogi, licèt à reſidentia excuſetur, *l.ſi quis*, §. *tandiù, ff.ex quib.cauſ.maior. Bart.in l.ab eo, C.vt quãdo Iudex, Affl.deciſ.*289. *Surg. de Neap.illuſtr.lib.*1.*cap.*25.*nu.*24. *Caput. de regimin.Reipubl.cap.*7. §.23.*n.*6.*in fin.*

40 niſi agatur de illo, qui à tali munere non vacauit per biennium, *l.*8.*in princ.ff.de legat. l.*12.*ff.de vacat. & excuſat.muner.*

41 Fulciũtur legati priuilegio, vt ſ.dicantur legitimè abſentes, & impediti cauſa Reipublicæ; ità vt non tenentur Procuratorem relinquere, & adiuuantur beneficio in integrum reſtitutionis, ſaltim ex cauſa generali, *Caroc.de locat.& conduct. par.3.tit.de reſtit. in integr. nu.*1. *Caput. de regimin.Reipubl.cap.*7. §.23.*nu.*8.

42 Et ſi fuerint capti ab hoſtibus, pretium redemptionis illis eſt exoluendum à Ciuitate, quidquid in contrarium dicit *tex. in l.inter cauſas*, §.*non omnia, ff.mandat.* loquens in Procuratore, legatus autem
43 dicitur explere munus publicum, & ſic officium neceſſarium exercet, proindè huiuſmodi pretio fraudari non debet, dummodò tale officium non affectauerit, ità *Præſ.de Franch. deciſ.*149.*nu.*1. *Petr. ad Gram.neciſ.*3.*nu.*7. *Pariſ.conſ.*159. *nu.* 30.*Caput.d.*§.23.*nu.*7.& amplius Legato ægrotanti debentur expenſæ, & ſumptibus Reipublicæ ſubminiſtrandæ ſunt, *Paris de Put.de ſyndicat.verb.nuncius, cap.*1. *nu.*5.*fol.*246.

44 Sed tenetur Legatus Regi occurrere, ipſo

Digitized by Google

ipſo non comperto in Regia Curia Madrid, eumque itinerantem proſequi, ità *Caſſiodor. lib.12. cap.18. Paris de Put. de ſyndicat.tit.de Regum exceſſib. cap.2.nu.6, Surg.de Neap.illuſtr.cap.25. nu.11.& 12. verſ.ſed allegatos*, & ità obſeruauit P.Fr.
45 Laurentius de Brunduſio Cappuccinus, qui Rege nõ reperto in Villa Madrid, vt ſuam legationem expleret, Regnum Portugalliæ petijt, vbi Rex commorabatur, ſed indè aduerſa valetudine præuentus deceſſit, nec quidquam peregit, vt refert *Capac.in lib.del foraſtiero fol.*525. neq; fa-
46 cit, quod ſubditi non tenentur quærere Regem, extrà Regnum, *l.ſed hæ perſonæ, ff.de procur. Camer. in cap.Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic.* ne ſubditi circuitu fatigentur, *l.final. ff. de bonor. poſſeſſ.contrà tabulas*; etenim ſubditorum
47 immenſum eſt deſiderium, adeundi Principem, illumq; videre, & ſeruire, eidemque ſubditorum vices repræſentare, cum placitus ſit eius coſpectus, *l.1. C.de public.lætitia lib.10.*
48 Et Princeps debet gratuitam audientiam legatis præſtare, *auth. depoſito in princip.l.lecta, ff.ſi cert.petat.* ac faciliter apud eum ſubditis acceſſum præbere, nàm alioquin æſtimatur Princeps, tanquam fons aquæ præcluſus, cum oporteat vultum ſuum ſubditis oſtendere, *Paris de Put.de ſyndicat. tit.de Reg. exceſſib. cap.2.num.6. Surg.de Neap.illuſtr.cap.25. nu.11.& 12.verſ.ſed allegatos.*
49 Sed ſalarium, quod Legato debetur, de publico Ærario ſubminiſtrari debet, proùt reliquæ expenſæ *Surg.de Neap. illuſtr.cap.25.nu.19. Caput.de regimin.Reipubl.cap.7.§.22. nu.13.& 16. Montan. in prag.1.de adminiſtr.Vniuerſ. nu.48.* & ità
50 fuit obſeruatum in Oratoribus obuiam euntibus Sereniſſimæ Reginæ Vngariæ, quibus fuerunt ſoluti de pecunia publica duc.500. per quemlibet, idemque expertum in anno 1659. quo tempore, permiſſu Excellentiſs. Domini Comitis de Pegna-
51 randa, fuit in legatum adeptus Dominus Dux Sancti Ioannis apud Regem noſtrum; cui legato fuerũt ſoluti duc.6000. pro expenſis itineris, ac prouiſum, vt in Villa Madrid ei ſoluerentur ducati 400. quolibet menſe.

Quinimò huiuſmodi ſalarium legato debitum eidem eſt præſtandum, vſque ad diem, quo patriam regreditur, nàm eatenus dicitur inſignia legationis deponi, *l.fin. ff. de offic.Proconſ. Brunell.de dignit. & poteſt.legat.concl.9. verſ.1.* dummodò non appareat de alia contraria voluntate Ciuitatis, vel Principis, mittentis legatum, & hoc itidem deciſum extitit; dùm Dominus Comes de Ognatta ſubſtinuit munus legationis in Vrbe, apud Summũ Pontificem, pro parte Inuictiſſimi noſtri Regis, nàm ſuppoſuit, ſalarium ipſi deberi, vſque ad tempus reditus ad Curiam Regis, in Villa Madrid, vt teſtatur *Reg. Rouit.deciſ.76.*
52 Nunquid autem defuncto Legato, electo à Deputatis, à Plateis creatis, pro huiuſmodi electione, poſſint ipſi Deputati alium deligere, vel virtute primæ electionis confectæ expirauit mandatum electionis à Plateis tributũ, vulgato *tex. in l.boues, §.hoc ſermone de verb.ſignific.*
53 Hic articulus euenit excitari, in electione facta à Deputatis, in perſonam Ioannis Franciſci Spinelli ob ſequutum obitum Fr. Laurentij de Brunduſio, deceſſoris legati, canonicè electi, dictiq; Spinelli electionem futilem eſſe efflagitauerat Ioannes Thomas Coſſa, dum degebat in Curia Madrid nomine plurium Procerum huius Regni, & ſupponebat, huiuſmodi legationis adimplementum prædicto Ioanni Franciſco impedire, etiã poſt porrectas litteras credentiales Suæ Maieſtati, ſed articulus non fuit deciſus; tamen indè ſuperuentis quibuſdam occaſionibus, noſtrę Ciuitati, tempore, quo Regnum moderabat Dominus Dux Oſſunæ, fuit dictus Ioannes Franciſcus canonicè, in legatum confirmatus, vt refert *Reg.Tap. deciſ.10. Suprem. Conſil. nu.12. verſ.defuncti.*
54 Nunquid autem huiuſmodi legationis onus apud Regem noſtrum explicari valeat, nullo præcedente Domini Proregis permiſſu.

Et prima fronte videtur affirmandum, nàm vaſſallis prohiberi nõ poteſt, ne eant ad ſuum Regem, *Lucas de Penna in l.1. C.vt nem.ad ſuam patr.lib.11.& in l.quicumque eod.tit. Paris de Put. de ſyndicat. tit.de exceſſ.Baron.cap.2.* & qui eos prohibuerit, in Maieſtatis crimen incurrit, *Minad.in conſtit.Regn.in aliquibus.*

Nihilominus hodiè nequaquam hoc fieri

Digitized by Google

55 fieri queit, sed licentia Proregis requiritur, vt probatur de iure communi, nàm nemini licet ad Principem accedere, nisi prius ab eo, qui eius vices gerit, licentia petita, & obtenta fuerit, *l. penult & final. C. de legation. lib.* 10. *l. si quis decurio la prima, C. de decurionib. lib.* 10. *§. si tibi quoque, vers. aliqui, authentico de mandat.*

56 *Princip.* Nec sat esset licentiam peti, sed oportet, quod omninò obtineatur, ità *Philipp. Franchus in cap. si religiosus de elect. in 6.* vbi dicit, quod quando in ali-

57 qua dispositione de licentia fit mentio, intelligitur regulariter, quod sit petita, & obtenta, & nunquam per tacitum consensum concessa intelligi potest, nisi in casibus, vbi aliter à lege cautum esset, vt firmarunt *Archidiacon. & Io: Andr. in cap. si Abbatem de elect. in 6. Alex. in addit. ad Bart. in l. si cum plures, ff. de aqu. pluu. arcend.* & ità *ex Tacito lib.* 10. refert *Carol.*

58 *Paschalis de legat. cap.* 13. & respectu Regni Neap. sic affirmant *Minad. in constit. Regn. in aliquibus in verb. Comitum, & Baronum n.* 55. *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de abundant. Ciuitat. §. 7. num.* 1. *Reg. Reuert. decis.* 500. *in princ. Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 24. qui refert tenorem literarum Maiestatis Philippi II. directarum Domino Principi Petræ Persiæ, tunc Regni Proregi sub die 4. Decembris 1579. quibus mandatur, quod non impediatur fidelissimæ Ciuitati Neap. habere recursum ad Regem, semper, & quando se offert causa sufficiens ad hoc faciendum, dummodò primo loco adeat Proregem, & petat licentiam, vt debitus honor tribuatur suę authoritati, quia dictam licentiam dicti Proreges non negabunt, & idem sequuntur *Reg. Tap. decis.* 10. *Supr. Consil. num.* 4. *vers. sed vltrà, Iudex Tasson. in pragm. de antefat. vers.* 3. *obser.* 3. *nu.* 10. *August. Caput. de regimin. Reipubl. cap.* 7. §. 23. *num.* 1. *&* 2. Et verba dictarum litterarum Suæ Maiestatis sunt hæc.

59 YQuanto a lo primero podreis dàr a entendera essa nuestra fidelissima Ciudad, y Reyno, que nunca hasido, ni es de nuestra mente, y intencion estoruar, que mis vassallos especialmente los de esse Reyno, de cuia fidelidad, y seruicios tenemos tanta satisfacion, no tengàn recurso a nos, siempre que se ofreciere causa vastante, por la qual conuenga hazerlo. *Et paulo post.* Aunque en tal caso es nuestra voluntad, que primeramente hayan de acudir à vos, en vuestro tiempo, ò al Virrey, que adelante estuuiere, en esse Reyno, como à quien representa nuestra persona, y pedirle licencia por la quenta, que es iusto se tenga con su autoridad, pues ni vos, ni los que despues vinieren, no se la negaran.

60 Vndè pro constanti asseuerat *Reg. de Pont. loc. cit. de potest. Proreg. §. 7. nu.* 1. non posse Ciuitatem Neap. legatos ad Regem mittere inconsulto Prorege, & confirmat authoritate *Io: de Platea, & Rebuf.* sed idē *Reg. de Ponte* deindè *n.* 3. ait, quod quando licentia fuit petita, & non iure denegata, tunc accessum nō esse prohibitum, subdit, quod non sequor, nàm adeò Rex noster deputauit Proregē in Regnis suis, cum amplissima facultate omnia faciendi, & gratias concedendi, etiam ex *cap.* Papæ Honorij, ne fraudarentur subditi hac potestate, & vassalli fatigati ad eum accedere cogerentur, *l. fin. ff. de bonor. possess. contr. tab.* Imò Ciues Neap. pluries Cæsarem supplicauerunt, vt eandem, quam ipse habebat potestatem, Viceregi tribueret circà gratias, indulgentias, & iustitiam administrandam, vt in. *cap. Ciuitatis Neap.* aduertit *Marc. Ant. Surg. de Neap. illustr. cap.* 25. *nu.* 12. *in fin.*

61 Ideò tenetur Dominus Prorex discutere, an expediat Ciuitati, legatum mittere, quia si ipse Dominus Prorex potest remedium adhibere subditorum petitionibus, hoc facere debet; sin secus, ad Principem remittere tenetur, ità probat *tex. in l. penult. C. de legation. lib.* 11. *Reg. Tap. decis.* 10. *Supr. Cons. num.* 5. *in fin. vers. sed quoniam*; & hoc in specie mandant verba Regiarum litterarum de anno 1579. quorum tenor transscribit *Surg. de Neap. illustr. d. cap.* 25. *nu.* 24. *in fin.* his verbis.

62 QVe quando fuere sobre cosas tocantes al beneficio de esse Reyno, ò de la Ciudad, den tambien primo quenta de ello al Virrey, paraque si el viere, que es cosa, que con cumunicacion del Consejo, y embiando nos los memoriales con su parezer, lo puede remediar, lo aga assi, y escuse a la Ciudad,

Digitized by Google

y Reymò el gaſto de embiar perſona à ſu coſta, mas que ſi fuere coſa, que parezca conuenir, repreſentar nos la con perſona propria, que aſſi miſmo en tal caſo el Virrey ſe le conſentira.

63 Prædictis quoq; apprimè faciunt, quæ de iure communi ſtatuta ſunt; nàm vt legatus canonicè electus dicatur, decem expoſcuntur; nimirum Primò, vt electio fiat in loco publico, ob communem vtilitatem Prouincialium. Secundò, vt fiat à maiori parte, & firment authoritatem, Tertiò, vt Vniuerſi Curiales in Curia conueniant. Quartò, vt decreta propria ſubſcriptione roborentur. Quintò, vt adſit cauſa, de qua conſulere volunt. Sextò, vt Præfecto, ſeù Prouinciæ Præſidi inſinuetur. Septimò, vt eius relatione à Præfecto Prætorio perpenſa legitimè res decidatur, *tex.* eſt *in l. ſi quid, & l. fin. C. de legation. lib.* 10. quamobrem inter præcipua requiſita eſt Domini Proregis permiſſus, qui ſucceſſit in locum Præſidis Prouinciæ.

64 Et amplius concurrere debet decretũ Collateralis Conſilij, quo permittatur Ciuitati ſumptus erogare, in huiuſmodi legationis exercitio; etenim de iure ad-
65 miniſtratores Vniuerſitatis, vti tutores debent, cum prudentia procedere in erogandis pecunijs Ciuitatis, vt *l. tutor* 28. *ff. de adminiſtr. tutor.* & facere ſumptus, boni viri arbitrio, *l. Titium* 98. §. *quantũ*,
66 *ff. de adminiſtr. tutor.* & non debẽt voluntarias expenſas facere, *l. ſi ſinè* 33. §. *interpoſito, ff. de adminiſtr. tutor.* proindè requiritur decretum Iudicis, quod expedirat Vniuerſitati huiuſmodi impenſarum erogatio, *Plot. in repetit. l. fin. de in litem iurand. Capyc. deciſ.* 93. *nu.* 4. & requiritur Regius aſſenſus *DD. in l. fin. C. de vẽdend. reb. Ciuit.* & latè fundat *Auguſtin. Caput. de regim. Reipubl. cap.* 7. §. 4.

67 Hinc praxis inoleuit, quod data licentia per Proregem mittendi legatum, cõparent Deputati nomine Ciuitatis in Collaterali Conſilio, & petunt interponi decretum, quod expedit legatum mittere, & expenſas facere pro cauſa expreſſa; & tunc legatus licitè tranſmittitur, vt deſumitur ex verbis dictæ litteræ Catholicæ Maieſtatis, ibi: *que con comunicacion del Conſejo, y embiando nos los memoriales.*

68 Et ſic obſeruatum fuit tempore, quo Regnum regebat Dominus Dux de Alcalà. Idemq; practicatum in anno 1659. quo Regnum moderabat Excellentiſs. Dominus Comes de Pegnaranda, nàm eius permiſſu, & Collateralis Conſilij decreto, fuit in legationis munus aſſumptus à Ciuitate noſtra Dominus Dux Sancti Ioannis, qui deindè habito acceſſu in Curia Madrid, illud expleuit apud Regem noſtrum Philippum IV. eique exhibuit donatiuum elargitum à Ciuitate noſtra ducatorum biſcentum mille, vt bellicis occaſionibus occurreret, deprecatuſq; fuit eundem Supremum Monarcham, vt exercitium iuriſdictionis crimi. naiis, abrogatum tempore Præſidatus D. Comitis de Ognatte, conferret, & reintegraret,

69 Poteſt autem Dominus Prorex, cum voto Collateralis Conſilij perpenſis cauſis huiuſmodi legationis prohibere Ciuitati, eiuſque Deputatis, vt legatum non mittant, & legato electo indicere, vt non accedat ad Regiam Curiam *ex l. ſi quis decurio la prima, C. de decurion. lib.* 10 cuius meminit *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. lib.* 2. §. 7. *nu.* 2. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 252. *& Reg. Tap. d. deciſ.* 10. *Supr. Conſil. verſ. quò ad tertium in fin.* qui addit *textum in* §. *ſi quis, auth. vt differen. iudic.* & *Surg. de Neap. illuſtr. d. cap.* 25. *num.* 21. Regulariter enim euitanda eſt
70 miſſio legati ad Regem, ne per legatum, moleſtia Principi inferatur, & expenſas de publico non fiant; propterea multoties per Collaterale Conſilium fuit reſolutum, eſſe hoc onus mittendi legatos excuſandũ; vt aduertit *Surg. de Neap. illuſtr. d. cap.* 25. *nu.* 21. *& 29. circà medium.*

71 Verumtamen ſi legatus procul Domini Proregis venia, & interuentu relatarũ ſolemnitatum, ad Regem acceſſerit, ei venit deneganda audientia, cum actus dicatur nullus, dùm legitimè non fuit confectus, *Minad. in conſtit. Regn. in ali. quibus verb. Comitum, & Baronum nu.* 55. *Marcus Ant. Surg. de Neap. illuſtr. cap.* 25. *nu.* 21. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de abund. Ciuit.* §. 7. *nu.* 2. & confert *tex. in* §. *ſi tibi in fin. auth. de mandat. Princip.* & obſeruat *Reg. Tap. deciſ.* 10. *Supr. Conſil.*
72 *verſ. quòad tertiam.* Cæſares namque, & Reges, legatorum acceſſum, præter tradi-

cam

Digitized by Google

tam formam molestum habent, proindè citò sunt admittendi, *Cassiodor. var. lib. 7. cap. 33. Surg. loc cit d. cap. 25. num. 24. vers. nec immeritò*, quemadmodùm si legatus iniustum petat, tùnc ei responsum non dabitur, & dimittitur aliqua intercedente correctione, ità *ex tex. in § tibi quoq; auth de mand. Princip.* aduertit *Surg. loc. cit. nu. 21. vers. sin autem.*

73 Vtrum autem hoc in casu, coercendi sint Deputati Ciuitatis, si legatum ad Regem miserunt, huiusmodi licentia Domini Proregis neglecta.

Accidit casus iste discuti cum Nobilibus Sedilis Nidi, qui constituerunt sex Deputatos, vt à Prorege veniam obtinerent ad finem destinandi personam, quæ ad Catholicam Maiestatem se conferret, vt tractaret aggregationem aliquorũ nobilium benemeritorum ad idem Sedile, proùt fieri solitum erat, porrectisque precibus, nullauè obtenta, nec denegata licẽtia, fuit destinatus Ferdinandus Carafa, quod Dominus Prorex ęgrè ferens mandauit, vt contrà Deputatos prędictos criminaliter procederetur; vndè capta informatione, & instructo processu fuit dubium, qua pœna Nobiles illi venirent plectendi, & dicebatur, quod quando lex aliquid imperat, nec pœna aliqua imposita reperitur, arbitrariam esse pœnam, dixerunt *Glos. Bald. Aret. & Iacob. de Beluit. in l. nemo martyres, C. de Sacros. Eccl. & Bal. in l. legis virtus, ff. de legib.* dicit posse esse locum supremæ pœnitentiæ; & sic pœnæ capitis *per tex. in l. penult. C. de vestib. olober. lib. 11.* & alibi pœna exilij, *l. fin. C. de fund. limitr. lib. 11.* & interdũ sat esse malefacti correctionẽ,

74 §. *adscripto, auth. de nupt.* quibus additur, quod si in mandato minima pœna determinata est, illa incurritur, & non alia; quia species magis quam genus attendi debet, & quod pro leui contemptu grauis pœna imponi possit, dubitandum non est, vt nullum peccatum sit adeò paruum, quod propter inobedientiam maius non fiat, §. *considerantes, auth. vt omnes obed. Iudicib.* tamen pœnam esse arbitrariam concludit *gl. in d. l. nemo martyres, C. de Sacros. Eccl. & Felin. in cap. 1. de maior. & obed. & Aff. in proœm. const. Regn.* vbi no-

75 tabiliter tradunt, quod quãdo mandato pœna determinata non est, dicetur arbitraria, ità vt vsque ad mortem deueniri possit; dummodò excessus qualitas hoc suadeat; & proindè sequitur dictos nobiles Deputatos, verè arbitraria pœna coercẽdos esse, quia nulla pœna videtur præscripta in dictis iuribus, & licèt *tex. in d. l.*

76 *si quis decurio*, præscripsit pœnã indignationis Principis, quæ etiam in arbitrium Principis remittitur *ex dict. gl. in l. nemo martyres cum DD. supra ciratis*, ideò ex quatuor votãtibus, vnus censuit, quod relegentur per quinquennium, salua prouisione facienda, eo tempore elapso, si honoribus dicti Sedilis priuari deberent, alter fuit voti, forè illos relegandos per triennium, & quod priuentur in perpetuum voce passiua dicti Sedilis; alij verò

77 duo, quod per septennium relegarentur absque alia pœna, & reseruatione, sicque sententia prodijt; quo verò ad alios nobiles carceratos, ex eo quod pecuniam soluerant pro expensis dicti D. Ferdinan-

78 di, fuit prouisum, quod carcer cederet in pœnam, vt refert *Reg. Reuert. decis. 500.* & quod possint Deputati puniri pœna arbitraria, probat etiam *Surg. de Neap. illustr. cap. 25. nu. 21.*

Verum enimuerò ad limitationem supraposita conclusionis animaduertendũ

79 est; vt in casu quo legatus eligitur, ad hoc vt exponat grauamina per Proregẽ illata; tunc licèt Prorex Inuictissimus, & prudentissimus sit, hoc tamen semper ægrè feret, & licentiam negare solet, ideò sufficit licentiam petere, quæ à Domino Prorege non potest denegari; proùt fuit rescriptum per litteras Catholicæ Maie-

80 statis Philippi II. & per prouisiones Supremi Cõsilij Italiæ de anno 1579. cuius hæc sunt verba. *Y vltimamente que quãdo el embiar persona fuere para quexarse del Virrey (aunque esperamos) que los que embiaremos en vuestro lugar à esse Reyno, seran tales, y gouernaran de manera, que no den causa de quexa iusta, tambien en este caso pidiendole la dicha licencia, se le dará*; & sic de iure notant *Surg. de Neap. illustr. cap. 25. nu. 24.* exponit tenorem litterarum *fol. 271. vers. y quanto al primero in fine, Reg. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de abund. Ciuit. §. 7. in princ. nu. 5. & 10. Reg. Tap. decis. Supr. Cons. 10. nu. 6. vers. fuit tantùm, Reg. de Marinis in obseru. ad decis. Reg. Reuert. 500.*

Digitized by Google

Verba tamen illa in dictis litteris, *pi-*
81 *diendo la licencia ſe le dará*, ſecundum aliquorum interpretationem, non impor. tant Proregi neceſſitatem licentiam concedendi, vt teſtatur *Surg.de Neap.illuſtr. d.cap.25. nn.24.in fin. verſ.ex quibus litteris*; ideò vt ambiguitas remoueatur, iterum ſupplicauit Ciuitas Maieſtati Phi. lippi III. vt Proregibus mandaretur, nè impoſterum impedirent legatos à Ciuitate mittendos; ſed liberè liceret mittere in caſu prædicto, petita tantùm licentia, & per Suã Maieſtatem in anno 1600.
82 per hæc verba fuit reſponſum: *Sobre lo qual tengo por bien, que ſe guarde preciſamente lo ordenado, por la aicha carta del año 1579. y que quando eſſa Ciudad quiſiere embiar perſona en los caſos, que por la dicha carta le es permitido, pida primiero licencia con memorial, y el deuido reſpeto, y miramiento, como ſe dice en el preinſerto capitolo, que trata de la licencia de poder eſcribir, y precediendo eſto es mi voluntad, que en ninguna maniera ſe les niegue, antes ſe le permita el poder embiar perſona en el caſo, y para el efecto, que eſta dicho*; vt teſtatur *Reg.de Pont.d.§.7. n.10. & Reg.Tap. d deciſ.10 nu.6. in fin. Iudex Taſſon. in prag de anteſat. verſ.3.obſer.3. n.29. Reg.de Marin.in d. dec. Reuert.50.*

Hinc authoritate p̃dicti reſcripti fuit deciſum ſufficere licentiam petere, licèt
83 non obtineatur, & ità pronunciatum extitit occaſione legati miſſi ad Suam Maieſtatem, tempore quo Regnum moderabat Dominus Comes de Oliuares; nàm D. Octauius Tutauilla legatus electus, qui abſq; licentia, & litteris Proregis diſceſſit, licèt Prorex illum carcerare feciſſet in Ciuitate Barcinonæ; tamen Rege iubente fuit à carceribus liberatus; ſic refert *Reg.de Pont.de poteſt Proreg.in d.tit. de abundant.Ciuitat.§.7.nu.10. Reg.Tap. d.deciſ.10.nu 7.*

84 Sed poſtmodùm Ciuitas noſtra perpendidit, quod nemo audebat prædicta coram Domino Prorege attentare, dictamque licentiam poſtulare, ad hoc, vt contrà eius perſonam querimonia exponerentur, ob reuerentiam ipſi inſitam, & ob timorem, quem eius præſentia incutit. Ideirco noſtra Ciuitas, vt ſuæ indemnitati conſuleret, ſupplices preces mediãte perſona D. Hieronymi de Gueuara, ad hoc ſpecialiter deſignata porrexit Maieſtati Regi noſtri; vt ſcilicèt liceret
85 deputare perſonam in Curia Regis, qui negotia Regni, & Ciuitatis ageret, & etiã vt permitti curaret legati miſſio, liberè
86 nulla requiſita venia, ad inſinuandum querimonias aduerſus Proreges, forſan porrigendas, aut ſcribere litteras Regi; vndè re diſcuſſa in Supremo Italiæ Conſilio, Regio annuente iuſſu fuit reſcriptũ;
87 vt quotieſcumque voluerit Ciuitas litteras ſcribere, & Regi dirigere, pro rebus concernentibus negotia Ciuitatis ad eius bonum regimen, liceat hoc facere, data priùs notitia Domino Proregi; ſed quan-
88 do voluerit ſcribere, exponens querelas contrà Dominum Proregem, liceat agere nulla petita licentia, neque data noti-
89 tia, quando verò voluerit legatum mittere contrà Dominum Proregem; tunc petatur licentia Suæ Maieſtati, qui penſatis cauſis, & neceſſitate concurrente, ſi iuſtam reſpiceret, illam concederet, ſi
90 ſecus eam negauerit, vt expenſæ euitentur, ſic fatentur, *Reg.Tap.deciſ.10. Supr. Conſ.nu.7. Reg.Sanfelic. in prax.iudicial. ſect. 15.* & conſtat ex verbis litteræ Suæ Maieſtatis expeditæ ſub die 10. Septembris 1617. cuius verba hæc ſunt.

ILluſtre Duque primo nueſtro, hauiendo viſto, lo que me eſcribiſteis ſobre la pretencion, que eſſa mi fideliſſima Ciudad de Napoles tiene de poderme eſcribir, ò embiar perſona à quexarſe de mis Virreyes, quando reciuiere de ellos algunos agrauios, ſin que ſea obligada a pedirles antes licencia para ellos, y conſiderando el amor, y fidelidad, con que me ha ſeruido, y ſirue en todas ocaſiones, y la razon, que hai de dar ſatisfa-
91 cion à tan buenos, y fieles vaſſallos, he acordado, que ſiempre que la Ciudad tuuiere neceſſidad de eſcribirme ſobre coſas tocantes à ſu buen gouierno, lo pueda hazer, dando primero quenta à mi Virrey, cõforme à las ordines, que acerca de eſto eſtan dadas, però que en caſo, que queſiere eſcribirme ſobre quexas, ò agrauios de mis Virreyes, lo pueda hazer libremente, ſin tener obligacion de
92 pedirles licencia, ni darles cuenta de ellas, y que queriendo embiar perſona ſobre lo miſmo, me haia de pedir à mi la dicha

Digitized by Google

dicha licencia, à fin que ſauidas las cauſas pareciendo iuſtas, ſe les conceda, y no lo ſiendo ſe eſcuſe el gaſto, que habria de hazer en eſto, y a ſi ſe lo podreis declarar en mi nombre, paraque ſepa de la manera, que ſe habra de gouernar en las ocaſiones, que ſe ofrecieren. De Madrid à 10. de Setiembre 1617.

93 Prætereà hoc idem obſeruatum fuit annis non tàm longè decurſis, in quibus Ciuitas nonnullos deputauit legatos, vt quærimonias huiuſmodi exprimerent, & Regiam allectionem gratam ipſi legati meruerunt; ità ſucceſſit in Marchione Padulæ, & Octauio Tutauilla; vt teſtatur *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. d. tit. de abūdant. Ciuit. §. 7. nu. 9.* & in anno 1619. in perſona Patris Laurentij de Brunduſio Ordinis Cappuccinorum, & Patris Tarugij de Tarugio Congregationis Oratorij fatentur *Reg. Tap. d. deciſ. 10. Supr. Conſil. nu. 8. verſ. & cum, & Iudex Taſſon. in prag. de anteſat. d. verſ. 3. obſ. 3. nu. 29.*

Hinc tamen nota, quod in anno 1623. quo tempore fuit electus dictus Pater
94 Tarugius de Tarugio Congregationis Oratorij, ille primo loco non fuit admiſſus, quia non fuit miſſus à Ciuitate, ſed à Deputatis, vt Suæ Maieſtati exponeret neceſſitatem Ciuitatis, fuit poſteà admiſſus ad exponendum Suæ Maieſtati quædam grauamina; quia deindè per Plateas nobiles Ciuitatis extitit concluſum, vt litteræ ad ipſum darentur continentes, vt exponeret Suæ Maieſtati, quæ in mandatis dabantur; ſed poſt eius aduentum in Ciuitate fuit à Tribuno populari, oppoſitum, & cõtrouerſum non fuiſſe ritè admiſſum, & commiſſa cauſa in S. C. non fuit articulus deciſus, notat *Reg. Tap. d. deciſ. 10. nu. 12. in fin.*

95 Barones autem, ac titulo decorati non poſſunt mittere ad Regem perſonam pro eorũ negotijs pertractãdis, ſiue publicis, aut priuatis, abſque licentia Proregis, ne-
96 que etiam pro donatiuo illi offerendo, vndè abſq; litteris Proregis talis perſona diſcedere nequit, *Bal. in l. 1. ff. quod quiſque Vniuerſ. nomin. ex reg. tex. in l. 3. & final. C. de legation. lib. 10.* nàm illud quod per Proregem expediri poteſt, non eſt à Rege petendum per nuncium, ſiuè legatum, *Minad in conſtit. Regn. in aliquibus nu. 55.* & pari modo omnes communita-
97 tes burſam communem tenentes, non poſſunt congregari ſinè Principis licentia, *Caſſan. in catalog. glor. mund. par. 5. conſid. 196.* & prædicta concludunt *Surg. de Neap. illuſtr. cap. 25. nu. 22. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 4. cap. 13. num. 215. & Capiblanc. de Baronib. prag. 10. nu. 60.*

Idemque patet ex litteris Suæ Maieſtatis expeditis ſub die 24. Decembris 1621. tranſcriptæ *in prag. 7. de muner.* vt pro donatiuis, quæ fiunt Suæ Maieſtati
98 in hoc Regno, non poſſit accedere legatus ad Suam Maieſtatem, abſque ordine particulari Suæ Maieſtatis, & ſi acceſſerit, nihil ſoluatur de publico, *Reg. Sanfelic. in addit. ad diſputationem de donatiuo tempore veli in 2. tom. deciſ.* & verba dictarum litterarum ſunt, v3. *Y porque de venir à quì perſonas particulares con los donatiuos, ſe ſiguen algunos inconuenientes, y gaſto de eſſa Ciudad; es mi voluntad, y mando, que ſe eſcuſe eſto de aquì adelante, y que en caſo, que venga alguna perſona con los dichos donatiuos, que non ſe les dè nada per quenta del Reyno, ſin orden particular mia.*

De nullitatibus excitandis, vel remouendis aduerſus electiones à Sedilibus peractas.

§. IX.

SVMMARIVM.

1 *ELectiones Platearum abſque nullitate procedi debent; & ſi nullitates proponantur, iudicandæ ſunt à S. C. nu. 2.*

3 *Platearum Congregationes, ſeù Concluſiones vetari poſſunt à S. C. vt nihil innouetur iuſta ſuadente cauſa.*

4 *Electio facta à maiori parte Platearum, non vocata certa perſona, quæ vocari debebat, nulla eſt.*

5 *Electio facta per Plateam dicitur nulla, quando duo ex ſex nobilibus diſceſſerunt à conſeſſu tumultuantes nullita-*

Digitized by Google

tem electionis ; aut vnus infuerit , qui detemptus erat domi cum mandato pœnali, nu.6.

7 *Electio in Sedili eſt nulla,ſi ſuffragium præſtiterunt conſanguinei perſona electa.*

8 *Electio in Sedili eſt nulla , ſi fuerit denegatus ingreſſus vni ex nobilibus, qui pulſauit ianuam , & non fuit admiſſus.*

9 *Suffragium ſi non præſtitit , qui eſt præſens in conſeſſu in Sedilibus , dicitur nulla electio ; & ratio eſt, quia eius dictum poterat alios ad ipſius ſententiã trahere,nu.10. & referuntur exempla, nu.11.*

12 *Ingrediendi facultatem habens , ſi antè ianuam ſit , habetur pro ingreſſo,*

13 *Ingredi impeditus in cœtu Nobilium,non ſolùm ſi à toto cœtu , ſed etiam ſi ab vno impediatur,nullam reddit concluſionem Nobilium.*

14 *Iuramentum præſtandum eſt à Nobilibus Platearum antè concluſiones faciendas, & de eius forma.*

15 *Forma data in certis actibus,illa ſpreta, actus annullatur , nec ex conſenſu partium conualidatur, n.16.*

17 *Statutum , ſiuè lex præſcribens certam formam in actibus faciendis cum clauſula decreti irritantis non obſeruata forma actus , redditur nullus , & dictæ nullitati renunciari nequit ex cõſenſu partium. nu 18.*

19 *Clauſula, decreti irritantis, actum inutilem reddit.*

20 *Officia duo annalia in Sedilibus non poſſunt eodem tempore ab vno nobili exerceri.*

21 *Officium idem Nabili Platearum non poteſt conferri , niſi elapſo biennio, & ad aliud elapſo anno; & de ratione.nu.22.*

23 *Beneficia duo quis eodem tempore obtinere non poteſt.*

24 *Aloyſij Mariæ Macedonij Regij Conſiliarij laudes.*

25 *Platearum Concluſiones non exequuntur, ex inhibitione S. C. quando aliqui Nobiles proponunt nullitates ipſarum. Et ſex Nobiles illius Sedilis poſſunt cõparere pro validitate concluſionis,n.26.*

27 *Iuramentum exigendum à ſex Nobilibus Platearum præſtitum pro prima vice tempore poſſeſſionis, non reiteratur in ſingulis actibus.*

28 *Lex vſu non recepta vim legis non habet, nec præſumitur recepta ; niſi probetur, nu.29. & alleganti eſſe receptam,transfertur onus probandi,nu.30.*

31 *Lex vt dicatur contrario vſu abrogata, quatuor requirruntur;alij dixerunt vnũ requiri,nu.32.*

33 *Officia duo compatibilia eodem tempore quis exercere poteſt, & vtrumque ſalarium conſequi poteſt, nu. 34. & idem ſi vnum tantùm officium habeat in commendam,& aliud in titulum,nu.35.*

36 *Officijs duobus,collatis in vnam perſonam, ſi ſint incompatibilia , poteſt Electus vnum reſpuere, & aliud retinere.*

37 *Beneficium primum, perſonatum habens, ſi de alio ſimili prouideatur, vacare dicitur primum , & ſi ambo retinere contenderit, etiam ſecundo priuabitur.*

38 *Deciſio cauſæ validitatis electionis factæ in perſonã Antonij Mariæ Origlia in officio Electatus Ciuitatis Neap.refertur.*

De nullitatibus excitandis,vel remouendis aduerſus elections à Sedilibus peractas.

§. IX.

1 ELectiones ad munerum noſtræ Ciuitatis regimen,quæ à Plateis explẽtur, vt effectum ſortiantur, omni nullitatis labe carere debent , nàm ſi aliquod nullitatis vitium eniteant , irritas forè cenſentur ; Cumque huiuſmodi nullitates iudicio S.C. exponantur , eidemque

2 Supremo Senatui talis cognitio defertur, ac decernere queit , vt nihil interim innouetur , imò Platearum congregationem iuſta ſuadente cauſa vetare , vt notant *Io:Vinc.de Ann.alleg.57.nu.4 & Reg. Tap.deciſ 30. S.C. num.2.* idcircò opere pretium conuenit prædictas nullitates diſpungere,rationabiles inſinuare,aliaſque inanes repellere.

4 Sed hac de re latè pertractaui *reſponſo meo 67. tom.2.* vbi iuribus, & rationibus comprobaui , dùm munere aduocationis

Digitized by Google

tionis fungebar,irritam fuisse electionem factam à Nobilibus de Sedili Portæ nouæ, ad exercendum officium Electatus huius Ciuitatis; dùm ex cœtu Nobilium eiusdem Sedilis nõ fuit vocata quædam persona,vocari debita; quamobrem probaui,electionem futilem esse, licèt à maiori parte conceptam.

5 Et amplius idemq; demonstraui, dùm tempore electionis, duo ex sex Nobilibus ad electionem faciendam constitutis discesserant à consessu, tumultuantes nullitatem electionis, quamuis alij quatuor pro maiori parte electionem compleuerint,

6 Et insuper alio capite nullã reddi dixi præfatã electionem, nimirùm quia vnus ex sex Nobilibus,domi mandato pœnali detemptus pro certo delicto, siuè excessu,tempore electionis in Platea interfuerit,

Quibus nullitatibus in S.C.dispunctis, & per me rationibus, & authoritatibus munitis, idem S.C. rescripsit, vt iterum fieret electio, sic testor in *d. resp.67.to.2.*

7 Præterea re plenius in præsenti §.pensata; alia adaptantur capita, quibus electiones gestæ confutantur, proùt etiam conclusiones exaratæ, & illud nimirùm præcipuum est, si in conclusione in alicuius beneficium celebrata suffragium præstiterunt eorum consanguinei,sic discurrit *Reg.Tap. decis.30. nu.12.vers. secundo.*

8 Quemadmodùm electio erit nulla,denegato ingressu alicui ex Nobilibus, qui dùm negotium pertractabatur clausis ianuis, ad consessum accessit, pulsatisque ianuis prædictis non fuit admissus; & ratio

9 est, quia sicut electio, vel conclusio dicitur nulla, quando præsens in consessu suffragium non præstitit, quia hoc vetitum ipsi fuit, vel quia fuit neglectum eidem signum voti præbere,idemque est,

10 quando fuit prohibitus ingredi,nam poterat eius presentia alios trahere ad illius sententiam, quamobrem dicitur electio, vel conclusio nulla, i à à simili probat *tex. in l. si in tres, ff de recept.arbitr.* vbi eruditè notat *Dionisius*, quod vnius in-

11 terdum sententia alios dissentientes in rectam viam tradit; proùt accidit, quod vnus Ephesius persuasit Romanis, vt peterent leges à Græcis Ciuitatibus, *l.2.* §. *exactis, ff.de orig.iur.* & idem habetur in actuum *cap.5.* nam vni Gamalieli cæteri omnes Iudæi cesserunt, & in proprio casu perpenditur,quod aperta nullitas pro-

12 cul omni dubio sequitur, impediendo ingressum vocatis, vel habentibus facultatem ingrediendi absque vocatione; proùt sunt nobiles Sedilis Capuani, quãdo fit congregatio nobilium Sedilis Nidi, videntur enim esse in eadẽ aula, dùm per ianuam pertrãseunt ad instar priuilegij confugientis ad Ecclesiam; nàm adhuc illo ipsi fruuntur, si in foribus Ecclesiæ sunt, *cap.si quis contumax 17. quæst.4.* & in nostra propria specie sic aduertit *Reg.Tap.decis.30.n.12. vers.secunda nul-*

13 *litas*; idemque extendit, si hoc impedimentum non fuisset à toto cœtu Nobiliũ adhibitum, sed tantùm ab vno nobili ex Sedili, & illud pariter tradit per S.C. iudicatum.

14 Rursum aliqui censent,electionẽ posse nullã existimari, si tempore conclusionis non fuit præstitum iuramentum per illos nobiles, qui sex denominantur, vtpotè de non nominando personam, quæ officium procurauit; hoc nàmque iuramentum in conclusionibus vniuscuiusque ex

15 Plateis imponitur, addita clausula decreti irritantis, vndè data certa forma in electionibus conficiendis, posita clausula decreti irritantis, actus prorsus redditur nullus,spreta forma indicta;ità *Philipp.Franc.in cap.dilecta post nu.6.* §.*de forma obseruantia col.3. vers. quantum*;

16 vbicumque enim talis clausula est apposita, videtur certa forma data, à qua si receditur, actus claudicat, nec consensu partium conualidatur, *Soccin.in cons.45. n.9.vers.respondetur*,dicens,quod quan-

17 do statutum,seù lex aliquid fieri præcipit,& posteà clausula decreti irritãtis indicitur, quod indè contrà gestum fuerit, inane redditur, & sequitur *Reg. Capyc. Latr.consult.81.nu.39.40.& 41. idem de-*

18 *cis.154.nu.55.* tradens, quod neque de partium consensu huiusmodi nullitati renunciari potest;idemque affirmat *Reg. de Pont.de potest.Proreg. tit.de assens.Reg.* § *9.nu.3.& in cons.5.nu.35.& in cons.67. 1.vol. Capyc.decis.9. Reg.Rouit. in prag.5. de feud. Barbos. de clausc. cap.112.* Imò vi-

19 gore prædictæ nullitatis, actus ipso iure redditur futilis, cum dicta clausula certam,

tam, & præcipuam formam inducit, vt diximus, & probant *Gratian. discept. forens. cap. 691. nu. 2, to. 4. Reg. Rouit. in prag. 1. de priuil. infr. ann. exhib. & Bald. in l. 1. ff. de liber. & posthum. ex Decio in cons. 10. nu. 2. & cons. 110. nu. 6. & 455. num. 6. ad idem Anell. Amat. cons. 33. nu. 12. Reg. de Pont. cons. 3. n. 16 & 25 & cõs. 5. n. 33. Reg. Cõstant. in l. 1. C. de Consul. lib. lib. 12. n. 29. Reg. Galeot. contr. 17. & 18. lib. 1. Reg. Capyc. Latr. decis. 154. nu. 60. & 61. tom. 2.* & faciunt dicta per *Bertaz. de clausul. clauſ. 36. gl. 1. nu. 1. & 2. & per Tiraquell. in l. si vnquam verb. reuertatur fallent. 4. nn. 46. & fallent. 24. num. 37.*

20 Vlterius iuxtà aliquorum sententiam, alia ratione induci potest nullitas electionis, nempè si nominatus in officio, vtpotè Electatus nostræ Ciuitatis, aliud deputationis actualiter exerceat; in hoc enim casu, conclusiones Platearum nõ permittunt, quem eodem tempore exercere posse duo officia annalia, cum quis non
21 possit ad idem officium promoueri, nisi transacto biennio, nec ad aliud assumi, nisi elapso anno: iure quoque statuitur, vt nemo possit vno eodemq; tempore duo officia nanciſci, *l fin §. nec sit conceſſum, C. de assessor.* & ibi Imperator rationem,
22 glomerat, quia facilè non creditur duabus necessarijs rebus, vnum posse sufficere, proùt ad vtrumque festinans, neutrũ benè peragit, & cõcordat *tex in l. omnes homines*, vbi *Bart. & l. dùm vir, C. de decurion. lib.* 10. & facit, quod tradit *gl. in l. nemo la 3. C de assessorib. verb. vtrumq. festinat*, per hæc carmina.

Qui binos lepores vna sectabitur hora,
Vno quandoque & carebit vtroque.

23 Et exploratum est etiam, vt duo beneficia, quæ assiduam beneficiarij præsentiam requirunt, obtineri non possint, cũ sit hoc iure naturali, & diuino prohibitum, *Mascard. de probat. concl. 469. nu. 5. Consales in regul. 8. Cancellaria, glos. 6. num. 44. Paul. Comitulus resp. moral. lib. 4. quæst. 73.*

24 Verumtamen prædicta annis non longè decursis contingit, coram me dispungi; etenim Dominus Aloysius Maria Macedonius, natalium suauitate præclarus, dùm officio Electi huius Ciuitatis, pro Platea Porti mirificè vacabat, post multos exantlatos labores, præcipuè in M.C.V. vbi Iudicis munus luculenter expleuerat ad nostrũ S.C. fuit adscitus, munificentia Sereniſſimi Regis Philippi IV. immortalis memoriæ; quamobrem nobiles eiusdem Plateæ Porti Dominum Antonium Mariam Origlia in Electum constituere, vt dies primæ electionis dicti Domini Aloysij Mariæ compleret, efflagitarunt in S. C. aliqui nobiles eiusdem Plateæ numero duo; nempè Domini Ianuarius Serra, & Philippus Macedonius, electionem præfatam in personam dicti Domini Antonij nullam declarari; & interim rescribi, nihil innouari, ſupradictis relatis nullitatibus innixi, vtpotè quia non fuit antè electionem solitum, ac consuetum iuramentum præstitum in conclusionibus eiusdem Plateæ præfixũ, de non eligendo personam, quæ officium procurauit, & amplius idem Dominus Antonius tũc actualiter explebat munus deputationis capitulorũ, tanquàm ab eadem Platea constitutus, ideò nequibat consequi officium Electi in Tribunali annonæ Ciuitatis; Cumque causa mihi fue-
25 rit commissa, extitit per me prouisum, quod expediatur contrà supplicata, & interim nihil innouetur, circà contenta in supplicatione porrecta, donec aliter fuerit prouisum, quod decretum fuit notificatum, nedùm dicto Domino Antonio, sed etiam Dominis Electis Ciuitatis, in-
26 dè insteterunt coram me nobiles eiusdẽ Plateæ in sex constituti, litteras inhibitoriales reuocari; eo quod electio prædicta ritè, ac canonicè præcessit.

27 Siquidem iuramentum huiusmodi, etsi in conclusionibus præcipuè dictæ Plateę decernatur, nihilominus illud exigitur à nobilibus, qui in sex denominantur, tempore, quo munus nanciſcuntur, non autem perneceſſarium est illud in singulis electionibus per ipsos gestis reiterari; & sic semper, etiam præteritis temporibus obseruatum fuit, in omnibus electionibus per dictos sex nobiles propositis, quod promptuariè liquebat ex libro conclusionum nobis producto; hinc sequitur, quod contrà conclusionem, quæ ab obseruan-
28 tia receſſit, potest aliquid statui, lex enim vsu non recepta, vim legis non habet, *Socc. iunior in cons. 32. nu. 44. & in cons. 126. nu. 25. lib. 3. Roland. in tract. de*
29 *lucr. dotis quæst. 99.* Imò lex non præsumitur

mitur vſu recepta, cum hoc ſit, quid facti *l.in bello, §.ſacra, ff. de capt. & poſtlimin.reuerſ. Menoch. lib.6. præſumpt.*14.
30 & transfertur onus probandi, alleganti illam eſſe receptam, *l.generaliter, §.ſi petitum in fin.ff.de fideicommiſſ.libert. Menoch.lib.1.præſumpt.*33. *Burſat.conſ.*339.
31 *nu.*16. *lib.*3. tradens, vt quatuor requirantur, ad hoc dicatur lex contrario vſu abrogata. Primò, vt conſtet de contraria conſuetudine Vniuerſi populi. Secũdò, vt ſit vniformis. Tertiò, vt ſit allegatum ſtatutum, & non obſeruatum. Quartò, vt ſit in contradictorio iudicio
32 contrarium iudicatum. Verùm contrà *Burſatum*, alij affirmant, ſatis ſit primum requiſitum, ità *Decian.conſ.*32.*n.*42.*lib.*2. *Felin.in cap.*1.*nu.*7. *de tregua, & pace, Benintendens deciſ.*14. *num.*10. *Cravett. conſ.*55.*nu.*6. & latè probat *Menoch. in proprio puncto electionis conſ.*719. *nu.*29. *& ſeqq.lib.*8.
33 Nec in contrarium faceſſit, quod dictus Dominus Antonius Maria Origlia, tempore quo ad officium Electatus fuit euectus, munus deputationis capitulorũ exercebat; nàm poteſt quis vno eodemque tempore duo officia compatibilia habere, ità vt exercitio vnius, aliud non impediatur, *l.ſi Conſul* vbi *gl. ff. de adoption. l.fiſtulas,*§.1. *ff.de contrahend. empt. Dec.cap.*3.*de probat. Couar.lib.*3.*var. cap.*13.*nu.*6. *Reg.de Pont.de poteſt.Proreg.tit. de abundantia Ciuitatis §.*6.*nu.*11. *Maſtrill.lib.*1. *de magiſtrat.cap.*21.*num.*74. *Reg.Merlin. cap.*70.*nu.*1.*tom.*1. ſubdens,
34 vtrumque ſalarium conſequi valere, idemque tradit deciſum *Thor.in compẽd. deciſ.tom.*3.*par.*1.*in verb.elegi fol.*366. in aduocato pauperum Regiæ Audientiæ Licienſis, qui fuit electus in officium Iudicis eiuſdem Ciuitatis.
35 Idemque eſt, ſi duo officia incompatibilia quis haberet, vnum tamen in commendam, & alterum in titulum, vt inquit *Cancer. lib.*3.*variar. cap.*8. *num.*74. *Ricc. collect.*2012.
36 Et amplius iure cautum eſt, vt ſi quis prouiſus extitit in duobus officijs incompatibilibus, poteſt alterum ad ſui libitum retinere, & aliud reſpuere, *Oldrad. conſ.*161. *Card Tuſcus to.*1.*litt.A. concl.* 44. *Auguſtin.Barboſ.in collect.in cap. de multa* 28.*de prabend.& dignitatib.* & faciunt *DD. in l.nemo, §. ne ſit conceſſum, C. de aſſeſſorib.* & confert *tex. in cap. qui plures* 21. *quæſt.*1. meritò ergò valuit in caſu prædicto Dominus Antonius Maria officium deputationis capitulorum omittere, & illud Electatus amplecti.

Accedebat etiam prædictis, quod prefatus Dominus Antonius per curſum biennij munus deputationis capitulorũ rexit; idcircò Platea nullitatem animaduertens, cum concluſionibus eiuſdem exploratum ſit, quod per annum tãtummodò tale munus perduret; proindè altera concluſione, poſt litem tamen per-
37 acta, declarauit, ſtante lapſu temporis ceſſare officium deputationis, & remanere in perſonam dicti Domini Antonij officium Electatus, quod iure permittitur, nàm in ſimili patet, quod ſi quis beneficium perſonatum habens, de alio ſimili prouideatur, vacare dicitur primũ, & ſi ambo retinere contenderit, etiam ſecundo priuabitur, ſic *tex. in cap. de multa* 28. *de prabend. & dignitat. Guttier.conſ.*10. *Spin.in ſpecul.teſtam.in gl.*3. *nu.*74. *Viuius tom.*1. *com.opin. lib.*1. *tit.*9. *nu.*6. *Flammin. de reſignat.lib.*3. *quæſt.*1. *nu.*52. *Flores de Mena var.lib.*2.*quæſt.*13. *in princip.* & habetur *in Concil. Trident. ſeſſ.*7.*de reform.t. cap.*4.
38 Quarè S.C. me referente ſub die 13. Octobris 1665, ſic pronunciauit; S.C. declarat electionem factam in perſonam Antonij Mariæ Origlia in officium Electatus fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, firmam remanere, oppoſitis non obſtantibus, & proindè tollatur inhibitio, acta ſunt penès Andream de Martino S. C. Act. Mag.

De

Digitized by Google

De alienatione, hypotheca, locatione, & resignatione officij, eiusque emolumentorum.

RVB. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Officia, sinè Regis assensu vendi, obligari, locari, & transferri an possint.*

2 *Officia, quæ non habent annexam iurisdictionem, vendi, hypothecari, & transferri possunt absque licentia; & præcipuè in officio Præceptoriæ, nu. 3. declara nu. 18. & 19.*

4 *Officium concessum pro se, & hæredibus, omne dominium in concessionariũ transfert, & potest illius possessor officium obligare, & alienare absque assensu, n. 5.*

6 *Officia ad vitam concessa alienari, & locari nequeunt absque Regis licentia.*

7 *Beneficium non potest transferri in aliã personã, sinè licentia Summi Pontificis.*

8 *Feudatarius non potest constituere ius in feudo, absque Domini assensu.*

9 *Officialium creatio spectat ad Regem, & num. 11.*

10 *Regalia non possunt in contractu deduci absque assensu Principis, & nu. 13. siuè sint concessa in feudum, vel allodium, num. 14.*

12 *Officia administratione, & exercitio acquiruntur.*

15 *Officij distractio, aut hypotheca absque Regis assensu non subsistit; & sic decisum per Suprema Tribunalia nu. 17.*

16 *Officia Actuariatus S.C & R.C. ac Credenzerij nequeunt alienari absque licentia Principis.*

20 *Officium concessum pro se, & hæredibus, absque assensu alienari potest; contrarium, nu. 21.*

22 *Officia non possunt locari ad longum tempus, absque Regis assensu; etiam si adesset pactum, quod non constituatur ius in re, nu. 24. nec valet etiam pro tempore permisso, nu. 25. & ità decisum per Collaterale Consilium, nu. 26.*

23 *Locatio ad longum tempus est species alienationis.*

27 *Officia ad modicum tempus nequeunt locari; & de ratione, nu. 28.*

29 *Officio Cursoris maioris huius Regni, locato vsque ad decennium sinè assensu, declarata fuit nulla locatio, & condemnatus conductor ad restitutionem fructuũ.*

30 *Iurisdictionis locatio sinè assensu inutilis est, etiam si pro exiguo tempore facta sit.*

31 *Ampliatio officij Vicesecreti, & fundaci ferri Ciuitatis Cosentiæ, non fuit concessa, nisi solutis releuijs, & Adohis Regiæ Curiæ.*

32 *Officia in allodium concessa, in eorum alienatione requirunt assensum.*

33 *Regalium concessione facta, cum potestate disponendi, etiam in eorum alienatione requiritur nouus assensus.*

34 *Officium concessum*, pro se, & hæredibus quibuscumque, vel cui voluerit, *alienari potest absque assensu.*

45 *Clausula* pro se, & hæredibus quibuscũque, vel cui voluerit, *comprehendit etiã successorem particularem; secus si dixit* pro hærede, *quia tunc intelligitur tantùm de primo hærede, nu. 36. Et si dixerit* pro hæredibus, & successoribus, *videntur vocati descendentes tantùm num. 37.*

38 *Officia distrahi possunt absque assensu, si in concessione fuerit addita facultas alienandi; contrarium nu. 39.*

40 *Emolumenta officij, an possint alienari, vel obligari absque assensu; & quid seruetur in Romana Curia, n. 41.*

42 *Emolumenta officij si considerẽtur, tanquã separanda ab ipso, alienari possunt absq; assensu; secus si principaliter disponatur de officio, & successiuè de emolumentis, nu. 43. vbi refert decisio S.C. nu. 45.*

44 *D. Thomas Carauita Regius Consiliarius laudatur.*

46 *Emolumenta officij si fuerunt per emptorem percepta, rescisso contractu, ob defectum assensus, restitui debent.*

47 *Officia possunt transferri de vna persona ad aliam per viam resignationis absque nullitatis labe.*

48 *Resignatio officij est acceptanda à Rege, vt ab ipso de nouo illud alteri concedatur.*

49 Offi-

Digitized by Google

49 *Officia transferri non possunt, nisi per viã resignationis, vt seruatur in Curia Romana, & Regno nostro.*

50 *Resignatio officij donec à Regè acceptetur, Officialis semper continuare potèst, nec dicitur officium vacare; & idem in resignatione beneficiorum, nu.* 51.

52 *Resignatio beneficiorum absque assensu, dicitur nulla.*

53 *Officia possunt alteri renunciari, vel transferri, cum assensu Domini Proregis, infrà summam valoris ducatorum* 600. *& vltrà dictam summam assensus impetrandus est à Rege, soluta quarta parte pretij Regiæ Curiæ, nu.* 54.

55 *In resignatione officij vt sortiatur, quæ obseruari debent per Regium fiscum, & praxis Regiæ Cameræ affertur.*

56 *Fiscus consentiendo super obligatione officij, videtur sibi excludi ab omni suo iure, & tenetur ad onera contracta, cum* Regio *assensu. per feudatarium, feudo ad ipsum deuoluto.*

57 *Assensus præstitus super obligatione officij habet locum durante possessione penès illum, qui officium obligauit.*

58 *Officij hypotheca resoluitur per mortem, aut per priuationem officij.*

59 *Clausula* donec fideliter in eius administratione se gesserit, *quid operatur in officio; & si fuerit omissa, censetur apposita, nu.* 60.

61 *Assensus præstitus super obligatione officij, non obligat* Regem, *quando officium ad ipsum deuoluitur ob delictum.*

62 *D. Stephanus Carrillo, y Salsedo* Regens Regiam Cancellariam *laudatur.*

63 *D. Marcellus Marcianus* Regens *in supremo Italiæ Consilio laudatur.*

64 *Officium emptum de communi pecunia, licèt in eo vnus succedat, communicari tamen debẽt emolumenta, cum alijs fratribus, vel socijs, & finita societate, pretium exbursatum tenetur restituere, num.* 65.

66 *Fratres possessoris officij, qui in eo participant, possunt admitti da transactionem delictorum fratris inquisiti, & ad trãslationem officij; & ità decisum fuit per Regiam Iunctam, nu.* 67.

De alienatione, hypotheca, locatione, & resignatione officij, eiusque emolumentorum.

RVB. XVIII.

1 ANceps contentio videtur inter nostratres agitari, vtrum officia absque Regis assensu, distrahi, obligari, locari, aut eorum emolumenta concedi valeant.

Etenim in diuersimodas sentẽtias hac in re Iureconsulti se scinderunt, aliqui negarunt, alij affirmarunt, alij distinctionem amplexi fuere; quinimò quælibet ex illorum sententia cæterorum assecla vallatur, iuribus, rationibusque munitur, vndè quamquam superioribus scriptis præcipuè *in rub.* 3. huiusmodi quæstionem proposuimus, & ad illam nonnulla enucleauimus. Nihilominus conuenit opere pretium, vt dissertissimè res degustetur, singulis sententijs relatis, atque explosis, vera deindè constituta, decisionibus recentioribus Supremorum Magistratuum confirmata; proindè non piget, ea quæ sequuntur in medium recolere pro priorum munimine.

2 Aliqui inquam, hoc in certamine affirmatiuè responderunt, dummodò non agatur de officijs, annexam habentibus iurisdictionem, quæ regulariter vendi non possunt; proùt in hoc casu adaptantur verba constitutionis Regni *scirè volumus*; officia autem, quæ iurisdictione carent, & consistunt in nudo ministerio, & exercitio negotiationis, seù administrationis, sunt ad libitũ alienabilia, absque licentia; vt specificè testatur *Reg. Rouit. dec.* 46. *n.* 6. *&* Reg. *de Pont. decis.* 16. *nu.* 26. *& nu.* 32. infert hoc in specie in officio Scriptoriæ, & idem repetit *decis.* 37. *num.* 13. *&* 17. & hoc pariter declarat apertissimis verbis, *Andr. in cap.* 1. *quæ sint regalia in verb. potestas constituendorum magistratuum post nu.* 67. *Tell. Fernandez in l.* 26. *Thaur. nu.* 11. licèt ipse contrariũ

Digitized by Google

3 putet de iure verius, & facit in puncto deciſio, in officio Præceptoris, vẽdito per Iulium de Sadeolis, non impetrato aſſenſu, & talis venditio robur habuit, vt refert *Conſil. de Georg. de feud. cap.* 54.

4 Prædictis quoque adſtipulantur dicta *per Montan. in cap. Imperialem*, §. *preterea nu.* 34. 35. 43. *& ſeq.* & iterum *in tract. de regalib. offic. nu.* 23. *& ſeq.* qui hanc quoq; opinionem ſentijt, quando officium fuit conceſsũ pro ſe, & hæredibus; tunc enim omne officij dominium tàm vtile, quàm
5 directũ translatum videtur in conceſſionarium; ideò poteſt illius poſſeſſor officium illud alienare, obligare, & locare abſque Regis aſſenſu. Et ratio eſt, quia facta expreſſione hæredum, non cenſetur concedens eligiſſe induſtriam perſonæ, cum futuros hæredes non cognoſcat, vt poſt *Cyn. & Bald. in l. quiſquis, C. de Epiſcopis, & Cleric. Felin. in cap. in præſentia nu.* 46. *verſ. & adde extrà de probat. Capyc. deciſ.* 10. *num.* 11. & hanc ſententiam quoque affirmauerunt *Reg. de Pont. deciſ.* 28. *poſt nu.* 62. *verſ. ſed ſi plura*, Reg. Rouit. *deciſ.* 72. *nu.* 41. *&* 42. *Fulu Lanar. in add. ad repet.* Reg. *Lanar. cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. nu.* 57. *& ſeq.*

6 Alij autem hac in quæſtione partem negatiuam amplexi fuere, vt ſcilicet officia regulariter conceſſa ad vitam attento iure ciuili, canonico, feudali, & municipali, nequeant alienari, hypothecari, aut locari abſque Regis licentia, ſic probatur de iure communi *in l. officia*, vbi *gl. C. de offic. quæſtor. l. legatus. ff. de offic. Præſid.* §. *optimum, auth de exhibend. reis, Bart. in l. in diem in fin. ff. de aqu. pluu. arcend. Peregr. de iur. fiſc. lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 102. *Roſenthal de feud. cap.* 5. *concl.* 12. *Capyc. in inueſtit. in verb. gabellis, verſ. ſed nota.*

7 De iure etiam Canonico confirmatur, cum nemo poſſit renunciare beneficium, in aliam perſonam, ſinè licentia Sũmi Pontificis, *cap. admonet, cap. fin. & cap. denique* 6. *quæſt.* 3.

8 Patet quoque hoc idem de iure feudorum, nàm eo attento feudatarius non poteſt conſtituere ius in feudo, nec illud refutare ſinè aſſenſu Domini, *cap. fin. de Capitan. qui Cur. vendid.* vbi *Iſern. & in* §. *ſi libellum de alien. feud. patern.* hinc nulla eſt diſpoſitio, quæ ſuper officio, vel
9 feudo fieret, illaque ſaperet perpetuitatem; imò in officijs circà hoc ſtrictius proceditur, nàm creare Officiales eſt de regalibus, *Andr. in* §. *poteſtas creandorum Officialiũ n.* 65. nedùm ſi illi habeant iuriſdictionem, verum etiam ſi ea careant, & notat ibi *Liparul. in addit. ver. maximè;*
10 propterea non valet contractus de regalibus ſinè aſſenſu Principis, vt dixerũt *Bald. in cap.* 1. *de allod. n.* 3. *Bart. in l. cotem ferro*, §. *qui maximus, ff. de vectigal. nu.* 4.
11 *Rip. de reſcript. reſp.* 24. officia enim acquiruntur creatione, quæ ſpectat ad Principem, & acceptatione, quæ reſpicit re-
12 cipientem, cui adminiſtratio ſolùm queritur cum exercitio, *l. publius, ff. de condict. & demonſtr. Conſil. de Georg. in repet.* 54. *n.* 34. *& reſp.* 53. *nu.* 21. dominiũ autem illorum penès Regem remanet, *Andr. in tit. de feud. Marchiæ n.* 2. *Franciſc. de Amic. in cap.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ. fol.* 62. *col.* 2. *Reg. de Pont. in deciſ.* 28. *Montan. de regalib. offic. n.* 2. idemque conſtat *ex conſtit. Regn. ſcire volumus*, qua expreſsè prohi-
13 betur, regalia vendi, aut hypothecari abſque Regis aſſenſu, & facit *Affl. in d. conſtit. nu.* 3. ſubdens, huiuſmodi prohibitionem locum vindicare, ſiuè regalia
14 poſſideantur in feudum, ſiuè in allodium, & idem docet *Andr. ibid. in d. conſtit. ſcire volumus*, & ſequitur *Conſ. de Georg. repet. feud.* 54. *num.* 38.

15 Hinc eſt, quod nulla redditur diſtractio officij, proùt hypotheca nõ ſubſiſtit, procul aſſenſu Regis; ità *Andr. in d. conſt. ſcire volumus, Affl. ibid. nu.* 5. *Reg. de Pont. deciſ.* 28. *nu.* 56. *vſque ad* 62. *&* 63. *& conſ.* 137. *vol.* 2. *Praſ. Amat. conſ.* 49. *nu.* 4. *Conſ. Theodor. alleg.* 41. *Montan. de reg. lib. offic. nu.* 79. *Amichangel. de regalib. offic. quæſt.* 6. *per tot. Conſ. Staiban. reſolut.* 100. *num.* 42. *Reg. Marcian. diſp.* 28. *lib.* 1. *Reg. de Curt. in diuerſ. feudal. par.* 2. *fol.* 241. *n.* 151. *Camill. de Medic. conſ.* 169. *Reg. Galeot. reſp. fiſcal.* 12. *cap.* 5. *num.* 84. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 6. *nu.* 17. hoc etiam patet *ex prag.* 2. *de offic.*
16 *ad Reg. Maieſt. Collat. ſpectant.* qua vetitur, officia Actuariatus S.C. & Regiæ Cameræ alienari, abſque aſſenſu, proùt etiã officia Credenzerij, vt *in* §. 85. *eiuſdem pragm.*

17 Proindè ſuprema Tribunalia ſemper pro nullitate cuiuſcumque diſtractionis, hypothecæ, & locationis officiorum decreuerunt, ſic refert *Reg. de Pont. deciſ.* 28.

Reg.

Digitized by Google

Reg. Galeot. resp. fiscal. 12. cap. 5. nu. 84. Reg. Constant. in tit. C. pœnis fiscalibus creditores preferri nu. 108. Reg. Capyc. Latr. decis. 6. nu. 17. 18. & 36. Gizzius in add. ad decis. Reg. Capyc. Latr. 26.

Nec quicquam officiunt, quæ in contrarium respondit Reg. Rouit. *decis. 45.*
18 *nu. 6.* nàm eius dicta locum obtinent, attenta iuris communis dispositione, cum non loquatur secundum tradita *in const. Reg. scire volumus*; & licèt verba faciat in officio Actorum Magistri, quod cum nõ habeat annexam iurisdictionem, putat alienari posse; nihilominus verba huiusmodi diriguntur contrà statuta *in d. prag. 2. de offic. ad* Reg. *Maiest. collat spectant.* imò decisio, quæ allegatur in causa de Sedeolis cõtrarium statuit, nàm pro nullitate venditionis officij defectu assensus fuit rescriptum, vt obseruat Reg. *Galeot. resp. fiscal. 12. nu. 211.*

19 Neque obstant dicta per Reg. *de Pont. decis. 16. nu. 26.* quia etsi ille affirmauerit, posse vendi officia, non tamen Regis assensum excludit, nàm alioquin videretur sibi contrarius, dùm *in decis. 28. num. 62.* constanter asseuerat, assensum in venditione officij requiri, & rarò concedi.

20 Prætereà scripta per *Montan. in cap. Imperialem.* §. *prætereà nu. 34. & de regalib. offic. nu. 23.* quæ supra in contrarium enucleantur, adaptari nullatenus possunt, nàm circumferuntur in officio concesso pro se, & hæredibus, cuius natura per talem concessionem alterata videtur, idcircò possunt alienari, siuè hypothecari absque Regis assensu; imò in hoc etiam casu contrarium aliqui demonstrant, vt scilicèt alienari, aut hypothecari non valeãt absque Regis assensu; ità *ex tex. in l. final. C. de reb. alien. non alien.* probant Reg. *de Pont. decis. 28. nu. 50. Amat. cons. 49. nu. 4.* Reg. Rouit. *decis. 72. num. 37. Cons. de Georg. in repetit. feudal. cap. 54. in princip. Amichangel. de regalib. offic. quæst. 6. num. 9.*

22 Et hoc adeò verum est, vt non dumtaxat in alienatione procedat, sed in locatione ad longum tempus quoque militat,
23 quæ sinè Regis assensu fieri nequit, cum talis locatio sit species alienationis, *l. 1. in fin. ff. si ager vectig.* & cõstituitur ex illa ius in re, *l. fin. C. de reb. alien. non alienãd.* vbi *Castrens. Peregr. de fideicõmiss. art. 30. nu. 96. Couar. var. lib. 2. cap. 15. & 16. Molin. de Hispaniar. primogen. lib. 1. cap. 21. nu. 16. de Franch. decis. 123. Vasquez de iur. emphit. quæst. 25. Gomes. ad leges Tauri*
40 *nu. 42.* licèt contineret pactum, quo
24 minus non constituatur ius in re, *Couar. cap. 16. nu. 3. Alex. cons. 164. nu. 3. Molin. d. cap. 21. num. 16. Affl. in cap. Imperialem*
25 *num. 61.* nec talis locatio subsisteret pro tempore, quo permissa extaret, ex indiuiduo voluntatis, quæ cum non possit diuidi, ideò nec reijci tempus prohibitum, dùm lex improbat contractum à principio, *Bald. in auth. si quas ruinas, C. de Sacrosanct. Eccl. Castrens. in auth. qui rem, C. eod. tit. Affl. decis. 107. Cons. de Georg. re.*
26 *petit. feudal. 54.* qui refert, ità decisum per Regiam Cameram, facta relatione in Collaterali Consilio in officio Cursoris maioris, nàm declarauit R. C. locationes nullas, & condemnauit conductorem ad restitutionem emolumentorum, sequitur *Pras. de Amat. cons. 22. Amichangel. de regalib. offic. quæst. 6. nu. 11.*

27 Imò nec ad modicum tempus officia locari possunt, cum debeant personaliter administrari per concessionarium eiusdem officij, cuius exercitium transire non
28 potest de persona ad personam, absque Regis assensu, Reg. *de Pont. decis. 28 n. 45. & in cons. 137. & 140.*

Quod adeò verum est, nàm pluries in hunc sensum sortitæ fuere decisiones Su-
29 premorum Magistratuum. Prima accessit in officio Cursoris maioris huius Regni, inter Dominum Comitem Villamedianæ, nàm fuit decisum non valere locationem eiusdem officij vsque ad decennium, tanquàm ad longum tempus sinè assensu, nec etiam hypothecam super illo subsistere, non alia ratione, nisi quia in officijs, tanquàm de regalibus nullum est cõmercium, sinè assensu, & fuit condẽnatus cõductor ad restitutionem fructuũ, & de hac decisione testatur *Cõs. de Georg.* qui scripsit tanquàm aduocatus in illa causa *repetitionum feudalium cap. 54.* Reg. *de Pont. in tot. decis. 28.* & latè cõprobat *Pras. de Amat. cons. 49. nu. 4.* Reg. *Galeot. resp. fiscal. 12. nu. 216.*

Duæ aliæ decisiones succesere in causis locationum iurisdictionis sinè assen-
30 su, nàm fuit pronunciatum, illas inutiles esse, siuè exiguum, aut magnum tempus continerent, ità in causa Hercolis Mor-

Digitized by Google

mile, cum Ioãne Antonio Naue,& Principis Squillacij,cum Franciſco Pittera,vt refert *Camill.de Medic.conſ.*141.*nu.*13.*& in fin.*

31 Quarta fuit deciſio in cauſa ampliationis officij Viceſecreti, & fundaci ferri, & acciarij Ciuitatis Catacẽſis conceſſa per Regem Federicum Guglielmo Troſino, fuit declaratum per Regiam Cameram eſſe feudalem, & non poſſe deſcribi, nec tranſferri in perſonam Marci Antonij Rocca, niſi prius ſolutis releuijs,& adohis,vt refert *Reg.Galeot.d.reſp.*12.*nu.*219.

32 Quinimò Regis aſſenſus intereſſe debet, etiam ſi de diſtractione, aut hypotheca ſuper officio in allodium conceſſo pertractatur, ea ratione, quia regalia in allodium conceſſa, non deſinunt eſſe regalia; & nedùm feudalia, ſed regalia, alienari nequeunt de iure communi, & Regni, procul Regis aſſenſu; vt dixerunt *Capyc. in inueſtit. in verb. gabellis verſ. nota, Frecc, lib.* 2. *auth.*13. *num.* 9. *verſ. ex his patet, Affl.in conſt.*Regn.*ſcire volumus nu.*4.*Franciſc.de Amic.in* 1.*rub.* §.*reſiſtit etiam parti fol.*63. *Reg.Conſtant. in l.*1.*&* 2.*n.*101.*C.de fil.Official.lib.*12.ſemper enim regalia ſub concedentis iuriſdictione ſunt cenſenda,& abſque eius aſſenſu alienari non valent, *Camill de Medic.conſ.*147.*num.*13.*Conſ.de Georg.repet. feudal.*54. *nu.*37. *Staiban.conſ.*19.*num.*7. *Conſ.Theodor.alleg.*41, *nu.*1. *Maſtrill. de magiſtrat.lib.*1.*cap.*13.

33 Imò facta conceſſione regalium cum poteſtate diſponendi,conceſſionarius nõ poteſt ſine aſſenſu Principis ipſa vendere, vel quouis modo in alterum illa trãſferre,abſque Principis aſſenſu, & talis facultas alienandi intelligitur conceſſa, requiſito tamen Principe concedente, vt probant *Laurent.Calcan.conſ.*102 *num.*2. *&* 3. *Claud.Sayſella in rub. qui feud. dar. poſſ.par.*1.*Bertachin.de gabell.par.*1.*queſt.* 14. *Reg.Galeot.reſp.fiſcal.*12.*num.*131.*per tot.*133.

34 Verùm ſi officium fuerit conceſſum pro ſe,& hæredibus quibuſcũque, vel cui voluerit, tùnc diſtrahi poteſt ſine Regis aſſenſu;ità *Bertacch.de gabell.par.*1.*queſt.* 14. *& ex Bart.Bald.Alex.de Neuo*,& confirmat *Reg.Galeot.reſp.*12.*n.*134.nàm ſub
35 tali denominatione cõprehenditur quoque ſucceſſor particularis.

36 Si autem cõceſſio dictaret pro hærede ſub numero ſingulari,tùnc primus hæres tantummodò comprehenderetur, quemadmodùm ſi facta fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus,tùnc intelliguntur voca-
37 ti tantùm deſcendentes, ſicut in feudo ſtatutum eſt, *Frecc.de ſubfeud.lib.*3.*in ſecunda formola inueſtiturę col.* 2. *in fin. & queſt.*56. *nu.*2. *& queſt.*57.*nu.*3. ſequitur *Reg.Galeot.reſp.fiſcal.*12.*nu.*128.

38 Poteſt amplius quis officia diſtrahere ſinè aſſenſu, quando in conceſſione fuerit addita facultas alienãdi; proùt annuimus *in rub.*4. *nu.* 39. verùm ab hac opinione diſſenſit *Reg. Galeot. reſp. fiſcal.*12. *nu.*135. dicens,quod data poteſtate alie-
39 nandi in officio, & alijs regalibus, non poſſunt illa alienari ſinè nouo aſſenſu Domini, qui conſcius eſſe debet de noua perſona, ad quam officium transfertur, vt multis relatis affirmãt *Vueſembec. conſ.* 45.*nu.*29.*& ſeq. Roſenthal. to.*1.*de regal. cap.*5.*concl.*12.*in* 1.*add. lit.A.*

40 Certamen autem eſt, nunquid ſuper emolumentis officij paciſci queat,ſinè aſſenſu Regio? & aliqui reſponderũt,quod ſuper illis contractari poſſit ad libitum abſq; aſſenſu, ex traditis per *Roman. conſ.* 469.*nu.*6.*Menoch.conſ.*1064.*nu.*13. *Petr. de Vbald.de duob.fratrib.par.*5.*nu.*18. *Reg. Capyc.Latr.deciſ.*26.*nu.*7. qui dicit idem
41 ſeruari in officijs Romanæ Curiæ, vbi quamuis reſpectu tituli non ſint in commercio,abſque Pontificis licentia, tamen reſpectu fructuum poteſt liberè de eis paciſci, *Seraphin.deciſ.*1294.*nu.*3.*&* 6. latè fundat *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*670. *n.*11.*cum ſeqq.*& in fructibus feudi, idem affirmant *ex Andr. in cap.*1. *de duob. fratrib.de benefic. inueſtit. Affl.deciſ.*26. *Reg. Rouit.in pragm.*4.*de feud.nu.*58.

Nihilominus hanc opinionem, ſic indiſtinctè non ſequor,ſed præmiſſa diſtin-
42 ctione illam admitto; aut enim conceſſionarius officij diſponat de fructibus ipſius principaliter, conſiderando eos non vti annexos; ſed tanquàm ſeparatos, vel ſeparandos ab officio, tùnc illi alienari poſſunt per Officialem, & actione perſonali tenetur ad tradendum illos fructus venditos ad certum tempus, etiam abſq; aſſenſu Domini,vt dixerunt *Bart.& Bald. in l. in codicillis*, §. *inſtituto de legat.* 2. *Alex.conſ.*18.*vol.*5. *Bald.in cap.*1.*nu.*8.*de ſub-*

Digitized by Google

subscript. feud. & optimè *Schard. de feud. par.* 8. *cap.* 1. *nu.* 12. *&* 14. & in hoc casu procedit cõclusio firmata per *Reg. Capyc. Latr. d. decis.* 26. *nu.* 7.

43 Aut verò Officialis principaliter disponeret de officio, eiusque emolumentis, illud vendendo, vel locando, absque Regis assensu, licèt in eo contractu veniãt fructus, & emolumenta officij, vti accessoria ad illud officium; quia tamen officium non potest vendi, nec locari, nec etiam ad modicum tempus absque Regis assensu, sed personaliter exerceri debet p̃ cõcessionarium ipsius officij, tunc cõuentio, seù translatio fructuum, & emolumẽtorum non subsistit, tanquam accessoria ad principalem contractum venditionis, seù locationis officij, qui nullius roboris reputatur sinè assensu Domini, sic docent *Tiraquell. de vtroque retractu*, §. 1. *glos.* 7. *nu.* 42. *&* 44. *Hartemãnus Pistorius tom.* 1. *quæst.* 24. *nu.* 13. *& seq.* Rosenthal *de feud. cap.* 10. *concl.* 42. *nu.* 36. *Reg. de Pont. cons.* 139. *nu.* 7. *vol.* 2. & optimè probat hanc distinctionem *Consil. de Georg. d. repetit. feudal.* 54. *nu.* 42. sequitur *Amichangel. de regalib. offic. quæst.* 6, *nu.* 13.

Et ità iudicauimus in S.C. in causa Io: Baptistæ de Cæsare, cum Carolo Papa: hic Carolus vendidit dicto Ioanni Baptistæ officium Regij Cancellarij, & emolumenta ipsius, cum pacto impetrandi assensum infrà certum tempus per eundem Carolum venditorem; & interim, quod emptor percipere debeat emolumenta, elapso deindè tempore, & assensu non impetrato, Ioannes Baptista emptor petijt restitutionem pretij; nec non emolumenta dicti officij exacta, & peruenta ad ipsum Carolum venditorem, qua in cau-
44 sa, per Dominum Regium Consiliarium D. Thomam Carauita, meritissimum collegam nostrum, nobilitate, doctrina, & morum ingenuitate præditum, fuit domi prouisum, quod Carolus Papa venditor officij restituat pretium, & emolumenta. Postmodùm autem instante dicto Carolo, agitata causa in S. C. supposuit di-
45 ctus Carolus emolumenta prædicta non reddere; idem S.C. confirmauit decretum respectu restitutionis pretij, tamen respectu restitutionis emolumentorum reseruauit sibi prouisionem faciendam, partibus pleniùs auditis; vt patet ex actis penès Franciscum Montecoruinum Act. de anno 1668. Perpendimus, nàmq; quod venditio emolumentorum non substinebatur, dùm principaliter fuit venditum officium, vna cum emolumentis, & contractus prædictus nullus remansit ex defectu assensus; sed tamen debebat solui Ioanni Baptistæ emptori ipsius officij interesse pretij, per eum soluti dicto Carolo, qui à possessione, vel quasi officij amoueri non poterat, nec ab emolumentorum fruitione.

Hinc oritur, vt quando emptor officij
46 exegerit emolumenta, resoluto deindè contractu venditionis officij ex defectu assẽsus, teneretur emptor restituere emolumenta percepta venditori ex suprafundatis, & decisis in causa Cursoris Maioris, in qua fuit condemnatus conductor officij ad longum tempus ad restitutionem emolumentorum, vt refert *Cons. de de Georg. d. repetit. feud.* 54.

47 Præterea possunt officia distrahi, & transferri de vna persona in aliam, per actum resignationis, absque nullitatis labe, etenim in resignatione videtur resignans abdicare à se omne ius, quod habebat in illo officio, *l. legatus iuncta gl. ff. de offic. Præsid.* quod optimè explicat *Cons. de Georg. d. repet. feud.* 54. *nu.* 50. *cum*
48 *seqq.* & à Domino recipiente dictã resignationem de nouo concedi cẽsetur, *Bal. in cap si facta nu.* 2. *de feud. defunct. milit. Reg Lanar. cons.* 8. *nu.* 12. *& cons.* 13. *nu.* 4. *Bammacarius in cap. si minori nu.* 37. *si de*
49 *feud. defunct. milit.* Ideò non mirum si in Curia Romana, in Hispania, & præsertim in hoc Regno, officia alienari non possunt, neque titulo oneroso, neque lucratiuo, nisi per viam resignationis, *Ias. in l. illud n.* 6. *C. de collat. Rip. in l. in quartam nu.* 163 *ff. ad leg. falcid. Velasquez de succes. vol.* 1. *lib.* 3. §. 30. *& in* §. *imputari nu.* 218. *Reg. de Pont. decis.* 28. *Præs. Amat.*
50 *cons.* 49. Et quousq; non acceptetur eius renunciatio à Rege, potest semper continuare Officialis administrationem officij, tanquam non vacantis, *l. meminisse de offic. Præsid.* & percipere emolumenta illius, vt ex *Imol. Rebuff. Franch. & Caldas*, tradit *Mastrill. lib.* 1. *de magistrat. cap.* 24. *nu.* 21. 22. *&* 27. Et ità seruatur etiam
51 in Curia Romana respectu resignationis beneficiorum, vt probat *Flãmin. Parisius*

de

de reſignat.benefic.lib.7. quæſt.1.num.3. & 81.& ad inſtar beneficiorum ſtatutum eſt idem de iure ciuili in officijs,vt latè probat *Cabed. deciſ.Luſitaniæ* 24. *in princip. par.2.& Reg.Galeot. reſp. fiſcal.12. nu.44.*

52 *&* 45. ſed ſemper requiritur aſſenſus ſuperioris in reſignatione beneficiorum, alias etiam reſpectu renunciantis dicitur nulla, & inualida antè aſſenſum, vt latè fundat *Garſ.to.2.de benefic. par.11. cap.3. in 4.notab.de renunciat.nu.223.*

53 Hinc inoleuit praxis in Regia Camera Summariæ, qua permittitur accedente aſſenſu Domini Proregis, vt quis valeat officia alteri renunciare, vel transferre; dummodò illa non ſint vltrà valorem ducatorum 600. & ſoluatur certa pars pretij Regiæ Curiæ, quæ reſignationes in effectu alienationes ſunt,vt teſtatur *Amichangel.de regal.offic.quæſt.8.nu.4.*

54 Imò hodiè ſoluta quarta parte pretij in beneficium Regij Ærarij, tales renunciationes, & translationes regulariter explentur Regis interueniente aſſenſu,& vt plurimũ huiuſmodi aſſentiendi facultas dicto Proregi committitur,qui in ampliationibus, venditionibus, & tranſmiſſionibus officiorum, de vna perſona ad aliam paſſim aſſenſus interponit. Solet autem Regius fiſci Patronus animaduer-

55 tere,& explorare ætatem, & qualitatem, tàm reſignantis, quàm reſignatarij, an ille ſit ſenex, & alter iuuenis, vel ille morboſus,& alter valetudinarius,& talis animaduerſio iure quoq; nititur, vt teſtatur *Card. Seraphin. de ſtylo Roman.Cur. deciſ.* 1294.*nu.*5.*to.*2. & de huiuſmodi diligentijs faciendis de conſuetudine in Regia Camera fatetur *Reg.Galeot.reſp.fiſcal.*12. *nu.*19. & præcipuè conſtare debet de idoneitate illius perſonæ, in quam transfertur officium, & præcedente examine habilitatis,*ex l.inter artifices,ff.de ſolution. auth. vt Iudices ſinè quoque ſuffragio*, & latè probat *Vaſquez contr. Illuſtr. lib.* 1. *cap.*43.*nu.*12. *& Reg.Galeot.reſp.fiſcal.*12. *num.*57.

56 Vtrum autem aſſenſu interpoſito ſuper obligatione officij,videatur fiſcus ſe præiudicari, caſu quo ex culpa, per Officialem perpetrata,veniret ille officio exuendus? Et videtur affirmatiuè reſpondendum,quia Princeps cõſentiendo videtur excludi ab omni iure ſuo, *Aſſl.deciſ.*112. *Præſ.Mormil.in conſt.Regn.conſt.diuæ memoriæ nu.*24.*in fin.* Hinc eſt fiſcum teneri ad debita contracta per feudatarium defunctum, ſinè legitimo ſucceſſore, quando onera ſunt cum Regio aſſenſu, vel lege permittente contracta, *Frecc.lib.*2. *de ſubfeud.auth.*29.*num.*8. *verſ.fallit etiam, Facchin.cõtr.iur.lib.*7.*quæſt.*56. *Arteman. Piſtor.lib.*2.*quæſt.*28.*nu.*22. *Ann.alleg.*62. & ità teſtantur pluries deciſum per Regiam Cameram *Reg.de Pont. conſ.*82. *nu.* 15.*&* 22.*lib.*1.*Reg.Conſtant.in l.*1.*C.pæn. fiſc.cred.præf.lib.*10.*num.*145. *Reg.de Marin.lib.*1.*quot.quæſtion.cap.*130.

57 Contrarium autem patet, vt aſſenſus nihil operetur in præiudicium fiſci, quia obligatio illa habet locum durante poſſeſſione penès eum, qui illud obligat, nàm hypotheca etiam cum aſſenſu reſoluitur per mortem, aut per priuationem

58 illius officij; præcipuè ſtante clauſula ſolita apponi in priuilegio conceſſionis officij, *donec fideliter in eius adminiſtra-*

59 *tione ſe geſſerit*, quæ clauſula eſt nimis ſubſtantialis in conceſſione officij; vt dixerunt *Marc.Anton.Surg. de Neap.illuſtr. lib.*1.*cap.*17.*poſt num.*36. *Reg.Galeot.rep. fiſcal.*15.*num.*122. *Reg.Reuert. deciſ.*448. *tom.*2.*Reg.Conſtant.in l.*1.*nu.*106. *C.pæn. fiſcal.cred.præſer.lib.*10. imò idem *n.*108. infert, quod ſi dicta clauſula in priuile-

60 gio conceſſionis officij non fuerit appoſita, ſemper illa cenſetur appoſita,ex natura officij, quod etiam admittunt, *Reg. de Pont. deciſ.*28.*in fin. Præſ. de Franch. deciſ.*457.*in fin. Mut. in prag.* Regn.*Sicil. tit.*13.*nu.*15. *Reg.Rouit.conſ.*104.*nu.*14. *lib.*2. *Reg.Merlin.contr.tom.*2.*cap.*30.*n.*5. *&* Reg.*Galeot. d.reſp.*15.*num.*122. & nos latè dicemus *in* 2.*par.in rub.de priuation. offic.*

61 Propterea aſſenſus prędictus non obligat Regem,quando ad ipſum perueniret officium ex delicto, ità *Reg.Tap.in conſt. Regn.conſtitutionem diuæ memoriæ lib.* 6. *ius* Regn.*tit.*22.*de proh.feud. alienat.fol.* 229.*nu.*1.*in fin.*

Verùm ſatis digna notatu eſt, deciſio habita in Regia Iuncta,formata ab Eminentiſs.Cardinali de Aragona, tùnc Prorege Regni in anno 1665. in qua ego in-

62 terfui,tanquam vnus ex Iudicibus ipſius peculiari ordine eiuſdem,corã D.Regente D.Stephano Carrillo, y Salſedo viro pru-

Digitized by Google

prudentissimo, ac magnæ politiæ, quæ Regia Iuncta fuit instituta contrà quemdam à mandatis Scribam, inquisitum de excessibus, & delictis commissis in officio, & capta informatione aduersus eum, fuit decreto Regiæ Iunctæ carceratus, & suspensus ab exercitio officij prædicti, & mandatum sequestrari emolumenta officij, illudque locari nomine Regiæ Curiæ. Comparuerunt fratres dicti Scribæ à mandatis, qui habebant partem in emolumẽtis dicti officij empti ab eorum communi parente, & licèt officium erat in capite dicti inquisiti; nihilominus ex instrumento inhito inter eos fruebantur emolumentis, & petierunt admitti ad transactionem cum Regio fisco, pro culpis commissis per fratrem inquisitum, & officium prædictum transferri in personam alterius fratris; & cum de his discutiebatur in Regia Iuncta, qua partes fisci agebat Dominus D. Marcellus Marcia-
63 nus, tùnc Regius Consiliarius, & fisci Patronus Regalis Patrimonij, nunc meritissimus Regens in Supremo Italico Senatu Curiæ Madrid omnium virtutum genere ditissimus, & claritate natalium
64 ornatissimus, vndè perpendimus petitionem iustam esse, nàm si officium, vel feudum emptum sit de communi pecunia, licèt vnus succedat, communicare debet pretium illius exbursatum cum
65 alijs fratribus, vel socijs, & finita societate pretium exbursatum tenetur restituere *ex cap.* 1 §. *si duo fratres de fratr. de nou. benefic. inuestiend.* vbi *Isern. num.* 2. *Bald.* antè *nu.* 1. *Affl. nu.* 7. *Reg. de Pont. lectur. feud* 9. *nu.* 47. & ità decisum per S.C. refert *Gizzius in obser. ad decis. Reg. Capyc.*
66 *Latr.* 27. *nu.* 15, ideò si fiscus consenserit in trãsactione delictorum commissorum per fratrem officium administrantem, poterãt fratres participantes in emolumẽtis dicti officij admitti ad trãslationem eiusdẽ officij in faciem alterius fratris soluta quarta parte pretij ipsius officij ad beneficium Regiæ Curiæ, præuio assensu impetrando ab Excellentissimo D. Petro de Aragona Prorege, qui ad præsens facultatem habet assentiendi translationibus officiorum; quapropter fratres dicti Scribæ à mandatis inquisiti obtulerunt pro transactione delictorum, & translatione officij duc. 4500. & facta consultatione per Regiam Iunctam Domino Proregi, fuerunt fratres ad prędicta admissi, & expeditum fuit rescriptum per Dñm Proregem, quod recolere oportet, tacitis tamen nominibus dictorum fratrum honestatis causa.

67 Hauiendo hecho consultata al Señor D. Pedro la Iunta, que de orden de Su Eminenza se formò para el conozimiento de la causa de N. Scriuano de mandamiento sobre las fraudes, que se supone, ha cometido en el exercicio de su oficio contra la Real hazienda, por los quales fue depuesto del en birtud de decreto interpuesto en dicha causa, en que se ordeno, que dicho oficio se afitase, y que el afitador hiciesse deposito en Banco de la cantidad contenida en su aficto, y se da quenta, que estãdo el negocio en este estado, ha comparezido el N. porsi y en nõbre del N. su hermano, representando la accion, que tienen en el dicho oficio respecto del instrumiento, que hay para la diuision de los emolumentos entre los tres hermanos, aunque en virtud de la ampliacion se halle intestado en cabeza del dicho N. pero que para euitar pleitos con el fisco ha ofrezido quatro mil, y quinientos ducados de transacion, en la qual se ha de entender incluso el valor del trapasso del referido oficio de la persona de N. a la que nombrarà el N. dentro de seys meses, de modo que se haya de passar de la Camara dicho oficio con la ampliacion del, en esta conformidad sin otro pagamiento alguno para cuyo efecto se haya de quitar el embargo echo, y que lo corrido de los emolumentos quede à su beneficio, en que es de parejer la dicha Iunta se le admita la transacion, que ha ofrejido dicho N. con calidad, de que pague prontamiente tres mil ducados, y quede obligado à pagar los restantes mil, y quinientos dentro de seys meses, en cuyo tiempo el dicho N. nombre persona a adbitrio, y eleccion del dicho N. y que para el exercicio del se le den los dispachos necessarios, quedando saluar las razones de las partes por su interes, quando comparezieren contra el dicho N. al qual se de por libre de la dicha inquisicion, en birtud de la referida transacion, se ha conformado S.E. con todo lo contenido en esta Consulta

Digitized by Google

ſulta, con que los mil, y quinientos ducados, que abia de pagar de aquì a ſeys meſes, lo pague dentro de quatro, y mi ha mandado abiſarlo à V.S. paraque en eſta conformidad ſe den las ordenes neceſſarias para el complimiento deſta reſolucion. Dios guarde a V.S. Palacio à 17. de Mayo 1667. D. Diego Ortiz de Ocampo, Señor Reg. D. Eſteuan Carrillo.

Die 21. menſis Maij 1667. Neapoli facto verbo in Regia Iuncta.

Per Regiam Iunctam per S. E. delegatam, prouiſum, & decretum eſt, quod exequatur reſcriptum S.E. iuxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem, & proindè ſolutis pro nunc Regiæ Curiæ ducatis tribus mille, & facta obligatione per N. de ſoluendo reliquos duc. mille, & quincentum infra quatuor menſes, ac facta etiam per N. nominatione alterius perſonæ ad arbitrium, & electionem dicti N. in cuius capite inteſtari debeat officium Scribæ à mandatis, abſque vlla alia ſolutione facienda ad beneficium Regiæ Curiæ, dictus N. excarceretur cum mandato per Palatium duc. bismille, & tollatur ſequeſtrum ſuper officio prædicto, verùm ſolutis reliquis ducatis mille, & quincentum, tollatur mandatum, & expediatur ſaluaguardia in forma, ſaluis iuribus pro intereſſe Partium contrà dictum N. hoc ſuum, &c. D. Eſteuan Carrillo de Salzedo, Franciſcus Roccus, Antotonius Gaeta, Ioannes Dominicus Aſtutus, Vidit Fiſcus. Proſper de Laurentijs Act.

Contractus diſtractionis officij, procul aſſenſu, an reuocari queat, ad ornatum conſtit. Reg. Conſtitutionem Diuæ memoriæ.

RVB. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes feudales abſque aſſenſu reuocari poſſunt.*

2 *Officia alienata abſque aſſenſu, fiſco aperiuntur.*

3 *Reuocatio vigore* Conſtit. Regn. conſtitutionem Diuæ momoriæ; *num admittatur in alienatione officij, & negatiuè reſpondetur; & ità deciſum, num. 4. ſed contrarium, nu. 11.*

5 *Argumentum de feudo ad officium validum eſt.*

6 *Officialis minus habet in officio, quam feudatarius in feudo.*

7 *Officium alienans, non poteſt illud tradere, cum exercere nequeat abſque Regis collatione. Et nominatus in illo, dicitur habere officium à Rege, nu. 8.*

9 *Electus à perſonis deſtinatis per Populũ, videtur à populo, & non ab illis viris electus.*

10 *Feuda alienata ſine aſſenſu, olim ad Regem deuoluebantur.*

11 *Officium alienans, poteſt alienationem reuocare; & deciſio in officio Curſoris Maioris refertur, nu. 13.*

12 Conſtitutio Diuæ memoriæ *procedit in officijs.*

14 *Regalium alienatio eſt prohibita ex cauſa publica.*

15 *Reuocari poteſt actus factus contrà legis prohibitionem, & etiam poteſt illi contraueniri.*

16 *Reuocare poteſt vaſſallus alienationem feudi ſine aſſenſu etiam de iure communi.*

17 *Regalia non poſſunt contractari abſque aſſenſu Domini* ex conſtit. Regni ſcire volumus; *& datur contrahentibus poteſtas reuocandi, num. 18.*

18 *Feudi alienatio abſque aſſenſu, non dicitur ipſo iure nulla, dùm poſſit per aſſenſum confirmari.*

19 *Actus nullus ipſo iure, non poteſt confirmari.*

20 Conſtitutio Diuæ memoriæ *fauorabilis dicitur, & extenditur in officijs; hinc iuramentum præſtitum in venditione feudi, nullam vim obtinet, nu. 21.*

22 *Reuocatio in ſcriptis fieri debet, & parti eſt notificanda; & idem prouidetur ſpecialiter in officijs, nu. 23.*

24 *Reuocans alienationem feudi, videtur illud auocare ad inſtar ſententiæ Iudicis.*

25 *Reuocatio debet fieri antè impetrationem aſſenſus, etſi poſt, inutilis eſt, etiam ſi aſſen-*

Digitized by Google

assensus esset decretatus per verbũ fiat, licèt nõ fuerit expeditum priuilegium; & sic decisum nu.26. etiam si in memoriali fuerit notata dies,nu.27. sic etiam si oblatæ fuerint preces Regi, & memoriale fuit remissum Proregi, vt faceret consultationem,nu.28.

29 *Reuocatio non habet locum, si eodem die fuerit expeditus assensus, quo fuerit facta reuocatio, nisi constet de hora,& anterioritate.*

30 *Assensus præstitus post reuocationem, non prodest.*

31 *Reuocatio fieri debet, antequam fiscus interpellet venditorem, pro deuolutione feudi.*

32 *Feudum in dotem datum absque assensu, quando ad Curiam deuoluatur; & nùm competat reuocatio,nu.33.*

34 *Reuocatio censetur remissa, quando emptor inscius reuocationẽ assensum impetrauit,& pretium exoluit venditori.*

35 *Venditor recipiens pretium rei venditæ, videtur recedere à rescissione.*

36 *Dominus recipiens ab emphiteuta canonem,& illum non expellens,videtur remittere caducitatem.*

37 *Emphiteuta alienans rem absque consensu Domini,si Dominus recipiat canonem à nouo emptore, videtur approbare contractum, & laudemium remittere.*

38 *Assensus pro confirmatione rei feudalis, potest tàm antè, quàm post contractum impetrari; & retrotrahitur ad tempus contractus,num.39.*

40 *Reuocationis facultas potest remitti per pactum appositum in contractu de non reuocando; secus si tale pactum sit appositum in principio, num.41. sed contrarium num.42.*

43 *Reuocatio est introducta,ob priuatam vtilitatem, & potest à contrahentibus renunciari.*

44 *Reuocatio venditionis feudi sine assensu, semper fieri potest; dummodò fiscus non contestauerit litem super deuolutione, num.45.*

46 *Pactum de non reuocando,valet inter cõtrahentes.*

47 *Reuocationis facultas an præscribatur,& quo tempore.*

48 *Reuocatio alienationis feudi pro dote dati,non conceditur hæredi viri,& mulier potest assensum impetrare post reuocationem, & viri mortem, num.49.*

50 *Feudi obligatio pro dote, quando valet absque Regis assensu,n.51.*

52 *Dotarium potest constitui super feudo absque assensu.*

53 *Reuocatio non permittitur in alienatione necessaria, quæ fit per Iudicem nomine creditoris; & de ratione num.54. & procedit tàm in venditore, quàm in emptore,nu.55.*

56 *S.C. Regis personam repræsentat.*

57 *Assensus potest dari in alienatione necessaria facta per Iudicem,etiam post reuocationem.*

58 *Pactum de retrouendendo super feudo vẽdito à Iudice, non admittit reuocationem.*

59 *Reuocatio non datur, in venditione rei reddititicæ feudo.*

60 Constit.Regn.constitutionem Diuæ memoriæ *non procedit in feudis planis, & de tabula.*

61 *Feudi excadentia concedi possunt per Baronem absque assensu Regis, & non datur reuocatio, & in rebus parum vtilibus, & in feudis rusticis seù Attenasijs, num.62.*

63 *Reuocatio non datur in alienatione feudi mixti,id est quaternati secundum quid, dato assensu Baronis.*

64 *Reuocatio an detur in alienatione feudi, ex pacto,& prouidentia.*

65 *Reuocatio non datur in cessione iurium super feudo, quando feudum remanet penès eundem possessorem.*

66 *Feadi augumentum,quando fit sine assensu.*

67 *Officia, qua habent annexam iurisdictionem, non possunt vendi,etiam à Principe recognoscente superiorem.*

68 *Reuocandi potestas conceditur emptori,& venditori, eorumque hæredibus.*

69 *Reuocatione facta,contractus irritatur ex tunc, seù ex causa de præterito.*

70 *Reuocatione, contractus feudalis facta, emptor tenetur restituere rem vna cum fructibus, & venditor pretium cum interesse.*

71 *Assensum tenetur expedire venditor officij,vel feudi; & de ratione,nu.72.*

73 *Reuocatione facta per venditorem, tenetur emptori ad interesse, secus si reuocatio fieret per emptorem; tùnc compensantur fructus cum interesse,nu.74.*

Digitized by Google

75 *Fructus cum intereſſe compenſantur, reuocatione facta contractus feudalis per emptorem.*

76 *Reuocatione facta per emptorem, venditor adimplere dicitur reſtitutionem pretij, ſi cedat emptionem factam de dicto pretio, & ſic deciſum, nu.* 78.

77 *Debitor, qui tenetur ad aliquam quantitatem reſpectu certæ ſpeciei, liberatur, ſi reſtituat illam ſpeciem.*

79 *Creditor poſterior, cui fuit liberata pecunia, cum vinculo de conuertendo illam in emptionem; in caſu reſtitutionis tenetur eandem emptionem redere, etiam perempta illa ſpecie, nu.* 80.

81 *Euicta re ab emptore, venditor liberatur, ſi eãdem rem euictam emptori reſtituat; quod procedit re integra, & non abducta re; nàm tunc non tenetur illam iterum emere ſecundum aliquos, nu.* 82.

83 *Emptor ſi promiſerit aſſenſum ad eius onus impetrare, & illo non impetrato reuocat, tenetur ad reficiendum intereſſe venditori.*

84 *Venditor rei feudalis, ſi dolo ſe illam vendidit, vti burgenſaticam, facta reuocatione, tenetur ad æſtimationem rei venditæ.*

85 *Reuocatio non habet locum, ſi feudatarius dolosè ſe geſſit.*

86 *Vendens feudum vt ſuum, ſciens non eſſe ſuum, reuocatione facta ex præcedenti culpa, tenetur ad intereſſe.*

87 *Seruum vendens, ſi illum non præſtat ex ſua culpa, vel ſi occidat, tenetur ad intereſſe; ſecùs ſi ex cauſa occiderit, nu.* 87.

88 *Reuocatio facta per emptorem ob defectum regiſtrationis aſſenſus, vel iuramenti ligij homagij non præſtiti, vel aſſecurationis vaſſallorum, valida reputatur, ſed tenetur ad intereſſe venditori, num.* 90.

89 *Aſſenſus regiſtratio, iuramenti ligij homagij præſtatio, & litterarum aſſecurationis vaſſallorum expeditio, ſi deficiãt, corruit aſſenſus, quæ ſolemnitates ad emptorem ſpectant.*

91 *Reuocatio facta ob defectum, quia emptor non præſtitit iuramentum pro omnibus feudis, ſed tantùm pro capite baroniæ fuit inualida iudicata.*

92 *Reuocatio nùm habeat locum, in promiſſione de vendendo.*

93 *Reuocatio an procedat in pacto de non petendo.*

94 *Promiſſio de vendendo feudum, ſi fuerit reuocata, promiſſor tenetur ad intereſſe.*

95 *Promiſſione facta de vendendo, contractus dicitur perfectus.*

96 *Promiſſio de vendendo non dicitur vera venditio, & ſi contractus requirat ſcripturam, dicta ptomiſſio non indiget ſcriptura, nu.* 97. *& ex dicta promiſſione non debetur gabella, nec Laudemium, nu.* 98.

99 *Promittens vendere officium, vel feudum, ſi reuocat promiſſionem ob defectum aſſenſus, non tenetur ad intereſſe; & ità deciſum, nu,* 100.

101 *Reuocatio poteſt reuocari, & tũc ſi deindè impetratur aſſenſus, remanet validus contractus, ſecus ſi aſſenſus fuerit obtentus poſt primam reuocationem, nu.* 102.

103 *Reuocatio competit, ſi aſſenſus impetratus ſit nulliter expeditus.*

104 *Reuocatio admittitur, etiam ſi fuerit cõditionalis, aut cauſatiua.*

Contractus diſtractionis officij, procul aſſenſu, an reuocari queat, ad ornatum conſtit. Reg. Conſtitutionem Diuæ memoriæ.

R V B. XIX.

1 BEnigna prouidentia ſuffultus Imperator Federicus, oportunitatibus tantummodò ſubditorum ipſe conſuluit, ſui tamen Ærarij augumentum neglexit, dùm rigorem iuris communis feudorum derogauit, quando peculiari lege, in hoc Regno indulſit poteſtatem contrahentibus, & alienantibus res feudales ſine Regio permiſſu, vt poſſint iure proprio cuncta reuocare, vt habetur per *Conſtit. Regni* incip. *conſtitutionem Diuæ memoriæ.*

2 Quamobrem vetuſta nedùm fuit, ſed turbulenta quæſtio inter noſtrates, nunquid hæc Cæſarea facultas protrahatur in officijs, quæ etſi ob alienationem ſequutã, procul aſſenſu Regis, ad inſtar emphi-

Digitized by Google

phiteusis Domino aperiantur, *ex tex. in l. fin. C. de iur. emphiteut.* & in nostra specie confert *tex. in l. officia, C. de offic. quæstor.* nihilominus, vtrum quis valeat huiusmodi facultate munitus, caducitatis pœnam euadere?

3 Et prima se offert negatiua sententia, prout in proposito responderunt *Consil. de Georg. repet. feud. 54. nu. 50. Reg. Galeot. resp. fiscal. 12. nu. 211. & 213. Amichang. in qq. feudal. de regalib. offic. quæst. 9.* Imò
4 videtur hæc sententia in Tribunali Regiæ Cameræ constituta; nàm in causa de Sedeolis fuit pronunciatum, quod venditor officij non potest illud reuocare, antè impetrationem assensus, vt testatur *Consil. de Georg. loc. cit.*

5 Et meritò, nàm illud commune dicterium, vt de feudo ad officium valeat argumentum, ex dictis per *Andr. in cap. 1. de feud. Marc. Frecc. lib. 2. de subfeud. num. 52. Boer. decis. 350. nu. 4. Ioannes Faber in l. nemo, C. de assessor. Lapus in cap. per vestras*
6 *super rub. nu. 6. & 7.* locum non obtinet sic simpliciter, dùm strictius contrahitur in officijs, quàm in feudis, cum minus habeat Officialis in officio, quã feudatarius in feudo retinet; Etenim licet feudũ
7 alienari vetatur absque Regis assensu, tamen de facto tradi potest, quod sortiri nequit in officijs, cum alienans non possit illud tradere, ea peculiari ratione; quia nemo potest officia exercere sinè Regis collatione, & nominatus in officio à Prin.
8 cipe confirmari debet; & à Principe confirmante dicitur habere officium, non à parte nominante, *ex tex. in l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cuiusque Vniuers.*
9 *nomin.* vbi habetur, quod Electus à personis destinatis per Populum, videtur à populo electus, non ab illis viris, *l. municipibus, ff. de cond. & demonstr. Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 4. nu. 5. &* 10.
10 *Couar. var. lib. 3. cap. 9. nu. 35.* Ideò quia Cæsarea facultas, in dicta *constitutione* indulta, peculiariter respicit feuda, quæ iure communi attento, Domino deuoluebantur, si citrà assensum distrahebantur, *cap. 1. si vassallus feud. quod. alien. recuper.* proindè sanctio illa locum non vindicat in officijs.

11 Attamen contraria sententia veritati nititur, & equitate munitur; vt scilicèt valeant alienantes officium, nullo intercedente assensu, distractionem reuocare, huiusmodi facultate freti, à dicta constitutione impartita, qua reuocatione sequuta deuolutionis mulcta euitatur; & huius sentẽtiæ Antisignanus fuit *Diomed. de Maricond. in add. ad d. constitut. Diuæ memoriæ*, eumque sequuntur *Reg. de Pont. decis. 28. nu. 29. & in cons. 137. nu. 9. vol. 2.* subdens, in decisione contraria habita in causa de Sedeolis, interfuisse magnam altercationem inter Dominos Iusdicentes, *ad idem Bilott. cons. 23. Reg. de Curt. par. 2. diuers. feudal fol. 242. nu. 151.* hoc pariter
12 obseruat *Affl. in constit. scire volumus*, dicens *constitut. Regn. constitutionem Diuæ memoriæ* procedere in officio, & sequitur *Franc. de Amic. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss. verbo dicebam*, amplius *Reg. Tap. Ius Regni tom. 6. tit. de prohib. feud. alien. in constitut. constitutionem Diuæ memoriæ nu. 1. fol. 229. Præs. Mormil. in d. const. Diuæ memoriæ nu. 31.* & confert decisio S.C. habita iunctis aulis in Collaterali Consi-
13 lio, in causa locationis officij Cursoris Maioris huius Regni, quæ etsi fuerit peracta per decennium; vndè tanquàm ad longum tempus Regium beneplacitum requirebat; attamen ob illius defectum non censuit S.C. officium deuolutum declarare, sed tantummodò contractum irritauit, & ad reddendum emolumenta conductorem condemnauit.

14 Hoc etiam pariter patet, nedùm ex ratione à prudentum interpretatione, sed ex legis sanctione deprompta, dixit enim *Andr.* & notat etiam *Affl. in d. constit. scire volumus*, quod regalium alienatio vetita fuit ex causa ratione directi dominij penès Regem residentis, sed iuxtà theoricam *Bart. in l. post mortem, ff. de adoption.*
15 potest quis actum, contrà legis prohibitionem gestum, proprio facto reuocare, illique contrauenire, sequitur *Reg. de Pont. decis. 28. num. 35.* proùt etiam hoc idem docet *Camer. in cap. Imperialem fol. 12. lit. F. & fol. 54. lit. V.* inquiens, quod
16 de iure communi feudorum poterat vassallus feudi alienationẽ, sinè assensu peractam, reuocare iure proprio, quod etiã suadetur, *ex tex. in c. 1. quid iuris sit, si per alienationẽ*; vbi dicitur, q si vassallus feudũ illicitè alienatum mox recuperauerit, euitabit eiusdẽ feudi ammissionem; proindè ex his dignoscitur licitũ esse ius reuocãdi

Digitized by Google

17 Id emque etiam vt diximus ex legum conſtitutione deſumitur, etenim *conſtit. Regn. ſcire volumus*, ſimpliciter, & abſolutè prohibet, ſuper regalibus contractari, qua de re actus nullitas ipſo iure infertur, *ex l. non dubium, C. de legib.* cum-
18 que hodierna praxis non reſpuat huiuſmodi cõtractationes, Regio interueniente conſenſu; ideòque ſequitur poſſe contrahentes alienationem regalium procul aſſenſu, reuocare *ad tex. in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. *Bart. in l. poſt mortem verſ. ſecundo caſu, ff. de adopt. Decius conſ.* 142. *nu.* 4. ad inſtar feudi, quod etſi attento iure communi feudorum Domino deuoluebatur, ſi abſque aſſenſu alienatum extiterat; nihilominus lex Regni, vt *d. conſtit. conſtitutionem Diuæ memoriæ*, loquens in feudis, dicit, *niſi de ſpeciali noſtræ celſitudinis licentia confirmetur*; quamobrem ſubſtinere videtur diſpoſitionem, ob ſpem futuræ con-
19 firmationis; vndè non dicitur diſpoſitio ipſo iure nulla, cum admittatur confirmatio ſubſequens, & notum eſt, quod actus nullus ipſo iure, quia non reperit ſubiectum confirmabile, nequit confirmari *cap. inter dilectos circà fin. de fid. inſtrum. Montan. in cap. Imperialem nu.* 154. *de proh feud. alien. per Federic.* Hac etiam conſtitutione, permittitur huiuſmodi contrahentibus iure proprio reuocatio alienationis feudi, nè illud Domino deuoluatur. Hinc oritur, quod hæc facultas in feudo expreſſa, non videtur ſpecialiter inducta, nec talis reuocatio exorbitans dignoſcitur, ſed militat eadẽ ratio, ne Domino deuolutio ſuccedat; ideòque æquè iudicari debent officia, & feuda ſuper reuocationis poteſtate; eò magis quia ſan-
20 ctio, in dicta cõſtitutione circumſcripta, fauorabilis dicitur, dùm temperat rigorem iuris communis feudorum, ne perdatur feudũ, ità *Andr. in cap.* 1. *de vaſſall. qui contr. conſtitut. Lotarij* addentes *in d. conſtitut. Diuæ memoriæ nu.* 194. *Marin. Frecc. lib.* 2. *de ſubfeud. quæſt. incip. à Regnicolis nu.* 15. *Montan. de regalib. in prælud. num.* 47. *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol. cap.* 83. *Reg. Reuert. deciſ.* 498.
21 Imò adeò fauorabilis eſt, nàm iuramẽtum, in contractibus præſtitum, nullius eſt roboris, proùt dictat citata *conſtitut. conſtitutionem Diuæ memoriæ verb. ius iuran-*
dum, & notat *Vinc. de Aun. ſuper d. conſtit. nu.* 222. ſequitur *Conſ. Staiban. reſol.* 183. *nu.* 60. *tom.* 2. *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol. cap.* 83. *Reg. Reuert. deciſ.* 498.

22 Verùm, vt locum obtineat huiuſmodi ſanctio, nonnulla requiruntur; & primò talis reuocatio debet fieri in ſcriptis, & non voce, ad euitandũ fraudes, & vt Rex ſit certus de vaſſallo, vt probat *Conſil. Theodor. allegat.* 96. *nu.* 21. *verſ. vlterius*, qui adducit *Reg. de Pont. in conſ.* 5. *nu.* 65.

23 Secundò requiritur, vt parti notificetur, aliàs inanis redditur, vt conſtat *ex Reg. prag.* 11. *cap.* 75. *de offic. Iudic. Montan. in cap. Imperialem nu.* 245. qui hoc peculiariter affirmat in materia reuocationis alienationis officij, & aliorum regalium, & à die notificationis dicta reuocatio ſumit vires, idem *Montan. de regalib. in prælud. nu.* 46. *in fin. verſ. reuocatio autem*;
24 & poſſeſſionem feudi auocet cum ſententia declaratoria Iudicis, *ex Andr.* docuit *Paris de Put. tit. an Dominus feud.* cui ſe refert *Reg. Tap. Ius Regn. tit. de prob. feud. alien. tom.* 5. *ſuper d. conſtit. Regn. num.* 27. *fol.* 322.

25 Tertiò requiritur, vt reuocatio fiat antè impetrationem aſſenſus; quia ſi poſtquam aſſenſus impetratus fuerit, etiam per verbum, *fiat*, licèt non ſit redactus in formam priuilegij, reuocatio eſſet inutilis, tanquàm facta, re non integra; ità *Paris de Put. de reintegr. feud. in cap. & iuſta præmiſſa nu.* 10. *& 11. & in cap. an ſi reperiatur in fin. Camill. de Medic. conſ.* 2. *nu.* 82. *Reg. de Pont. deciſ.* 6. *n.* 5. *Præſ. Mormil. in d. conſtit. Diuæ memoriæ nu.* 32. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 6. §. 2. *nu.* 28. &
26 deciſum refert per Collaterale Conſilium in cauſa Marchionis Vallis, idem de *Pont. de poteſt. Proreg. tit.* 8. §. 7. *nu.* 2. *& in conſ.* 14. *nu.* 20. *par.* 2. Et ità deciſum patet per S. C. ad relationem Conſ. Scipionis
27 de Curt. die 16. Nouembris 1598. in cauſa D. Camillæ Caſtriotæ, cum Ioanne Crimaldo, ſuper venditione Terræ Morroni, nàm ibi nulla fuit habita ratio de reuocatione facta tempore, quo aſſenſus erat decretatus per verba, *fiat in forma*, & extitit notata dies, proceſſus eſt in banca Scacciauenti, nunc Lauiani, quam deciſionẽ refert *Thor. in comp. deciſ. to.* 2. *in verb. renocatio alienationis feudi f.* 608.
28 Imò in caſu quo fuerint oblatæ preces

Regi

Digitized by Google

Regi, pro assensus præstatione, & Rex prouidendo respondit, committendo negotium Proregi, qui attentis rationibus expositis prouideret, vt sibi visum fuerit, tunc non datur locus amplius reuocationi; quia res non est integra, & cessat contemptus, dùm Rex certioratus de contractu, commisit negotium Proregi prouidendum; vndè pendente prouisione Proregis *ex cap. bone il 2. de postulat. prælator.* nihil est attentandum, vt tradunt *Præs. Mormil. & Reg. de Pont. loc. cit.*

29 Et amplius reuocationi locus non fit, si eodem die assensus est speditus, & reuocatio confecta, & non constet de prioritate temporis, nàm in dubio præsumitur assensum præcessisse, nisi reuocans doceret de hora, & anterioritate *Præs. de Franch. decis. 649. Cons. Theodor. alleg. 96. num. 24.* & ità decisum per S. C. iunctis aulis die 8. Iunij 1602 in causa Domini Principis Casertæ, cum Marcello Florillo in banca de Ferrarijs, refert *Thor. in compend. tom. 2. in verbo reuocatio alienationis feudi fol. 610.*

30 Tamen, nõ prodest assensus præstitus, post reuocationem, quia assensus superueniens post venditionem reuocatam, non recipit materiã præexistentiæ, quam validare habeat, *Par. de Put. de reintegr. feud. verb. an si vassallus, Affl. decis. 335. nu. 11. & in d. const. num. 46. & 48. Lanar. cons. 37. nu. 7. Capyc. decis. 100. nu. 5. Reg. Tap. ius* Regn to. 6. *tit. de prob feud. alien. fol. 232. nu. 28. vers. secundo declara.*

31 Quartò requiritur, quod reuocatio fiat, antequam fiscus interpellet venditorem pro deuolutione feudi, ex doctrina *Reg. de Pont. de potest. Proreg. in tit. de assens. Reg. super dot. nu. 4.* inquiens, *constitutio-*

32 *nem Diuæ memoriæ* esse correctam per capitulũ Caroli II. quo prouidetur, quod si feudum detur in dotem, amittatur, & ad Curiam deuoluatur, quam opinionem impugnat *ex Camer. & Liparul. Montan. in repet. Reg. Imperialem nu. 173.* vbi dicit, quod verba capituli, ibi, *quod feudũ*

33 *amittatur, & Curiæ applicetur*, sunt futuri temporis, & requirunt sententiam, vt *in tit. de feud. sine culp. non admitt.* & sic interim poterit contractus reuocari, sed post sententiam non: nàm Rex ex beneficio dictę constitutionis, concessit vassallo locum pœnitentiæ, vt reuocet alienationem propria authoritate, & sinè aliqua licentia Regis, antequam Rex ipse reuocet ex doctrina *Iser. in cap. 1. de vass. all. qui contr. constit. Lotar. Frecc. lib. 2. de subfeud. quæst. incip. à regnicolis, num. 12. Reg. de Pont. d tit. de assens. Reg. super do. tib. §. 1. nu. 11. Reg. Tap. ius Regn. to. 6. tit. 22. de prob feud. alien. nu. 25. fol. 232.*

34 Verumtamen reuocatio distractionis officij, vel feudi per venditorem congesta, censetur remissa, quando emptor reuocationis insçius, assensum impetrauit, pretiumque exoluit, illudque venditor recepit citrà protestationem; tetigit tamen hic articalus, *Præs. Mormil. in const. Diuæ memoriæ nu. 22.* sed nullam protulit sententiam, & se remisit ad dicta *per Affl. in cap. Imperialem in 2. quæst. nu. 17. de prob feud. alien. per Federic.* Verum hoc in loco quamquam non inuenerim *Affl.* sic decernentem; nihilominus patet hæc sententia, ex explorata conclusione desumpta, *ex tex. in l. lege de lege, §. fin. & l.*

35 *post diem, ff. de leg. commissar.* quo habetur, vt recipiens pretium, vel partem ipsius, vel etiam petens illud, videtur rece-

36 dere à rescissione venditionis, proùt si Dominus recipit canonem ab emphiteuta, & illum morosum non expellit post caducitatem commissam, censetur remisisse caducitatem, ex doctrina *glos. in cap. potuit in verb. expell. extrà locat.* quam sequuntur *Cyn. Alberic. & Salicet. in l. 2. C. de iur. emphiteut. Alexand. Soccin. Riminald. senior, Dec. Paris. Ruin. Cagnol. Roland. & Affl.* quos adducit *Corbolus in tract. de emphiteus. tit. de priuat. ob non solutum canonem limit. 21. Gigas de pensionib. quæst. 73. nu. 3. Boer. decis. 309. nu. 5. Clar. in §. emphiteusim quæst. 10. nu. 1. in fin. vers. aut verò, Surd. cons. 86. nu. 14. Rodoan. de reb. Eccl. non alienand. quæst. 75. nu. 12.* & iuxtà hanc opinionem pronunciauit Senatus Mantoanus, teste *Surd. decis. 317. nu. 14. Reg. Merlin. contr. tom. 1.*

37 *cap. 21.* Imò est quoq. de iure prouisum, vt si emphiteuta alienauit rem absque consensu Domini; & Dominus receperit à nouo emptore canonem, inducitur approbatio contractus, & consensus præstitus nouo emphiteutæ, ac etiã succedit remissio laudemij, ità affirmat *Amodeus de Pont. de laudem. quæst. 16. nu. 5. & Corbolus in d. tract. de emphiteus. tit. de causa priuat.*

Digitized by Google

priuat. ob alienationem irrequiſito Domino limit. 40. nu. 1. Conſ. Hodiern. ad Surd. deciſ. 6. nu. 12.

38 Eo fortius, quia aſſenſus pro confirmatione alienationis, præcipuè rei feudalis, poteſt tàm antè, quàm poſt contractum impetrari, ex doctrina *Andr. in l. Imperialem in princ.* quàm ſequitur *Affl. in Conſtit. Diuæ memoriæ nu. 75.* & poſt im-
39 petratum aſſenſum, ille retrotrahitur ad tempus contractus, *l. qui prior, & l. balneum, ff. qui potior. in pign. habeant. Bart. in l. ſi quis pro emptore, ff. de vſucapion. quæſt. 5. Alex. in l. ſi filius de ver. obligat. bona gl. in cap. ſi tibi de reſcript. lib. 6.* idēq; conſtat *ex tex. in l. 1. ff. qui potior. in pign. habeant.* quem tradit *Affl. in propria materia ſuper conſtit. Diuæ memoriæ nu. 45. verſ. tertio quæro.*

40 Præterea remitti poteſt huiuſmodi reuocatio per pactum, peculiariter indictū in contractu, ſcilicèt de non reuocando iuxtà facultatem traditam *in dicta conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ*; hoc inquā pactum, & ſi aliqui illud admittere vi-
41 deantur, ſi ex interuallo, non autem ſi à principio fuerit expreſſum, ità *Reg. Reuert. deciſ. 498.* authoritate *Affl. in eadem conſtitut. num. 49.*

42 Verùm alij hanc ſententiam impugnāt, ſubſtinentes, nullatenus huic reuocationi per pactum derogari poſſe, licèt non à principio, ſed ex interuallo hoc actum fuerit; ità *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in quæſt.* quæ incipit *pluribus autem modis nu. 10.* & antè eum *Paris de Put. de reintegr. feud. cap. 5.* & ſequuntur *Reg. Tap. Ius Regn. ſuper d. conſtit. conſtitutionem Diuæ memoriæ col. 2. verſ. ſed an poſſit fol. 133. n. 30.* & *Reg. de Marin. in obſer. ad dictam deciſ. Reuert. 498. nu. 3.*

Nihilominus, circumſcriptis prędictis, primum aſſumptum amplector, illudque probat *Montan. contr. 15. nu. 11. circ. fin.*
43 & ratione conuincitur, nàm reuocatio reſpicit priuatam vtilitatem, & non publicam; quia conſtitutio tribuit facultatem reuocandi ob vtilitatem contrahentium, ne feudum perdāt, nec dicitur fieri fraus legis diſpoſitioni; dùm facultas reuocandi conceſſa eſt contrahentibus, ſi voluerint euitare pœnam amiſſionis feudi, vt ſupra diximus, ideò poſſunt contrahentes renunciare dictæ facultati reuocan-
44 di. Et amplius in conſtitutione prædicta non eſt taxatum tempus ad reuocandum contractum ſuper officio, vel feudo; ſed ſemper antequam Dñs conteſtatus ſit litē ſuper deuolutione feudi, aduerſus cōtra-
45 hentes, poſſunt ij impetrare aſſenſum, cōtractumque, vel confirmare, vel reuocare ex dictis *per Andr. in tit. de vaſſall. qui contr. conſtit. Lothar. col. penult.* Propte-
46 reà ſequitur, quod contrahentes paciſci poſſunt, non reuocare contractum alienationis feudi, proùt vltrà *Montan. dict. contr. 15. nu. 11. per tot. nu. 13.* idem docuit *Affl. in d. conſtit. conſtitutionem Diuæ memoriæ nu. 48. in fin. verſ. ſexto quæro,* ſequitur *Franc. de Amic. conſ. 2. Reg. Reuert. d. deciſ. 498.*

47 Inſuper alij adaptantur caſus, quibus reuocationis facultas euaneſcit. Primò ſi tale ius fuerit præſcriptum, quod dicitur ſpatio centum annorum iuxtà *conſt. Regn. quadragenalem in tit. de præſcript.* ſed melius hoc ius reuocādi præſcribitur lapſu 30. annorum, ſi forſan alienans per ſpatium dicti temporis non reuocauerit, & paſſus fuit emptorem poſſidere feudum, ſinè confirmatione Domini, ità affirmāt *gl. in d. conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ in verb. renocare, Ann. ſuper ead. conſt. nu. 277. Montan. contr. 16. nu. 11. verſ. quod autem.*

48 Secundò in dote, nàm non poteſt hæres defuncti feudatarij alienationem feudi à defuncto congeſtam, pro reſtitutione dotium, & antefati, reuocare; ſed licitè
49 vxor defuncti poſt obitum viri, & reuocationem peractam, impetrabit aſſenſum; quoniam ſicuti talis hæres non poteſt reuocare obligationem bonorum feudaliū pro dote, *Affl. deciſ. 111. Ann. alleg. 66. Caualc. in deciſ. 42. par. 1. de Pont. deciſ. 6. nu. 4. Intrigliol. de feud. cent. 2. artic. 5. n. 737. Reg. Tap. Iur. Regn. tom. 6. de prohib. feud. alien. fol. 233. nu. 30. verſ. limita;* ideò non poteſt fieri reuocatio alienationis feudi pro dote obligati, vt deciſū refert *Frecc. lib. 2. de ſubfeud. quæſt.* incip. *pluribus, Ricc. collect. 1818. verſ. limita. 4.* faciunt etiam dicta *per Camer. in l. Imperialem de prob. feud. alien. per Federic. nu. 267. cum ſeqq. & idem Camer. in eadem l. fol. 84. col. 2.* proùt etiam confert *conſtitutio Regni fra-*
50 *tribus*; qua licet in Regno obligari feudum pro dote ſinè aſſenſu, ſi matrimoniū

fuit

fuit factum cum licentia Regis, quemadmodùm aliqui exposuerunt; ità *Reg. de Pont.de pot:est.Proreg.tit.de assens.Reg.super dot. in princ. num.*5. sed *per constitut. Regn.Diuæ memoriæ*, non possunt feuda
51 in dotem dari, nec obligari sinè assensu, quæ prohibitio limitatur tantùm in dota-
52 rio, seù antefato, quod hodiè constitui potest in feudo sinè assensu *ex cap.*Regis Caroli II. *incip. dotarium*; vt reprobata opinione *Camer. in cap. Imperialem f.*35. *col.*4.cuius argumentis subtiliter satisfacit, & tenet *Liparul. in add.ad Andr. in tit. qualiter clim poterat feudum alienari, §. donare num.*8. *vers. hodiè*, & concludit *Montan.in d.l.Imperialem nu.*169.

53 Tertiò reuocatio alienationis feudi nõ procedit in venditione necessaria, quæ fit per Iudicem; quia tunc Iudex vendit nomine creditoris, qui ius vendendi ha-
54 bet,& super illa venditione Rex assensit, ideò non potest debitor reuocare contractum huiusmodi pendente impetratione assensus; nàm alioquin deluderetur Iudex, & hasta Fiscalis, & ob authoritatem magni Prætoris non permittitur reuocatio; nàm tũc videtur cum Iudice contractus gestus, ex dictis *per Frecc. de subfeud.lib.*2. *quæst. incip. pluribus autem modis limit.* 6. *& authorit.*1. *limit.*7. *Gizzarell decis.*2.*num.*12. *Iacob.Ant. de Maur.alleg.*50.*num.*4. *Bellamer. decis.*39. *Montan.in repetit.leg.Imperial.num.*178.
55 *Ricc. collect.* 1818. *vers. limita* 6. quod procedit tàm in venditore,quàm in emptore, cum non debeant ad imparia iudicari; eò fortius, quia militat in eisdem eadem ratio, imò durum etiam videtur in emptore, qui accessit ad Tribunal, & Iudici obtulit, & omnia fuerunt reposita
56 in manu Iudicis; præcipuè si agatur in S. C. vbi Regis persona repræsentatur, vt inquit *Reg.de Pont.decis.*6. *nu.*6.*&* 14. *& de potest.Proreg in tit.de assens.*Reg.*su-*
57 *per dot.*§.1. *num.*15. subdens,tali in casu assensum posse interponi, non obstante tali reuocatione, sequitur *Reg.Tap.decis.* 12.*nu.*20. *& in ius* Regn.*tom.*6.*tit.*22. *de prohib.feud.alien.fol.*332.*nu.*28.*&* 30.
58 *vers.istam constitutionem*,idem extendẽs in pacto de retrouendendo super feudo à Iudice vendito, absque assensu, quod .s. non procedat reuocatio, & se remittit *Tap.decis.*12. *S.C.*

59 Quartò in alienatione rei reddititicę feudo,non datur locus reuocationi factę per alienantem, vigore dictæ constitutionis, vt refert decisum *Affl. in cap.*1. *nu.*12. *de prohib.feud.alien. per Feder.* quam sequitur *Ricc. d.collect.*1818. *vers. limita* 8. & decisum refert *Præs.Mormil. in const. Diuæ memoriæ nu.*4.

60 Quintò *constitutio Constitutionẽ Diuæ memoriæ* non habet locum in feudis planis, & de tabula, sed tantùm in feudis quaternatis, in quibus admittitur facultas reuocandi, vt sensijt *Io: Vinc. de Ann. in repet.dict. constitut. nu.*243. cuius doctrinam impugnat subtiliter multis rationibus *Montan.in tit.de regalib.in prælud. nu.*47.*& Præs.de Franch.decis.*126.*num.*4. dicit articulum esse difficilem, & non fuisse decisum; nihilominus opinio *Vinc. de Ann.* est communior, & sic iudicatum fuisse testatur *Affl. decis.* 243. & sequuntur *Gram.decis.*77. *nu.*3. *Reg. Lanar.cons.* 92. *num.*25. *Frecc.de subfeud. limit.*13.*ad dictam constitut. quæst.incip. pluribus autem modis, & Camer. in l.Imperialem fol.* 40.*lit.E. Intrigliol. cent.*2. *de feud. art.*5. *nu.*612.*Reg.Tap.super const* Regn. *Constitutionem Diuæ memoriæ in to.*6.*Ius* Regn. *tit.de prohib.feud.alien.fol.*229.*num.*3. ac
61 idem procedit in excadentijs, concessis per Baronem,quæ cum assensu ipsius Baronis alienari possunt, *Camer. in cap.Imperialem fol.*6.*col.*2.*Reg.Tap.Ius* Regn.*loc.*
62 *cit.nu.*30.proùt idem est in rebus parum vtilibus, & ad culturã inducendam,& in feudis rusticis, seù alio vocabulo Attenasijs, sic loquuntur *Affl. decis.* 243. *& Præs.Mormil. sup.constitut.Diuæ memoriæ nu.*36.*&* 37.

63 Sextò in feudo mixto, idest quaternato secundum quid, si interfuerit licentia Baronis,non potest,ob defectum assensus Regij reuocatio expleri, sic fundat *Reg. de Pont.de potest. Proreg. tit.*7. *de assensib. Reg.* §.2.*nu.*25. *& seq.* cui adde *Ann.in repetit.dictæ constitut.nu.*195. *cum seq. &* Reg.*Tap.Ius* Regn.*loc.cit. nu.*3. *Affl.decis.* 243.*nu.*2. *Frecc.de subfeud. lib.*2.*de different.feud.quatern.differ.*12.*fol.*159.*Bilotta concl.feud.*93. *nu.*3.

64 Septimò in feudo ex pacto, & prouidentia sinè assensu alienato, cuius alienatio non potest reuocari vigore *constit.* Regn.nàm per dictam culpam alienantis,

seu-

feudum deuoluitur ad agnatum proximiorem, ex lege primi acquirentis, ex doctrinâ *Andreæ in cit. ſi vaſſallus feudo priuetur nu.* 5. quàm declarat *Montan. in l. Imperialem num.* 98. *cum ſeqq.* vt ſcilicèt ſit admittenda reuocatio reſpectu primi alienantis, non autem reſpectu hæredis ipſius, cui deuolutum ſit feudum ex lege, & pacto primæ inueſtituræ, *Par. de Put. de reintegr. feud. tit. an locationes excadentiales cap.* incip. *& in quantum dicitur.*

65 Octauò, quando eſſet facta ceſſio liti, & cauſæ agitatæ ſuper feudo, & feudum remaneret penès eum, qui illud poſſidebat, quia in dicta ceſſione non requiritur aſſenſus, & ſucceſſiuè non datur reuocatio, *Capyc. deciſ.* 9. *Reg. Tap. ſup. dicta conſt. conſtitutionem Diuæ memoriæ to.* 6. *Ius Regn. fol.* 229. *verſ. limita* 2. Nàm om-

66 ne, quod fit in augmentum feudi, ſinè aſſenſu ſubſtinetur, vt fundat *Dec. conſ.* 232. *& Præſ. Mormil. ſup. conſtit. Diuæ memoriæ nu.* 3.

67 Nono, in Principe recognoſcente ſuperiorem, nàm is non poteſt vendere, nec aſſenſum concedere ſuper venditione officiorũ, quæ habent annexam iuriſdictionem, ſecus ea, quæ non habent iuriſdictionem, ità *Reg. de Pont. deciſ.* 56. *nu.* 26. *& deciſ.* 37. *num* 13. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.* 5. *cap.* 20. *nu.* 45. *Reg. Tap. ſup. d. conſtit. Reg. conſtitutionem Diuæ memoriæ num.* 2.

68 Circumſcriptis autem prædictis caſibus, huiuſmodi reuocationis facultas nõdum taxat venditori, ſed emptori confertur, eorumque hæredibus, ex natura correlatiuorum; proùt decreuit Regia Camera, reiecta *Frecc.* ſententia, aliter decernente, vt teſtatur *Ann. in repet. dictæ conſtitut. conſtitutionem Diuæ memoriæ nu.* 257. & adeò tuta eſt hæc ſententia, nàm ità paſſim iudicatur in Regno noſtro, tanquàm res explorata, ità *Gizzarell. deciſ.* 2. *nu.* 11. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg ſup. dote*, §. 1. *nu.* 31. *&* 32. *tit. de refutat. feud nu.* 11. *& ſeq. Reg. Rouit. in prag* 1. *nu.* 33. *de fid. memor. Montan. in cap. Imperialem ſub n.* 100. *lit. I. Reg. de Marin. in add. ad Reg. Reuert.* 498. *nu.* 2. *Reg. Tap. Ius Regn. tit. de proh. feud. alien. tom.* 6. *fol.* 332. *nu.* 28. & hoc ius reuocandi tranſmittitur ad hæredes, *Aſſl. in prælud. feudor. nu.* 97.

69 Et facta huiuſmodi reuocatione, contractus irritatur ex tunc, ſeù ex cauſa de præterito, *l. emptor de rei vendic. de Franch. deciſ.* 12. *nu.* 4. *Gizzarell. deciſ.* 29.

70 qui alios allegat, quamobrem emptor tenetur reſtituere feudum, vel officium cum fructibus, & venditor pretium cum intereſſe, ex doctrina *Frecc. de ſubfeud. lib.* 27. *in limitat. conſtitut. Regn. conſtit. Diuæ memoriæ nu.* 87. per regulam *tex. in l. vetere, C. de prad. minor. de Franch. d. deciſ.* 12. *nu.* 4. *Gizzarell. d. deciſ.* 29. *Reg. Tap. deciſ.* 8. *S.C. Capiblanc. in prag.* 4. *de Baronib. nu.* 87. *Conſ. Marcian. conſ.* 49. *num.* 3. *lib* 1. *Reg. de Marin. reſol. lib.* 1. *cap.* 129. *nu.* 3. *& cap.* 83. *nu.* 15. *lib.* 2. *& in obſcr. ad deciſ. Reg. Renert.* 527. *nu.* 2.

71 Ratio autem, quarè tenetur venditor reſtituere pretium cum intereſſe, eſt, quia in dubio onus expediendi aſſenſum ſpectat ad venditorem; ſiquidem alienanti

72 lex pœnam imponit, & in eo Domini cõſenſus conſideratur, ſicque vt feudatarius licitè vendat Dominum requirere tenetur, *l. final. C. de Iur. emphiteut.* & probant *Paris de reintegr. feudor. cap. incip. quando verò plures, Reg. de Pont. conſ.* 5. *lib.* 1. *n.* 91. *Montan. in l. Imperialem nu.* 198. *de proh.*

73 *feud. alien. per Federic.* Propterea ſi ipſe venditor reuocat, tenetur ad intereſſe ad benefic. ũ emptoris, qui cauſam reuocationis patitur, opera venditoris, dùm promiſit ſe facturum, & curaturum, *ex gl. in l. ſi is C. de prad. minor.* & alijs doctè adductis *per Montan. in cap. Imperialem à nu.* 199. *lit. O.* idẽ reſpondit *Reg. de Marin. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 83.

74 Non autem hoc ità ſe habet in emptore reuocante, nàm tunc fit compenſatio fructuũ feudi cum intereſſe pretij, quem-

75 admodùm S.C. decreuit, in caſu reuocationis factæ per Marchionem Cuſani emptorem Caſtrorum Serpici, & Sorbi, ex quo non fuit expeditus aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ infrà biennium; quamobrem petebat reſtitui pretium cum intereſſe, offerens reſtituere Caſtra vna cum fructibus, cumque acceptaſſet D. Flaminius Vrſinus venditor reuocationem, & reſtitutionem pretij ſpopondiſſet, contendebat ſolummodò reſpectu intereſſe, vt compenſaretur cum fructibus; vndè S.C. iudicauit eſſe compenſandos fructus cum intereſſe, vt refert *Reg. Tap.*

Digitized by Google

*Tap.decis.S.C.*8.*nu.*20. tamen idem *Reg. Tap.* animaduértit, quod huiusmodi decisio ex diuersimoda ratione prouenit, nàm aliqui ex Dominis ità annuerunt, quia in eo casu, in emptore enitebat aliquod fraudis scrupulum, ex quo non habuit curam registrãdi assensum: alii verò dixerunt nullam esse differentiam inter valorem fructuum, & interesse; vndè ex hac rationum diuersitate in dicta causa perpensarum subdit idem *Reg.Tap.in fin. d.decis.* articulum predictum indigere Regia declaratione, nihilominus *Reg. de Marin.* affirmat,quod centies fuit seruatum per S. C. vt reuocante emptore fiat compensatio fructuum cum interesse, vt *in lib.*2.*resol.cap.*83. *& in obser.ad decis. Reg.Reuert.*527.*num.*2. adducens *Tap. d. decis.*8.*& Capiblanc.de Baronib.par.*2.*cap.* 21.*nu.*14.& addo idem *Reg.Tap.Ius Reg. tom.*6.*tit.de prohib.feud.alien.fol.*233.*nu.* 30.*vers.hac inquam.*

76 Imò in casu reuocationis congestæ per emptorem, adimplere videtur venditor restitutionem pretij, si emptionem ex pretio confectam, ipse emptori reuocanti cedat; proùt fuit decisum in eadem causa Marchionis Cusani; nàm cum fuerit conuentum pretium erogari in emptionem annuorum introituum, pro securitate euictionis feudi venditi, ad hoc vt illius introitus remanere deberent specialiter obligati, & hypothecati; & cum in exequutionẽ huiusmodi pacti in emptionẽ fuerint redacti ducati sex mille infrà pretium recepti,ideò dictam emptionem dictus D. Flaminius Vrsinus stante reuocatione peracta restituere obtulit,& S.C. admisit, vt testatur *Reg.Tap. d.decis.* 8. etenim perpependidit S. C. quod pretium fuit solutum in illa specie, & sic restituendo dictos annuos introitus, videtur restituere idem pretium, eodem modo receptum, ideò non dicitur soluere aliud pro alio, vt inquit *Bart.in l.*2.*§.mutui datio, ff.si cert.petatur*, nàm quando
77 debitor tenetur ad aliquam quãtitatem respectu certæ speciei, eo casu liberatur soluendo speciem illam, per *tex. in l.milite* 6.*§.*2. *ff.de re iudic.l.si verò* 65.*§.fin. sol.matrim.*quam doctrinam sequitur *Roman.in l.rogasti, ff.si cert.petat.* & ità obtinuisse testatur in Ciuitate Bononiæ,vbi quidam rogatus mutuare decem, cùm non habebat pecuniam,dedit amico suo librum, vt venderet, & reciperet decem, & si posteà ille amicus restituere offert librum, sed non pecuniam,tenetur creditor recipere librum pro illis decem,vndè species datur pro quantitate; dùm ille
78 erat debitor respectu certę speciei,idéq; decisum refert *Gizzarell. decis.*29.*in fin.*
79 Et idem pronunciatum refert in creditore posteriore, cui fuit liberata pecunia cum vinculo conuertendi illam in emptionem, quæ emptio stare debeat loco fideiussionis in omni casu restitutionis pecuniæ liberatæ; vndè ad instantiam creditorum anteriorum, vel sequuta euictione,eandem speciem ille restituere tenetur, & sic cedendo illos annuos in-
80 troitus, liberatur etiam perempta illa specie; vt fundat *Reg.Galeot. contr.* 38. *lib.* 3. & ad idem confert, quod euicta re
81 ab emptore, si ipse agit ad restitutionem pretij,& ad interesse contrà venditorem, liberatur venditor,si emptori tradet eandem rem euictam, *Prasf. de Franch. decis.* 145. *Ann. sing.* 171. vbi refert bis decisum *Reg.de Marin.lib.*1.*resol.*108.*nu.*18.
82 qui pro venditore resoluit,nulla admissa distinctione, quam alij interponunt, nimirum vt dictum remedium venditori competat re integra, si res à manu emptoris non fuit abducta,secus post sententiam, & eius exequutionem, quia tunc non tenetur iterum emere, per *tex. in l. euictis, ff. de euict.* & ibi *Odofred. Angel. Soccin.cons.*199.*vol.*2. *Bald.cons.*3. *Caball. cons.*6.*Costa de re integr.dist.*88.*nu.*9.*Reg. de Marin.ad Reg. Reuert.obser.*582. *nu.*2.
83 Verùm si emptor promisit assensum impetrare, & ad ipsius onus remansit, & indè idem emptor reuocat ex defectu assensus non impetrati, tenetur ad interesse ad beneficium venditoris, & ad omne totum, quod causa reuocationis patitur,sic decisum refert *Reg.de Pont.tit.cons.* 5.*lib.*1.*nu.*96. *Reg.Reuert.decis.*498.& ibi *Reg.de Marin.in obser.nu.*2.*Reg.Tap.decis.* 8.*S.C.nu.*20. *Montan.controuers.*16.*nu.*9. *vers.tenetur,Cons.Marcian.cons.*49.*nu.*18. *lib.*1.
84 Si tamen reuocatio sequeretur ob dolum venditoris, nàm vendidit rem feudalem, vti burgensaticam, tùnc tenetur ad æstimationem rei venditæ in beneficium emptoris; ità docuerunt *Andr. in*

Digitized by Google

cap. Imperialem, verſ. Imperato. Lotharius nu. 18. *de prohib. feud. alienat. Affl. in deciſ.* 268. *& Lanar. in conſ.* 30. *nu.* 14. imò tunc
85 fraude, vel dolo intercedente non habetur ratio de reuocatione, vt ex *Frecc.* qui refert, ſic iudicatũ per S.C. *in* 3. *limit. ad conſtitutionem Diuæ memoriæ*, annuit *Reg. de Pont. deciſ.* 6. *nu.* 8.

86 Ad idẽ faciunt tradita per *Montan. in contr.* 16. *num.* 10. & declarat *Gizzarell. deciſ.* 29. & amplius rationem ſubdit, quia tùnc ex iuſta cauſa emptor reuocauit; vtpotè ex præcedenti culpa venditoris, nimirùm ſciens feudum nõ eſſe ſuum, vendidit vt ſuum, ad hoc pariter facit *tex. in l. ſi ſeruum ſticcum iuncta l. qui ſeruum, ff. de ver. obligat.* in prima dicitur, quod
87 qui eſt in culpa, vt ſeruum à ſe præſtari promiſſum non præſtet, putà ſi occidat ſeruum, & ſic culpa eſt in faciẽdo, tenetur ad intereſſe; verùm ſi promiſſor occidat ſeruum ex cauſa, putà deprehenſum in facinore, ad nihilũ tenetur *ex d. l. ſi ſeruus*; & prædicto quoque affirmat *Reg. de Pont. deciſ.* 6. *nu.* 4.

88 Præterea ſi verſamur in caſu quo, fuit expeditus aſſenſus in forma Regiæ Cancellariæ, & ſigillo munitus; tamen reuocatio indè concipitur per emptorem, vel quia non fuit aſſenſus regiſtratus in quinternionibus Regiæ Cameræ, vel quia nõ fuit præſtitum iuramentum ligij homagij, aut minimè expeditæ litteræ aſſecurationis vaſſallorum, de quibus ſolemnitatibus agit *Reg. Rouit. in pragm.* 1. *nu.* 5. *de fid. memor.* & illæ præcipuè iniunguntur in priuilegio aſſenſus, alioquin nullius
89 roboris remanet, ſtante clauſula, ibi appoſita, nimirùm *nec aliter, nec alio modo*, vt latè fundat *Reg. Reuert. deciſ.* 527. & ibi multos *DD.* adducit *Reg. de Marin. nu.* 1. quo in caſu etſi valida ſit reuocatio, proùt decreuit S.C. nõ obſtante reſcripto impetrato à Domino Prorege, quod liceat præſtare iuramentum huiuſmodi, & litteras prædictas obtinere per emptorem, lapſu temporis non obſtante, vt refert *Reg. Tap. deciſ. S.C.* 3. *& idem in to.* 6. *Iur. Regn. tit.* 22. *fol.* 233. *nu.* 3.

90 Attamen, quia ad huiuſmodi ſolemnitatum obſeruantiam tenetur emptor, vt annuit *Reg. de Marin. diſp.* 31. *lib.* 1. Propterea data reuocatione per idem emptorem, tenetur ipſe ad reficiendum omne intereſſe venditori, vt fundat *Reg. Marcian. d. diſp.* 31. *num.* 17. *& 40.* & ſequitur *Reg. de Marin. ad deciſ. Reg. Reuert.* 498. *nu.* 2. *in fin.* ac etiam ad melioramenta. *Affl. deciſ.* 218. *Præſ. Mormil. ad conſtitu-*
91 *tionem Diuæ memoriæ nu.* 7. inualida tamen iudicatur reuocatio facta per venditorem, ex quo aſſenſu iam impetrato emptor dicebat non præſtitiſſe iuramentum pro omnibus feudis, ſeù Caſalibus Baroniæ, ſed tantùm præbuit pro capite Baroniæ, vt teſtatur *Reg. Tap. deciſ.* 4. *S.C.*

92 Nunquid autem reuocatio intercedere poſſit in promiſſione de vendendo, aut in promiſſione de emendo, nàm licèt ex ea oriatur actio perſonalis; nihilominus, quia eſt contractatio de re feudali, annullatur, & datur reuocatio vigore *Conſtitutionis Regn.* vt refert deciſum in cauſa Ioannis Baptiſtæ de Auria, cum Antonio Spinola, *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. ſuper dotibus*, §. 1. *nu.* 34.
92 vbi etiam ampliat, idem procedere in pacto de non petendo, in quo licèt non transferatur dominium, nec ius aliquod ſuper feudo conſtituatur, ſed quia eſt cõtractus de re feudali, & de ea, quęcumque contractatio eſt prohibita, propterea improbatur abſque aſſenſu, & ideò poteſt reuocari, *Andr. in cap. Titius ſi de feud. defunct.* quem ſequuntur *Frecc. lib.* 2. *de ſubfeudis ad limit. conſtit.* 18. *nu.* 50. *Capyc. deciſ.* 156. *nu.* 19. *de Franch. deciſ.* 48. *Reg. de Pont. ibi. num.* 35. *& in conſ.* 5. *tom.* 1. & iterum *de poteſt. Proreg. in tit.* 8. *de refutation. feudor.* §. 11. *nu.* 11. *cum ſeq.*

94 Et facta huiuſmodi reuocatione, quæ aſſenſum expoſcit, proùt bis iudicatum refert in S.C. *Præſ. de Franch. dec.* 48. *Reg. Salernit. deciſ.* 45. *Reg. Galeot. lib.* 1. *contr.* 28. *num.* 19. incidit quæſtio, vtrum reuocans teneatur ad intereſſe ad beneficium recipientis dictam promiſſionem? & ali-
95 qui affirmatiuè reſponderunt, ea nixi ratione, quia licet promiſſio de non vendẽdo, non dicatur promiſſio vera, vt per *Alexand. conſ.* 178. *nu.* 7. *vol.* 4. *& alij infr. citandi.* Nihilominus quia detegitur voluntas vendendi, & contractus dicitur perfectus, ex dictis per *Præſ. de Franch. deciſ.* 346. *nu.* 4. Et iſta promiſſio dicitur correſpectiuè facta; ideò tenetur ad intereſſe in caſu inobſeruãtiæ; vt in terminis hoc tenet *Girard. de Petraſancta ſing.* 98.

nu. 1.

Digitized by Google

nu. 1. & 6. de Franch. decis. 624. nu. 11. sequitur *Affl. in const. Regn. constit. Diuæ memoriæ col. 10. Reg. de Pont. cons. 86. lib. 1.* vbi dicit, ità decisum in causa Ascanij Rotæ, cum Cardinali Columnæ, cui opinioni se adscripsit *Reg. de Marin. ad Reuert. obseru. 133.*

96 In contrarium autem consideratur, quod promissio de vendendo non dicitur vera venditio, vt latè probat *Castill. lib. 2. cõtr. cap. 3. Cancer. var. par. 3. c. 7. n. 12.* & latius *Olea de cess. iur. tit. 1. quæst. 6.* nàm quam-
97 uis vigore legis, & statuti cõtractus probari debeat per scripturam, promissio autem de celebrando contractum non requirit scripturam, *Surd. decis. 43.* & facit,
98 quod licèt gabella debeatur ex vẽditione, non tamen debetur ex promissione de vendendo, *Gutierez de gabell. cap. 47.* nec debetur laudemiũ *Olea de cess. iur. d. tit. 1. quæst. 6. nu. 3.* Ideò non tenetur pro-
99 mittens vendere feudum, vel officium, ad interesse, per reuocationem promissionis ob defectum assensus, vt tenet *Frecc.* quam sententiam amplector, reprobata opinione *Affl.* aliter sentientis, ità *Frecc. in lib. 2. de subfeud. §. pluribus autem modis n. 16. 27. & 30.* & decisum refert per S.C. *Reg. Galeot. lib. 1. contr. 28. nu. 19.* sequitur *Bilott. concl. feudal. 43.* & hoc fuit decisum
100 referente Domino de Franch. in anno 1581. ad fauorem Ducis Atripaldæ, qui promiserat D. Principi Bisiniani retrouẽdere feudum, & nõ impetrato assensu, reuocauit hãc promissionem, Princeps agebat ad interesse ex non adimplemento promissionis, sed Dux fuit absolutus, vt refert *Thor. in comp. decis. tom. 2. in verb. reuocatio vigore constitutionis fol. 607.*

101 Potest autem quis reuocationem factã reuocare, & tùnc si assensus indè impetretur, contractus firmus, & inconcussus redditur, secus autem est, si assensus post factam primam reuocationem fuerit obtẽ-
102 tus; tùnc reuocatio dictæ reuocationis sequuta nihil proderit; & ratio disparitatis est, quia in secundo casu contractus est penitus nullus, ideò assensus superueniens post actum reuocationis consumatum, cum non reperiat, vbi possit figere pedes, nullum producit effectum; In primo autem casu, quia ob reuocationem reuocationis confirmatur primus contractus, ideò assensus opitulatur, dùm comperit contractum confirmabilẽ, ità *Affl. in cap. 1. de vassall. qui contr. const. Lothar. nu. 9. & seq.* & ità decisum per Regiam Cameram; refert *Vrsill. ad Affl. decis. 335. Lucas de Penn. in l. null. C. de fund. patrimon. lib. 11. idem Affl. decis. 111. & Reg. de Pont. decis. 6. nu. 2. in fin. & 4.*

103 Quinimò reuocationis facultas non solummodò tribuitur, nullo impetrato assensu, sed etiam in casu quo fuit nulliter expeditus, vtpotè à Prorege, qui eo casu carebat facultate, nàm paria sunt non esse, vel inutiliter adesse, *cap. 2. de translat. Episc. l. 1. §. penult. ff. quòd cuiusque Vniuers. nomin. l. 4. in fin. ff. qui sãtisdar. cogant. l. quamuis, §. si conuenerit, ff. ad S.C. Vell. Reg. Tap. Ius Regn. tom. 6. tit. de prohib. feud. alien. fol. 232. nu. 30.*

104 Et amplius huiusmodi reuocatio non respuitur, si condictionalis, aut causatiua esset, *Lanar. cons. 37. num. 8. Reg. Tap. loc. cit. fol. 232. nu. 29.*

Additio.

SVMMARIVM.

1 *D. Thomas Carauita Regius Consiliarius laudatur.*
2 *D. Ferdinandus Moscosso Ossorio* Regius *Consiliarius laudatur.*
3 *Consiliarij, vniti cum Præsidentibus Regiæ Cameræ in Collaterali Consilio pro causa, in Regia Camera vertente, dexteram manum obtinuerunt, & idem in domo Locumtenentis Reg. Cameræ, n. 4.*
5 *D. Ioannes de Dura Regius Consiliarius laudatur.*
6 *Suspitionis causa alicuius collegæ non potest cognosci per Iudices causæ principalis.*
7 *Præsidentes Regiæ Cameræ, etiam Decanus, adiuncti ad paritatem dirimendam in S.C. in vltimis locis sederunt.*
8 *Sericorum extractio prohibita per pragmaticas.*
9 *Extrahentes bona, subiecta dirictibus tracta, quibus pœnis feriantur, & proui-siones Regiæ Cameræ, nu. 10. & capitulum pœnarum refertur, nu. 11.*
12 *Dietæ Commissariorum pro capienda informatione non sunt soluendæ ab inquisitis.*

Digitized by Google

Additio.

PRælo iàm excuſſo huiuſmodi opere, nonnullæ obſeruantiæ in Supremis Magiſtratibus deindè ſortiere, ad muniẽda ſuperius exarata opere pretium perutiles, quamobrem recoli debent; ideò

Dictis *rub.* 5. §. 4. *nu.* 23. accedit, quod vertente lite in R.C. inter Ciuitatem Lãciani, & Dominum Marchionem Vaſti ſuper efflagitato demanio per dictam
1 Ciuitatem; duo ex Regijs Conſiliarijs, vtpotè D.D. Thomas Carauita inter milites Sancti Iacobi de Spada ob natalium eandorem coaptatus; ſupra non ſatis lau.
2 datus, & Dominus D. Ferdinandus Moſcoſſo Oſſorio ex nobiliſſima proſapia ortus, eiuſdem militiæ inſignijs decoratus, Proregens M.C.V. quod munus mirificè regit, ob integritatis ſuauitatem, doctrinæ magnitudinem; hi Domini Cõ.
3 ſiliarij iuſſu Excellentiſſimi Domini Proregis in adiunctos conſtituti fuere, vt in Supremo à latere Conſilio cum R.C. cõuenirent, decernendi cauſa huiuſmodi litem. Ideòque in vnum ibidem coadunati prædicti Domini Conſiliarij, in dextero latere adſiderunt, Præſidentes verò leuem manum occupauere.

4 Imò cum hic ordo variari præſumeretur in domo Domini Locumtenentis Regiæ Cameræ, vbi Tribunal cum dictis Dominis adiunctis congregari debebat pro huiuſmodi cauſa, prædicti Domini adiuncti Excellentiſſimũ Dominum Proregem adiuerunt, ipſoque certiorato de præfato præſumpto attentato, annuit idẽ Excellentiſſimus Dominus Prorex, vt dicti adiuncti præcedentiam in dicta domo haberent Præſidentibus Regiæ Cameræ.

Scriptis in dicta *rub.* 5. §. 4. *nu.* 32. confert, quod propoſita recuſatione in perſonam cuiuſdam Magiſtratus noſtri collegæ per DD. Gubernatores Sacræ Domus Sanctiſſimæ Annunciationis, in lite, quæ agitabatur cum Monte Iunctorum; perpenſa cauſa recuſationis in S.C. iun.
5 ctis DD. duarum aularum, referente Domino Conſiliario D. Ioanne de Dura huius Ciuitatis Patritio, ſatis integerrimo, virtutibus valdè ditato, fuerunt DD. in paritate ſuffragiorum; vndè ad paritatem dirimendam, cum nos, & reliqui col-
6 legæ accedere nequibamus, & nequibant; eo quod cauſa principalis coram nobis, cæteriſque collegis pertractabatur, proindè obſtabat inueteratus, ac indubitatus ſtilus S.C. de quo teſtatur Reg. Ronit *deciſ.* 81. *nu.* 8. & de eodem meminit *Index D. Carol. Petr. in rit. M.C.* 265. *nu.* 24. *to.* 2. ea ratione innixus iuxtà dicta per Reg. *Sanſ. deciſ.* 81. *nu.* 5. quia collega redditur ſuſpectus in cauſa alterius collegæ, *cap. cum* Rodericus *de offic. deleg.* ideòque peculiari ordine Excellentiſſimi Domini Proregis, tres Domini Præſidentes ad hoc opus interfuerunt, nimirùm Dñs D. Carolus Calà Dux Diani, Dominus D. Didacus Vlloa, & Dominus
7 Ioannes Dominicus Aſtuto, & his, vltima loca poſt cunctos Conſiliarios in vtroq; latere adſedentes in aula S.C. occupauere, quinimò inter ipſos Dominos Præſidentes conueniebat dictus Dominus Dux Diani Decanus eiuſdem Regię Cameræ, & nemo præcedentiam nactus fuit; decreuit S.C. interuentu eorumdem, vt ille Magiſtratus non obſtante recuſatione interueniret ſub die 28. Februarij 1669. patent omnia apud Magnificum Secretarium S.C.

8 In *rub.* 14. *de offic. Commiſſ. contrabann. nu.* 8. adde in materia extractionis ſericorum *pragm.* 33. *&* 37. *de extract. vol.* 2. Congeſtis *in rub.* 14. §. 7. quo in loco re-
9 tulimus taxam pretij modo vigentem, in conceſſione tractarum, confert addere pœnam, qua ſunt mulctandi extrahentes illa bona ſubiecta dirictibus tractæ, nulla ſolutione præcedente, de quibus bonorum ſpeciebus in Regijs Sanctionibus nõ fit mentio, ac de eis nulla pœna fuit præſcripta; hac tamen in re fuerunt expeditæ prouiſiones per Regiam Cameram ſub die 30. mẽſis Iulij 1648. penès Actuarium Ioannem Antonium de Donato, & illarum tenor eſt.

10 Regio Maſtro Portolano della Pròuincia di Terra di Lauore, e ſuo Luocotenẽte inſolidum, nella cauſa dell'intercetto di cantara quattro, e rotola 71. di Caneuo pettinato, cantara 3. e rotola 38. di ſtoppa ſfatta, e rotola 98. di ſtoppa impecata, imbarcate ſenza le debite ſpeditioni di voi prædetto Maſtro Portolano, ſolamente con le ſpeditioni del minutillo ſotto nomè di diuerſe perſone,

co-

Digitized by Google

come dall'atti, & informatione appresso l'Attuario Andrea Starace, vltimamente per questa Regia Camera è stato interposto decreto, il cui tenore è il seguente.

Die 21. Iulij 1648. Neap. In causa Regij fisci super intercepto v3. Caneuo pettenate cantara 4. e rotola 71. cantara 3. e rotola 38. di stoppa sfatta, e rotola 98. di stoppa impecata contrà formam banni Regiæ Camera Summariæ, per quam fuit ordinatum, quod dicta bona intercepta vendantur, & pretium liberetur Regiæ Curiæ; & alijs vt in decreto dictæ Regiæ Cameræ fol. 18. & posteà iterum fuit relata causa prædicta ad instantiam Procuratoris Regiæ Dohanæ Neap. petentis reuocari decretum prædictum, vt in memoriali fol. 20. & per Spectabilem Dominum Locumtenentem dictæ Regiæ Cameræ fuit prouisum, quod Dominus Commissarius referat, & interim nihil innouetur, vt ex actis. Visis actis per Dominum Militem V.I.D. Ioannem Baptistam Confalonum Regiæ Cameræ Summariæ Præsidentem, & Commissarium, factaque per eandem relationem dictæ Regiæ Cameræ coram Spectabili D. Didaco de Vceda Locumtenente, & alijs Dominis Præsidentibus ipsius fuit per dictam Regiam Cameram consensu prouisum, & decretum, benè fuisse, & esse prouisum per dictam Regiam Cameram sub die 13. instantis mensis Iulij 1648. nec non renouentur prouisiones expeditæ per ipsam Regiam Cameram sub die 27. Octobris 1634. directæ Regiæ Dohanæ. In quarum obseruantia emanentur etiam banna, hoc suum, &c. Confalonus, Vidit Fiscus, Con. Antonius Bolinus, Andreas Staracius Act.

In vigore del quale preinserto decreto questo infrascritto dì, si è ordinato all'Officiali delle Regie Dohane di questa fidelissima Città di Napoli, e Gaeta, Esattori del minutillo, & altri à chi spetta insolidum, che per osseruanza delle precalandate prouisioni de 27. di Ottobre 1634. non debbiano in modo alcuno permettere, nè fare permettere estrattione per mare di amendole, semente di lino, Anesi, e Cemini, seccamenti, & salume, sulfo, maccaroni, galle di tenta, Aceto, Acquauita, Riso, Susselle, Zuccaro, e rottame, saue, & altre legume, Cannauo, Spago, Cordelle, Lino, Piombo, Stagno, Poluere, Carrate di botte, Carrate di mezze botte, quartaroli forniti, barrili, e mezzi barrili forniti, barrili di stipa, di passoli, botte vacante noue, & vecchie, tonnina, circhitelle, tauole di Castagna, tauole di abeto, tauole di fago, & zappino, tauole di olmo, tauole di Ceraso, tauole di chiuppo, tauole di sorbo, tauolette di sorbo, legna corte per abruggiare, scanni di Autano, scanni di teglia, scanni di olmo, doghe di tina, banchetti di Autano, profila, gauiglie d'olmo, assettelle d'olmo, perchie di frasso, seggie disfatte lauorate, & rustiche, temoni d'olmo, pescoli, assi di Carro, pazature di gauiglie, Cantine, stanteri, mezze Inelle, scalandroni, Remi, tratti di castagno, di fago, e zappino, rote di Criuo, serratticcie di fago, serratticcie d'abeto, telara, pale, tartaro di botte, alberi di Cerque, mele, Cogliandri, Semente di finocchi, fili greci, lupape, senapi, feccia arsa, herba luzza, Chiappari, oliue, ciascune qualità di carne salata, formaggio, Zuccaro, tauole di noce, legnami quadri di noce, legnami quadri d'abeto, legnami quadri di Castagno, & ogn'altra qualità di vittouaglie, sete, ne qualsiuoglia altra robba, soggetta à deritto di tratta, ancorche fosse di modica summa, nè per extrà, nè per infrà lo presente Regno, senza le debite espeditioni di voi predetto Mastro Portolano, à carico del quale stà à vedere, se li estrahenti hanno pagato lo deritto della tratta, per quello se li concede per extrà, & per infrà di pigliare le debite pleggiarie di produrre il responsale dell'immissione di quelle nelli luoghi destinati in conformità dell'Instruttioni datoli per questa Regia Camera, essendoli, per osseruanza delle cose predette formati, & emanati banni penali. Per tanto vi dicemo, & ordinamo, che in esecutione di dette precalandate prouisioni, e banni, ritrouando, che siano state caricate le sudette qualità di robbe, soggette à deritto di tratta, senza precederci vostro mandato, le debbiate pigliare per intercette, con prenderne informatione, la quale la debbiate inuiare in questa Regia Camera, con vostro auuiso ad finem prouidendi, aduerten-

Digitized by Google

tendo, che quanto alle robbe di vn cantaro à baſſo, hauerete da pigliare le obligationi dell'eſtrahenti tantùm, e di non fare eſpeditioni per luochi ſoſpetti, eſigendo vn tarì per ciaſcheduna eſpeditione, cioè vn carlino per il mandato, & vn'altro per la pleggiaria, ò obligatione. E così eſequirete ſotto pena di onze 25. la preſente al preſentante. Datum Neap. in Regia Camera Summariæ die 30. mẽſis Iulij 1648. D. Didacus de Veeda L. C. Ioannes Baptiſta Confalonus, Vidit Fiſcus, &c. Ioannes Baptiſta Sebaſtianus Act. Con. Antonius Bolinus. Regiſtrata in actis pro Curia, Ioannes Antonius de Donato Act. Dominus Confalonus.

Pœna autem, quæ irrogatur tranſgreſſoribus, habetur etiã in bannis emanatis per Regium Portulanum ſub die 15. Maij 1651. confirmatis per decretum Regiæ Cameræ interpoſitum ſub die 28. Septembris 1651. ad relationem quondam Præſidentis Ioannis Baptiſtæ Piſanelli, penès Bartholomæum Gallucium Act. in quibus continetur, ſequens capitulum, quo dicta pœna decernitur.

11 Terzo, che neſſuno ardiſca, ne preſuma imbarcare, ne eſtrahere neſſuna ſorte di robbe, e mercantie ſottopoſta al deritto di tratta, e nuouo impoſto, nè per infrà, nè per extrà Regno, ſenza particolare ordine della Regia Camera, e mandato noſtro iuxtà ſolitum, ſotto le pene contente nelli Regij banni, e pragmatiche, oltre la perdita delle robbe, barche, e vaſcelli, & altre pene ad arbitrio di S.E. e della Regia Camera.

Allegata *in dicta rub.* 14. §. 14. *nu.* 119. hodiè reſtringuntur, ſtantibus litteris Sue Maieſtatis, directis Excellentiſſimo Domino Proregi, datum Madrid, ſub die 23. Februarij 1668. & exequutioni hic
12 demandatis ſub die 31. Decembris eiuſdem anni, quibus ſancitur, ne dietæ Cõmiſſarijs ſoluendæ deputatis ad capiendam informationem, præſtentur ab inquiſitis, & dictarum litterarum tenor talis eſt.

CAROLVS DEI GRATIA REX, &c. & Regina Mater, Tutrix, & Gubernatrix.

ILluſtris, & Magnifici Viri Collaterales, & Conſiliarij Regij fideles dilectiſſimi. Hauemo receuuto Regal Carta di Sua Maeſtà Dio guardi del tenore v3. El Rey, y la Reyna Gouernadora, Ill.D. Pedro de Aragon Gentilhombre de la Camera del Conſejo de Guerra, Capitan de la Guardia Alemana, Verrey, Lugartinente, y Capitan General del Reyno de Napoles. Por Pragmaticas de eſſe Reyno eſta prohibido, el que los gaſtos, que ſe riquieren en la aueriguacion de delictos, no ſean a coſta de los inquiſidos, no coſtando en algun modo de las inquiſiciones contra ellos, y por que he entendido, que contra lo diſpueſto por ellos ſe ſuele diſpenſar facilmiente por mi Conſejo Collateral, como ſe ha viſto por vn memorial preſentado por parte de D. Carlos Mari, y attendiendo, a lo que conuiene, que ninguno padeſca la pena antes de ſer reo, y coſtar de ſu inquiſicion, y de los inconuenientes, que tiene para la aueriguacion, el reziuir, al que las dietas del inquiſido he tenido por bien de encategaros, y mandatos deys la orden, que conuenga, paraque las dichas Pragmaticas ſe obſeruen, y guarden muy puntualmente aſſi en eſte caſo, como en eſto qualquiera, y que de niguna maniera ſe diſpenſen, y hareys, que eſta orden ſe publique, y regiſtre en la parte adonde toca, paraque en lo adelante ſe tenga noticia, de la que aſſi conuiene al Regal ſeruicio, y prozede de mi voluntad. De Madrid à 27. de Hebrero de 1668. Yo la Reyna. Vidit Galleraz Regens, Vidit de la Torre Regens, Vidit Torre Regens, Vidit Velaſco Regens, Vidit Marcianus Regens. Caraſe Secret. adeſt Sigillum. Et viſte per Noi dette Regal lettere, è ſtato interpoſto decreto del tenor ſeguente v3. *Die 10. menſis Octobris 1668. Neapoli. Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c. prouidet, decernit, atque mandat, quod retroſcriptæ litteræ Suæ Maieſtatis exequantur iuxtà ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, hoc ſuum, &c. Galeota*

Digitized by Google

leota Regens, Carrillo Regens, Nauarra Regens, Capiblancus Regens, Ianuarius Anastasius Regius à mandatis Scriba, in litterarum Suæ Maiestatis 11. fol. 3. Per tanto in esequutione di dette Regali lettere per Noi esecutoriate, ci hà parso fare la presente, con la quale dicemo, & ordinamo alli Magnifici Ministri, & Officiali di questo Tribunale, che nõ si debbiano far pagare le giornate, che vacaranno nella cattura dell' informationi dall'inquisiti, se prima non saranno verificati li loro delitti, e costeranno le loro inquisitioni in conformità delle Regie Pragmatiche di questo Regno emanate di ordine de' nostri Ill. Predecessori per detto effetto, quali si debbiano osseruare, & eseguire con ogni puntualità, & attentione, sin come Sua Maestà ordina, e non si facci il contrario, per quanto si hà cara la gratia della Maestà Sua. Datum Neapol. die 31. mensis Decembris 1668. D. Pietro Antonio de Aragon. Vidit Galeota Regens, Vidit Carrillo Regens, Vidit Nauarra Regens, Vidit Capiblancus Regens, Vidit Ortiz Cortes Regens. Anastasius, In Curiæ 22. fol. 32.

Et cum his hactenus exaratis, intrà temporis angustiam, ob negotiorum molem, ad laudem Dei Omnipotentis, Beatissimæ Deiparæ, absque originali macula conceptæ, S. Matris Annæ, Diui Thomæ Aquinatis, cæterorumque Sanctorum, præcipuè tutelarium, finem impono huic primæ parti operis de officijs. Deprecor autem beneuolos Lectores, vt si quid boni, aut laude digni compererint, gratias agant Altissimo; cuius lumine cuncta diriguntur, & ego in huiusmodi elucubrationibus alij non vacaui, nisi Dei obsequio, & publicæ studiosorum vtilitati, ac veritatis incolumitati; vndè cuncta omnia subijcio correctioni, & iudicio Sanctæ Matris Ecclesiæ; & testor, quod ab eius censura nihil detrahere, & contrà eius dictamina nihil attentare, aut præsumere intendo; nisi illud, quod ipsa docet; proindè deleri, & oblitterari exopto, quod illius Sanctissimis Sanctionibus quidquam non confert.

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCVS LOCVPLETISSIMVS RERVM, ET VERBORVM,

Quæ, hoc in opere continentur.

Primus numerus marginalis est, alter verò paginam indicat.

Abbatiæ.

Abbatiæ, Archiepiscopatus, Episcopatus, & Iurapatronatus Regia alternatiuè sunt conferenda, tùm Regnicolis, tùm exteris, nu.16. pag.12.

Possint nè conferri Ciuibus allectis, vel exteris tenentibus feuda, aut per decennium habitantibus in Regno, siuè possidentibus bona stabilia, nu.18.

Cætera vid. in verb. Beneficia.

Actio, & Actus.

Actio ad feudum regulatur, vt ipsum feudum, n.22. p.153. & nu.112. vers. Prædictis p.218. In eius alienatione requiritur nouus assensus Domini, n.11. p.157.

An ius primogenitura locum habeat in actione ad feudum d. vers. Prædictis in fin. & vers Nihilominus.

An iura, loquentia de successione feudi, procedant in actione ad feudum, ibid. vers. Et merito, & vers. Itidem. p.219.

Actio ad rei persecutionem, an, & quando remaneat, delicto sublato nu.177. p.338.

Actus reuocatus, si res deueniat ad casum, à quo non potest incipere, nu.59. p.164.

Nunquam circumscribitur tempore, si res in eodem statu permaneat, nu.62. p.165.

Aduocatus.

Aduocatus, & Procurator fisci eligitur vel Regnicola, vel exterus ad beneplacitum S.M. n.31. p.12. & n.52. & 53. p.14.

Cætera vid. in ver. fisci Aduocatus, & fisci Patronus.

Ædificium.

Ædificium antiquum reficienti, nunciari potest nouum opus, n.33. p.115.

Alienans, alienare, & alienatio.

Alienationes rerum feudalium sine Regio assensu reuocari possunt, iure proprio per venditores, ex Federici Imperatoris Sanctione, nu.1. p.554.

An hæc Sanctio locum habeat in Regijs officijs, n.3. cum sequentib. p.555. Decisum fuit affirmatiuè in Collat. Cons. n.13.

Vt sit locus huic reuocationi, nonnulla requiruntur, n.22. cum seq. p.556. & n.31. p.557.

Non est locus reuocationi, si eodem die assensus sit expeditus, & reuocatio confecta, n.29. p.557.

Non prodest assensus, præstitus post reuocationem, n.30.

Censetur remissa reuocatio, quando emptor reuocationis inscius, assensum impetrauit, pretiumq; exoluit, n.34.

Remitti potest per pactum, n.40. cum seq. p.558.

Non est taxatum tempus ad reuocandum, n.44.

Euanescit reuocatio, si tale ius sit præscriptum lapsu 30. annorum, n.47.

Alienare prohibitus aliquam rem, fructus eiusdem vendere potest, n.20. p.204. & de ratione, n.21.

Alienatio feudalium non modo est prohibita, sed etiam iurium, seruitutum: item remissio annuorum reddituum, & etiam gallinarum, &c. n.123. p.246. & n.124. p.247.

Alienationem feudi, à defuncto confectam pro dotium, & antefati restitutione nō potest hæres reuocare: sed vxor defuncti post viri obitum, & peractam reuocationem impetrabit assensum, nu.48. p.558.

Multa alia in materia reuocationis vigore Constitutionis, Constitutionem Diuæ memoriæ. Vid. in verb. Reuocatio.

Aloysius.

Dom. Aloysius Maria Macedonius Reg. Consil. laudatur, n.24. p.542.

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

Alphonsus.

Alphonsus primus Rex Aragonensium primordium dedit Sac. Consilio Neapolitano, & in eo præfuit, n.4. & 5. p.41.

Ampliatio.

Ampliatio concessa in casu mortis alicuius ab intestato, porrigitur ne, in casu, quo quis fuerit foriudicatus, n.15. p.19.

Concessa pro vno filio, vel genero, aut hæde, si fuerit nominata persona, non habens qualitates prædictas, an substineatur nominatio, n.18. p.20.

Facta per Principem in hæredem, an veniat hæres institutus in re certa, & sic successor particularis, n.7. & 8. p.19.

Amplificare.

Amplificare suas prærogatiuas iure naturali omnibus concessum est, n.22. p.35.

Animalia.

Animalia extrahentes, vid. in verb. Extractio.

Annona.

Annonam conseruare magis Reipub. expedit, quam pacem, n.3. p.261.

Eius cura commissa est nostræ Ciuitati à Regib. Ladislao, & Federico Primo. n.1. p.505.

Quodlibet huius Ciuitatis Sedile vnum nobilem constituit, pro eius cura: sed Sedile Montaneæ duos, & quare, nu.2.

Et solliciti debent esse, ne à Ciuitate extrahantur frumentum, & alia victualia, nu.5. Et vid. in verb. Electi Ciuitatis.

Eius in regimine præsidet, vel à latere Consiliarius, vel Regens Regiam Cancellariam. Dicitur q; Præfectus annonæ, n.1. p.519.

Quidquam facere non possunt, absq; interuentu dicti Præfecti, n.3.

Ipseque præfectus omnibus negotijs, ab Electis pertractandis, interesse debet, n.4.

Conclusiones exequi non possunt sine eius authoritate, n.5.

Neque banna emanari, n.6.

Præfecti Annonæ peculiare est iustitiam ministrare circà res annonales, pœnasque infligere contrauenientibus, n.7.

Habetque merum, & mixtum imperium, n.9. p.520.

Eandemque coercitionem habet, quam Præfectus Vrbis, nu.11.

Nec vlla residet penès Dominos Electos, nu.12. Et ità decr. per Collat. Consil nu.13.

Peculiares habet apparitores, aduersus quos priuatiuam retinet cognitionem, n.61. p.524.

Delicta tamen personarum subiectarũ ratione annonæ, cognoscit, & punit M.C.V. nu.62. ibi.

Literas inhibitoriales M.C. Vicariæ expedire nequit, quamuis Regentis dignitate fulgeat, n.65.

Statuere potest, quod rustici, frumenta habentes, & cætera victualia, illa vendant in Ciuitate, nu.67.

Et ne quis annonam vendat extrà Prouinciã, n.68.

Et nè penuriæ tempore panis à Ciuitate extrahatur, nu.69.

Vt vendantur comestibilia in certa platea, & loco deputato, nu.70.

Taxam imponere valet in his, quæ publicis in hospitijs venduntur, n.71. p.525.

Cognoscit decreta, & grauamina illata per Curiam Iustitiary huius Ciuitatis, nu.72. Et ad quem antiquitus appellabatur, nu.73.

Punit omnes, inientes societatem, & consilium, vt annona carior fiat, nu.74.

Habet arbitrium dandi metam pretij, pro frumenti venditione, n.77.

Curare debet, nè frumentum, emptum carò, tempore carestiæ, vilius deindè distribuatur inter Ciues, n.78.

Ac ne nouum consumetur frumentum, dum adest vetus, n.80.

An regimen annonæ cõpetat Domino Proregi à nu.81. cum seq.

Quæ possit agere Prorex circà curam annonæ, vid. in verb. Prorex.

Annuus redditus.

Annuus redditus, constitutus cum Regio assensu super feudi fructibus, dicitur burgensaticus, & ad filios secundogenitos, hæredes vniuersales in burgensaticis speciat, n.111. p.218. Et vid. in verb. Census.

Remanent feudales, si vendantur in feudum, nu.119. p.221.

An censeantur feudales, si vendantur à Rege, percipiendi tamen de Camera, siuè de Cauena ipsius Regis, nu.120.

An venditio censeatur in dubio feudalis, si sit franca ab adohis, donatiuis, & seruitijs, ordinarijs, atq; extraordinarijs, quam-

Digitized by Google

Rerum, & Verborum.

quamuis absq; clausula, in feudum,&c. *nu.*121.

An sint feudales, si assensus, super venditione annuorum reddituum impetratus, contineret clausulam, fiat in forma, quòad bona, in quibus habet successorem: vel quod liceat Reg.Curia exigere seruitium: vel fidelitate tam Regia, *&c. Aut fuerit demandatũ, vt assensus registretur in quinternionibus, n.*122.

Antefatum.

Antefatum, seù datarium in Regno *nostro constitui potest super feudo sine assensu, n.*52.*p.*559.

Antonius.

*Dom.D.Anton.Iuan de Centellas Reg.laudatur,n.*28.*pag.*87.

*Dominus D. Antonius Nauarrette Marchio Latertiæ, Sac.Consilij Decanus commẽdatur, nu.*26. *vers.Modo, p.*68.

Argentum.

Argentum, siuè pecunias extrahentes. Vid.in verb.Extractio.

Argumentum.

*Argumentum validum est de feudo ad officium,n.*5.*p.*555.

Armatus, & Arma.

*Armatus si quis visus fuerit igneis armis, in commitiuam bannitorum,& delinquentium per campaneam,ad numerum quatuor, ipso iure incurrit in pœnam mortis naturalis,n.*180.*p.*408.

*Non requiritur sententia declaratoria:sed facta solum recognitione personæ,morti traditur,nu.*81.

Arma extrahentes,vid.in verb.Extractio.

Armorum delatio extrà Castra,& naues,Militibus, & Classicis prohibita est, n. 30. *p.*416.

*Nec suffragatur licentia, si illa deferant de nocte,n.*31.*Et datur cognitio,M.C.V. nu.*32.

*Eorum vsus est prohibitus Baronibus, & est de regalibus, sicut Castrorum cõstructio,n.*39.*cũ seq.p.*116.*& nu.*55.*p.*117.

Asportantes, & Asportatio.

Asportantes res, extrahi vetitas,licet non reperti in flagranti, an plectendi sint pœnis Regiarum pragmaticarum, nu. 18. *cum seq. p.*265.

*Quid si statutum loqueretur de inuento, nu.*24.*&* 25.

*An dicatur incidisse in statuti pœnas, qui in itinere,& transitu reperiretur asportare frumenta prohibita,n.*29.*p.*266.

Cætera vid.in verb.Extrahentes.

*Asportatio pugionis absque ense prohibita est militibus Regiarum triremium, & sub qua pœna, nu.*27.*&* 28.*p.*416.

*Neque arma licita deferre possunt, etiam cum licentia Generalis Triremium, intus Ciuitatem, in qua Princeps residet n.*29.

*Ad Præsidem Prouincia spectat cognitio, si hoc delictum committatur in terra, n.*33. *& ità decis.per Sac.Cons.n.*35.

*Non est leue delictum armorum asportatio in nostra Ciuitate,n.*36.*cum seq.p.*417. *& de ratione, nu.*38.

Assensus.

Assensu per Regem concesso, addita clausula, feudi natura in aliquo non mutata) *illa non operatur in expressis, in quibus remanet alterata feudalis natura, ex voluntate Regis assentientis, benè tamen procedit in alijs, qua non sunt expressa,nu.*21.*p.*177.

*Sufficit alteratio absque expressione mutationis nutura,nu.*22.

Idque procedit in omnibus clausulis reseruatiuis, sc. Iuribus Curiæ semper saluis,&c. *d.n.*22.

Dato super contractu, ex quo alteratur feudalis natura,censetur feudum in manibus Regis concedentis refutari, & indè per Regem de nouo concedi, nu. 23. *p.*177.

*Præstito super fideicommisso de refeudali, non dicitur amplius res feudalis, sed burgensatica, & fideicommissarius admittitur iudicio testatoris,nu.*6.*p.*202.

*Nec delictum vnius nocet alteri,n.*7.

Præstito super obligatione bonorum feudalium, cum clausula, præter feuda titulata, & magni momenti, *vt effectum pareat, an opus sit vtriusque qualitatis concursus, vel altera sufficiat,n.*34.*cum seq.p.*257. *Vid.in verb.Dictio,&,*

*Præstito super obligatione bonorum feudalium,pro hæredibus ex corpore, potiuntur, etiam hæredes extranei, ex gratia nostræ Ciuitati concessa, n.*113. *p.*219. *vbi inseritur gratia,& nu.*59.*p.*259.

*An beneficio huius gratiæ gaudeant forenses,nu.*114.*&* 117. *p.* 220. *Decisum, nu.*118.

Præstito super obligatione officij, videtur fiscus se præiudicare, casu quo Officialis

Digitized by Google

ex culpa commissa, veniret officio priuandus,n.56.cum seq.p.550.

Non obligat Regem, quando ad ipsum veniret officium ex delicto, nu. 61. Decisio Reg.Iunctæ,n.62.& n.63.cum seq.p.551.

Assensum denegandi habet Rex iustam causam, vbi testator feudi alienationem prohibuerit,nu.201.p.231.vid.in verb. Rex.

.. *Præstare, vbi agitur de feudi dispositione præter personas,in inuestiturà lege contentas, ad solũ Principem spectat,n.29. p.178.*

.. *Impetrans, licet videatur cogitare de harede, tamen Dominus,qui dat assensum, de harede cogitare non videtur, nu.67. p.166.*

Si præstiterit Rex *assensum in beneficium Titij, vt vendat feudum Sempronio, tempore quo Titius habebat successorem; si Titius decedat,antequã feudũ vẽdat, an possit eius hæres vti assensu prædicto, & feudum vendere Sempronio,dato quod ipse tempore, quo vendit, successorem non habeat,n.69. De ratione, nu.70.*

Quid si assensus impetretur ante, vel post celebratum Contractum, n.71.& n.72.

.. *Ad fauorem mulierum Neapolitanarum dicitur Regis,non Proregis, nu.78. p.26.*

.. *Apostolicus non solùm requiritur in omni translatione in alium de directo, vel vtili dominio bonorum Ecclesiæ, sed in omni actu,per quem Ius in alium transfertur,nu.171.p.227.*

An eatenus requiratur, quando bona sunt Ecclesiæ incorporata,n.172.cum seq.

An requiratur in cessione actionis,Ecclesiæ quæsitæ, sed non incorporatæ,nu.174.

.. *Baronis sufficit in concessione excadentialium, quæ sunt solita concedi, nu. 67. p.240.*

.. *A Prorege concessus super feudi alienatione, vt sustineatur, riquiritur, vt feudatarius successorem habeat tempore assensus præstiti,licet tempore mortis non supersint,n.17.p.158.& n.22.p.159.*

Concessus, vt possit alienari feudum, non operatur,si contractus initus non fuerit, post tres menses, immediatè sequentes, n.60. p.164.

An id sit in obseruantia:& quibus in assensibus locum habeat,n.61.

Confirmatur decisis per Coll.Consil.ad relationem Reg.Camera,*n.63.p.165.*

.. *Concessus super feudo empto à Titio, quem Dominus putabat viuum, non operatur, si reperiatur mortuus,n.64.*

Eius verba sunt intelligenda, prout sonãt: & strictissimè interpretanda, nu.65.& 66.p.166.

.. *Concessus super venditione facta Titio,non operatur super venditione facienda eidem Titio,n.68.*

.. *A Prorege an præstari possit super feudi alienatione,facta in parum fidelem,vel qui originem trahit ab infideli, nu. 1. p.172.*

.. *Præstari non poterit, vbi feudi natura in aliquo mutatur,n.2.& 3.p.174.& n.4. p.175. De ratione n.6.& 8.Vid. Clausula.*

.. *Præstitus per Proregem post facultatem illi datam in anno 1561. iuxtà tamen veterem stylum* Reg.Cancellariæ,*excep. tis feudis titulatis, & magni momenti, in locum habeat etiam in feudis titulatis,n.45.p.257.& n.46.cum seq. p.258.*

Quando sufficiat assensus Proregis, vid.in verb. Feudatarius.

In alienationibus feudorum faciendis per exteros, sunt expetendi à Regia Maiestate,*& à Domino Prorege expediri non valent,n.60.p.259.*

.. *Domini haud requiritur, quando quis disponeret de annuis redditibus super fructibus feudi acquisitis,*Regio assensu mediante *n.108.p.218.*

.. *Impetratus à* Rege *super feudi alienatione per feudatarium, successore carentem, an subrectitius iudicetur,si talis carentia nõ fuerit in precibus expressa, n.87. cum seq. p.168.*

Denegatur in feudis hereditarijs, quæ ad libitum alienari possunt à patre, vel à fratre, si de illis disponant, dum filijs carent, n. 95. p. 169. Et ità practicatum,n.96.cum seq.

.. *Impetrari potest super officij venditione, tàm per venditorem, quàm per emptorem,n.108.p.29*

Pro confirmatione alienationis præcipuè rei feudalis tàm ante, quàm post impetrari potest,n.38.p.558.

.. *Regis requiritur in actu refutationis feudorum, in vita celebrato,ad beneficium vlterioris agnati, n.150. p.225.*

Quid si vlterior agnatus feudum haberet per actum vltimæ voluntatis, n.151.

Requi-

Digitized by Google

Rerum, & Verborum.

Requiritur in alienatione iurisdictionis, etiam si concedatur in allodium, nu.66. p.240.

An sufficiat solus assensus Baronis in alienatione excadentialium, quæ solita sint concedi, n.68.

Regis super dispositione de re feudali, per feudatarium facta in actu vltimæ voluntatis, impetrari potest etiam post mortem feudatarij, nu.91. p.215.

Sed requiritur nouus consensus hæredis, legitimi successoris in feudo, n.92. Et super isto nouo consensu, etiam nouus Regis assensus requiritur, nu.93.

Potest hæres compelli ad præstandum hunc nouum consensum, n.94.

Quid agendum, si consensum præstare renueret, ibid. & n.95. p.216.

Potest etiam testator præcipere hæredi, vt dispositum ratificet, ad hoc vt assensus valeat impetrari: & ità seruatum, n.96. cum seq.

Rem non facit feudalem, sed tantùm tollit Domini obstaculum, n.112. p.218.

In subinfeudatione non quaternat feudum, sed tantùm concessus censetur ad remittendum obstaculum Iuris Regni, prohibentis subinfeudationem: & vt feudum tenendum sit immediatè à Barone, non autem à Rege, n.36. cum seq. p.237.

Vt valeat, non modo necessaria est mentio facultatis disponendi, sed & personarũ, in quarum beneficium est facienda dispositio, n.127. p.222.

Assentiendi potestas super alienatione bonorum feudalium tàm Proregi, quàm Collaterali Consilio videtur concessa, nu.5. p.150.

In quibus casibus fuerit restricta, & limitata, n.9.

Auditor.

Auditor Generalis Exercitus militibus omnibus præest, & cognoscit milites Castrorum in prima instantia, n.78. p.119.

Aues.

Aues, & fera, captæ in agro alieno, fiunt capientium, etiam Domino agri contradicente, n.191. p.410.

Aures.

Aures Curiæ offendere, quisnam dicatur. Vid. in verb. Iudex incompetens.

Auxilium.

Auxilium præstans delinquenti post commissum delictum, extrà ordinem plectendus est, n.7. p.360.

Quænam per fiscũ probanda sint, vt puniri possit pœna principalis delinquentis, nu.8.

Fisco non probante Reus principalis à pœna absoluendus, n.10.

Qui incontinenti præstat auxilium post commissum delictum, particeps sceleris præsmitur: secus si ex interuallo, n. 12. p.361.

Opem præstans grassatoribus viarum, & qui pro recaptu personas sequestrant, an gaudeant indultu, & abolitione, qua principales priuantur, nu. 22. cum seq. p.362.

Opem præstans delinquentibus, punitur eadem pœna statuta, qua ipsi delinquentes, n.24.

Auxilium præstantes, & complices in crimine assassinij, immunitate Ecclesiastica, an priuentur sicut principales, n.26. & 28. p.363.

Bannum.

Banna emanare potest Dominus Prorex ad sui velle, n.175. p.105. Etiam prætius. n.176. p.106.

Si fuerint emanata per Proregem absque interuentu Collateralis Consilij, expirant finito officio, nu. 184. cum seq. Sed contrarium, n.187. Et ità iudicatum, n.189. p.107. De ratione, n.190. cum sequent.

Per quod pretium taxatur frumenti, iuxtà quod quilibet vendere cogatur, comprehendit Clericos, & personas Ecclesiasticas, quòad principalem dispositionem, non verò quòad pœnas in banno contentas, n.43. p.285. Assignatur ratio, n.44. & n.47. p.286.

An teneantur ad pœnam statuti, Ecclesia, & Clericorum Coloni, & famuli, si reperiantur in flagranti cum rebus asportari prohibitis, n.49. cum seq.

Bannitus.

Bannitus captus à nostris satellitibus propè Ciuitatem Messanæ, an sit reddendus securus, n.185. & nu.189. p.409.

Captus à Iudice banniente in alieno territorio, relaxari debet, n.103. p.456.

Baronia.

Baronia etsi contineat plura feuda, & diuersas

Digitized by Google

sas res, dicitur tamen vnicum feudum, n.19.p.236.

Ipsa vendita, omnia, quæ sunt intra eius fines vendita censentur,n.21.

Eius pars vt præscribatur,requiritur præscriptio centenaria,n.73.cum sequentib. p.241.

In eius alienatione requiritur assensus specificus, nec sufficit tacitus,vel præsumptus, n.75.

Est nomen vniuersale facti, continens sub se plura feuda,sicut territorium,nu.18. p.255.

Æquiperatur cùm dignitate Comitis,n.19.

Iura, loquentia de titulatis, comprehendunt quoque Baroniam,n.20.

An veniat sub denominatione feudi titulati,n.22.p.256.

An Prorex nequeat assentire in venditione Baroniæ,sicut nequit in venditione feudi titulati,n.23.cum seq.

An valeat Baro aliquam Baroniæ partem subinfeudare absq; Regis licentia,n.26. cum seq.p.236. & 237.

Quid ex speciali lege nostri Regni, præcipuè si pars illa sit cum vassallis, & iurisdictione,n.34.cum seq.p.237.

Baro.

Baro ob contumaciam reputatur infamis, infamia facti,ob quam stare non potest in Curia sinè dedecore,n.89.p.99.

Propria loca potest incastellare sine alicuius authoritate, & Turres construere pro tuitione sui, & rerum suarum, nu. 14. p. 114. Assignatur ratio, nu.15. & 16. Contrarium,n.18. ratio n.23.& à n.25. p.115. & n.53.p.117.

Potest habere domum bassam ad habitandum,competenter vallatam fossatis,cum curte cinto muris non perforatis,nu.19.

In locis suspectis, & maritimis castra ædificare non potest, nec collapsa restituere, nisi Principe mandante,n.53.p.117.

Reuocare potest Vassallos, aliò migrantes ad habitandum, maximè si teneantur ad seruitia personalia, quæ tendunt ad angariam,n.107. & n.110.p.100.

Secus si sit nimis crudelis, & terribilis, n.114. Et hoc casu potest feudo priuari, n.115.p.101.

An possit reuocare Vassallos, habitantes in Ciuitate de demanio Regis,n.116.

An possit reuocare Vassallos non angarios de terra alterius Baronis, n.117.

Si pauci essent, qui lares proprias alibi transtulerunt, reuocare non potest, licèt sint angarij, & perangarij, n.118.

Quid si eius terra esset prorsus depopulata,n.119.

Si habeat primas causas, secunda non debeat alteri concedi,n.101. p.148.

Si in subinfeudatione exprimat, quod immediatè, & in capite subfeudatarius tenet ab ipso, & Rex in assensu reseruauit sibi fidelitatem,& seruitium,nulla redditur concessio, n.60. p.239.

Si velit qualitatem feudi alterare, & de demaniali efficere excadentiale, non potest, nisi spatio centum annorum, n.71. p.240.

Si in sua Baronia habeat ius cognoscendi de causis ciuilibus, & criminalibus, ne dùm in prima,sed in secunda,& tertia, non potest de ipsis cognoscere in Casali, subinfeudato, mediante Regio assensu, n.109. p.245.

An possit vnum Capitaneum constituere in Casale,& alterum in capite Baroniæ, n.125.p.247.

Barones,& feudatarij huius Regni ex gratia Regis Catholici Philippi IV. possunt in suis feudis Maioratus fundare,& quando, n.60.vers.Denique, p.259.

Non tamen possunt vigore huius gratiæ naturam successionis feudorum euertere, ibid. vers.Non tamen.

Se congregare nequeunt, & consilium inire, etiam pro adeundo Regem, eique donatiuum offerendo absque licentia Domini Proregis, n.26.p.476.

Nec Oratorem apud Regem nostrum mittere, eo inconsulto,n.28.p.477.

Vocati à Prorege tempore quo de donatiuo, Regi faciendo, est tractandum, accedere tenentur,n.89.p.497.

Absentes sunt expectandi,n.90.

Accedere non valentes, comparere possunt per Procuratorem,n.91.

Quid agendum, si in parlamento non venerint, & Principis mandata neglexerint,n.93.

Contribuere an teneantur in præstatione donatiui,nu.122.cum seq.p.500.& nu. 128. cum seq.p.501.

Vetitum est aliquid dari Baronibus, præter quam quod præscribitur in Const. Regn. quamplurimum,*n.141.p.502.*

Mittere non possunt ad Regem personam pro

Digitized by Google

pro eorum negotijs peragendis tàm publicis, quàm priuatis sinè licentia Proregis,n.95.p.539.

Baronibus licitum est à Vassallis exigere pecuniam pro terris, quas eligunt in Cameras reseruatas,n.88.p.131.

An hodiè hæ Cameræ sint voluntariæ,vid. in verb.Camera.

.. Munera præstantur in Vigilia Natiuitatis Domini,n.36.p.492.

.. Appellatione veniunt Comites, Duces, Marchiones, & Principes, n.25.p.256. Contrarium,nu.28. Quomodò sit intelligendum,n.29.cum seq.

Bellum.

Bellum, vt sit iustum, quid requiratur, n.6. p.446.

An tantum sufficiat, quod geratur authoritate supremi Principis,n.9.

Beneficium.

Beneficia Ecclesiastica, nempè Archiepiscopatus, Prioratus,&c. spectantia ad collationem, nominationem, & præsentationem Suæ Maiestatis pro medietate sunt alternatim conferenda Regnicolis, & pro alia medietate ad beneplacitum, n.41.p.13.

An comprehendantur pensiones, vid. in verb.Gratiæ, & priuilegia.

.. Omnia Regni alienigenis haud concedenda sunt, n.66.p.15.

Nec alijs quam naturalibus, nu.67. Ratio, n.69. cum seq.

Vacatura an possit Sum. Pontifex conferre de potestate saltem absoluta, n.8. cum seq. p.6.

.. Ecclesiasticum in aliam personam transferri nequit sinè Sum. Pontificis licentia,n.7.p.546.

Beneplacitum.

Beneplacitum nulli legi subest, n.31.p.250.

Bona.

Bona cameſtibilia introducẽtes in Ciuitatem, non soluta gabella, qua pœna plectantur,n.35.p.293. Vid.in verb.Farina.

.. Feudalia, vid.Feudalia.

.. Extracta contrà deuetum, si in Ecclesia reponantur,an possint euelli,nu.58.cum seq.p.287.

Si sint aliorum,siuè alijs obligata,aut furto subtracta, an possint extrahi, n. 60. cum seq.

Debeat ne requiri Iudex Ecclesiasticus,nu. 63.

Ità pluries practicatum in Regno nostro, n.66.cum seq. p.288.

Hostium mobilia à militibus capta, inter quos diuidenda sunt, nu.9.p.109.

Ad quem spectent hostium immobilia,n.10.

In bello capta militibus capientibus acquiruntur,n.90.cum seq.p.434.

Fallit, si militarent ex stipendio, vel ex debito,nu.93.& n.95.p.435.

Capta in conflictu, vel acie belli, sunt præsentanda Duci militum, vt sua portione contentus, alia inter milites distribuat,n.98.

Quid si essent capta ante, vel post campestre bellum in discursu territorij,n.99.

De consuetudine seruatur contrarium, nu. 100.cum seq.

An spectet aliqua portio ad fiscum,n.103. p.436.

Refertur mos introductus in Regnis Hispaniæ,n.105. Et in Gallia,n.108.& in Regno nostro Neapolitano,n.109.

Quomodò sit præda diuidenda per Instructiones datas à Serenissimo Philippo II. n.110.cum seq.

Hodiè de bonis mobilibus in bella captis fisco debetur medietas,n.114. p 437.

Fuit decisum per Reg. Cam. quod fisco debeatur quintum, nu.115. Et quod fisco debeatur decima pars omnium prædarũ, n.116.

Ad quem spectent Ancillæ in bello captæ, n.117. decisum,n.120.

.. Hostium priuatiuè spectant ad Regium fiscum,nu.86.vers.Hinc,p.433.& nu.88. p.434.

.. Intercepta nõ comprehenduntur sub Principis indulgentia elargita inquisito de extractione, nu.52. p.268. Decretum Collat.Consilij, n.53. Vid. in verb.Gratia,& in verb.Res.

Limita si expressè disponeret restitutionem bonorum interceptorum, num. 61. p.269. Et quid si pœna fuerit soluta, & fisco applicata,n.62.

.. Naufragata.Vid.in verb.Naues fractæ.

.. Nostra ab hostibus capta, & deindè à nostris recuperata, an & quando prioribus Dominis restituenda sint, n.150.cũ seq.p.440.& nu.153.cum seq.p.441.

Quid in bonis immobilibus, n. 157. Vel si incontinenti fuerint recuperata, aut nõ erant in loco tuto reposita, n.160.cum sequentib.

Illo-

Digitized by Google

Illorum, qui tanquam hostes reputantur, an depradari possint. Vid. in verb. depradari.
Subditorum dicuntur Principis, nedùm quòad protectionem, & iurisdictionem, sed etiam quòad dominium, n. 22. p. 491.
Turcarum, qua propter naufragij timorem, in manus Christianorum peruenerunt, pro naufragatis habentur, & ad fiscum spectant. n. 51. p. 430. Contrariū, n. 55. Sed pro fisco fuit iudicatum, n. 59. & n. 60. p. 431.
An spectent ad Magnum Admiratum, n. 68.
Ipsorum bona, & persona capta non occasione naufragij, sed quia alio modo nostra ad littora peruenerint, etiam si sint capta absque armorum certamine, fiunt capientium, n. 69. cum seq. Et ità iudicatum, n. 72. vers. Et insuper, & nu. 73. cum seq. p. 433.

C

Cameræ.

Cameræ reseruatæ gaudent immunitate hospitationis actualis militum: & an etiam gaudere debent immunitate cõtribuendi in pecunia illis Oppidis, à quibus actualiter hospitantur, n. 89. p. 131. Vid. in verb. Hospitandi.
Hodiè sunt voluntariæ respectu vniuersitatum, & Vassallorum, vt compelli non possint à Baronibus ad illas accipiendas, n. 90. p. 132.
Quibus exemptionibus, & priuilegijs potiantur, n. 91.

Campanile.

Campanile Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Lauro Ciuitatis Surtenti fuit demolutum ordine Proregis Dom. Comitis Onnatæ, & quare, n. 56. p. 117.
Sanctæ Clarę huius Ciuitatis fuit impeditum construi, & quare, n. 58.

Canon.

Canonem recipiens, Vid. in verb. Dominus.

Canonicus.

Canonicus supernumerarius non dicitur habere ius integrum, sed quodam præparatorium ad integrum ius consequendū, n. 16. p. 86.
An illi competat legatum, relictum Canonicis, n. 17.

Capitaneus.

Capitanei deputati ad custodiam Ciuitatis, alternatim eliguntur, nempè pro vna vice regnicolæ, & alia ad beneplacitum, n. 33. p. 12.
Terrarum, & Assessores pro duabus partibus regnicolæ, & pro alia ad beneplacitum, n. 34. p. 13.
Armigerorum, Vid. in verb. Castellani.
Generalis diuidit bona mobilia hostium, à militibus capta inter ipsum, & eosdem milites, n. 9. p. 109.
Generalis tenetur ter in mense recognoscere milites, tàm equites, quàm pedites, n. 11.
Curare debet, vt milites describantur in libro, vulgò Rollo, *n. 12.*
Aduertere quoque debet, vt militum Capitanei tot sub se habeant milites, quot habere asserunt, n. 13.
Qua pœna puniantur, si habeant milites supposítos, n. 14. p. 110.

Capitula.

Capitula Papæ Honorij constituerunt nonnullos casus, in quibus subuentiones Regi debeantur, sed fuerunt suspensa per Nicolaum IV. tempore Caroli II. num. 39. p. 492.

Captura, & Captus.

Captura in criminalibus est arbitraria, & vt plurimum sufficit habere suspitionem ab extra non in figura Iudicij, nu. 58. pag. 97.
Captus extra Regnum. Vid. in verb. Bannitus.
In proprio domicilio, vel aliunde, remittì debet ad locum patrati delicti, nu. 19. pag. 352.

Carcerari, & Carceratus.

Carcerari quis potest in delictis grauibus ex sola suspitione: & si à captura appellat, detineri adhuc potest, nu. 59. cum seq. p. 97.
Carceratum eximens de manibus Curiæ, quæ pœna puniatur, n. 18. p. 361.
An teneatur ad debitum, si pro causa Ciuili erat captus, n. 19.

Cardinalis.

Cardinalis Episcopus præfertur Cardinali nõ Episcopo: & Cardinalis Presbyter Cardinali Diacono, n. 20. p. 39.
Arcentur à successione feudorum, nu. 36. vers. Tamen, p. 161.

Carolus.

Dom. D. Carolus Calà Dux Diani, & Præs.

Digitized by Google

Rerum, & Verborũm.

*Decanus Reg.Cam.laudatur.n.*17.*p.*520

Casalia.

*Casalia, eorumque Ciues, facta separatione à Ciuitate, gaudent antiqua Ciuilitate, & eisdem fruuntur priuilegijs, & ligãtur pragmaticis quibus antea potiebantur, etiã circà iurisdictionem, & forum, nu.*107.*pag.*149.

.. *Distrahi, aut separari non possunt à Terra, vel Ciuitate sine peculiari Regis assensu, rub.*13.§.7. *n.*81.*p.*242. *& nu.*100. *pag.*243.

.. *Concessa à Barone dicuntur membra, & de districtu Baroniæ, nu.*82. *Eorum vnio non præsumitur, n.*86. *Facta simpliciter vnione à Principe plurium Oppidorum, & Casalium principaliter, potius quòad subiectionem facta videtur, d. num.*86. *ver. Adeò, & n.*87. *p.*243.

*Quot modis probetur Casale esse vnitum Ciuitati, n.*88. *cum seq. & n.*94.*p.*244.

.. *Data separatione, aut diuisione legitimè celebrata, an priuilegia immunitatis, quæ ante separationem potiebatur, retineat, n.*103.*p.*245.

*Quid si priuilegia pretio concessa fuere, nu.*104.

Castella, & Castellani.

*Castella, siuè Castra quilibet in proprio solo ædificare potest absque Principis licentia, n.*13.*p.*113. *Contrarium, n.*17.*p.*114.

An hoc permittatur Baronibus. Vid. in verb. Baro,

*Solùm Regnantibus id licitum est, nu.*38. *pag.*116.

*A Regibus Normannorum cepit prohibitio Baronibus, n.*45.

*Viget etiam hæc prohibitio in Regno Franciæ, nu.*46. *Arctior apud Imperatorem Ottomanicum, nu.*47. *Et summopere viget in Regni confinibus, n.*48. *Et in locis maritimis, n.*50.

*Castellani, & Capitanei armigerorum, peditum, & triremium ad beneplacitum S. Maiestatis eliguntur, n.*35.*p.*13.

*Crimen si ipsi cõmittant, à Proregibus plectuntur, n.*1.*p.*113. *refertur decisum, n.*4. *Et literæ Suæ Maiestatis, n.*5.

*Eorum officium est de regalibus, & ad Regem spectat conferre, n.*6. *cum seq.*

*In milites, quos habent pro Castri custodia, ipsi retinent merum, & mixtum Imperium: sed intra fines Castri, nu.*73. *cum duob. seq. p.*118.

*Quid si delictum committatur in fossato Castri, n.*76.

*In Castro nouo huius Ciuitatis extenditur eius iurisdictio extrà Castrum, & cognoscit Castellanus suos milites delinquentes extrà Ciuitatem, n.*77.

*Nec Auditor Generalis Exercitus cognoscit milites Castri in prima instantia, n.*78. *pag.*119.

*Petere possunt causam ad se remitti à Iudice ordinario, & sic à M.C.V. nu.*79.

*Propter Castri traditionem factam inimicis puniendi sunt pœna mortis, n.*82.

*Excusantur, si desint victualia, nu.*86.

*Quid fuerit ordinatum Castellano Manfredoniæ, n.*87.

Castrum.

*Castro à Rege concesso cum domibus, iardenis, baiulatione, &c. an, & quando prædicta concessio præsumãtur quaternata, n.*115. *pag.*246.

.. *Concessum Ecclesiæ, an præsumatur liberũ, vel feudale: & exemptum à superioritate, & appellatione, n.*69.*p.*118.

Causæ.

*Causæ intercepti sunt ciuiles, & datur actio contrà hæredes ad persecutionem rerum, vel pretij, n.*112. *p.*301. *& nu.*79. *cum seq. p.*330. *Non comprehenduntur in statuto de criminibus loquente, nu.*88. *pag.*331.

*In Regia Iuncta contrabannorum proceditur criminaliter, n.*113.*p.*301.

.. *Meri, & mixti Imperij delegari nequeunt, n.*3. *p.*138.

*Limita in casu absentiæ, vel infirmitatis, nu.*23.*p.*139.

.. *Si remittantur Curijs Baronalibus, solet prouideri, quod procedatur in Ciuitate, vel cum certo Iudice deputato, num.*93. *pag.*99.

Cautio.

*Cautio de non offendendo præstari debet, licèt partifuerit satisfactum quòad pœnam, & interesse, n.*26.*p.*95.

*Etiam si is, qui timetur, fuerit absolutus, n.*27.

*Quid si pars, quæ timet offendi, per priùs offenderit illum, à quo cautionem petit, nu.*28.

.. *Præstari debet altrinsece, seù ad inuicem, nu.*29.

.. *Est præstanda nedùm pro ipsis principalibus, sed etiam pro filijs descendentibus*

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

Consanguineis, affinibus, familiaribus, &c. n.30. p.96.
An laicus compelli possit, vt pro Clerico se obliget de non offendendo, n.36. cum seq.
An sit prestanda pro consanguineis, vsque ad quartum gradum, nu.38.
Quenàm prestetur inter nobiles. Vid. in verb. Nobiles.

Census.

Census annuus, constitutus super feudi fructibus, vt efficiatur feudalis, nonnullæ qualitates sunt in contractu exprimendæ, & requiritur specialissimus Regis assensus, n.109. p.218.
Quando ad secundogenitos spectet. Vid. in verb. Annuus redditus.

Cessio.

Cessio feudi assensum Domini requirit, quamuis cedenti data sit ampla facultas alienandi, cedendi, & transferendi, nu.12. pag.157.

Ciuis.

Ciuis Panisœculi pro delicto commisso in Casale Iuliani conuenitur in Regijs Tribunalibus Neapolis, n.109. p.149.
.. Panormitanus, & Messanensis simul, si vti Panormitanus Magistratum gesserit, censetur renunciasse priuilegio Messanensi, nec vti tali poterit Magistratum gerere, n.61. p.14.

Ciuitas.

Ciuitas, vel Terra, habens Castrum, vel fortellitium propè fines Regni, aut Status Ecclesiastici, siuè in alio loco necessario pro defensione Regni, non debet à Rege alteri concedi. Et si concedatur Magno Principi, resisti potest, n.60. pag.117. Sic decisum, n.61. Et practicatum in Statu Mediolani, nu.62.
.. Diuisa per quarteria, quodlibet quarterium dicitur vna Ciuitas, n.8. p.462.

Classicus.

Classicus delinquens in terra, aut gestans arma prohibita, an plectendus sit à M. C. Vicarie, vel à Duce classis, n.25. cum seq. p.416. & nu.52. p.419.
.. Committens in terra delictum commune, & non militare, efficitur de foro Iudicis terræ, n.42. cum seq. p.417.
Adducitur decisio Reg. Reuert. nu.68. cum seq. p.421.
Vid. in ver. Armorum delatio, & in verb. Asportatio.

Clausula.

Clausula decreti irritantis importat certam formam datam, n.16. p.541.
.. Natura feudi in aliquo non mutata apponitur in assensus priuilegio ex vsu Regia Cancellaria: & vtrum faciat assensum nullum, vel conditionalem, n.9. cum seq. p.175.
De quibus, dicta clausula intelligenda sit, nu.13. cum seq. p.176.

Clericus.

Clerici arma vetita deferentes, apud Gallos per Iudicem laicum puniuntur, nu.71. pag.289.
Idemque mos viget in Hispania, nu.72.
.. Comprehenduntur in ad. ficiorum prohibitione circum menia Ciuitatis Neapolis, & in Suburbijs, nu.89. p.148.
.. Feudorum incapaces sunt, nec illa retinere possunt, n.36. p.161. Etiam si sint primæ tonsuræ, ibid. ver. Tamen.
Limita si defuncto feudatario, re integra habitum dimiserint, n.37. cum seq.
Concedi solet spatium sex mensium ad deliberandum, nu.39.
.. Beneficiatus absque licentia, & consensu Prælati beneficium renunciare non potest nu.50. p.163.
Taciè videtur illud renunciare, contrahendo matrimonium, nu.55. cum seq. pag.164.
.. Non obligantur Regijs Sanctionibus, extractiones à Regno vetantibus, n.1. cum seq. p.280. Contrarium, n.13. p.281.
Nisi asportatio fieret ad hostes, nu.4.
Tenentur petere licentiam, licèt non teneantur ad datia, n.11. p.281. Contrarium, nu.26. p.282.
An pro bonis patrimonialibus teneantur statuta seruare, ac datia persoluere æquè, ac laici, n.27. p.282.
Quidnàm si velint fructus, in proprijs prædijs recollectos, aliundè asportare causa negotiandi, n.28. p.283.
Est illis, sicut & Monacis interdicta negotiatio sub anathematis pœna, n.29.
.. Negotiator an teneatur ad gabellam, maximè iustè indictam, n.30. cum seq.
.. Falsum deponens coram Iudice laico, ab eodem punitur, n.168. p.407.
.. Homicida ipso iure priuatur beneficio, sed non ante sententiam, n.167. p.337.

Collaterale Consilium.

Collaterale Consilium constat ex tribus, vel qua-

Digitized by Google

quatuor Regentibus, eisque præest Dominus Prorex.n.15.p.143.

.. Vtriusque ordinis, & Status, & belli Regnum gubernaret, si Prorex discederet, non relicto Locumtenente, vel in Locumtenentem eligeretur Decanus illius Senatus, n.34.p.140.

Et posset omnia agere, quæ agit Prorex, nempè assensum præstare feudorũ alienationibus,n.35. Dispensare Reg.pragmaticæ, prohibentis mulierum abligationem,n.37. Indulgentiam concedere contumacibus,n.38.

Quid hodiè seruetur,discedente Prorege ob lapsũ tẽporis sui muneris,dùm expectatur successor per paucas illas horas,n.39

Collegium.

Collegium vnum dicitur,licèt diuersæ sint sectæ Collegiatorum,n.11.p.463.

Tres personæ Collegium faciunt,nu.16.

Comes.

Excell. D.Comes de Castillo olim Neap. Prorex laudibus extollitur,nu.21.p.58.

Comitatus.

Comitatu concesso cum Castro, Castrum diuidi non potest, nu.22.p.236.

Commissa.

Commissa, & pœna ob non factam professionem, vel ob non factam vectigalium solutionem,an spectent ad fiscum, vel siue ad conductores eorum,n.309.p.301.

Commissarius.

Commissarius Campaneæ vnus constituitur in Prouincia Terræ Laboris: in cæteris verò Prouincijs deputantur Præsides illarum,n.6.cum seq.p.393.

Qua potestate decorentur,n.8.

Procedunt contrà Exules ad modum belli, n 9. assignatur ratio,n.10.

Quid importet modus belli,n.13. & n.25. p. 394.

Prætermittere non possunt, quæ sunt iuris naturalis,n.17.cum seq.

Admittere non debent,contrà exules,in testimonium capitales inimicos,nu.20. Et testibus iuramentum præstare tenentur, n.21.

Citatio rei quando non requiratur, nec scriptura, n.26. sed contr. n.59.p.397.

Prætermitti possunt solemnitates ordinarias iudicij,n.32.p.395.Litis quoq;contestationẽ,& publicationẽ,n.33.cũ seq.

An possint remittere solẽnitates requisitæ in actis probatorijs, n.35. & n.56.pag. 396. Vid.in verb.Testes.

.. Tenetur contrà exules processum instruere, & fabricare,n.57.p.397.

Ac terminum dare reo, vt suas faciat defentiones,n.60.

Terminum datum variare, modificare,alterare, & ad paucas horas restringere possunt,nu.61.

.. Possunt exules ad mortem cõdemnare,licèt delictum in genere non sit probatum, nu.43.pag.396.

Et contrà eosdem procedere etiam in diebus feriatis, nu. 44. Nec vlla gaudent fori exceptione,aut priuilegio Baronali, nu.47.

.. Procedere possunt contrà bannitorum auxiliatores, protectores. & receptatores, leuato velo, & ad modum belli, nu.67. p.398. Assignatur ratio,nu.68. cum seq.

.. Exules,& bannitos impunè necare possunt nu.82.

Ac etiam interfectoribus constituere mercedem,n.73.Nec peccatum mortale committunt,n.74. & n.75.pag.399. Ratio, nu.76. Modo sint in capiendo, n.78.

.. Possunt quoq; licentiam concedere deferendi arma, etiam à Regijs Sanctionibus prohibita,n.79. cum seq.

Cogere potest Ciues loci ad capturam exulum, & quando,n.81.

Barones quoque conuocare potest ad exulũ persecutionem,n.87.

.. Potest alienam intrare Proninciam per spatium viginti milliarium, & ibi bannitos capere,n.90.pag.200.

Ac etiam Territorium, & intrà fines Status Ecclesiacici,n.91.

.. Potest guidatica concedere, & securitatem promittere delinquentibus contemplatione seruitiorum in capiendo alios exules,n.94. Quando possit guidaticum concedere Duci exulum,n.96.

.. Potest Indulgentiam concedere bannitis suorum delictorum, si alter alterum necauerit,n.97.

.. Potest elapsis solummodò quatuor diebus procedere ad foriudicandum illos incedentes per campaneam armatos ad numerum quatuor,n.100.p.401.

.. Potest domos forascitorum destruere, & cõsanguineis bannitorum indicere exfractum à Regno, nu.102.cum seq.

.. Authoritate fungitur contrà omnes Ministros Tribunalis Campaneæ, nu. 113. pag. 402. Et priuatiuè quòad alios, nu. 114.

.. Non

Digitized by Google

.. Non tenetur stare syndicatui, nu.115. Sed contr. n.117.

.. Nequit componere delicta commissa cum armis igneis, nisi prius data notitia Proregi, n.118.

Complices.

Complices in crimine assassinij; an gaudeant Ecclesiæ immunitate, nu.26. & nu.28. pag.363.

Compositio.

Compositio delictorum, quibus in casibus fieri possit absque partis remissione. Vid. in verb. Transactio.

Concessio.

Concessio annua pensionis an, & quando censenda sit personalis, nu.138. cum seq. pag.136.

.. Facta ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, siue ad beneplacitum Papæ, an & quando expiret, n.4. cum seq. p.249.

.. Facta ad beneplacitum, potest Rex ad libitum reuocare, nu.30. p.250. Ratio n.31. & nu.39. pag.251. Etiam tacitè nu.32. pag.251.

Quid respectu Officialium, ad iustitiam ministrandam creatorum, nu.37.

Requiriuur legitima causa, nu.38. Contr. nu.39.

.. Facta nostræ Ciuitati, & Regno in propria materia concedendi assensum per Dom. Proregem, sunt reuocabiles, n.35. Et ità decisum, n.36.

.. Facta de feudo ad beneplacitum, an duret, donec concedens vixerit, nu.1. & 2. pag.246. & n.3. cum seq. p.249.

.. Facta de officio ad beneplacitum Regis, morte ipsius expirat, n.8.

.. Facta de officio ex gratia Regis, non ex cătractu Iuris gent. potest ad libitum reuocari, n.40. p.251.

Sed solet Rex dispungere causam, nu.41. vers. Nihilominus.

.. Facta de officio eiusque exercitio duobus in solidum, &c. Vid. in verb. Officium.

Conclusio.

Conclusio, quæ dirigitur contrà præcedentem conclusionem est nulla, n.9. pag.473.

Nisi destruat præcedentem, Vniuersitati, eiusque Cœtui damnosam, n.11. p.474.

Condemnatus.

Condemnatus in exilium, potest in officio substitutum constituere, accedente solum Reg. Camera permissu, n.37. p.32.

Confessarius, & Confessio.

Confessarius, ab Episcopo electus, ad beneplacitum, mortuo deindè Episcopo, expirat, nu.29. p.250.

Confessio delicti, sponte facta à Reo, de cuius corpore non constat in genere, non est valida, & Reo non nocet, n.196. p.410.

Non est necessaria in bannitis, & foriudicatis, ibid. vers. Sed probationem.

Cum confesso mitius est agendum, nu.197. Et ità practicatum, nu.198. Sed contrarium, n.199.

Spontè confessi etiam puniuntur in atrocioribus, n.200.

Et ità practicatum per Regiam Iunctam exulum in personam Ioseph de Marino, nu.201.

Confessio Rei à Scriba causæ recepta, vel à Iudice, causæ Commissario, ratificatur coram tota Curia pro Tribunali sedente, nu.33. pag.377.

.. Non valet, nisi præcedant indicia delicti, n.35. Quamuis fiat in tortura, n.36.

Nec nocet alijs, nominatis per confitentem, nu.38.

Confugiens.

Cõfugiens ad Ecclesiam armis prohibitis præcinctus, an possit illis spoliari per Iudicem Laicum, nu.70. p.288.

Consanguinei.

Consanguinei bannitorum, vsque ad quartum gradum cogi possunt ad exfractandum à Regno, n.102. cum seq. pag.401.

Exfractare tenentur per 30. milliaria extrà Prouinciam, n.108. Exceptis pueris annorum quatuordecim, ac senibus annorum sexaginta, n.109.

Tenentur ad emendum damni, illati particularibus Vniuersitatum Regni propter delicta delinquentium, nu.111. pag.402.

Si fines in exfractu designatos nõ seruent, pœnis corporalibus, & pecuniarijs puniuntur, nu.110.

Consiliarij.

Consiliarij eligi debent pro duabus partibus Regnicolæ, & pro tertia verò parte ad arbitrium Suæ Maiestatis, n.25. p.12.

Regij præcedunt Præsidentem Reg. Camera, n.1. p.50. n.15. p.51. & n.23. p.52. Probatur authoritate rerum iudicatarũ, n.24. cum seq. & n.1. cum seq. p.565.

Quamuis in domu Locumtenentis Reg. Camer. conueniant, n.4. vel si interueniãt,

vt

Rerum, & Verborum.

vt adiuncti, n.6.

Dicuntur Principis assessores, & Patres, nu.6.pag.50.

De quibus causis cognoscant, n.11.p.51.

Quilibet eorum omnimodam iurisdictionem habet, & M.C.inhibet, n.14.

In Regia Cappella primum locum occupat: & in Collat.Consil.dexteram manum, Præsidentes verò Reg. Cameræ læuam, n.16.

Etiam si adiungãtur Tribunali Reg. Cam. pro terminanda causa, in Collat. Cons. vertente, nu.17. Ratio, n.18.

Sed læuam manum occupant, dexteram verò Præsidentes, si conueniant in Regia Cam. pro terminanda lite, ibi pendente, nu.28.p.52. Ratio, nu.29.

E contra si conuenirent Præsidentes vti adiuncti in Sacro Consilio, aut in camerino, vel alibi, nu. 32.

Regius si fiat Præsidens Reg. Cam. vel fisci Patronus, nullam consequitur præcedentiam, n.1.2.& 7.pag.64.

An sedere debeat in loco recentiori, vti homo nouus, nu.5. Quomodò obseruatum in persona Ioannis Thomæ Mastrilli, nu.8.

Quid si vti fisci Patronus conueniat in Regijs Iunctis, nu.12. pag. 65. Adducitur pronunciatum Domini Comitis de Pegnaranda, ibid.

An præcedere debent cæteros Reg. Camer. Præsidentes præter Decanum, nu.13. & nu.24.p.67.

An hoc in praxi sit receptum, nu.14.

Quid si Decanus sit de madernioribus, nu. 15.

Pluries iudicatum, n.25.p.67. Ratio, n.26. Vide in verb. Decanus.

Status si sit titulo aliquo decoratus, præcedit Regentes Reg.Cancell. aliosque Consiliarios Status, titulo destitutos, n.16. p.38. Et ità decisum, n.17. Ratio, n.18.

Vnus de vna aula, & duo de altera, duas constituunt aulas, nu.15.p.463.

Consuetudo.

Consuetudo est optima legum interpres, n.49. pag.13.

Consul.

Consul si deponat Consulatum, & deindè simul cum alio Consul eligatur, non propterea Collegam procedit, n.33.p.77.

Contrabanna.

Contrabannorum in crimine proceditur Iudicis officio, nulla præcedente accusatione, seù querela, nu.2.p.374.

Accusationes admittuntur tacito nomine accusatoris, n.3.

Talis, qualis accusatio sat est n.8.

Denunciationes admittuntur, absque nominum testium expressione, n.9.

Admittuntur ad accusandum etiam alijs inhabiles, nempè mulier, & miles, n.10. cum seq.

Repellitur tamen denunciator à testificando in eod.crimine, nu.12.

Non requiritur, vt delictum in genere innotescat, sed sufficit probari extractio, n.24. p.375.

Et sufficiunt etiam testes singulares, nu.15.

Proceditur etiam contrà mandantes, consensientes, auxiliumque præstantes, n.16.

Crimen hoc est de exceptuatis, nu.17.

An subijci possit Reus quæstioni ex processu informatiuo, si tantùm indicia vrgeant, nu. 19.

Vt procedi possit ad torturam, quænàm probationes, & indicia debeant præcedere, nu.20.cum seq. p.375.& n.25.p.376.

Vid.in verb. Reus.

An transactione sopiri possit hoc crimen, vid.in verb.Crimen.

Contrectans.

Contrectans in Ecclesiam rem, furto sublatam, eaque posteà vsus sit, potest ab Ecclesia expelli, nec illius immunitate gaudet, non secus, ac si in Ecclesia furtum commisisset. n.62.p.287. An debeat requiri Iudex Ecclesiasticus, n.63.

Contumacia, & Contumax.

Contumacia existente, leuiores sufficiunt probationes, n.134.p.404.

Contumaces, aliique delinquentes, qui per campaneam incedunt in comitiua aliorum, declarantur veri foriudicati, si infra decem dies non comparuerint, eisdemque puniuntur pœnis, ac si per sententiam foriudicati essent, nu.63.p.397.

Effectus contumax forum citantis declinare non potest, petendo remitti ad Iudicem suum, n.149.p.405.

Neque purgata contumacia id agere valet, n.150.p.406.

Nisi agatur de Clerico, citato à Iudice laico, n.152.cum seq.

Creditores.

Creditores personales nominantes aliquem in in officio, an possint nominatum conuenire

re

Digitized by Google

re, eumque compellere ad vendendum officium, nu.57. cum seq. p.24. & nu.60. p.25. Decis. per Sac.Cons. n.75.pag.26. Contr. nu.76.

Crimen.

Crimen falsi vt constituatur, tria copulatiuè requiruntur, & qua.nu.38.p.308.

.. Fraudati vectigalis inter delicta connumeratur, n.3.p.324.

Eius causa criminalis est, n. 4.

.. Transactione, & compositione sopiri Magistratibus vetitum est, n.1.p.364.

Contrarium seruatur de stylo, nec rationi videtur absonum, n.13.p.365.

Etiam in Contrabannis consuetudo ista inoleuit, nu.16.cum seq.

Quanàm requirantur, vt transactio in criminalibus suum sortiatur effectum. Vid. in verb. Transactio.

Culpa.

Culpa Officialis, ob quam officio priuatur, an noceat creditoribus, eisque fiscus praferatur pro pœna, n.101.cum seq.p.28.

An præferatur creditoribus cum assensu, n.103.cum seq. p.29.

Custodes.

Custodes alicuius passus. Vid. in verb. Famuli Curiæ.

.. Portarum, conscij extractionis rerum contrà deuetum, pœna mortis puniuntur, nu.17.p.292.

D

Datum.

DAtum filio contemplatione patris, patri quæritur, adeò vt possit totum alienare, siuè emancipatus sit filius, siuè in potestate, n.95. p.28.

Debitor.

Debitorem non posse in creditorum præiudicium bona sua ad Ecclesiam transportare, pluries censuit Sac.Congregatio, nu. 64 p.288.

Fraudulenti ad Ecclesiam confugientes, nõ debent multò tempore tollerari, n.65.

.. Qui ad quantitatem tenentur respectu certa speciei, liberantur, soluendo illam speciem, n.77.cum duob.seq.p.561.

Decanatus, & Decanus.

Decanatus dignitas est: & Decanus dicitur in dignitate constitutus, ac Prælatus nuncupatur, nu.16.cum seq.p.66.

.. In Ecclesia Cathedrali maiorem habet dignitatem post Pontificiam, n.19. Et dicitur Caput Capitoli, n.20.

Quam habeat administrationem, nu.21.

Secundum locum post Episcopum vindicat, nu.22.

Decani prærogatiua in Sac.Consil.summa est, adeò vt vacante Præsidis officio, per Consiliarium decanum expteri debet, n.26. ver. Quinimò p.67.

Decretum.

Decretum contrà decretum nullum est, nu.10. pag.473.

Defensiones.

Defensiones, examine completo dantur Reo: nec denegari possunt, licèt Reus sit conuictus, & confessus, n.42.p.377.

Ità in toto mundo seruatur.43.

Delictum.

Delicta vt puniantur, Reipub. interest, nu.19. p.143.

Non videtur existere, nisi prius de eius corpore, siuè in genere constet, n.1.p.263.

Corporis deficiente probatione, deueniri haud potest ad inquisiti examen, n.2. pag.264.

Secus est in crimine extractionis rerum contrà deuetum, n.3.cum seq. Ratio, n.5. cum seq.

.. Eius pœna multiplicatur, multiplicatis delinquentibus, nec insolidum exigitur, nu.68. pag.270.

Pœna extinguitur cum vna morte delinquentis, nec ab hæredibus exigitur, n.2. pag.344.

An id procedat in pœna pecuniaria, nu.10. cum seq.

Quanàm delicta possint transactione sopiri. Vid. in verb. Transactio.

Delinquens.

Delinquens in territorio meo, si capiatur extrà meum territorium, tanquam offensus possum prosequi iniuriam, & ipsius petere remissionem, quamuis bannitus sit, nu.18.p.352.

Si delinquat in territorio Regis nostri, & capiatur in ditione alterius dominantis, quamuis sit bannitus, est remittendus Iurisdictioni loci delicti, n.6. cum seq. pag.357. Vid. in verb. Bannitus, & in verb. Captus.

Delinquentem, qui comitatur, vel occultat, aut hospitio accipit, si fugere faciat, aut viam demonstret, particeps, & conscius delicti præsumitur, n.13.pag.361.

De-

Digitized by Google

Rerum, & Verborum.

Depositio..

Depositio principalis siuè testium facta coram Actuario Regia Iuncta ex commissione ipsius Iuncta Commissarij valida est, nu.34.pag.377.

Deprædari.

Deprædari non possunt bona eorum, qui tanquam hostes reputantur,n.3.p.446.

Bona quoque amicorum, quæ vehuntur à naue inimica, & sub vexillis hostilibus, nu.11.cum seq.& nu.23.pag.447.

Etiam bona Piratarum Christianorum, nu.39.cum seq.p.448.

Etiam eorum, cum quibus solummodò amicitiam non habemus,n.46.p.449.

Sic etiam & bona confederatorum cum nostro inimico,nu.47.

Etiam si nauis inimica vi ventorum, & non voluntariè Regnum hoc appulisset, n.48.cum seq.Contr.n.51.cum seq.

Quod in hoc casu applicentur bona in beneficium fisci, decisum per Reg.Camer. nu.136.pag.459.

Bona quoque Iudæorum,& hebreorum possunt deprædari, & confiscari, nu.57. pag.450.

Sed quo in loco, nu.99.p.455. Nunquid in Mari Adriatico,n.137.p.459.

An in alieno territorio non hostili,n.100. pag.455.

Possunt prædari,& applicari in beneficium capientium, si territorium sit Principis inimici deprædantium,n.119.p.457.

Quid si nec amicus, nec inimicus sit,n.121. Vid. in verb.Præda.

Deputati.

Deputati Capitulorũ instruere debẽt lites nomine Ciuitatis,n.91.p.513.Capita circà eorũ authoritatẽ referũtur,n.86.p.512.

Compatibile est eorum munus cum officio Electatus, n.33.p.543.

Determinatio.

Determinatio vnicâ, plura respiciens, omnia æqualiter debet determinare, maximè in casibus æquiparatis,n.130.p.334.

Didacus.

Dom. D.Didacus de Soria Marchio Crispani, & Reg.Cons.laudatur,n.62.in fin.p.14.

Dietæ.

Dietæ Commissariorum, ad capiendas informationes destinatorum, in causis criminalibus, solui non debent ab inquisitis, nisi fuerint condemnati,n.117.p.385.

Quid seruetur in inquisitis de contrabannis,n.118.

Potest disponi per Proregem, vt soluantur per inquisitum, & ità seruatum, n.119.

Sed hodiè quid seruetur stantibus liter. S.M.nu.12.pag.566.

Dignior, & Dignitas.

Dignior is est, qui tempore electionis in dignitate constitutus est,n.39. p.78.

Dignitas Magistratus, vid.in verb.Magistratus.

. . Prior labore quæsita, superueniente secunda, non perit, sed augetur, nu.12. vers. Quoniam, pag.65.

. . Repetita illam non auget, sed merita tantùm comprobat,n.33.p.77.

. . Semel dimissa, nùm prosit ad illam iterum consequendam,n.34.

Dignitate maiori refulgens, cæteros etiam tempore anteriores præcellit,n.29.p.35.

Dignitatem habentes cum administratione, præferuntur eandem habentibus,sine illa,nu.8. p.37.

Si sint duo dignitatis æqualis, quorũ vnus interueniat in consessu vti Iudex, alter verò vti Aduocatus ex ordine Sua Excellent. vter erit anteferendus, nu. 33. p.72. & n.34.p.73. Quid obseruatum, nu.35.

Dignitatum, & prioratum duplex est Ordo, maioritatis, scilicet, temporis, & vter potior sit,n.27.cum seq.pag.35.

Dirictus.

Dirictus non venit ex delicto, & sub indulgentia nõ comprehenditur,n.90. p.331.

Inter dirictus connumeratur quoque ius tractæ, nu.93.

Diuisio.

Diuisio feudi destruit familiæ dignitatem, memoriamque eiusdem. & vniuersa patrimonia,nu.8. p.235.

Nec est simplex alienatio, sed destructio, nu.14.

An in illa possit Prorex assentiri. Vid. in verb. Prorex.

Dohanerius.

Dohanerius Reg.Dohanæ Menepecudum Apuliæ ad beneplacitum S.M. eligitur; Cæteri verò Officiales Regnicolæ tantùm esse debent, nu.37.p.13.

Et quid de Dohanerijs,Credenzerijs aliisque Officialibus omnium aliarum dohanarum,n.39.

Dolosus,& Dolus.

Dolosus præsumitur, qui facit, quod sibi est probibitum,n.19. p.305.

Digitized by Google

Dolum arguunt expressio falsarum qualitatum, & mendacia, in obtinendis expeditionibus: & etiam simulatio falsi procuratoris, nu.17. cum seq. pag. ead.

Ex quibus excludatur dolus, num. 56. pag. 309.

Domicilium.

Domicilia duo si quis habeat, vno electo ad magistratum gerendum, non potest ad alterum redire, nu.61. p.14.

Quid dicendum in alijs Officialibus minoribus, nu.63.

Dominus.

Dominos posse contributionem ponere super Vassallis, habetur ex Sac. Scriptura, & iure ciuili sancitur, n.43. pag.96.

Nauis ex crimine, à Magistro perpetrato, non venit statuti pœnis plectendus, n.2. cum seq. pag.176. Contr. n.7. & n.11. & nu.12. pag.277.

Hodie ex consuetudine, in omnibus Prouincijs vigente Dominus nauis ex illicita extractione facta per Magistrum, nauem amittit, n.25. p.278.

Decis. Reg. Iunctæ Contrabannorum, n.29.

Pro familiæ delictis tenetur, quoties illam ad peculiare proposuit negotium, nu.10. pag 276.

Recipiens Canonem ab emphiteuta, eumq; morosum non expellens post caducitatem commissam, eam remisisse censetur, n.36. p.557.

Si Canonem recipiat à nouo Emptore emphiteusis, videtur approbare contractū, remisisse laudemium, & consensum præstitisse nouo emphiteutæ, n.37.

Domus.

Domo in propria, quilibet maior est quouis extraneo, n.29. p.52.

Donatio.

Donatio feudi si fiat inter viuos secundogenito, nullum requirit consensum primogeniti, n.191. vers. Scire. & n.193. p.230.

Donatiuum.

Donatiuum præstare Regi, an teneatur Ciuitas Neapolitana. & Regnum. Vid. Neap. Ciuitas.

Regnantibus indifferenter fiunt in Sicilia, Anglia, Gallia, Hispania, Belgica, Indijs, & in Statibus Ecclesiæ, num.32. pag.492.

Hodiè non dicūtur voluntaria, sed necessaria sunt, n 33. & n.139. p.502.

Binis annis fieri debent, nu.34. Et in principio cuiuslibet biennij, n.35.

In Sicilia singulis triennijs fiunt donatiua, n.38.

In quibus casibus Ciuitas, & Regnum compellatur ad donandum Regi à num. 41. pag.493. & à n.50. p.494. & à nu.68. pag.495.

In casibus, in quibus Ciuitas, & Regnum, tenetur ad donatiuum, potest imponi datium, vt ex capitali soluatur summa donata, n.83. p.496.

Praxis refertur, quæ hodiè seruatur, dùm donatiua disponuntur, n.86.

Et praxis, quæ seruatur à Regno, num.87. pag. 497.

An debent accedere Barones tempore, quo de donatiuo tractatur, n.89.

An teneantur Prælati, & cæteri Ecclesiastici feuda possidentes n.92. Vid. in verb. Barones.

In donatiuis an maior pars præiudicet minori, n.94. cum seq. p.498.

In illis peragendis nemo immunitate, vel exemptione aliqua gaudet, n.99.

Et ità pluries declarauit Reg. Cam. contrà Ciuitatem Castri Maris de Stabia, & contrà Ciuitatem Tarenti, n.100.

Quid si concurreret præscriptio, n.102.

An rata exempta cædat in damnum fisci, vel Regni, n.105.

Vniuersitates si sint impotentes Barones, tenentur solueri ratam illam, nu. 106. pag.499.

Ecclesiastici nùm contribuere teneantur, n.108. Negatur, sed affirmatiuè nu.109. & n.112. cum seq. & nu. 116. cum seq. pag.500.

An contribuere tenentur Barones Regni, n.122. cum seq.

Donatiuum à Ciuitate & Regno nemini fiat præter Regi, sed non Proregi, nu. 135. cum seq. p.501.

Dux.

D. Dux Cirifalci commendatur, n.11. p.472.

Dux Classis portionem prædæ illius, qui captum fuerit ab alijs, qui proprijs sumptibus naues armauerint, an habere debeat, nu.123. p.438.

Dux Ossunæ quatuor triremes in Regno construxit, quas deindè vendidit R. Curiæ, nu.43. pag.145.

Proconsiliarios, & Propræsidentes creauit, qui fuerunt sublati per D. Card. Borgia ordine S.M. n.63. p.146.

Digitized by Google

Rerum, & Verborũm.

E

Ecclesia.

Ecclesiæ, & Collegij Sancti Francisci Xauerij Patrum Iesuitarum fuit inhibita constructio ordine Dom. Comitis de Castrillo Proregis, & quare, n. 59. p. 117.

Prohibetur ædificari circum mœnia Neapolis, n. 90. p. 148.

Legatum, vel hæreditatem repudiare potest, absq; authoritate Superioris, n. 177. in med. p. 228. Et ità decretum, nu. 178.

Electi.

Electi Ciuitatis habent curam annonæ, n. 1. & 2. pag. 505.

Quodlibet Sedile eligit vnum, sed Sedile Montaneæ duos, & quare, n. 3.

Debent esse solliciti, ne extrahantur à Ciuitate frumenta, aliaque victualia, n. 5. & 10.

Taxam pretij imponunt rebus comestibilibus, pœnasque adijciunt, n. 12.

Transgressores carceratos tradunt M. C. V. nu. 13.

Pœnæ cedunt commodis Hospitalis Sanctissimæ Annunciatæ, nu. 14.

Circuire possunt Ciuitatem, visitare subditos, non obtemperantes ordinibus emanatis pro annona, n. 15. p. 506.

Licentias expediunt pro vsu vbertatis, nu. 16.

Possunt declarare nobiles, creare Consules nationis Neapolitanæ, qui Proconsules creare possunt, nu. 20.

Ciues allicere possunt, & priuilegijs Neapolitanorum Ciuium exornare, n. 21.

Sed hodiè spectat ad Reg. Cam. n. 22.

Cognoscunt causas syndicatus Regentis, & Iudicem M. C. V. Curiæ Admirati, & aliorum Officialium, n. 26.

Iudicant causas subditorum, & qui sint, quibusue causas prædictas committant, nu. 27. & 28.

Exfractum decernunt studentibus, & meretricibus à vicinis honoratis, n. 32. & nu. 121. p. 515.

Ipsis incumbit cura conseruandi salutem, nu. 35. p. 507.

Retinent cymbam armatam pro custodia portus, n. 36.

Quinàm ex illis assistant, & recognoscant naues, & bona super illis onerata, n. 37.

Litteras potentis expediunt salutem attestantes, nu. 38.

Regimen Ciuitatis tribuitur tempore pestis, nu. 39. & 40. Et ità obseruatum de anno 1656. n. 59 pag. 508.

Rescriptum Domini Proregis circà deputationem salutis refertur, n. 61. p. 509.

Fuit Deputatis reuocata, & cessa M. C. V. nu. 64.

Rescriptum Dom. Proregis, nu. 65. Et quæ mandauit obseruanda, nu. 66. pag. 510.

Eorum Tribunal regitur in Ædibus Sancti Laurentij, n. 41. p. 507.

Licèt septem sint, sex tamen voces componunt, n. 44.

Eorum Tribunal est insigne, & quare, nu. 47.

An repræsentare censeantur Ciuitatem nostram, affirmatiuè, n. 71. p. 511. Negatiuè, n. 77. cum seq. p. 512.

Nunquam Ciuitatem præiudicant, n. 79.

Illis est vetitum litteras scribere S. Maiestati, n. 85.

Referuntur capita concernentia authoritatem Electorum, nu. 85.

Recusare an possint magistratus, vt suspectos, nu. 87. cum seq. p. 513. Negatiuè decis. in Collat. Cons. n. 90.

Nequeunt lites Ciuitatis instruere, sed hoc attinet ad Deputatos capitulorũ, n. 91.

Nec recusare valent Iudicem nomine Ciuitatis, n. 92. ver. Qua de re.

Platea Papularis alijs exornatur facultatibus, & qua ius reddit venditoribus rerum comestibilium, n. 109. p. 514.

Leges pro bona regimine Platea Popularis promulgat, n. 110.

Pœnas pecuniarias præscribit, transgressores damnat, reuenditores punit, ac emẽtes frumenta per 25. milliaria circà Ciuitatem pro illis reuendendis in hac Ciuitate punit, n. 112.

Prouidet Ciuitatem de omnibus rebus comestibilibus, nu. 113.

Consules creat omnium artium sibi subditarum, n. 114.

Tempore belli congregat omnes Ciues aptos ad arma, & in Tribunos scindit, consulto tamen Prorege, n. 118. p. 515. Quorum ipse est Dux, nu. 119. Et ità obseruatum, n. 120.

Antiquitus simul cum Electis nobilibus creabat Notarios, n. 122.

Simul cum duobus Electis nobilibus valet circuire Ciuitatem, & visitare vendentes

tes. bona comestibilia, aliaque ad vbertatem spectantia, nu. 123.
.. Si non interfuerit, quando quatuor nobilium interuentus exposcitur, nu. 124. Vid. in verb. Platea Popularis.
Tempore Dom. Comit. Ognatta fuerunt reuocata edicta, seù banna ab Electis præscripta, pœnas corporales cõminantia, & ordinatum, vt deinceps non se intromitterent in iurisdictione criminali, n. 14. p. 520.
.. Allegauerunt stetisse, & stare in quasi possessione pacifica iurisdictionis criminalis, petieruntque terminum ad probandum incumbentia, nu. 15.
Fuerunt dati adiuncti ad nu. 18. ex Cœtu Sac. Cons. & R. Cam. n. 17.
Expenduntur iura Electorum, nu. 20. cum seq. 521.
Expenduntur iura fisci contra Dominos Electos, nu. 31. & per totum, pag. 522. & 523.
Causa indecisa extat, nu. 60. p. 524.

Electio.

Electiones Platearum, vt effectum sortiantur, omni nullitatis labe carere debent, nu. 1. p. 540.
Earum nullitates à Sac. Cons. cognoscuntur, n. 2.
Nulla redditur Electio, si persona vocanda, non fuerit vocata, n. 4.
Adhuc nulla est, si aliqui ex Electoribus discedant, quamuis maior pars compleat electionem, n. 5. p. 541.
Vel si vnus ex Electoribus interfit, qui domi mandato pœnali pro certo delicto erat detemptus, n. 6.
Vel si alicui ex nobilibus denegetur ingressus, n. 8.
Vel si tempore electionis non sit præstitum iuramentum de non nominando personam, quæ officium procurauit, nu. 14. & ità disceptatum, n. 24. p. 542.
A quibus exigatur hoc iuramentum, & quando, n. 27.
Huic nullitati renunciari non potest, n. 18. pag. 541.
Erit quoque nulla, si nominatus ad Electatum nostræ Ciuitatis, actualiter exerceat officium Deputationis, nn. 20. p. 542. Contr. decisum per Sac. Consil. nu. 38.

Ementes, & Emptor.

Ementes puluerem, & pirium causa extrahendi extrà regnum, qua pœna plectantur, nu. 25. pag. 293.
Emptor feudi, aut Casalis dismembrati, si fuerit à successore in Baronia conuentus iure reintegrandi, potest ab Actore nedùm pretium, quod impendidit, sed etiã interesse petere, & relaxare feudum vna cum fructibus, n. 102. p. 245.

Emolumenta.

Emolumenta officij soluere deduci an, & quando possint in pactum sine Regio assensu, n. 40. & 42. p. 548. & n. 43. p. 549.
.. Si diuidantur inter plures fratres, quorum is delinquat, in cuius capite stat officium, an cæteri admitti possint ad transactionem pro culpis à fratre commissis, n. 62. p. 550. & n. 63. cum seq. p. 651.

Emphiteuta.

Emphiteuta si rem alienet absque Domini cõsensu, & Dominus ab emptore recipiat Canonem, videtur approbare contractum, & laudemium remittere, nu. 37. pag. 557. Vid. in verb. Dominus.

Episcopus.

Episcopus interueniens vti Canonicus, sedere debet in loco canonicali, sed immediatè post Decanum, nu. 38. pag. 49.
.. In propria Diœcesi maior est Archiepiscopo, eumque punire poterit, si delinquat in Diœcesi Episcopi, n. 30. cum seq. p. 52.
.. Loca pia à laicis gubernata, & Regiæ iurisdictioni immediatè subiecta visitare non potest: Nec eorum computa recognoscere, n. 94. cum seq. p. 99. & n 96. p. 100.
An id competat Proregi, nu. 97.
Vel sit attendenda forma fundationis, nu. 98.

Euellens.

Euellens ab Officialium manibus res interceptas, an eisdem subijciatur pœnis, quibus, & principalis, n. 1. & 2. pag. 360. & nu. 11. p. 361. Decisum in Reg. Iuncta, n. 21. p. 362.

Exceptio.

Exceptio esse debet de regula, n. 134. p. 334.
Et eiusdem naturæ, & qualitatis, nu. 180. pag. 339.

Extractio, Extrahens, & Extrahere.

Extractio auri, & argenti, tàm laborati, quã infecti à Regno, Regijs Sanctionibus interdicitur, & sub quæ pœna, num. 20. pag. 274.
.. Frugum, & cunctorum victualium præcipuè frumenti arduum est crimen, & aqui-

Rerum, & Verborum.

æquiparatur læsæ Maiestatis delicto, n.1.pag.260. Ratio,n.2.

Rigorosè à Iustiniano coercetur,n.4.p.261.

Capitalibus pœnis subijcitur in toto Orbe, & in Alma Vrbe, nu.5.

Et quanàm pœna in Regno nostro,n.6.

Habet omnia specialia delicti occulti,n.26. pag.265.

Probatur testibus singularibus, & per coniecturas, & præsumptiones, nu.27. cum seq.

Et etiam per famulos Curiæ, & custodes passus alicuius, nu.13. cum seq. & nu. 17. pag.264.

Est de exceptuatis, & regulatur ad instar raptus,n.45.cum seq.p.268.

Includuntur etiam minores in hoc crimine,nu.47.

Pecuniarum à Regno, periculosa est publicæ incolumitati, & iure communi prohibita, n.1.p.386.

Iure nostro municipali atrocissimis subijcitur pœnis,nu.2.p.387.

Non merentur extrahentes generalem abolitionem,n.3.

Quid si extrahant monetas exteras, n.4.

Vel si extrahant pro sumptibus in itinere, nu.5. cum seq. & n.10.cum seq.

An requiratur licentia Reg.Cam.& debeat pecunia esse in parua quantitate, n.12.

Si fiat per mare, commissa dicitur statim, ac aurum,argentum,vel moneta immissa sunt in nauigia, n.14. p.388. Decretum Reg.Iunct.nu.19.

Illam ordinantes, vel deferentes cum eorũ nauibus, qua pœna plectantur, nu. 14. pag.292.

Illamque promittentes si sint Officiales,vel Consocij,n.15.

Extrahendi facultate, vid.in verb.Licentia.

Extrahens sericum,qua pœna mulctetur,n.8. pag.292.& n.8.cum seq.pag.261.& nu. 120.p.302.

Qua pœna si extrahat oleum, num. 9. & nu.123.

Quanè si frumentum, nu.12.

In Reg. Iuncta semper extra ordine punitur,nu.82. p. 380. Et ità practicatum, n.83.cum seq. & n.86.cum seq.381.

Repertus in via cum equis, & mulis, antequam ad locum perueniat an,& quando dicatur statuto contrauenisse, nu.34. p. 266.

Quid si fuerit repertus prope fines territorij Regni, vel extrà viam vsitatam, nu.38.

An & quando excusetur, si dixerit se ad propriam domum redire,n.39.

Si frumentum extrahens, reperiatur in via, antequam ad locum prohibitum fuerit ingressus, & neget, quod extrà territorium erat portaturus, qua nàm sint consideranda,n.21.p.306.

Si sit prohibitus extrahere frumentum,an possit extrahere farinam, nu. 64. cum seq. p.269.

Si reperiatur in itinere cum rebus asportari prohibitis in flagranti absque licentia, & debitis expeditionibus, quid seruetur de stylo Reg.Cam. n.97. p.382.

Quando præcedere debeat citatio ad dicendam causam, quare non debeant bona declarari intercepta, ibid.ver. Nihilominus.

Quid seruetur in Reg. Iuncta Contrabannorum, n. 99. pag.383. Eius decreta, n.101. cum seq.

Pecunias, & fruuentum, aut alias res vetitas extrà Regnum, si citatus non comparuerit, potest contrà ipsum ad excusationem pœnæ inflictæ procedi, nu.41. p.267.Decret.Reg.Iunct. n.42.cum seq.

Si extrahat res prohibitas, simul, & licitas, an amittat quoque licitas, num.1. cum seq. p.271.

Habens licentiam extrahendi centum dolia vini, mille libras serici, &c. si vltra extrahat, an solùm quantitas excedens incidat in commissum, nu.12. p.272.

Extrahentes si exteri sint, fiunt de foro Iudicis, vbi extractionem commiserunt, nu. 16. p.352.

Secundum quas leges puniendi sint,nu.17.

Qua pœna puniantur extrahentes arma à Regno,n.7.p.261.

Vel si extrahant puluerem,pirium, salinitrum,&c.n.8.cum seq.& n.24. p.293.

Vel si panem extrahant ab hac Ciuitate, nu.10.& n.30.p.293.

Siue equos,& pullos, nu.11. & cætera animalia, n.16.& nu.13. pag.292. & n.28. pag. 293.

Vel si aurum, argentum, monetas aureas, vel argenteas in hoc Regno, siue Hispania signatas, vel arma, ferra, &c. & quid si vendantur infidelibus,n.12.cum seq. pag. 261. Item si extrahant gem-

Digitized by Google

mas, nu.16.& nu.20.cum seq. pag.292.
Qua pœna puniantur Officiales negligentes in procedendo contrà extrahentes, nu.31.p.293.
Quando hoc delictum dicatur cõsumatum, nu.32.
Qua denique pœna puniantur extrahentes linum natum in Regno, per extra Regnum, nu.33.
Extrahere liberè possunt Mercatores à Regno pecuniam peruentam ex venditione pecudum, Castratorum, Casei, lanæ ex pecudibus immissis in Dohana Apuleæ ab extra Regno, nu.12.p.312.

Extraneus.

Extraneo hærede instituto in feudalibus absque Regis assensu, adhuc proximus successor succedit, testamento, non obstante, n.4.p.202.
Quis nàm dicatur extraneus, & an Prorex valeat assentiri, ibidem.

Exules.

Exules, & forasciti si peruenerint ad manus Curiæ, non est opus nouo processu, sed facta recognitione personæ, ad supplicium damnantur, n.65.p.397.
Quinàm terminus dari debeat in praxi, nu.66.
Quando capi possint, & eorum consanguinei cogantur exfractare. Vid. Commissarius Campaneæ.
.. Si sint in fortijs, procedi potest modo militari, leuato velo, ac solemnitatibus ordinarij iudicij prætermissis ad effectum illos puniendi pœna mortis, n.32.p.395.
Quo tempore fuit instituta Reg. Iuncta exulum, nu.118.p.402.

F

Facultas.

Facultas seruiendi per substitutum, Regiã exposcit indulgentiam, nu.19.cum seq. pag.31.
An possit Dominus Prorex hanc dare facultatem, nu.21.pag.32. Cætera, vid. in verb. licentia.

Falsum.

Falsum non dicitur, quod primordio iuuatur veritatis, nu.43.p.308.
Quot requirantur in hoc crimine, n.38.

Famuli.

Famuli Curiæ sunt idonei testes in extractionis crimine; licet alibi repellendi sint, nu.13.cum seq. pag.264.
Ægrotis debetur salarium, n.19.p.124.

Farina.

Farinam, vel triticum, aut panem intraeuntes in Ciuitatem, gabella non soluta, quibus teneantur pœnis, num.34.pag.243.
An debeat confiscari Currus, nauis, vel equus illam portantes, n.4.p.271.

Fœlix.

Dominus D. Fœlix Lanzina, y Vllox Præses Sac. Consilij laudibus extollitur, nu.62.pag.310.

Ferdinandus.

Dom. D. Ferdinandus Moscosso Reg. Consil. & Proregens M.C. laudatur, n.2.p.565.

Feudalia.

Feudalia bona in comm... io nostro non sunt, & distrahi prohibentur, nu.1.pag.149. sub nullitate actus, n.2.p.150.
Et quid si accederet consensus Proregis, nu.3.
Omnes contractationes sunt prohibitæ absque Regis assensu, etiam vnius gallinæ, nu.147.p.225.
.. Dispositio facta à matre in beneficium secundogeniti cum consensu primogeniti, sed absque Regis assensu non subsistit, nu.157.p.226.
.. Obligata censentur tãtummodò in defectum allodialium, seù burgensaticorum, & quando allodialia pro satisfactione æris alieni non sufficerent, Regio beneplacito contracti, nu.58.pag.259.

Feudatarius.

Feudatarius alteri ius in rem super feudo cõstituere non valet, præcipuè seruitutem, eiusq; dominij conditionem deteriorem facere, diuidendo feudum in duas personas, n.6.p.191.
.. De feudo disponere non potest alio modo, quam in inuestitura designato, num.9.pag.203.
Grauamen imponere nequit super feudo, num.10.
Limita cum Regis assensu, nu.11.
.. De fructibus feudi disponere potest absque consensu Domini, nu.14.p.204.
Valet dispositio, vt de fructibus feudi fiat multiplicum ad certum tempus in beneficium hæredis. nu.27.p.205.
.. Filium instituendo in feudo nouo grauare potest, eiusque hæredes, & successores, vt ordinarios feudi fructus inter fratres,

Digitized by Google

tres, eorumque heredes, & successores aequaliter diuidat, n.29.cum seq. p.206. Contr.nu.34. Ratio,n.35.cum seq.

.. In feudo hereditario potest successorem grauare, vsque ad concurrentem valorem eiusdem feudi,n.37.pag.207. & nu.44. pag.208. & n.103.cum seq.pag.217.

.. Tenetur ad omnia defuncti onera vsque ad concurrentem feudi valorem,etiam si inuentarium confecisset, n.39.p.207.

Quamuis succederet contrà voluntatem defuncti, n.40.

.. Grauare an possit heredem vltrà feudi valorem, n.41.

Substineatur ne dispositio pro feudi valore facta in fraudem legitimum successorem,nu.42.

Procedant ne supradicta respectu Collateralium, non verò respectu filiorum, n.45.p.208.

Quid dicendum in feudo ex pacto, & prouidentia, an possit heredem grauare vsque ad eius valorem, affirmatiuè, nu.51. Contrarium sine assensu Domini, nec etiam quid minimum,n.53.Nec pro anima,n.54.Ratio,n.55.p.209.

.. Ordinare non potest vt is,cui annuam praestationem ex fructibus feudi reliquit, donec sibi soluatur, possit feudi possessionem ingredi, illudque retinere, nu. 64. pag.211. Contr.n.70.cum seq.p.212. & n.85. cum seq.p.214.

.. Nec mandare potest, vt pro pecunia legata feudum pignoretur,n.67. p.211.

An requiratur nouus consensus heredis, n.92.cum seq.p.215.

Debeat ne esse specificus, vel sufficiat generalis, n.106.p.217.

Nullus consensus requiritur, si dispositio dirigatur in beneficium Domini directi, n.107.

.. Potest filium secundogenitum in feudalibus heredem instituere sine Regis assensu cum consensu primogeniti, num.137. pag.224. Contrarium,nu.146.pag.225. Ratio,n.147.cum seq.

Quid dicendum in feudo ex pacto, & prouidentia, an sufficiat assensus Proregis, nu.32. p.178.& n.35.p.179.

An super consensu primogeniti requiratur assensus Domini,n.44.& n.146.p.225.

An sufficiat consensus tacitus primogeniti, nu.45.p.180.

Quid in donatione inter viuos,nu.47. Ratio, nu. 48. cum seq. Decisum, num.54. pag.182.

Maioratus fundare an possit in feudo. Vid. in ver.Barones.

.. Super feudis nequit imponere fideicommissum sine assensu, etiam in beneficium contemplatorum in inuestitura: nec prohibere eiusdem alienationem,licet sit ad finem conseruandi in familia, nu. 194. pag. 230.

Quid dicendum approbato testamento per filium, vel successorem, ibid. in fin. & nu.145.

.. Sine Regis assensu alienare nequit membra, & corpora feudi, n.110.p.245.

Et potest ipsum feudum, tanquam homo mutus praedictorum petere reintegrationem, n. 111.

De lege Hispaniæ, quod est praescriptum in successione feudorum, est seruandum in membris eorumdem,n.113.

.. Si masculum remotiorem in feudis instituere heredem, & fœminas remotiores ab eis excluderet, talis dispositio subsistit ex gratia huic Ciuitati concessa, n.55. & 56.p.182.

Quænàm requirantur in praedicta gratia, n.57.cum seq.p.183 & n.63. pag.184. Vid.in verb.Masculus.

.. Si vnicam habeat filiam, & nepotem ex fratre, ac fratrem tertiogenitū viuum, vtrum possit attenta hac gratia hunc fratrem tertiogenitum heredem instituere,nu.64.

.. Si masculum habeat, & fœminam, an valeat vigore huius gratiæ disponere, vt masculo decedente sine liberis, succedat alius masculus de ipsius familia in gradu successibili, n.65. cum seq.p.185.& n.67. cum seq.p.186.

Vigore praedictæ gratiæ in feudis nouis pro se,& heredibus ex corpore concessis, potest filiam fœminam excludere, & fratrem admittere,nu.72.cum seq.

In quibus feudis id procedat, n.74.

Feudum.

Feuda omnia iure longobardorum diuidua sunt, nisi sint titulata, nu.1.cum duob. seq. p.234.

Sed contrarium de iure francorum, quod est vtrique Regno Siciliæ commune,n.4. cum seq.p.235.

Quare est vetita feudorum diuisio, n.8.& nu.10.cum seq.

.. Effi-

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

.. *Efficiuntur de pluribus vnum, & plura de vno, destinatione Regis,n.20. p.236.*

.. *Inaequaliter diuidi non possunt inter filios, in quibus viuitur iure longobardorum, nu.129.p.247.*

Iure communi,feudorum concessiones ad libitum poterant renocari,nu.9. cum seq. pag. 249.

Postea introductum, vt vsque ad mortem durarent,n.14.

Deindè,vt ad filios peruenirent,ibidem.

Quanàm erant feuda temporalia,n.16.

Et vtrum extinguebantur morte Regis, si ad eius beneplacitum concedebantur,nu. 17. cum seq.

Feudi alienatio in duos, vel tres, aut plures insolidum, vel pro parte, retento vsufructu, aut dominio, nulla est, nec Prorex valet consentire,n.1.& 2. pag.190. Contr.n.7. p.191.

Non indiget assensu,si alienans reseruauit sibi aliquam annuam perceptionem de fructibus feudi,n.9. Contrarium, n.15. p.192.

Differunt inter se alienare feudum retento vsufructu, vel reseruatis fructibus, n.18.

Constitutus dicitur vsusfructus, si feudatarius reseruauit sibi omnes fructus, & redditus terræ, n.21.

Potissimum si fuerit reseruata facultas liberè disponendi de fructibus prædictis, n.22. p. 193.

.. *Alienatio si sit ex pacto, & prouidentia, vltra consensum Domini, requirit beneplacitum caterorum, qui vocati sunt in inuestitura,n.13. p.204.*

Secus in distractione fructuum,nn.14. Ratio, nu.19.

Dismembratio quotuplex sit,n.126.p.247.

.. *Dispositione facta in masculum proximiorem, dicitur impleta litera Reg. Sanctionis* Pragm.31. de feud. *Adeò quod si moriatur, deindè masculus sine liberis,non datur successio in beneficium fratris, sororis, & nepotis, in feudo empto vigore gratiæ huic Ciuitati elargitæ, n.80. cum seq.p.188. Contr. n.83.*

.. *Emptor licet simulatus dicitur Baro,& vt Baro in parlamentis concurrere debet, nu.82. p.213.*

.. *Æstimatio debeatur legato feudo sine assensu,n.50.cum seq.p.196.*

Quid in feudo donato absque assensu, ibid.

Quid in donatione contemplatione matrimonij,n.55. ver.Tamen,& nu.56. cum seq. p.197. & n.198.cum seq.231.

Quid si constet de voluntate disponentis, vt legatarius habeat æstimationem, nu. 199. ver.Nihilominus,p.231.

Quid si successor in feudalibus acceptauerit dispositа per defunctum, nu.200.

Si successor in feudalibus dispositionē factā super feudis non emologauerit, an Rex habeat iustam causam denegandi assensum contrahere volentibus, n.201.

Pars vnita cum corpore ipsius feudi, si concedatur cum assensu, in quo non fit specifica mentio, quod volunt partes feudū constituere planum,remanet in pristina natura feudi quaternati,n.49.pag.238.

Et quid adiecta clausula, dummodò non fiat feudorum diuisio,*vel* feudi natura in aliquo non mutata, *n.54. p.239.*

Possessore simplici, siue detentore defuncto, eius hæres prætendens nanciscì illius possessionem, siuè tenutam, necesse non habet se ostendere legitimum heredem, & immediatum successorem, num. 72. pag.212.

Quaternati cognitio, ad quem spectet, nu. 117. p.246.

.. *Refutatio per contractum inter viuos inproxime,& immediatè successurum sine assensu; an, & quando valeat, num. 25. pag. 193.*

Quid si fiat cum reseruatione aliquorum fructuum,nu.26.

Vel retento vsufructu formali, nu. 27. & n.28.cum seq. p.194.

Quid in Regno nostro attenta gratia huic Ciuitati elargita,n.35. & n.37. p.195.

Vigore dictæ gratiæ si fiat ex nunc pro tūc secuta morte refutantis, non datur deuolutio feudi ex delicto superuenientē refutantis, n.42.

Si fiat contemplatione matrimonij,adiecta clausula, ex nunc pro nunc, secuta &c. *non vitiatur, licet assensus Proregis nō fuerit obtentus,n.43. Et ità iudicatum, nu.44.*

.. *Tenuta legari potest sine assensu, donec quantitas legata præstetur, n.85. cum seq. p.214.*

Feudum alienari nequit cum assensu Proregis, feudatario carente legitimo successore,n.1.p.156.

Etiam potest Rex denegare assensum,nu.3.

:. *Dici-*

Digitized by Google

Rerum, & Verborum.

.. Dicitur Vniuersitas, & habet bona diuersa natura, n.116. & n.121. p.246.

Hoc tamen non præsumitur, sed debet ostendi, d.nu.121.

.. Erectum, & formatum, quot annorum spatio inter priuatos præscribatur, nu.72. pag.241.

Quatuè pars demanialis feudi, vel Baronia, n.73.

.. Excadentiale non præsumitur, nec solitum concedi, nu.68. p.240.

.. Ex pacto, & prouidentia non dicitur corpus hereditarium, sed quid separatum ab hereditate, nu.56. p.210.

Et sufficit, quod successor sit filius, vel descendens, licèt non sit hæres, n.57.

.. Ex pacto, & prouidentia si sit nouum, potest ab acquirente alienari inuito filio, nu.98. p.170. Contr. n.12. p.203.

.. In dotem dari non potest sine assensu, sed si datum fuerit, æstimatio debetur, nu.61. pag.197.

.. Martini si Titio Rex concesserit, putans Martinum esse mortuum: illud non debetur, si viuat Martinus, licèt post concessionem decesserit, n.32. p.7.

.. Obligatum si non sit Creditori, licet denegetur ei immissio super corpore feudi, obtinere poterit immissionem super commoditate percipiendi fructus, siue reditus, & prouentus feudi, nu.74. p.212. & n.75. cum seq. p.213.

.. Planum, & de tabula non dicitur ex subinfeudatione facta à Barone cum Regio assensu, adiecta in eo clausula, fidelitate tamen nostra, feudalique seruitio, & adoha semper salua, n.57. p.239.

.. Qui emere curauit sub nomine alterius, sed propria pecunia, non est reputandus pro Domino, nec dicitur Baro, n.80. p.213.

Nec vassallos cogere ad præstanda adiutoria pro filiabus, & sororibus maritandis, nu.81.

.. Vendi si contingerit ad creditorũ instantiam, in quorum beneficium fuit hypothecatum à carente successore, illis satisfactis, quod supereſt, applicandum est in emptionem loco feudi subiectam, n.94. p.169.

.. Vnitum Baroniæ alienari non potest, neque dismembrari, sine Regio assensu, nu.15. p.235. & n.18. p.236.

Fœmina.

Fœmina iure communi feudorum omninò incapax est successione feudi, n.73. pag.212.

Fideicommissum.

Fideicommissum super feudo non subsistit absque Regio assensu, n.8. p.202. & n.194. p.230.

Fideiussor.

Fideiussor datus de non offendendo an, & quando teneatur ad pœnã, capta solummodò informatione de offensione, non tamen secuta contrà principalem condemnatione, n.119. ver. In Reg. Iuncta, p.402. & n.120. cum seq. p.403.

Refertur Praxis vigens in nostris Tribunalibus, nu.130. p.404.

Quando committatur stipulatio fideiussoris de non offendendo: & quid requiratur, n.136. cum seq.

Æquius est citare principalem ad informandum super contrauentione noua offensa, nu.138. Decretum Regiæ Iunctæ. nu.140.

Fides.

Fidem fallere, atque à promissis recedere potest Princeps ex iusta causa, & pro bono pacis, n.34. p.468.

Filia, & Filius.

Filia, mortuo patre, contendens cum agnato, vtrum fundus in hereditate remansus sit feudalis, vel allodialis, manutenenda est in possessione, controuersia pendente, n.73. p.212.

Filios habere, & esse aptum ad illos procreandos paria sunt, n.14. p.158.

Filius institutus patris contemplatione. Vid. in verb. Datum.

.. Primogenitus renuncians feudorum successioni in patris manibus, contemplata persona fratris secundogeniti, censetur à loco suo remotus, & fit locus sequenti in gradu, n.180. cum seq. p.228.

.. Si in vita patris hereditatem renunciauit, non sibi præiudicauit post mortem illius in feudo, n.153. p.225.

.. Primogenitus, qui patri succedit in officio, an teneatur conferre cum fratribus secundogenitis eius æstimationem, nu.34. pag.21.

Si decesserit, adhuc non adita patris hereditate, vtrum officium ad Reg. Curiam deuoluatur, vel alteri hæredi defuncti acquiratur, n.37. p.22.

Fiscus.

Fiscus adesse potest in actu, quo examinantur testes, ad Rei defensam, n.66. p.479.

Etiam

Elencus Locupletissimus

Etiam in causis appellationum, in Sac. Cõsilio vertentibus, nu.67.

Interuenire quoque debet in tortura Reorum, nu.68.

Interrogatoria dare eisdem Reis, in tormentis existentibus, nu.69.

Audiendus est in omnibus, n.71.

Etiam in causis recusationum, n.73.

Non datur fisco repulsa contrà testes, per inquisitum productos, n.75.

Dat interrogatoria tempore receptionis testium, nu.76.

Eius est electio, in pœnis statutarijs, alternatiuè insictis. n.66. p.269.

Patronus M.C.V. iurisdictione caret, & præeminentiam nullam habet, & ab eiusdem Iudicibus præceditur, n.42. cum seq. p.59. Adducitur obseruantia, n.46.

Quem locum habebit, si in fisci Patronum eligatur Iudex ipsius M.C. nu.47. Adducitur obseruantia, n.48. Ratio ibid. vers. Et nil mirum, & nu.49. pag.60. Refertur rescriptum Sua Excell. in causa quondam Octauij Piccolella, n.50. Alias practicatum, nu.51.

In subscribendis mandatis pecuniarum fiscalium præcedit omnes Iudices M.C. etiam si ex illis duo essent Regij Consiliarij, n.52. Et ità obseruatum in persona Dom. Authoris, n.53. cum seq.

Est de corpore Sac. Consilij: & in salario tractatur, vt vnus ex Regijs Consiliarijs, etiam respectu augumenti, n.8. cum seq. p.62.

In Cappella Sac. Consilij ipso adstante cum vno ex Consiliarijs potest celebrari Missa, nu.11.

In Regno Siciliæ præcedit fisci Patronum Regij Patrimonij, n.12.

An præcedat fisci Patronum Reg. Cameræ, vel è contra, n.1. cum seq. p.61. & n.13. cum seq. p.62. Obseruantia adducitur, n.25. cum seq. p.63.

Vter sit dignior, nu.6. p.62.

Patrimonialis potest proferre Iudicium nu.15.

Dicitur à Consilijs Principis, & nomine Consiliarij decoratur, nu.16. cum seq.

Qui illum necauerit, pœna læsæ Maiestatis tenetur, n.18.

Regiæ Cameræ non præcellit Iudices M.C. Vicariæ, n.7. p.54. Ratio, nu.8. & nu.11. Etiam si accedat in Regia Iuncta, n.18. vers. Accedat, pag.55.

Nullam habet iurisdictionem, nec sub nomine Officialis complectitur, d.n.11. cum seq.

Foriudicari, Foriudicatio, & Foriudicatus.

Foriudicari in Regno, quis non potest, nisi pro crimine, in quo pœna mortis naturalis tantùm imponitur, n.107. p.384.

An, & quando in crimine extractionis, n.108. & n.113.

Terminus vnius anni expectatur, quo elapso Reus fit contumax, & potest foriudicari, d.n.108.

Sed in Reg. Iuncta Contrabannorum circulus vnius mensis sufficit, n.109.

Ex dispensatione Principis potest quis foriudicari, anni circulo non expectato, nu.110.

Termino prædicto elapso, expeditur citatio ad foriudicandum: & nedùm Reus, sed & consanguinei citantur, n.111.

Debitis incusatis contumacijs proceditur ad sententiam foriudicationis, qua legitur per Causæ Commissarium, n.112.

Notatur forma sententiæ foriudicationis in Reg. Iuncta in crimine extractionis, nu.114.

Quibus probationibus indigeat hæc sententia, n.115. pag.385.

Ex quibus capitibus reddatur nulla: & vtrum ex iurisdictionis defectu, n.141. p.405. & n.151. p.406.

Quid si citatus fuerit effectus contumax, nu.149.

Nulla redditur, si fiat à Gubernatore Regio, non autem à Iudice ordinario, d.n.149. Decretũ R. Iũctæ refertur, n.182. p.408.

Si Gubernator Regius procedat vigore delegationis, in citatione debet delegationis inserere tenorem, d.n.149. p.405.

Sed fallit in Præside Prouinciæ, num.172. pag.408.

In citatione ad informandum, & ad Capitula assecurare debet citatos à quibuscũque alijs delictis, forsan per eos patratis, n.142. p.405.

Nulla redditur, si Nuncius referat, citationem executam domi, nec appareat, cui de domo fuerit notificata, nu.144. Vid. in verb. Nuncius.

Amici, & vicini non sunt sigillatim citandi, sed sat est per proclama, num.175. pag.408.

Nec omnes Agnati, & Cognati, sed tantùm illi, quorum notitia habetur, n.176

Incer-

Digitized by Google

Incerti, & absentes citantur per Edictum, nu.177.
Tenetur Index rescribere Vniuersitati loci foriudicandi, vt mittat listam Agnatorum, & Cognatorum, nu.178.
Si sint citati aliqui consanguinei, sed non pater, & mater foriudicandi, eosque non esse citatos consanguinei opponant, proceditur ad foriudicationis sententiã, oppositis non obstantibus, n.179.

Forus.

Forus loci delicti principaliter est attendendus, nu.14.pag.352.
Et potest Baro punire exterum, qui suum vassallum offendit, n.15.

Franciscus.

Dom. Reg. D.Franciscus Ortiz Cortes laudatur, & certamen cum Dom.Reg.D.Iuan de Centelles memoratur, nu.27. & 29. p.87.& n.30.cum seq. p.88.

Frater.

Frater à primo acquirente descendens, succedit fratri in officio, sine prole decedenti, nu.12.p.19.
.. Succedit fratri in omni feudo nouo empto, & concesso cum clausula ex corpore ex gratia huic Ciuitati concessa, nu.75.in med. p.187. Vid.in verb.Successio.
Et quid in feudis donatis à Rege, vel à particularibus, n.76.
Fratres vterini, vel consanguinei excluduntur à successione feudi noui, existentibus fratribus vtrinque coniunctis, num.79. pag.188.

Fraudantes.

Fraudantes diricțus Reg. Dohana, vel maioris fundaci huius Ciuitatis, aut diricțus Dohanarum Apuleæ, qua pœna puniantur, n.10.cum seq.pag.292.& nu. 121.cum seq.pag.302.
Vid.in verb.Gabella.

Fructus.

Fructuum commoditas, seù perceptio etiam in feudalibus, concedi, & alienari potest absque assensu, n.12.p.191.
.. Feudi directè legare Titio, & grauare heredem ad prastandum Titio fructus feudi, longè differunt, n.65.p.211.
Sequestrari possunt ad instantiam creditoris assensu carentis, n.69.

Functiones.

Functiones fiscales exigi non possunt per Perceptorem Prouincialem à Terra, separatim à Casale, n.97.p.224.

Futura.

Futura in assensu an, & quando comprehendantur, licèt non exprimantur, n.106. pag.171.

G

Gabella.

Gabellam iniustam, & illicitam fraudans, nec Deo, nec mundo tenetur, n.1. & 2. pag.291.
Secus si legitima authoritate fuerit indicta, nu.3.
An peccet mortaliter, nu.4.
Qua pœna plectatur iure communi: & qua iure municipali, n.6.cum seq.
.. Illas fraudare crimen est: eiusque causa est criminalis, nu.56. cum seq.& n.61. pag.295.
Num pœna spectent ad fiscum, vel ad conductores gabellarum, n.106.p.301. Vid. in verb. Pœna.
.. Imponere non possunt sex Platea nostra Ciuitatis, absque Principis beneplacito, n.1.& 2.p.471.
Et sunt de regalibus, n.3.

Generalis.

Generalis Classis iure communi cognitionem habet omnium delictorum militarium, n.3.p.413.
Secus delictorum communium, nu.4. cum seqq. pag. 414. Vid. in verb. Prafectus Classis.

Genus.

Genus, species omnes sub se comprehendit, nu. 28.pag.326.

Grassatores.

Grassatores viarum, ac sequestrantes personas pro recaptu semper excipiuntur ab indultu, nu.22.p.362.
An etiam eorum auxiliatores. Vid.in verb. Auxiliatores.

Gratia.

Gratia Principis an, & quando pœnas indulgeat, n.57.p.268.
In contrabannis non extenditur ad bona intercepta, n.78.p.330.
In dubio est iudicandum pro gratia ad eius fauorem, qui gratiam recepit, nu. 201. pag.340.
Nequit fieri à Principe, parte non concordata: & potest reuocari, nu.65.pag.370. Decisum, n.28 p.144.
Sed valet quòad Regium fiscum, & per ea,

Digitized by Google

quæ ad fiscum spectant, nu.66. Vid. in verb.Princeps.
Perfecta dicitur eo ipso, quod est facta, nu. 55.pag.79.
Gratiæ, & priuilegia interpretanda sunt, vt minus, quam fieri potest, noceant, n.58. pag. 328.
.. Concessæ delinquentibus per Dom.Ducem Ossunæ, & per Cardinalem Borgia absq; partis remissione, fuerunt reuocatæ speciali ordine S.M. nu 27. pag.144.
.. Concessæ nostræ Ciuitati super successione fratrum, sororum, eorumque filiorum in feudis nouis, regulantur iuxtà successionem feudi antiqui tàm respectu prærogatiuæ sexus, quàm ætatis, num.78. pag.187.
.. Concessæ Regnicolis Regni Neapolis, & Siciliæ, vt illis beneficia Ecclesiastica conferantur, comprehendunt etiam pensiones, n.65.cum seq.pag.14. Contrarium n.73.cum seq.p.15. Et ità resolutum in Supremo Italiæ Consilio nu.80.

H

Hæres.

HÆres adeundo videtur quasi contrahere, & se obligare ad omnia defuncti debita, sed non ad pœnam corporalem, ad quam, quis nec expressè, nec tacitè se obligare potest, n.4.& 5. p.344.
.. Particularis non est propriè hæres, neque propriè legatarius, n.8.pag.19.
An veniat sub clausula, quibuscumque, n.9. Et quid in officij ampliatione, d.n.8. Vid.in verb.Ampliatio.
Si rem legatam alienauerit, tenetur præstare legatario æstimationem, num.196. pag.231.
.. Non tenetur habere ratum factum defuncti nullum, & iure improbatum, nu.63. pag.210.
Hæredum appellatione omnes in infinitum veniunt, n.13.p.19.
In his, quæ de sui natura ad hæredes non transeunt, solùm veniet primus hæres, nu.14.
.. An & quando teneantur, & contrà ipsos aliqua remaneat actio mortuo delinquente, n.174.cum seq.p.338.
Pœnarum exactio, quando fiat contrà hæredes. Vid.in verb.Pœna.

Hieronymus.

Dom. Hieronymus de Philippo P.R.C. laudatur, num.12. pag.65.

Hispani.

Hispanorum filij orti in Ciuitate Neap. si tãquam Regnicolæ, & Itali sint electi in officio, an possint redire ad prouisionem Exterorum, & Hispanorum, vel è contra, n.62. p.14.
Refertur obseruantia in personam Dom.D. Didaci de Soria Marchionis Crispani, ibid.

Homo.

Homini libero dare se alicui in quæstionem, vel ad torturam licitum non est, num.6. pag.344.

Hospitandi.& Hospitatio.

Hospitandi onus an sit personale, vel patrimoniale, nu.79. p.131.
Ab onere hospitandi milites, exemptæ sunt Ciuitates, & Terræ, electæ à Baronibus in Cameras reseruatas, nu.86.& 87.
Hospitationum immunitate an gaudeant milites, Vid.in verb.Milites.

Hostium.

Hostium nomine, qui nàm comprehenduntur, n.1. p.446.
Hostium bona, Vid.Bona hostium.

Hypotheca.

Hypotheca, & si accedere possit obligationi cõditionali, tamen stat in suspenso, & verificato deindè facto, retrotrahitur, nu. 182.p.339.

I

Iacobus.

DOm.Iacobus Capycius Galeotæ Coll.Consilij Decanus laudatur, & eius causa cum quond.Reg.Francisco Muscettula refertur, n.1. p.69. & n.4. p. 89. n.35. pag.266.

Impedimentum, & Impeditus.

Impedimentum, Principis mandato, præcedens iustissimum nuncupatur, & quemlibet excusat, n.88.p.82.
.. Infirmitatis dicitur iustissimum, & excusat impeditum, n.89.
Et comprehenditur sub impedimento absentiæ, n.90. & n.19.p.139.
.. Iustum aquiperatur impossibili, nu.85. cum seq.p.82.
Impeditus non dicitur negligens, nu.79.p.81.
Impeditus impedimento facti excusatur, & re-

Digitized by Google

remanet illæsus, nu. 80.
Etiam à pœna contemptus, & contumacia, n. 81. cum seq.
Etiam à pœna, & mora, nu. 83.
Legitimè impedito tempora non currunt ab homine, vel iure statuta, num. 84. pag. 82.

Imperator.

Imperator in Consulem eligi solebat, & Iustinianus ter Consul fuit, n. 67. p. 146.
Impossibilium obligatio nullius entis est, n. 86. pag. 82.

Indultus.

Indultus generalis publicatus in anno 1658. sub die 29. Iunÿ ob Serenissimi Regis nostri natinitatem memoratur, n. 1. cum seq. p. 324.
Comprehēdit inquisitos de extractionibus rerum prohibitarum, siue de contrabannis, n. 6. p. 325. & n. 171. p. 338. & n. 202. p. 341. Decret. Reg. Iunct. de anno 1663. n. 216. p. 342.
Limita, stante clausula, dummodò fiscus non esset pro pœnis assecuratus, vel aliter pro eis cautum, n. 17. p. 326.
Quomodò intelligatur verbum illud, cautum, grammaticaliter acceptum, nu. 17.
Nùm de cautione pignoris, vel de sequestro, nu. 23. cum seq.
Excluduntur pœna, pro quibus fauore fisci adest expressa obligatio in scriptis cum stipulatione, n. 32. p. 327.
Multò fortius pœna, pro quibus facta est obligatio cum adiuncto, nu. 35.
Vel si contra eos factum sit sequestrum per fiscum, nu. 37. vsque ad n. 43.
Vel si sint facta apoca tùm bancales, tùm priuatæ, n. 51. p. 328.
An excludantur res extracta, seù commissum, siue eius pretium: & tracta, atque Dohanarum diricti, n. 63. pag. 329. & n. 78. & n. 83. p. 330. & n. 90. p. 331.
An excludatur res extracta, quatenquàm peritura esset vendita, & de pretio esset factum depositum, n. 70. p. 329.
Et quid si esset restituta per Reg. Cam. cum fideiussoria cautione, vel pignore, nu. 72.
Vel si pro bonis restitutis inquisitus fecit fisco apocam bancalem, valoris ipsarum, nu. 75.
Quid dicendum respectu iuris tracta, & quantitatis duplicis valoris rei extracta, cōtrà formam prouisionum, vel quia responsale non producitur, n. 85. p. 330.
An excludantur totaliter extrahentes monetam auream, vel argenteam, nu. 98. pag. 331.
.. Gaudent omnes extrahentes, qui autem excipiantur, n. 104. p. 332.
Sed excipiuntur pœna pecuniaria incorporata: & res commissa, n. 106.
Item Carcerati, & fideiussores detempti, n. 110. & n. 146. cum seq p. 335.
An requiratur sententia declaratoria, nu. 163. p. 336.
.. An gaudeant auxiliatores delinquentium. Vid. in verb. Axiliatores.
.. An gaudeant viarum Grassatores. Vid. in verb. Grassatores.
.. An gaudeant Officiales pro delictis in officio commissis. Vid. in verb. Officiales.
.. Non gaudent fraudantes tractas frumentorum in Regno Sicilie, n. 99. p. 331.
Nec fraudantes herbagia Reg. Dohanæ Menepecudum Apuleæ, n. 101.
.. Vt gaudeat banniti interfector, quandàm requirantur in bannito occiso, num. 99. pag. 400.

Industria.

Industria persona electa censetur in officijs, nu. 35. pag. 33.
Limita, si sint concessa pro se, & haeredibus, n. 36.
Electa quoq; censetur in creatione Prorogis, n. 2. p. 138.

Inquiri, & Inquisitus.

Inquiri, vt quis valeat de contrabanno, & prohibita extractione, quidnàm sit probandum, nu. 25. p. 307.
Hoc delictum nùm excludat integritas, & nobilitas inquisiti, n. 30.
Inquisitus, licet contumax (propter quod ficta contrahitur confessio) ad pœna solutionem adstringi non potest, nisi secuta sententia declaratoria delicti, fictè confessi, n. 122. p. 403.
Dato quod pœna ipso iure imponatur, nu. 123.

Instrumenta.

Instrumenta publica vbi incusantur via ritus M.C.V. Vid. in verb. Magna Curia.

Intercepta.

Intercepta, vid. in verb. Bona, & in verb. Res.

Interdicta.

Interdicta possessoria adipiscenda, & recuperandæ possessionis, quibus concessa, n. 95. pag. 82.

Digitized by Google

Intereſſe.

Intereſſe, parti ſoluendum, inſolidum exigitur, & vno, ex inquiſitis ſoluente, cæteri liberantur, n.69. p.270.

Inueſtiendus.

Inueſtiendus de aliquo feudo, ſi patiatur inueſtiri, qui ſecundum rectum morem inueſtiri non debet, ſibi præiudicat, & nullus datur regreſſus, n.140. p.224. & n.160. cum ſeq. p.226.

Inuentarium.

Inuentarij omiſſio an, & quando noceat hæredi, n.67. p.349.

Ioannes.

Beat. Ioannes à Capiſtrano electus in Iudicem M.C.V. n.25. p.58.

Dom. D. Ioannes de Dura Reg. Conſiliarius laudatur, n.5. p.565.

Dom. D. Iuan de Centelles Locumtenens Reg. Cam. laudatur, & Certamen recolitur cum Dom. D. Franciſco Ortiz Cortes Regente Reg. Cancell. n.27. p.87. & n.30. cum ſeq. p.88. Deciſ. Supremi Italiæ Senatus, n.42. p.89.

Irenarchæ.

Irenarchæ antiquitus, quinàm dicebantur, n.19. p.95.

Iudæi.

Iudæi ſiuè hebrei habentur ad inſtar hoſtium, & inimici ſunt nomini Chriſtiano, n.57. p.450.

In toto Orbe non reperitur gens indignior, infamior, & abominabilior, nu.58.

Nec Chriſtiano nomini, & Catholicæ fidei magis inimica, n.59.

Eſt omninò pugnandum contrà Iudæos, & palam, & occultè, n.60.

.. Poſſunt impunè offendi, & occidi, maximè ſi ſint pirataæ, &c. nu.63. p.451.

.. Fiunt noſtri ſerui ſi capiantur: ſeruique noſtri facti ſunt per mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti, n.64.

Contrà eos indictum eſt perpetuum bellum, nu 65. cum ſeq.

Eorum bona poſſunt deprædari, & confiſcari, nu.67. Sed contrarium, n 68. cum ſeq. Quid fuerit ſeruatum, n.71. & n.72. p.452. Quænàm opinio ſit verior, n.76. & 79. & n.83. p.453. Plura decreta per Reg. Camer. nu. 84. Et quid ſi moratur in Turcharum dominio, cauſa mercimoniandi, nu.85.

.. Ordine Cæſareæ Maieſtatis Imp. Caroli V. fuerunt à noſtro Regno expulſi, n.81.

Et ab Hiſpania per Regem Ferdinandum electi: fuerunt que recepti per Turcharum Imperatorem, n.82.

Deprædari an poſſint bona Iudæorum, qui per aliquem Chriſtianum Principem tolerantur, n.86. Deciſ. Reg. Iunct. Contra bannorum, nu.90. cum ſeq. p.454.

Quare tolerentur in Alma Vrbe, in Ciuitate Auenionenſi, & Anconitana, n.88.

Et quid ſi Iudæi vaſſalli, & ſubditi ſint Principi Chriſtiano, vt Sum. Pontifici, &c. n.92. Deciſ. Reg. Cam. nu.93. cum ſeq. Et Collater. Conſil. nu.85. p.455.

Iudex.

Iudex Criminalis de his cognoſcit, quæ de mero Imperio ſunt, quod iuriſdictioni, cæteriſque officijs dignius eſt, & excellētius, nu.15. p.57.

.. Criminalis, ſi deputetur in Ciuilem, an præcedat Collegas, nu.16. p.71.

In caſu quo ex controuerſia poſſent ſcandala oriri, tractare poteſt, vt partes litem amicabiliter componant, via facti non Iuris, n.47. p.97.

.. Incompetens, efficitur competens, ſi eius offendantur aures, n.155. p.406. Et quādo dicatur, quis offendere aures Iudicis, n.159. cum ſeq.

Hoc caſu nullo fori priuilegio ſuccurritur, nu.161. p.407.

Nec priuilegio militari, vel Magni Admirati, n.165. cum ſeq.

.. Incompetens punire poteſt teſtem, falſum coram ſe deponentem, n.156. p.406.

.. Loci delicti, præueniens in captura Rei Iudicem domicilij, etiam in territorio eiuſdem Principis dominantis, ſed ſub clipeo alterius iuriſdictionis, competens dicitur in coercitione eiuſdem Rei, nu. 192. p.410.

.. M.C.V. conſtitutus à Rege dicitur ſupernumerarius. & vltimum locum occupare debet, n.67. p.98.

.. Ordinarius cognoſcit, an ſua ſit Iuriſdictio; non verò Iudex certarum perſonarum, aut ratione feudi, vel priuilegij, nu.80. cum ſeq. pag.119.

.. Proſequens iniuriam petere poteſt, delinquentem ſibi remitti, in alieno territorio detemptum, n.194. p.410.

Iudices Ciuiles digniores ſunt, quàm Criminales, nu.6. pag.57.

.. Ciuiles præfecti vices gerunt: Criminales verò Delegati nuncupantur titulo Magiſtra-

Digitized by Google

giſtratus, num. 11. *cum ſeq.*
*Magnæ Curiæ conſtituuntur, & creantur à Prorege, n.*66. *p.*98.
Et vtrum poſſit illos ad ſui libitum reuocare. Vid. in verb. Prorex.
.. *M.C. eſſe debent pro medietate Regnicolæ, & pro alia ad beneplacitum S.M. n.*30. *pag.*121.
.. *M.C. Biennales ſunt, nn.*5. *p.*54. *Sed annales* ex pragm. 1. de off. Magn. Iuſtit. *nu.* 69. *p.*98.
*Olim præerant Magno Camerario, num.*9. *pag.*54.
*Poteſtatem, atque iuriſdictionem habent amplam in toto Regno, nu.*10.
Fuerunt in poſſeſſione præcedendi fiſci Patronum Regiæ Camaræ, nu. 14. *Et vid. in verb. Fiſcus.*
.. *Ciuiles M.C. præcedere debent Criminalem eiuſdem, n.*3. *p.*56. *Ratio, nu.*4. *cum ſeq. & nu.*7. *p.*57. *Sed ſeruatur contrarium, nn.*13. *Ratio, n.*14. *cum ſeq.*
Quidnàm eſſet magis rationabile, nu. 19.
*Fuit mandatum per D. Proregem Comitem de Caſtrillo, quod Iudex Dom. Donatus Antonius de Marinis, poſteà Regens, præcederet Collegas, nu.*21. *p.*58. *quid hodiè ſeruetur, nu.*22.
*Mag. Cur. antecellit fiſci Patronũ eiuſdem M.C. n.*23. *cum ſeq. & n.*42. *p.*59.
*Quem locum habere debet, ſi aliquis ex Iuditibus M.C. eligatur in fiſci Patronum, nu.*47. *cum ſeq.*

Iuncta.

Reg. Iuncta exulum, quo tempore inſtituta, Vide in verb. Exules.

Iuramentum.

*Iuramentum ſemper præſtitum intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, nu.*20. *p.*313.

Iuriſdictio.

*Iuriſdictio in Caſtro reſidet tanquam nebula ſuper paludes, nu.*110. *p.*149.
*Eſt de regalibus, & iuris publici, num.*68. *pag.*211.
*Fertur tanquam ſpiritus ſuper aquas, & in omnibus quatuor elementis conſideratur, n.*4. *p.*426.
*Non poteſt diuidi, licèt eius exercitium, & emolumenta diuidantur, n.*128. *p.*247. *Vid. in verb. Ceſalia.*
*Sequeſtrari an poſſit ad inſtantiam creditorum, carentium aſſenſu, n.*69. *p.*211.
*Si quis habeat iuriſdictionem Ciuilem tã. tùm, dicitur Dominus Territorij, & vaſſallorum, eique Iuramentum fidelitatis præſtatur, & ſubuentio: & in conſilio Vniuerſitatis interuenire debet, nu.*8. *cum ſeq. p.*57.
*Tanquam de regalibus, poſſideri nequit ſine titulo, & abſque Regis conceſſione, nu.*59. *p.*420.

Ius.

Ius confiſcandi, ſeù intercipiendi bona extrahi vetita, ad Regem tantùm ſpectat, nu. 148. *p.*440.
.. *Exigendi fructus feudi legari poteſt durante vita legatarij, nu.*26. *p.*205.
.. *Hoſtilitatis eſt de regalibus, & fiſco tantùm competit, nu.*80. *pag.*433. *Vid. in verb. Bona hoſtium.*
.. *Poſtliminij, vid. in verb. Poſtliminium.*
.. *Primogenituræ cedi, & vendi poteſt, atq; in hæredem tranſmitti, n.*138. *p.*224.

L

Laicus.

*Laicus compelli poteſt, vt pro Clerico cautionem præſtet de non offendendo, n.*36. *pag.*96. *Et ità practicatum, n.*37.
.. *Coram Iudice Eccleſiaſtico falſum deponens, ab eodem punitur, & è contra, nu.*169. *p.*407.
*Laici poſſunt fortificare turrim Eccleſiæ, pro tuitione publici ſtatus, nu.*67. *p.*118.
*Deciſum refertur in cauſa Epiſcopi Termularum, nu.*71.

Latrones.

Latrones incurſus. Vid. in verb. Vis tempeſtatis.

Laurentius.

*P. Laurentius de Brunduſio Cappuccinus electus Orator à Ciuitate noſtra ad Regem Catholicum, n.*34. *p.*533.

Legatum.

*Legatum annuum, factum ad certum tempus, puta per decennium, ſi intrà tempus prædictum moriatur legatarius, ad eius tranſit hæredes pro tempore, quod ſupereſt, nu.*49. *p.*33.
*Limita ſi ſit factum pro alimentis, ibid. in med. pag.*34.
.. *Factum Canonicis, Supernumerario non debetur, n.*17. *p.*86.
.. *Factum Doctoribus Iuris Ciuilis, & Canonici, non oportet, vt quis habeat vtrumque gradum, ſed vnus tantùm ſat*

Digitized by Google

sat est, num. 41. pag. 257.

.. Factum pro alimentis, debetur in principio anni, nu. 157. pag. 137.

.. Si sit legatum feudum, an debeatur æstimatio. Vid. in verb. Feudum.

Legatus.

Legatus explet manus publicum, ac officium necessarium exercet, eique ægrotanti debentur expensæ sumptibus Reipub. n. 43. pag. 533.

Occurrere tenetur Regi, ipso non reperto in Curia Madrid, n. 44. & n. 45. p. 534.

Præstanda est, legatis à Rege gratuita audientia, n. 48.

Salarium de publico Ærario est illi ministrandum, nu. 49.

Et vsque ad diem, qua patria reuertitur, nu. 51. vers. Quinimò.

Si fuerit defunctus legatus electus à Deputatis Platearũ, an possint aliũ eligere virtute prædictæ deputationis, vel dicitur expiratũ mandatum, n. 52. cum seq.

Eius munus ad Regem nostrũ, an explicari valeat absque Proregis permissu, nu. 54. & n. 55. p. 535.

Referuntur circà hoc litera S. M. nu. 59. & nu. 62.

Nùm etiam requiratur decretum Collateralis Consilij, nu. 64.

Refertur praxis, n. 67.

Nùm possit Dom. Prorex. Ciuitati prohibere, einsque Deputatis, ne legatum ad Regem mittant, nu. 69.

Regulariter est euitanda legatorum missio ad Regem, n. 70.

.. Denegabitur audientia, si ad Regem accedat sine Proregis licentia, nu. 71.

Vtrum puniẽdi sint Ciuitatis deputati, qui legatum miserunt ad Regem neglecta licentia Proregis, nu. 73. pag. 537.

.. Si eligatur pro exponendis Regi grauaminibus, per Proregem illatis, sufficit sòlùm licentiam petere, nu. 79.

An cogatur Prorex licentiam concedere, nu. 81. p. 538.

Refertur responsum S. M. de anno 1600. nu. 82. Et ità decisum, nu. 83. Quid seruetur hodie, n. 84. cum seq.

Referuntur alia litera S. M nu. 91.

Quid fuit seruatum annis non longè decursis, n. 93. p. 539.

Cætera, vid. in verb Orator.

Legitima.

Legitima primogeniti est totum feudum, nu. 46. cum seq. pag. 208.

Non est integrum feudum, sed tertia pars totius feudi, non in quota, sed in pretio, nu. 48.

Legitimatio, & Legitimatus.

Legitimatio filij naturalis, & spurij fieri potest à Prorege, etiam quòad successionem, nu. 120. pag. 101. Dicitur gratiosa, & non requirit partis citationem, n. 125. Vid. in verb. Prorex.

Legitimatus an, & quando succedat in omnibus bonis, & feudis, & ad honorem Sedilium admittatur, n. 128. pag. 102.

Et quæ clausulæ soleant apponi ex stylo Reg. Cancellariæ, n. 129. cum seq. & n. 38. cum seq. p. 469.

A quibus subscribatur priuilegium legitimationis, n. 132. cum seq. p. 102.

Potest Præses Sac. Consilij dare legem, & formam legitimationi, nu. 135. Ratio, n. 136. Decis. n. 137.

.. Per rescriptum Regis nostri irritat testamentum patris, si præteritus sit, ac si esset filius legitimus, & naturalis: & sedilium honoribus gaudet, nu. 39. cum seq. pag. 469.

Lex.

Lex pœnalis de persona in personam non extenditur in statutis, nu. 3. p. 360.

Nec in Regij Pragmaticis, nu. 4.

.. Vbi aliquid fieri, vel adesse exposcit certo, ac determinato tempore, illud tempus exequendum est, n. 18. p. 158.

Licentia.

Licentia extrahendi frumentum concessa per extrà Regnum pro certo, ac determinato loco, quis vti nequit pro alio loco, nu. 25. & nu. 28. p. 314.

.. Concessa pro certa Ciuitate, ad alias non extenditur, quam ad illam constitutam, nu. 26.

.. Concessa infrà certum tempus, eo elapso, & extractione non secuta, amplius non deseruit, n. 27.

Vid. in verb. Tracta.

Licitum.

Licitum confiscatur per illicitum, quando tamen extractionis crimen capitali pœna punitur, ex continentia delicti, nu. 18. pag. 273.

Loca.

Loca pia à laicis gubernata, & Regiæ Iurisdictioni immediatè subiecta ab Episcopo non visitantur, n. 94. cum seq. p. 99.

Lo-

Digitized by Google

Locatio.

Locatio facta ad beneplacitum, perpetua dicitur, nu.22. p.250.

Locumtenens.

Locumtenens creatus à Prorege, Sublocumtenentem sibi creare non potest, nu.27. p.139. Ratio, nu.28. p.140.

Et quid si fuerit creatus à Rege, nu.29.

In quibus casibus possit Prorex creare sibi Locumtenentem, ibidem per totam.

A Rege creatus non habet in molo Pontem, sicut Prorex, nu.32. Et ità practicatum, nu.33.

M

Magister.

Magister nauis, facto naufragio, quem Iudicem adire teneatur, & quot testibus probare sinistrum casum, nu.9. cum seq. pag.305.

Partis citatio non exposcitur: nec vlla solemnitas Iuris Ciuilis, nu.11. & nu.13.

Quid si versetur in iudicio ordinario, num.14.

Quidue si tractatur excludi probatũ delictum extractionis, & agitur criminaliter, ibid. vers. Quodque.

Quomodò practicatum, nu.15. cum seq.

Magistri Actorum, & cateri Officiales M.C. Regnicolæ tantùm sint, nu.32. p.12. & nu.42. p.13.

Portulani, & Secreti pro medietate sint Regnicolæ, & pro alia ad beneplacitum, nu.36. p.13.

Sacri Consilij, & Reg. Camera Regnicolæ tantùm, nu.40.

Magistratus.

Magistratus creati ad beneplacitum morte constituentis extinguuntur, num. 24. pag. 250.

Nisi iurisdictionem habeant ordinariam, num.25.

Hodiè constituti ad iustitiam ministrandam ad beneplacitum, dicuntur perpetui, nu.26.

Limita in constitutis à Baronibus, n.27.

Eorum dignitas ex precedentijs refulget, nu.18. p.35.

Inter plures eodem tempore creatos, quis præferendus, nu.2. pag.75.

An qui Doctoratus prius insignia accepit, n.5. Decis. n.6.

Si eodem tempore doctorati sint, nùm præcedat ætate maior. n.7.

Vel qui fuerit vtrumque gradum assecutus, n.9.

Vel qui Aduocati munus exercebat: & quid si per annum ab hoc munere desijsset, nu. 10. cum seq.

An præcedat, qui est lector, nu.12.

An qui librum aliquem typis edidit, vel legalis, vel alterius scientiæ, n.14.

Et an hæc prærogatiua præferenda sit nobilitati, nu.15. p.76.

An qui libros composuit, præferatur illi, qui prius gradum susceperit Doctoratus, n.16. Contrarium, nu.17.

An filius Doctoris præferatur tali carenti prærogatiua, nu.19.

An præferendus, qui prior nominatus fuit in literis creationis, n. 22.

Vtrum sint præferendi nobiles, n.27.

Præcedere an debeat assumptum de alio Magistratu, ad præsentem, de cuius precedentia agitur, nu.28. p.77.

Refertur pluries obseruatum, nu.29. cum seqq.

Quis nàm præferendus, si tempore electionis omnes dignitate careant, sed vnus illam habuit, sed destituit, nu.32. stylus refertur, nu.35. Et iuribus comprobatur, nu.36. cum seq.

Prohibitum est eis crimina transactione, & compositione sopire, nu.1. p.364.

Punire si neglexerint delinquentes, ipsis delinquentibus peiores fiunt: Nec debent esse legibus Clementiores, num. 4. pag.365.

Si duplex exerceat officium, duplex consequitur salarium, nu.35 pag.126. Ratio, nu.36. pag.127. Decisum per Regiam Camaram, n.37. & n.39. cum seq.

Magna Curia V.

Magna Curia Vicariæ cognoscit causas eorum, qui de sanguine Regis sunt, num. 35. pag.59.

Regentes, & septem Regni officia cognoscũtur, & ab eadem castigantur, n.36. Sed Consulto Principe, nu.37.

Vigilum Præfecti habet authoritatem, nu. 39. Et quid sit hoc munus, n.41.

Vbi Instrumenta publica via Ritus incusantur, aut foriudicationis sententiæ promulgantur, contumaciæ accusantur, vel inquisiti vocantur, regitur per Iudices Criminales: sed deindè fuerunt subrogati Iudices Ciuiles, & quare, nu. 18. pag.57.

Qua-

Digitized by Google

Quarè appelletur Vicaria, nu.33. pag.58.

Magnus Admiratus, & Magnus Comestabilis.

Magnus Admiratus Maris in Regno nostro ex priuilegio habet merum, & mixtum Imperium priuatiuè quòad omnes, n.16. pag.414.

Quare eius Tribunal institutum, num. 2. pag.413.

Ad eum spectat cognitio naufragij in littore maris sequuti; secus verò si in mare, nu.25. pag.427.

In eius beneficium sunt applicanda bona naufragata Dominis non repertis, vel si legitimi successores desint, nu.26.

Et etiam bona hostium naufragata, nu.27. Contr. n.28 & n.38. p.428.

Rex Catholicus concessit ei Naues, & Vascella, quæ in Regni partibus naufragantur, sed solùm corpora cum vestibus vsitatis, non verò bona naufragata, nu. 61. cum seq. & nu.68. pag.431.

.. Comestabilis primus ex septem Officijs Regni est Dux militum, habetque militum cohortem, n.15. pag.116.

Quid sit eius officium, nu.17. cum seq.

Maior pars.

Maior pars minori an præiudicet, vid. in verb. Gabella, & in verb. Vniuersitas.

Quid in donatiuis, Regi nostro faciendis, nu.94. cum seq. pag.498.

In contumaciam maioris partis, sat est minor, n.95.

Quod maior pars concludit, attenditur, & seruatur, nu. 97. Contrarium in Regno Siciliæ, nu.98.

Mare.

Mare adiacens de iurisdictione Principis est, dominantis territorio propinquiori, nu. 3. pag 356. & n.3. pag.426.

Ad quem spectet criminis cognitio in mare commissi, nu.4. p.356.

Nùm Terra vicinioris Dominus possit nedùm delinquentes in mari adiacenti punire, sed etiam illorum potere remissionem, si fuerint ab alijs capti, n.5. p.357.

.. Adriaticum acquisiuere Veneti ex Cæsaris concessione, n.139. p.459. Sed quomodò hoc sit intelligendum, n.164. p.461.

Fabula reputatur de sponsalibus celebratis per Alex. Papam III. huius maris acquisiti per Venetos, nu.170.

Et quid iusserit Dux Ossuna contrà Venetos ob mare Adriaticum, nu.171.

Dicitur Territorium Ducis Classis, vbi Classis reperitur, n.9. pag.357. & nu.51. pag.418.

Referuntur Capitula Regis Philippi II. obseruanda inter Ducem Classis maritimæ, & Præsidem Prouinciæ, nu.11. cum seqq. p.357. & n.43. p.417.

.. Proprietas concessione acquiritur, vel consuetudine, nu.138. p.459. Contrarium, nu.144.

Quæ consideranda respectu maris, & quando sit licitum in mare ædificium facere, nu.160. p.460.

Masculus.

Masculus superstes institutus hæres in feudalibus, quamuis non esset in prædictis ab intestato successurus; tamen non existentibus fœminis proximioribus, validè erit institutus ex gratia, huic Ciuitati elargita, nu.62. pag.184.

Memoriale.

Memoriale Principi porrectum, haud probat, supplicātem porrexisse, sed aliundè probandum est, nu.99. p.26.

Merum Imperium.

Merum Imperium, ad Principis beneplacitum alicui concessum, non censetur reuocatum per generalia verba alterius concessionis, n.33. p.251. Ratio, n.34.

Miles.

Miles, & Doctor simul præfertur Doctori tantùm, nu.21. pag.76.

.. Duas qui habet militias, duplicatum non potest consequi stipendium, nu.31. cum seq pag.126.

Ex tribus causis licentiatur: & quando dicatur electus ex ignominia, nu.93. cum seq. pag.132.

, Exempti, & franchi sunt: eorumque domus immunes à quibuscumque hospitijs, & contributionibus, n.59. p.128 & nu.78. pag.131.

Etiam à gabellis, nu.60. Decr. Reg. Cam. n.61. & n.62. p.129.

Pro eorum filijs, quoque à gabellis immunes sunt, nu.93. Decr. Reg. Cam. n.64.

Quid de militibus grauis armaturæ, n.65.

In Terris, in quibus bona possident, an teneantur soluere bonatenentiam, n.66.

Effecti milites post focularium numerationem, soluere, nùm teneantur fiscalia, num.67.

.. Cohortis de numero 300. Staticota immunitate prædicta non gaudent, num.68. pag.130.

Digitized by Google

pag.130. Decretum Reg. Cam. ibidem.
Neque milites Castri Ciuitatis Brundusij, n.69. Decr. Reg. Cam. nu.70. cum seq.
.. Hispanorum Terzery in hoc Regno sistentes, numerari non debent pro focularibus in Terris, quibus degent, nu.72.
Deduci quoque debent à predicta focularium numeratione, qui fuerunt milites grauis armaturæ, & nunc dicuntur, Piazza morta, n.73.
.. Hispani, qui vulgò dicuntur intratteniti, immunitate gaudent solutionis bonatenentiæ pro annuis redditibus, quos possident cum Vniuersitatibus, tanquam Ciues Neapolitani, nu.74.
.. Soluere tenentur Collectas pro Territorijs, quæ in affectum tenent ab Ecclesia, n.75. Ità decisum, n.76. cum seq.
.. In hospitijs grauare non debent populos, & vicinos, nu.84. p.131.
An excusentur, si victualia pro se, & equis pretio congruenti non inueniant, n.85.
Ad quid teneantur Vniuersitates militibus. Vid. in verb. Vniuersitates.
.. Si sauitiam, aut contumaciam, vel desidiam patrauerint, aut quæ communis disciplina militaris exigit, transgressi fuerint, deliquisse dicuntur, licet inter paganos hæc nullum delictum sapiant, nu.92.
Militum stipendia fauorabilia sunt, num.6. pag.123.
Solui debent de Regio Ærario ante cæteros sumptus, etiam ante debita fiscalia ex causa onerosa, n.7. cum seq.
Nullo prætextu, vel causa possunt retardari: & militi quoque infirmo debentur pro tempore infirmitatis, n.10. Nisi infirmitas fuisset diuturna, nu.11.
.. Debentur quoque militi carcerato pro tempore carcerationis, & quando, nu. 12. pag.124.
Et militi peregrinanti, vel aliter absenti cum licentia, pro tempore tamen absentiæ, nu.14.
Non debentur desertori militiæ pro tempore, quo militiam deseruit, n.15. Nisi à Principe fuerit restitutus, & quando, nu. 16.
An debeantur militi ab hostibus capto pro tempore, quo fuit apud hostes, n.17. cum seq. & n.20. cum seq. p.125. Decis. Reg. Cam. nu.27. p.126. Nouis de anno 1658. nu.28. & de anno 1659. n.29.
.. Stipendia fraudantes grauissimè sunt corrigendi, nu.43. pag.127. Practicatum in Gallia, n.48.
Et qua pœna iure communi puniantur, n. 51. p.128.
Bellorum nerui dicuntur, n.45. p.127.
Quo nàm fruantur. priuilegio, num. 129. pag. 135.

Minor.

Minor, & si non valeat bona sua alienare absque decreto, potest tamen de fructibus disponere, n.22. p.205.
.. Comprehenditur sub statuto prohibente rerum extractionem, n.47. p.268.
Non excusatur à pœna statuti, si ex proposito, doloue statutum contemserit, n.49.
Nominatus in officio, potest seruire per substitutum, n.16. cum seq. pag.31.
Sed requiritur expressa Regis dispensatio, nu.18.

Modum belli.

Modum belli quid importet. Vid. in verb. Cõmissarius Campaneæ.

Monasterium.

Monasterium, vel Ecclesia, & si ad eius fauorem possit feudum obligari, & Prorex valet assentiri, non potest tamen virtute talis obligationis illud habere, & possidere, sed debet sua iura experiri, vt personæ habili vendatur, nu.23. cum seq. pag.153.
Quinàm mos introductus sit in Reg. Cancell. in casibus præstandi huiusmodi assensus, nu.25.
Potest connuentibus oculis pati, quod hereditatem Monaco delatam possideant aliqui ipsius consanguinei, nu.177. pag. 227. & ità decr. n.178. p.228.
.. Carthusiæ Sancti Nicolai de Valle Clari montis priuilegium habet, vti Baro Terræ Francauillæ indulgendi delicta, etiam parte non concordata, num.30. pag. 144.

Moneta.

Monetas extrahentes à Regno, si reperiantur in confinibus Regni, an delictum dicatur consummatum, n.31. p.266. Decretum Reg. Cam. nu.32. Contr. nu. 33. & n.13. cum seq. p.272. & nu.22. p.292.
An incidat in commissum, etiam moneta extera licita asportari, quæ extrahitur simul cum monetis prohibitis, & qua pœna puniantur pecuniam exerahentes à Regno, n.16. p.273. Decr. Reg. Iuncta, nu.17.

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

An pragmatica vetans pecunia extractionem a Regno comprehendat Mercatores accedentes ad nundinas, & ex vēditione mercium retrahētes pretiū, n.19.p.274.

An liceat monetam extrahere proviatico sinè licentia Reg. Cam. Portulani, & Magistri zanone, n.23. p.292. & nn.5. cum plur. seq. p.387. & n.12. pag.388. vid. in verb. Extractio pecuniæ.

Mors.

Mors omnia solvit, n.1. p.344.

Delinquentis, an extinguatur delictum, Vid. in verb. Delictum.

Mulcta.

Mulcta imponitur ab homine, pœna verò à lege, n.117. p.333.

Mutatio.

Mutatio veritatis tribus modis fit, & quæ nā continent falsitatem, n.45.p.309.

N

Nauis.

Nauis, & aliæ res asportari licita, an incidant in commissum ex rebus oneratis illicitis, num.1. per totum, pag.271.

Decisio Reg. Cam. n.10. cum seq. p.272.

Et quid absente, vel inscio Domino nauis, nu.1. cum seq. p.275. & nn.7. pag.276. Vid. in verb. Dominus.

. . Frumento, alijsque mercibus onusta, si vi tempestatis ad locum vetitum appulit, tutus est Dominus à pœnis, n.1. p.304.

Quid si ibi merces exoneranerit, & vendiderit, nu.3.

Quid si appulsus sequatur ob piratarum, vel hostium timorem, nn.6. vers. Imò.

. . Inimica si vi ventorum, & non voluntaria hoc Regnum appulerit, bona depredari adhuc possunt, nn.48. cum seq. pag.449. Contr. nu.51. cum seq. Quæ veriot sententia, n.56. p.450.

. . Si reperiatur mercibus onusta absque expeditionibus, competunt ei defensiones, nu.93. p.382.

Quid si maior quātitas reperta sit in naue, quam in expeditionibus cōtinetur, n.94.

. . Veneta, mercibus proprijs Iudæorum onusta, si perueniat ad nostra lictora, vel ad alia Regna nostri Regis, libera euadit, sed bona possunt deprædari, num. 37. pag.448.

Naues fractæ, & bona naufragata, secundùm aliquos ad nostrum Regem spectāt, n.1. pag.426.

In Regno Neapolitano id cautum est, & seruatur in omnibus lictoribus Italicis, & in Gallia Aquitania, & Nauarra, n.2. Ratio, nu.3.

Prana est in hoc consuetudo inducta, nu.6. cum seq.

Et fuit abrogata in Regno nostro, & Hispania, nu.13.

Non conceduntur occupantibus: sed puniendi sunt tanquam fures, & latrones, nu. 14. & n.15. p.427.

Iure municipali rapinam committunt, nn. 16.

Iure Canonico ad restitutionem tenentur, num. 17.

Nullo pacto præsumuntur derelicta, nu.18.

Esto quod causa leuandæ nauis proyciantur, num.19.

Quando spectent ad fiscum, n.20. & n.24.

An sint supplicanda in beneficium Magni Admirati, sicut bona hostium naufragata, nn.26. cum seq.

Nùm pertineant ad fiscum etiam bona, quæ in ipsa naufragij trepidatione capiuntur, nn. 49. pag.430.

Nautæ.

Nautæ, & reliqui de naui naufragium attestantes in Iudicio criminali, nullam fidem faciunt, nn.22. p.306.

Neapolitana Ciuitas.

Neapolitana Ciuitas laudatur: & fuit in sex quarterijs diuisa, quæ dicuntur Platea, quinque scilicet nobilium, & vna popularis, nu.2. & 3. p.462. & n.1. p.489.

Quo tempore cœpit hæc diuisio, n.4. cum seq.

Et quibus facultatibus potiatur. Vid. in verb. Platea.

Non tenetur Regi præstare donatiua præter determinata tributa, & neque Regnum, n.1. & 2. p.489. & n.3. cum seq. p.490. Contrarium, n.6. cum seq. & n.15.

Ingentia donatiua aliquando præbuit, & quare, n.30. p.492.

In multis casibus ad donatiua compellitur, nu.43. cum seq. p.493. & nu.50. cum seq. p.494. & nn.68. cum seq. p.495.

Mutuare non potest frumentum, aut oleum, vel quidquam aliud, pro abundantia Ciuitatis reseruatum, absque assensu Proregis, nu.115. pag.528.

Necessitatis tempore potest frumentum, pro dicta abundantia emptum vendere, sed pretium, Annona debet applicare, n.116.

Pecuniam publicam pro annona destinatam,

Digitized by Google

tam, ad alium vsum conuertere non potest, nu.117.
Nequit pecuniam ad fœnus accipere, absque Proregis assensu, nu.118.
.. Oratorem deputat apud Regem Catholicũ, nu.3. pag.530.
Oratores, & legatos præfigit, vt Regi, huc venienti obuiam eant, nu.4.
Fuitque expertum tempore Imp. Carolis V. nu.5. pag.531.
Item, & in aduentu filij, vel filiæ Regis, nu.6. Aut sororis, n.7.
Etiam in aduentu Proregis, nu.14.
Quousque ibant olim: & quousque hodiè, num.15.

Nepos.

Nepos ex filio primogenito patruum secundogenitum à feudi successione excludit. Et quid de nepte ex eodem primogenito, n.139. pag.224.
.. Ex fratre, vel sorore, aut ex vtroque latere, vel ex altero tantùm in feudo nouo patrui, vel auunculi benè succedit ex iure nouarum gratiarum, num.63. vers. Hæc autem, p.165.

Nobiles.

Nobiles quinque Sedilium nostræ Ciuitatis reputantur, tanquam orti in Ciuitate: & in cunctis casibus releuantur ab onere probandi originem, nu.22. p.467.
Priuilegijs vtuntur Neapolitanorũ, n.23.
Procul alia probatione admittuntur ad almum Collegium Neapolitanum, nu.24.
Decisum ad beneficium Eminentiss. Dom. Ascanij Cardinalis Philamarini de anno 1607. nu.27.
.. Cautionem non præstant de non offendendo: sed id spondent sub verbo, & fide Regis, confirmantque iuramento, n.28. p.468.
In quam pœnam incidant, si pacem frangant, num.29.
Eorum filij illegitimi honoribus non gaudent Sedilium, nu.37.
Limita si fuerint per rescriptum Regis nostri legitimati, nu.38. p.469. Decisum, num.41.
.. Possunt alios allicere, & aggregare ad honores sedilium, nu.48. Contrarium hodiè ex literis Regijs, num.49. cum seq. pag.470.
.. Filij familias suffragium non præstant in Sedili, nu.52.
.. Sedilis Capuani admittuntur ad præstandum suffragium in Sedili Nidi, & è conuerso: sed vocem actiuam tantùm habebunt, nu.10. p.471.
Sed præstito suffragio virtute huius communicationis, in proprio Sedili pro eodem negotio suffragium petere non possunt, nu.11. pag.472.
.. In suo Sedili possunt suffragium non emittere, eique renunciare: sed contrà renunciationem non habent regressum, nu.12. cum seq.
.. Sex sedilium hodiè differentias componunt, inter nobiles ipsos, mandata faciunt, vt domi permaneant, donec paciscantur, nec alius Officialis superior se ingerere valet, nu.20. & 21. p.95.
Quid si interuenerit sanguinis effusio, nu.22.
.. De sedilibus tanquam milites officia exercere non compelluntur: verùm ad munus Syndici, & si titulati sint, compelluntur, nu.27. p.481.
.. Quomodò coadunentur in Plateis, n.1. & 2. pag.473.

Nobilitas.

Nobilitas Ciuium adoptione non acquiritur: sed ex Principis rescripto, n.131. p.515.
.. Nanciscens ex Principis rescripto, beneficia non amittit popularia, n.132. p.516.

Nominans, Nominatio, & Nominato.

Nominationem habens ad officium, nominare potest sub conditione, nu.82. pag.26.
Et potest substituere nominato, nu.84. cum seq.
Nominatio ad officium, facta ab Exule, vel deportato valet, nu.17. pag.20.
Quibus modis fieri possit, num.19. An fieri possit per Procuratorem, nu.22.
An fieri possit pretio mediante, & sic vendi, n.43. cum seq. p.22.
Si effectum non habuit, quia persona nominata est inhabilis, an iterum fieri possit, nu.48. p.23. & n.83. p.26.
Et quid si nominatus præmoriatur nominanti, d.n.48. ver. Imò.
.. facienda à pupillo, vel minore fieri debet cum tutoris authoritate, & Iudicis decreto, n.80. pag.26.
.. Facta, non potest reuocari, & alius nominari, nu.81.
Nominatus in officio inquiri, & puniri potest pœna pecuniaria, & priuationis officij pro delictis à nominante commissis in eodem officio, nu.88. p.27.

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

Nouum opus.

Nouum opus denunciari, vid. in ver. Ædificiū.

Nuncius.

Nuncius Apostolicus creatus ad beneplacitum Papæ, vel Sedis Apostol. haud cessat mortuo Papa, qui illum creauit, n.28.p.250.

.. Portantibus aliquod bonum nouum, aliquid dari non interdicitur, nu. 142.p.502.

O

Obligatio.

Obligatio pœnalis promittentem non ligat ex difficultate, & impedimento superueniente, nu.8. p.304.

Nec stipulatio committitur, facto non adimpleto, ibidem.

Officiales.

Officiales annales, ex quibus causis priuari possint, tempore non expectato, nu. 86. pag.99.

.. Falsificantes libros interceptorum, indultu non gaudent, nu.102.p.332.

.. Pro delictis in officio commissis, generali indultu non gaudent, n.49.p.368.

Nec potest illis commutari pœna, n.50.

Grauiori pœna Princeps curauit illos coercere, nu.51.

Confirmatur rerum iudicatarum authoritate in Reg. Iuncta contrabannorum, nu.54. cum seq.

.. Sacri Reg. Consilij quomodò eligantur, nu. 26. pag.12.

Apprimè necessarij sunt Principi ad Reipubl. tutamen, nu.6. pag.2.

Diuinæ Iustitiæ ministri sunt in terris: & simulacra Dei, nu.8.

Capita, & patres sunt Reip. Et membra corporis Principis, n.9. cum seq.

Eadem authoritate vtuntur, qua Princeps ipse, nu.11.

Duplicem contrahunt obligationem, & quam, nu.14.p.3.

.. Supernumerarij quamuis antiquiores in exercitio non præcedunt Ordinarios, etiã iuniores, nu.1. p.85. Ratio, nu.2. & n.8. pag.86.

Non sunt de corpore Collegij, antequam subrogentur in locum ordinariorum, nec illorum priuilegijs gaudent, nu. 4. Nec habent priuilegium fori, Ordinarijs tributum, n.5. Nec stipendia, & immunitatem, nu.6. cum seq. Vid. in verb. Super, numerarius.

.. Vacantes, vel honorarij præcedentiam postulare non possunt aduersus actuales, nu.20. pag.87.

Qui sint vacantes, & honorarij, num.23. cum seq.

Officiale defuncto, nominatione non peracta, quis nàm in officio succedat, nu.20. cum seq. pag.20.

.. Haud licet per substitutum deseruire Iure Ciuili attento, licèt Iure Canonico possit sibi constituere Vicarium, nu.1. & 2. p.30. Quid de iure municipali, n.3. Et ex constitutione Gulielmi sub pœna capitis, n.4. Ratio nu.5. pag.31.

Et expressè hoc Rex prohibuit, nu.6.

Limita in casu absentiæ per vnum, vel duos menses, cuiusuis anni, nu.7. Et quid si maior requiratur dilatio, n.8. cum duob. seq.

Limita quoque ob impedimentum infirmitatis, statusque assertioni Officialis, nu. 11. cum seq.

Vtrum impedimẽtum hoc restringatur per spatium semestris, nu.13. cum seq.

Officialis ab officio suspensus, si deindè fuerit absolutus, debentur fructus, & salariũ pro tempore, quo fuit suspensus, nu. 16. vers. Idemque, p.124.

.. Creatus nouiter, si iuramentum præstitit, sed officium non exercuit, nec præcedere valet, nec salarium habet, nu.72. p.81.

.. Denominatur, quando administrare cœperũt, & eatenus salarium debetur, n.70.

.. Electus si sit de nouo, an dicatur nouum officium, nu.19.p.72.

.. Existens in officio cum aliorum prærogatiua, si translatus fuerit ad aliud Tribunal eiusdem generis, censetur cum eadem prærogatiua translatus, n.17.p.71.

.. Facultatem habens nominandi hæredem in officio, si plures filios hæredes instituat, vtrum omnes ad officium admittantur, nu.25. p.20. & n.26. cum seq. p.21.

Et quid si concurreret hæres extraneus, nu. 29.

Solus primogenitus succedit Patri in officio, pecunia quæsito pro se, & vno hærede nominando, nu.30.

.. Facultatem retinens nominandi personam aliquam in officio, an possit nominare Fœminam, nu.39. cum seq. p.22.

Quid data potestate substituendi aliquem, nu.42.

.. Negligens suum officium, aut indebitè perpetrans,

Digitized by Google

petrans, infamis, & periurus redditur, & rigorosè coercendus est, nu. 16. cum seq. pag. 3.

.. Panormitanus, aut Messanensis, vel Regnicola in hoc Regno, si fuerit impeditus administrare, vel si obierit, in eius locum subrogari debet, qui eiusdem sit qualitatis, nu. 59. p. 14.

Limita si subrogaretur ad modicum tempus, nu. 60.

Officium.

Officia ad Regiam Curiam pertinentia, hodiè omnia sunt ad Regis prouisionem, & venduntur n. 55. cum seq. p. 14.

.. Concedenda non sunt Ciuibus loci, vbi sunt exercenda iure communi attento, nu. 1. pag. 11. Ratio, nu. 2. cum seq. Contr. de iure nouiss. Auth. n. 4. Et de iure Hispanico, n. 8. Quamuis concurrant exteri, doctrina, & moribus celebriores, nu. 9. Et ità seruatur apud Veneto, & in Regno Nauarræ, nu. 10.

In Regno Siciliæ vltra farum Panormi, Messanæ, & Catanæ, Magistratus omnes conceduntur Ciuibus, excepto Dom. Prorege, eius Consultore, ac Regij Patrimonij Conseruatore, nu. 11. cum seq. pag. 12.

In Regno Neapolitano concedenda sunt naturalibus Regnicolis, nu. 13.

Quandùm concedi debeant Regnicolis ortis, & oriundis, vel Ciuibus allectis, aut feuda tenentibus: habitantibus cum vxoribus per decennium, & bona stabilia possidentibus: & quæ ad beneplacitum Suæ Maiestatis, nu. 19. cum seq. & nu. 34. pag. 13.

Præferuntur filij Officialis mortui, eiusque Consanguinei si sint habiles pro eodem pretio, n. 5. p. 19.

Duo compatibilia posset quis exercere, vno, eodemque tempore: & vtrumque salarium consequi, nu. 33. cum seq. p. 543.

.. Duo incompatibilia habere potest, vnum scilicet in titulum, & alterum in commendam, nu. 35. Vnumq; potest retinere, & alterum respuere, nu. 36.

.. Facilius ad Regem deuoluuntur, quam feuda, nu. 63. pag. 25. Ratio, nu. 64.

.. Hypothecari, aut vendi nequeunt absque Regis assensu, nu. 105. pag. 29. n. 1. & 2. pag. 545.

Locari possunt absque Regis licentia, n. 35. pag. 32.

Sed non ad longum tempus, n. 22. & 24. pag. 547. Decisum per Reg. Cam. n. 26.

.. Personalia sunt, & de sui natura extinguntur, & neque ad filios transeunt, n. 1. p. 18. Etiam si in concessione addatur clausula, in perpetuum, n. 2.

Quod facta concessione pro haredibus, quando admittantur haredes extranei, nu. 3.

Ex praxi ampliatur in haredem per Principem, nu. 4.

.. Pro Regnicolis præfixa occupare nequeunt exteri feuda in Regno possidentes, etiam vigore declarationis Regis Philippi II. n. 47. pag. 13.

.. Septem Regni conferri debent tantùm Regnicolis ex decreto Imperatoris Caroli V. nu. 15. & nu. 18. pag. 12.

Et nùm tria ad beneplacitum Suæ M. n. 20.

Præcedunt omnes Consiliarios Collateralis Consilij, quibus suis titulis, & dignitatibus decoratos, nu. 1. p. 36.

Pluries obseruatum, nu 2.

Quis primum debeat habere locum, & quis ordo inter ipsos seruetur, nu. 3. p. 37.

Decisio, & praxis hodierna, nu. 4.

.. Vacantia post mortem alterius, non potest Princeps concedere, n. 1. ver. Hoc tamen, pag. 5. Nec valet promissio de officio vacaturo, nu. 2.

Limitatur, si concederet in genere primum officium vacaturum in Senatu, n. 7. p. 6.

Vel si id ageret de absoluta potestate, nu. 8.

.. Vacatura non possunt Proreges prouidere post eorum administrationem, nu. 4. p. 5. Nisi accedente consensu possidentis officium, nu. 5.

.. Vacatura Rex noster hodie concedit, & illorum futuras successiones post mortem possessoris, nu. 10. pag 6.

.. Vendi non possunt absque Regis assensu, nec obligari, locari, aut in alium transferri, nu. 1. pag. 545. Contrarium si non habeant annexam iurisdictionem, n. 2. Et ità decisum, nu. 3. p. 546.

Limitatur, si officium sit pro se, & haredibus concessum, n. 4. & 5. Sed contr. n. 21. pag. 547.

Et quid si sit concessum ad vitam, num. 6. pag. 546.

Nec eius exercitium transire præest de persona in personam, n. 28. p. 547.

Nec valent in allodium concedi, sine assensu, nu. 32. p. 548.

va-

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

Valent distrahi sine assensu, si sint concessa pro se, & haeredibus quibuscumque, vel cui voluerit, nu.34.

Vel si in concessione data sit facultas alienandi, nu.38. Contr. nu.39.

.. Vendi non possunt, neque in Romana Curia sine Sum. Pontificis licentia, nu.41.

De vna persona in aliam distrahi tantùm possunt per actum resignationis, nu. 47. pag.549. sic & in Rom. Curia, & in Hispania, num.49. Sed assensus superioris exigitur, nu.52. p.550.

Ex praxi Reg. Camerae valet quilibet renũciare alteri officium cum assensu Dom. Proregis dũmodò valor non excedat ducatos 600. & soluta Reg. Curia certa parte pretij, nu.53.

Hodiè regulariter ampliantur cum assensu Regis soluta quarta parte pretij ad beneficium Regij Ærarij, n.54.

Quid soleat explorare Regius fiscus, n.55.

Officiorum rectum, & legale regimen est basis, ac fundamentum Reip. n.1. p.2.

In eorum constitutione, & exercitio tota fælicitas, & beatitudo, vel pernicies, & miseria est collocanda, nu.2.

Recta illorum administratio salutem Reip. solummodò tuetur, n.3.

Rectum illorum regimen Principis salutem, & mentis publicae, Marcus Tullius appellauit, nu.5.

Officium alienans sine Regis assensu, nùm possit alienationem reuocare iure proprio ad instar feudi, nu.2. pag.554. & nu.3. cum seq. p.555. & nu.19. p.556.

Et quanàm requirantur, n.22. cum seq.

.. Ampliatum an sit idem officium, n.54. p.24.

.. Ampliatum in alterius personam, mediante nominatione, an sit obnoxium creditoribus nominantis, n.55. & n.57.

Et vtrum creditores personales possint conuenire, & compellere nominatum ad vendendum officium, d.n.57. & n.58.

Et vtrum possint sequestrare officij emolumenta, nu.59.

Cappellani Maioris Regnicolis alternatim est prouidendum, n.44. p.13.

Cõcessum ad beneplacitum Regis, eius morte non censetur ademptum, nu.8. p.249.

.. Concessum cum potestate alienandi, vel pro se, & haeredibus, haud exposcit assensum in eius alienatione, vel substitutione, nu.39. p.33.

Concessum filio contemplatione patris, dicitur profectitium, & potest pater alteri illud renunciare in filij perniciem, nu.94. in fin. p.28.

Concessum si sit, eiusque exercitium duobus insolidum, vnusque exerceat alterius permissu, & delinquat propter quod officio debet priuari, an noceat consocio, nu.148. p.136.

.. Concessum pro certo, & determinato tempore, vtpotè ad decennium, Concessionario moriente intra tempus praedictum, an transeat ad haeredes pro tempore, quo supererit, nu.48. p.33.

.. De sui natura indiuisibile est, nu.31. p.21.

.. Ducis militum. Vid. in verb. Magnus Comestabilus.

.. Est res viua, & actiua non emortua, & inanimis, nu.15. pag.3.

.. Habens cum potestate nominandi, an possit grauare nominatum, num. 45. cum seq: pag.23.

Et si nominauerit personam inhabilem, vel quae reperitur mortua, aut ante possessionem captam decesserit, an possit iterum aliam nominare, nu.48.

.. Habens cum potestate nominandi filium, & per delictum fuerit officio priuatus, an hoc delictum noceat filio, nu.49. cum seq.

Et quid si nominatio facta sit post condemnationem, vel officij priuationem, nu.51. & nu.52. p.24.

.. Peruentum ad filium ex patris nominatione, vtrum sit ipsi filio imputandum in legitimam attento tempore mortis patris, nu 56.

.. Praefecti, seù Generalis triremium, vt conferretur Regnicolis Neap. Ciuitas S.M. supplicauit: & Domino Proregi iniunxit, vt benemeritos, & habiles inquirat, n.43. p.13.

.. Prothomedici semper prouidendum in personam naturalis Regni, nu.45. & n.85. pag.16.

.. Vacaturum, si fuerit duobus concessum, vter eorum praeferendus, nu.11. & nu.15. p.6. & nu.22. cum seq. p.7. Decisum in causa Ioseph Salutij, cum Melchior Gutierez, nu.38. cum seq. pag.8. & nu.42. cum seq. p.9.

Quid agendum in concessione facta eodem die, & de anteriori data non liqueat, num.26. pag.7. Resolutio Reg. Camerae, nu.27.

.. Va-

Digitized by Google

Rerum, & Verborum.

.. Vacaturum si à Principe fuerit concessum post mortem possessoris, an trahatur cōcessio ad vacationem per renunciationem, vel priuationem, nu. 29. cum seq. & nu. 33. cum seq. pag. 8.

.. Vendi, vel pignorari non potest absque Regis assensu, nu. 68. p. 25.

Quid si expresse concedatur in allodium, nu. 69.

.. Volens emere pro persona nominanda, debet prius declarare personam, pro qua emitur, n. 18. pag. 31.

Orator,

Oratorem designare apud Regalem, vel Cæsareum Maiestatem peculiare est Principis supremi, n. 1. pag. 530.

Eumque destinare, quando valeat Neap. Ciuitas, nu. 3. cum seq. & nu. 5. cum seq. pag. 531.

Quodnam sit eorum munus, n. 17. cum seq.

A quibus fit eorum electio, nu. 23. p. 532.

Quid si contingat legatum præfigere, vt Regem. vel Sum. Pontif. adeat, n. 24.

Semper ex nobilibus eligitur, nu. 25.

Quando possit Platea Popularis huic electioni se oppugnare, nu. 27.

Debent illi Instructiones assignari, n. 28.

Hoc munere fungi nequeunt, qui iure postulandi carent, nu. 29.

An illud adipisci queant Religiosi, & personæ Ecclesiastica, nu. 31. cum seq. Contr. nu. 34. cum seq. p. 533. & nu. 38.

Ab hoc munere nemo se excusare valet, nu. 39. & seq.

Quibus fulciantur priuilegijs, nu. 41. cum seq. Vid. in verb. Legatus.

Ordinatus, & Ordo,

Ordinatus à Papa vti à maiore cæteros præcedit, nu. 4. p. 53.

Ordo in aliquibus rebus spectandus est, num. 9. cum seq. p. 35.

.. Dignitatum, Vid. in verb. Dignitatum.

.. Scriptura attendi debet in plurium electione insimul facta, nu. 23. pag. 76.

Oriundi.

Oriundorum appellatione, qui nam comprehenditur ex declaratione Reg. Philippi Secundi, n. 42. p. 13.

P

Palatium.

PAlatium Ducis Graninæ in hac Ciuitate, fuit impeditum construi, & quare, n. 58. pag. 117.

Papa.

Papa si beneficium alicui contulerit, & eadem die, vt idem beneficium alteri conferretur, certis iussit executoribus, nec appareat, quis primo impetrauerit, vter erit præferendus, nu. 28. p. 7.

Par.

Par in parem nullum habet imperium, num. 115. pag. 457.

Pater,

Pater feudum hereditarium, siue nouum, siue antiquum in extraneo alienare potest cum assensu Proregis, licèt primogenitus contradicat, nu. 33. pag. 178. & nu. 41. p. 179.

.. Filio in feudo præiudicare potest, donato sibi, & filio expressè à Principe, si tamen donationis causa fuerint merita paterna, n. 143. p. 136. Et quid in emphiteusi, n. 134.

.. Officium resignare potest in manibus Regis, vt illud conferat suo filio, n. 90. p. 27.

.. Si vnum ex heredibus in officio nominauerit, vtrum ex delicto nominati omnes alij heredes conueniri possint, num. 46. pag. 33.

Patria,

Patriam suam nemo derelinquere potest, vbi munera subest pro functionibus fiscalibus, alioque ire ad habitandum, nu. 106. pag. 100.

Pax.

Pace rupta, & si delictum non sit plene probatum, sufficit tamen, quod in loco delicti sit publica vox, & fama, num. 135. pag. 404.

Pecunia,

Pecunia extera, vid. in verb. Nauis.

Pensio.

Pensio an comprehendatur sub gratia beneficij, vid. in verb. Gratia, & priuilegia.

.. Est separata à beneficio, & quid sit, an habeat aliquid spiritualitatis, & inducat titulum in pensionario, nu. 74. cum seq. pag. 15.

Pensiones militibus concessæ, etiam ex causa meritorum nullo fruuntur priuilegio, sed creditoribus quibuscumque etiam personalibus postponuntur, n. 95. p. 132.

Nec vlla actio ad eas consequendas pensionarijs datur, nu. 97. Arguitur in contrarium, & respondetur, n. 98. & 99.

Quid si hæ largitiones sub hypotheca bonorum sint concepta, num. 101. cum seq.

pag.

Digitized by Google

pag.133. Contrarium, n. 108. Deciſum Reg.Cam.n.109.
Vrgentibus neceſſitatibus Regalis Patrimonij, an poſſint ſuſpendi, n.110.
An & quãdo penſiones poſſint ſuſpendi, modificari, vel in totum reuocari, nu.111. cum ſeq. & nu.114. cum ſeq.p.134.
Quid ſi in conceſſione appoſita ſit clauſula, vt neque ob æs alienum, aut quamcumque fiſci neceſſitatem ſolutio poſſit differri, nec vrgente publica vtilitate reuocabiles ſint, n.124.cum ſeq.p.135.
An gaudeant priuilegia, vt penſionarij exequi non poſſint ad inſtantiam creditorum, n.128.
Quod fortius procedit in penſionibus conſtitutis militibus veteranis, & qui vulgò dicũtur Intratteniti; & etiam in ſalario continuis Palatij Regij præſtando, nu.129.p.135.
Militibus ſtatuta, in quibus caſibus tranſmittantur ad hæredes, nu.132.cum ſeq. & n.137. & 139.p.136.
Iudicantur perſonales, & morte Conceſſionarij finiuntur, n.138.
Et moribus receptum eſt, vt ſint perſonaliſſima, nu.141.
Conſtituta in beneficium Titij, & eius filij, expreſsè denominati, an extinguantur, nedùm morte patris, ſed etiam eius delicto, & alienatione, ità vt filius remaneat illis priuatus, nu.141.
Et pluries iudicatum, n.146. & 147.
Contrarium in conceſſione officij duobus inſolidum facta, nu.148.
Si in penſionibus non fuerit tempus ſolutionis præfixum in quot partes ſcindi debeat ſolutio, nu.151.p.137.
Et quid ſi vectigal aliquod fuerit deſignatum, nu.152. Et qualiter cenſuit Reg. Cam.nu.155.cum ſeq.

Perceptores.

Perceptores Prouinciarum pro duabus partibus Regnicolæ, & pro tertia ad beneplacitum eliguntur.n.38.p.13.

Platea.

Platea, qualibet ex ſex noſtræ Ciuitatis leges condere valet, & conſuetudinem introducere, nu.1.p.464.
In concernentibus tamen negotia earũdem platearum, nu.2.
Quas ediderit Platea Capuani, & Nidi, nu.3.
Si legem vniuerſalem condere velint, aſſenſus Regius requiritur, nu.4.
In Hiſpania Platea, & communitates ſtatuta rationabilia condere poſſunt abſq; Regis confirmatione, nu.5.p.465.
Qualibet platea habet comprehenſorium, districtum, & vnam portam Ciuitatis, nu.6.
Vbi congregetur Platea popularis, & ex quibus talis platea cõſtituatur, n.7. & 8.
Qua nàm prorogatiua gaudent in feſtiuitate Sancti Ianuarij in prima Dominica Maij, nu.9.
Defert haſtam pallij in feſtiuitate Corporis Chriſti, nu.11 & nu.13.p.466. per totum. Et ità dec. per Coll. Conſilium, nu.20.p.467.
De eius Cœtu conſtituit Deputatos, qui cõueniunt cum Deputatis nobilium, vt ſuffragia emittant literas S. M. directas ſubſcribant, donatiuum certiorantes, nu.17.
Quid obſeruetur tempore aduentus Proregis, nu.18.p.467.
Deputauit ſuos Oratores in tranſitu Sereniſſimæ Reginæ Vxoris Philippi III.n.19.
Haſtam pallij non defert in aduentu noui Antiſtitis, n.21.
Datia, & gabellas indicere nequeunt, ſint Principis beneplacito, nu.1. & 2.p.471.
Platearum Congregatio interdici nùm valeat per Proregem, nu.12. & 13.p.474.
Ciuitas porrexit preces S. M. ne huiuſmodi inhibitiones fierent, nu.15.
Quid ſi Prorex exiſtimet negotium pertractandum per Plateas, non eſſe pro bono publico, aut in beneficium Ciuitatis, nu.16.p.475.
Vel ſi certa ratio ſtatus ſuadeat, num.17. pag.476.
An poſſit Plateis prohiberi, litteras Regi dirigere, nu.18. & 22.cum ſeq.
Poſſunt deputare perſonam in Curia Madrid, vt reſideat nomine noſtræ Ciuitatis, n.19.
Nequeunt congregari ad tractandum de aliquo donatiuo conficiendo, num.32. pag.477.
Etiam Magiſtratibus, & pijs locis, nu.34. Et ità pronunciauit Sacr. Conſilium, nu.35.p.477.
Quelibet ex Plateis deligit ſex viros, ſed Platea Nidi deligit quinque, n.1.p.479.
Quid ſit eorum munus, n.4.p.480.
Non poſſunt iſti condere Concluſiones, nec totam

Digitized by Google

totam Plateam repræsentant, nu.6.
Quomodò eligantur Electi Ciuitatis ad annonam curandam,& Deputati viarum, & pecuniarum,&c nu.88.
Eligunt legatos obuiam eundos Regi, vel nouo Proregi, nu.10.
Non tamen possunt eligere Syndicum, sed per Plateas nobilium vicissim eligitur, nu.11.
.. Popularis facultate caret nominandi Syndicum vnum ex eius Cœtu, nu.12.
Rationes referuntur per Plateam popularem propositæ,nu.13.cum seq.
Decis.Coll.Consil. nu.18.pag.481.
.. Popularis multis decoratur priuilegijs per retro Reges, n.125.p.515.
Inter cætera extrahendi curros biscentum frumenti, & biscentum salis à salinis Apuleæ, ibidem.
Quot ducatos annuos ab illis percipiat, ibid.
Quænàm Ecclesiæ reguntur, & administrantur à Platea populari, nu.126.
Potest Legatum, & Oratorem mittere ad Regem nostrum pro negotijs concernentibus populum, n.129.
Deputati à Platea populari sedent in aula cum Iudicibus Ciuilibus tempore visitationis pauperum carceratorum in M.C.V. nu.130.
A muneribus, quæ per Plateam inducuntur, nemo ex Ciuibus licèt nobilis est immunis, n.131.
In eligendo legatū vocem habet actiuam, nunquam verò passiuam,nu.25.p.532.
Platearum nullitates. Vid. in verb. Electiones.
Quomodò connocentur Plateæ, vid. in verb. Nobiles.

Pignus.

Pignus acquisitum super feudo cum consensu Domini, si alienandum sit,an nouus exposcatur consensus, n.11.p.157.

Piratæ.

Piratæ æquiparantur hostibus fidei,eorumque bona etiam Christianorum depradari possunt,nu.39.com seq.p.448.
Piratæ more catulorum in siluis militantes dicuntur hostes publici,& infames sunt, nu.41.
Ex ore Pontificum singulis annis excommunicantur, nu.42.
Sunt publici commercij turbatores, & latrones,n.43.p.449.
Illorum bona Regi nostro fiunt,& sine eius iussu piraticam exercere nequeūt,n.44.

Pœna.

Pœna à banno indicta, ad hæredes transgressoris transit,nu.55.p.348.
Sed citandi sunt hæredes,nu.65.p.349.
Non tenentur vltra vires hæreditarias, etiam quod inuentarium non confecerint,nu.66. Ratio. nu.67.
.. Arbitraria dicitur, si banno non sit determinata,nu.75.p.537.
.. Cōtra fraudātes vectigalia ipso iure imposita, de iure communi & Regni, transit ad hæredes,n.53.p.348. & nu.6.p.351.
.. Corporis afflictiua nequit conuerti in pecuniariam,nu.2.pag.364.
.. Declarata à lege quoad effectum iuris, non requirit sententiam,sed patrato crimine statim fisci debetur,n.122.p.333.
.. Imposita à statuto pro aliquo facto si nō exprimatur, cui sit applicanda, ad fiscum spectat, nu.118.p.302.
.. Indignationis Principis, in ipsius arbitriū remittitur,nu.76.p.537.
.. Pecuniaria nùm extinguatur morte delinquentis, n.10.cum seq.p.344.
.. Triremium grauis æstimatur, siuè perpetuo siuè ad tempus imponatur,num.39. pag.417.
Pœnæ contra extrahentes statutæ per Regias Sanctiones, insolidum non exiguntur, sed quot sunt personæ delinquentes, tot pœnæ fisco acquiruntur,n.67.p.270.
.. Pecuniariæ, impositæ aduersus extrahentes contrà deuetum, & contrà fraudantes gabellas, an spectent ad fiscum, siuè ad assignatarios gabellarum.n.39.cum seq. p.293. & n.42.cum seq.p.294.
Quomodò practicatum,nu.51. Et decisum, nu.73. & nu.76.pag.296. Decisum in Reg.Iunct.Contraban. n.97.p.299.
.. Pecuniariæ præscriptæ in crimine extractionis contrà deuetum, an transeant aduersus hæredes, vel morte criminosi extinguantur, nu.18.cum seq.p.345. Verior opinio, nu.33.cum seq.pag.346. Obseruatum in Reg. Iuncta Contraban. nu.68.pag.349.

Possessio.

Possessio centenaria priuilegio æquiparatur,& tantùm operatur Regia largitio, quantùm immemorabilis possessio,nu.28.pag. 521.
.. Immemorabilis nemini suffragatur, nisi

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

Domini ad quem spectat vsus, certa interueniente scientia, & patientia, nu. 152. p.456. & n.153. p.460.

Maximè in acquisitione rerum incorporalium, n.155. p.460.

.. Collati muneris, qui prius nactus est, præponitur cæteris eodem tempore, vel ante eadem dignitate electis, siue maiore dignitate decorentur, siue iusto impedimento possessionem adipisci nequiuerint, nu 97. pag.82.

Pluries decisum, n.99. cum seq. p.83.

Refelluntur allegata in contrarium, n.106. cum seq. p.84. Vid in verb. Præcedere.

Quid dicendum in Officialibus supernumerarijs, nu.1. p.85.

Postliminium.

Postliminio reuerso omnia sua iura competũt, omniaque pristina sua iura debentur, nu.13. vers. Idemque, p.124.

.. In rebus tantùm immobilibus procedit, nu.157. pag. 441. Idemque est in seruis, n.158. Secus in mobilibus, n.159.

Pragmatica.

Pragmatica. Vid. in verb. Extractio.

Præcedentia, & Præcedere.

Præcedentia illi competit, qui prior in officijs possessione reperitur, nu.3. p.64.

.. Recte postulat, qui paternis refulget meritis, n.18. cum seq. p.76.

.. Tribuitur vnius momenti: spatio, num.64. pag.81.

.. Certamen nùm possit per Principem statuto prohiberi, nu.21. p 35.

.. Prærogatiua nequeunt partes renunciare, nu.24.

Eamque defendere quilibet potest armata manu, nu.25.

.. Quæstiones inutiles sunt, num.1. cum seq. pag 34.

Sola quasi possessio, & consuetudo in precedentijs attendenda est, n.42. p.78.

Præcedere quisnàm debeat ex duobus Officialibus eodem tempore creatis, nu.1. & 2. pag.75. Vid. in verb. Magistratus.

.. Quisnàm debeat, si inter duos ad dignitatem eodem tempore euectos alter sit, qui actu Iudex est, alter verò fuit, & tempore collati muneris destitutus reperitur, nu.38. & nu.41. p.78.

.. Quisnàm debeat, si alter verò minorem occupet dignitatem, & posteà ad eandem altam dignitatem euchantur, n.43. cum seq. & n.45. p 79. Decis. nu.48. cum seq.

.. Quisnàm debeat, si duo ad idem officium fuerint electi, sed vnus præcedat in data, alter verò possessionem nactus sit, nu.50. cum seq. & nu.58. p.80. & n.75. p.81. Distinguitur, n.59. & 61. & n.92. pag.82.

Præda.

Præda acquiritur Principi, expensis cuius bellum geritur, nu.94. p.434. Olim quomodò partita apud Romanos, num.103. pag.436.

Hodie quomodò diuidatur secundum Instructiones per Regem Philippum Secundum, nu.110.

Decisio Reg. Cam. quod Reg. Curia decimam partem habeat omnium prædarum, nu.116. p.437.

.. Capi non potest in alieno territorio non hostili, n 116. p.457.

.. Facere non licet in loco illius, qui amicus est prædantis, & prædati, n.131. p.458. Nec in portu Anchonitano de bonis Turcarum, & Iudæorum, ibi existentium, nu.133.

Neque in Ciuitate Liburnÿ, n.134.

Et quid in mari Adriatico, nu.137. cum seq. pag.459.

Pertinet ad capientes, si ex interuallo fuit recuperata, n.162. p.441.

Quando præsumatur ex interuallo recuperata, nu.163. p.442.

Quando possit legitimè applicari Domino Territorÿ, in quo præda fit, num.118. cum seq. p.457.

Cætera, vid. in verb. Depredari.

Præfectus.

Præfectus annona. Vid. in verb. Annona.

.. Classis antiquitus nullam iurisdictionem habebat, nec in terra, nec in mari, n. 1. pag.413.

Ab eius decretis appellatur ad Generalissimum, nu.9. pag.414.

Nùm eius iurisdictio sit cumulatiua, vel priuatiua, nu.13. cum seq. & num.53. pag.419.

Plectere non potest Officiales à Rege creatos, nu.18. p.415.

Nec sententias eius Iudicum in terra exequi, nu.19.

Nec in ciuilibus causis se ingerere, nu.20.

Quisnàm fisci partes agat in criminalibus, nu.22.

A quo puniendus Classicus. Vid. in verb. Classicus.

Eius

Digitized by Google

Eius iurisdictio limitata est ad certũ genus personarum, nu.44. pag.418. Qualiter practicatum, nu.48. Decisum, num.52. pag.419.

Tribunal in molo Ciuitatis habet ex concessione Proregis, nu.61.

Decis. Reg. Reuert. nu.68. cum seqq. p.421.

.. Pratorio creatus fuit cum altissima potestate, & Prorex eius tenet locum, n.153. pag.103.

.. Vigilum quisnàm sit, & quid eius munus. Vid. in verb. M.C.V. & in verb. Regens M.C.

Prælatio.

Prælatio ex quasi possessione iudicanda, n. 93. pag.82.

Prælatus.

Prælatus cum Capitulo repudiare potest legatum, vel hæreditatem, sibi delatam absque Paulinæ solemnitatibus, num. 176. pag.227.

.. Ratione iurisdictionis, quam habet à Rege, & tanquam Baro, iudicatur vt laicus, nu.70. p.118.

Prælati, & personæ Ecclesiasticæ contribuere, nùm teneantur in donatiis, Regi faciendis. Vid. in verb. Donatiua.

Præscriptio.

Præscriptio centenaria, & immemorabilis in materia Baroniæ, &c. non opitulatur, quando constat de titulo nullo, & inualido, nu.79. p.241.

.. Longissimi temporis titulum, & inuestituram non exposcit, titulumque concessionis, & subinfeudationis probat: bonam fidem, & iustam præscribendi causam præbet, nu.41. p.238.

Quid operetur lapsus quatraginta annorum, nu.42.

Spatiũ annorum quatraginta an præscriptionẽ inducat existente titulo inualido, nu.45. Vid. in verb. Quadragennalis.

Præses Sac. Conf.

Præses Sac. Consilij ad beneplacitum Suæ Maiestatis, vel Regnicola, vel exterus eligitur, nu.24. p.12.

.. Concedit Regias decretationes de verbo faciendo, nu.12. p.47.

.. Cognoscit causas Actorum Magistrorum, Scribarum, & Porteriorum Sac. Consilij, tùm Ciuiles, tùm Criminales, nu.13.

Crudeles vindictas, à Prorege ierecundo motu mandatas differre potest infra 50. dies, nu.17.

Concedere valet appellationem ratione comminatæ torturæ, vel grauaminis inferendi, n.18.

Dùm causas committit Regijs Consiliarijs delegare non videtur, sed potius inter eos distribuere, nu.12. pag.51.

Instantiam reuitarare potest, lapsu triennali peremptam, n.20. p.47.

Regentem M.C.V. carcerare potest, nolentem obedire Regijs decretationibus, aut alijs ordinibus Sac. Consilij, n.21. Obseruatum refertur de anno 1621. nu.22.

.. Exercet munus Prothonotarij, & Viceprothonotarius à Rege creatur, nu.23. cum seq. p.48.

.. Vtrum præcedatur à Visitatore generali, accedente ad Sac. Consilium, nu.35. p.49.

.. Interuenire potest in qualibet aula Sac. Consilij, n.5. p.46.

Et in quibus decretis interueniat, nu.6.

Arbitrabitur, si causa decidenda sit iunctis aulis, nu.7.

Adiunctos dare potest in paritate votorum: & quid si ipse votauerit, nu.9. p.49.

Et quid si votorum paritas sit inter duos Magistros rationales Regiæ Siclæ, n.10.

.. Locumtenentem Reg. Cameræ præcedit, n.1. p.46. Ratio, n.2. & 3. & n.31. p.48.

Et quid si ambo munere fungerentur Consiliarij Status, n.32.

Vel si ambo præessent in Collat. Consilio, vt Regentes Regiam Cancellariam, nu.34.

Regentem Reg. Cancellariã præcedit, prout etiam Propræses Sac. Consilij, si Regens accesserit ad Sac. Consilium, nu.36. cum seq. p.49. Ratio, n.38.

Quid in Collaterali Consilio, n.39.

.. Si moriatur, vel alias suum vacet officium, expletur per Decanum Sac. Consilij, n.2. vers. Quinimò, p.67. Multis exemplis confirmatur, vers. Quod etiam, & nu.3. & vers. Modo. Licet alij Domini Proreges aliter decreuerint, vers. Verum.

Præsidentes.

Præsidentes Reg. Camera, & eius Tribunal præcedunt Tribunal M.C.V. n.1. p.53. Ratio, nu.2. cum seq. & nu.5. cum seq. pag 54.

.. Pro duabus partibus Regnicolæ eligentur, n.28. p.12.

Si Consiliarius efficiatur Præsidens Reg. Cam. vtrum alios præcedat, nu.1. & 2. pag.64.

Digitized by Google

Rerum, & Verborum.

Primogenitus.

Primogenito tantùm tribuitur ius exigendi dotes, constitutas cum assensu super feudalibus: sed illud experiri tenetur ad instantiam secundogeniti, eique soluere partem, dote exacta, n.112. vers. Praedictis, p.218.

Et potest à secundogenito compelli circà hoc, vers. Quinimò, p.219.

.. Si noluerit praestare consensum super feudi refutatione facienda, quae nam cautela tradatur, n.191. p.230.

.. Tantùm in feudis succedit, iure francorũ attento, n.5. p.235.

Princeps.

Princeps Bisniani priuilegium habet indulgendi delicta in terris suis, etiam parte non concordata n.30. p.144.

.. Concedendo officium, praecedentiam concessisse videtur à die creationis, & data, nu.56 p.80.

.. Contractum à se iuratum nequit reuocare, nu.17. p. 312. Sed contrarium, nu. 18. pag.313.

.. Detrahere potest iuri tertij, etiam quaesito, d.n.18. Ratio, n.19.

.. Derogare velle non censetur iuri fisci, n.59. p. 328.

.. Donans, donata praestare non tenetur, nisi deducto, ne egeat, & omni aere alieno, n.96. p.132.

Quid si donat cum clausula, vt donantis bona sit hypotheca affecta, n.101. cum seq. p.133.

An teneatur reficere damnum donatario si donationem reuocauerit ex causa publicae vtilitatis, n.126. p.135.

Ex causa publicae vtilitatis contractum alterare potest, reuocare decreta, & Reipub. conuentiones, atque alia, quae forsitan essent irreuocabilia, nu.120. p.134.

Et etiam contrà naturalem aequitatem statuere, n.121.

Fidem adeò facit indubitatam, vt probationem non admittat in contrarium, si in priuilegio aliquid affirmet, num. 99. pag.28.

Gratiam facere nequit, parte non concordata, n.65. p.370.

Limita si poena sit arbitraria, nu.67.

Vel si sententiam foriudicationis suspendat, firma tamen remanente quòad delictum, nu.69. Et ità seruatum, n.70.

Vel si pars offensa esset incognita, extera aut mortua, seù de eius haeredibus nulla haberetur notitia, nu.71.

Siuè concurrente publica vtilitate, n.72.

Limita etiam pro bono pacis, n.74. p.371.

Vel si pars offensa non accusauit, n.76.

.. Prius manum mittere debet ad bursam subditorum, quam proprium Ærarium expendere, nu.27. pag.491.

.. Qui suprema vtitur potestate, potest ex iusta causa dispensare contra decreta iuris naturalis, & Gentium, nu.29. cum seq. p.395.

.. Quod dari mandat, pro dato habetur, nu. 56. pag.80.

.. Tanquam lex animata dominium, & possessionem transferre potest absque traditione, nu.57.

.. Tollere non potest ius tertij sine causa, etiam de plenitudine potestatis, nu.64. p.370.

Principis iussus, & voluntas iusta, iuridica, & rationabilis dicitur causa, ad priuandum aliquem officio etiam perpetuo, nu. 77. cum seq. p.98.

Vtrum possit auferre officia, concessa subditis absque causa, nu.85. p.99.

Prioratus.

Prioratus Sancti Nicolai Barensis, comprehenditur sub Capitulis, & gratijs, Regnicolis concessis, quod scilicet in illis seruetur alternatiua, &c. n.81. p.15.

Si prior exterus mori contingerit ante captam possessionem, nùm teneatur S.M. conferre illum Regnicolae, vel collatio sortiri debeat in personam exteri, n.82.

Prouisio Sua Maiestatis ad fauorem Regnicolae, n.83.

Priuilegium.

Priuilegia, ad beneplacitum Sedis Apostolicae, vel Regis concessa, morte concedentis non dicuntur reuocata, nu.19. pag.250. Ratio, nu.20.

.. Assensus, vid. in verb. Assensus.

.. Legitimationis, à quo subscribatur, nu.27. pag.48.

Priuilego officij, annexam habente iurisdictionem, vt quis potiatur, quae copulatiuè exigantur, nu.68. p.81.

Promissio.

Promissio de vendendo, non dicitur vera venditio, nu.96. p.563.

.. Sub verbo, & fide Regis semper est seruanda, etiam hostibus, nu.30. p.468. Exemplum Imp. Carolis V. nu.31.

Pro-

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

Prorex.

Prorex abdicare potest causas à Curijs Baronalibus: easque illis non remittere, & quando,nu.91.cum seq.p.99.

.. Assensus quoscumque præstare potest super bonis feudalibus, tanquam Regis Vicarius,nu.3.p.150. Sed limita in multis casibus,nu.9.

Maximè si bona feudalia ad Ecclesiam,seù Monasterium, aut ad Vniuersitates deuenire possent,nu.10.p.151.

Quid si feudum ponerent in capite laici, vel cuiusdam particularis,nu.18.p.152. Ratio, n.19. Decisiones in diuersis temporibus,nu.20.

.. Assensum dare nequit super feudi emptione facta per S.R.E. Cardinalem,nu.11. p.151.

.. Assensum præstare an possit super feudorum obligationibus ad beneficium Ecclesiæ, Monasterij, seù Vniuersitatis contractis,n.21.p.152.

.. Assentiri non potest super feudi alienatione, facta per carentem legitimo successore,n.1.pag.156.Ratio, nu.2.

Et quid super feudorum obligationibus, nu.6. p.157.

Refertur stylus Reg.Cancellariæ, nu.7.

Et quid super feudi obligatione, pro ipsius pretij solutione,nu.8.

Et quid super translatione, siue cessione actionis hypothecariæ tantùm super feudo,nu.9.Ratio,n.10.

Et quid si alienans possit sperare legitimũ successorem,nu.13. & num.16.cum seq. pag.158.

Et quid si successorem habeat, sed in ea ætate constitutum, aut mala valetudine affectum, vt nullo modo alium post se habeat, vel speret successorem,n.23.cum seqq. p.159. & nu.30.cum seqq.p.160.

Et quid si successorem habeat Clericum in minoribus,n.36. cum seq. seù beneficiatum,nu.49. cum seq p.163.

Et quid si in concessione feudi facultatem quis obtinuerit alienãdi,obligandi,&c. n.73.p.166. & n.76.p.167.

.. Assensum præstare nequit, vbi feudi natura mutatur,nu.1.cum seq. pag.175. & pag.176.

An satis sit, quauis alteratio ad naturæ feudi mutationem,n.26.p.177.

Vel si tractetur de mutatione feudi ad tempus,nu.28.

.. Assensum præstare nequit,vbi maxima pars feudi, vt potè medietas,tertia,vel quarta pars alienatur,nu.1.p.234.

Vel si ageretur de diuidendo feudo, nu.13. p.235.

.. Assentiri nequit, vbi principatus, Ducatus, Marchionatus, vel Baronia, aut quoduis feudum magni momenti alienatur,n.1.pag.253.

An id procedat in obligationibus supradictorum feudorum, n.7. cum seq. p.254.

Quid si distrahantur absque titulo, nu.9. & nu.32.p.256 & nu.33.p.257.

Et quid ex Indulgentia nostræ Ciuitati concessa,nu.11.p.254.

Et quid si feudum consisteret in annuis redditibus ducatorum mille, n.12.cum seq. pag.255.

Et quid si Baronia redditus, excederent summam ducatorum mille,nu.16.cum seq.& n.21.cum seq.p.256.

Banna emanare potest Pragmaticas,& statuta promulgare etiam præter ius,num. 175. cum seq pag.106.

.. Barone existente contumace, Officiales constituit in eius terris,nu.87 p.99. Ratio, nu.88.cum seq.

.. Bona priuatorum capere potest, alterique concedere ob puplicum bonum; nec ad emendam tenetur,si id agat per modum legis,n.49.p.97. Ratio,n.50.

.. Cogere potest subditos inter se rixantes,vt paciscantur,n.18.p.95. Ratio,nu.24.

Quid si interueniet sanguinis effusio,n.22. cum seq.

.. Cogere potest ad præstandum cautionem de non offendendo,quamuis fuerit parti satisfactum de interesse,& pœna, nu. 25. cum seq.

Et pro omnibus coniunctis nulla attenta personarum qualitate, vel gradu, n.39. pag.96.

.. Cogere potest partes ad compromittendum causas ciuiles inter Magnates vertentes, maximè si ex controuersia scandala oriri possent,n.46.p.97.

.. Cogere an possit creditores ad remittendum debitori partem debiti,nu.140.p.103.

.. Cogere potest Dominos animalium, & nauium ad vehendum frumentum pro seruitio annonæ.nu.93.p.526.

.. Cogere potest Dominos frumenti ad illud vendendum iusto pretio,nu.96.

.. Cogere potest Ciues, aliosque subditos, & habi-

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

habitatores, vt tempore necessitatis frumentum emant pro modo substantiæ, & in Ciuitate vendant, nu. 101. p. 527. Et ad proficiscendum in regiones longinquas pro frumento emendo, nu. 102. Et ità pluries practicatum n. 103.

Et vt mutuent pecuniam Ciuitati pro modo facultatum, vt tempore penuriæ emere possit frumentum, & fruges, nu. 104.

.. Cogere potest Ciues ad emendum frumentum, vel aliud, quod Ciuitas paratum habet ad vendendum, nu. 109.

.. Cogere potest Ciuitatem, & Regnum ad donandum Regi in multis casibus, nu. 41. cum seq. p. 493.

.. Cohercet Castellanos, criminis Reos pœnis plectit, nu. 1. pag. 113. Decisum, n. 4. Littera Sua Maiestatis, nu. 5.

.. Concedere nequit, quæ ad diminutionem tendunt dominij Regis, nu. 10. pag. 151. & n. 2. p. 156.

.. Concedere potest guidatica conducentibus frumentum pro annona, n. 95. pag. 526. Vid. in verb. Dare.

.. Concessiones, seù Regias ordinationes potest detinere, & executioni non demandare causa consulendi Regem, n. 155. cum seq. p. 104. Ratio, n. 157.

.. Conferre potest dignitates, & officia cum præcedentiæ prærogatiua, nu. 146. p. 103. Ratio, n. 147.

.. Conferre potest officia, valorem ducatorum sex non excedentia, nu. 9. pag. 113.

.. Constituit, & creat Iudices M. C. V. eosque potest remouere ante expletum annum, vel biennium, nu. 71. cum seq. p. 98.

Et pro libito voluntatis nulla patefacta causa, n. 73.

Sed limita in officijs perpetuis, nu. 75. cum seq.

.. Constitutus dicitur ad omnia solita, & insolita, ac personalia, & quæ Principi sunt reseruata, nu. 4. p. 150.

.. Constitutus dicitur alter Ego, & quomodo hoc intelligatur, nu. 5. p. 138. & n. 8. & nu. 11. p. 143.

.. Creare nequit Officiales perpetuos, nu. 60. pag. 145. Sed tantùm habet nominationem, nu. 61.

.. Creare an possit Proconsiliarios, & Proprasidentes Reg. Camera, nu. 62. p. 146.

Vel Proregentes in Collaterali Consilio, nu. 65. cum seq.

.. Creare non potest sibi Locumtenentem siue licentia Principis, n. 1. p. 138. Ratio, n. 2. cum seq. & nu. 24. p. 139.

Sed limita iusta existente causa, nu. 7. Et ità pluries practicatum, n. 8. & nu. 13. pag. 139.

Limita etiam in discessu, n. 14. Et ità practicatum, n. 15. etiam in Regno Sicilia, nu. 16. Sic in casu infirmitatis, nu. 17. Ratio, n. 18. cum seq. ità practicatum in Regno Sicilia, & Mediolani, n. 25. cum seq.

.. Dare non potest officium Castellani, nec super Castri, & iurisdictionis Castellani venditione assensum præstare, nu. 8. pag. 113. Nec super cessionibus substitutionibus eiusdem officij, nu. 10. cum seq.

Decernere valet, vt vassalli alio connolantes, redeant, n. 103. p. 100.

Prorex delegare potest negotia, & causas, quascumque ad omnia Tribunalia spectantes, nu. 164. cum seq. pag. 105. Ratio, nu. 166. Sed respondetur, nu. 168.

Et quid in causis criminalibus contrà Neapolitanos, nu. 171.

Et quid in causis particularium, & Vniuersitatum Regni, n. 173.

Delegare non posset causas appellatione remota, n. 53. p. 145.

.. Delictum facere potest sub pœna, quod alias erat permissum, nu. 177. p. 106. Ratio, nu. 178.

Et potest illud extendere vsque ad mortem, d. n. 177.

.. Delinquentes agratiare nequit, & delicta indulgere absque voto Regentium, n. 16. p. 143. Et neque absque partis remissione, nu. 18. Ratio, n. 19.

Et quid publica suadente causa, num. 23. pag. 144.

Neapolitanus dicitur Regis Vicarius in nostro Regno, n. 2. p. 113.

.. Differre potest tempus solutionis, & ordinare, vt paulatim debitè soluatur contrà leges contractus inter creditorem, & debitorem initi, n. 138. p. 102. Etiam in foro polis, n. 139.

.. Dispensare non potest Regia Pragm. prima sub titulo de priuil. infr. annum exhib. n. 70. p. 146.

Nec dispensare, vt Regij Ministri aliquid accipiant à quauis persona, & pro quauis causa, nu. 73.

An possit dispensare, vt Ministro Regio detur duplicatum salarium, quando duo exer-

exercet officia,n.76.p.147.
.. Dispensare non valet, vt Ministri Regij mercaturam exerceant,n.82.
.. Regni Neapolis dispensare potest ex iusta causa contra iuris naturalis, & Gent. decreta,n.28.p.394.
Eligit Tribunum populi ex sex nominatis à Platea,nu.119.p.528.
Exercet munus Capitanei Generalis, & dicitur Magister Militum, ac Peditum, n.1.p.109.
Exteros à Regno ejicere potest, num.100. p.100. Ratio,n.101. Maximè si annona pro Ciuitate non sufficiat,nu.102.
.. Facultatem an possit dare seruiendi per substitutum,nu.21.p.32.
Et quid si officium collatum fuerit fœminæ, Muto vel Surdo, aut aliter notoriè impedito,nu.22.
Et quid cum voto Collater.Consilij ad certum tempus,nu.23.
Et quid si Officialis sit discessurus pro Regis seruitio, nu.24.
.. Guidatica, & Moratorias solet expedire, & pro quibus causis,nu.143.p.103.
.. Imponere potest charitatiuum subsidium: & in quibus casibus; & quæ nàm bona illi subiaceant,n.43.cum seq.p.96.
.. Decisionibus causarum, vertentium in Collat.Consilio, an possit vota paria dirimere, & inclinare in meliorem partem sibi visam,nu.15.cum seq.p.94.
Quid hodie practicetur; & an teneatur inclinare in mitiorem partem.n.17.
.. In omnibus negotijs iustitiæ, & patrimonij Suæ Maiestatis nihil concludere potest sine votis Regentium,nu.12.p.143. Ratio, nu.13.
Inquisitores contrà Officiales potest per Regnum mittere, quamuis paruerint syndicatui, & liberatorias obtinuerint, n. 99. p.100.
Prorex instructiones,quæ sibi à Rege dantur, ad literam seruare tenetur, nu.2.& 3. p.142.
Nec debet suam authoritatem ampliare, nu.4.
Sibique aliquid impositum,vt seruet in casu particulari, extendere non valet in alijs vigore clausularum generalium, nu.5.pag.143.
Neque vigore clausulæ: alter nos,n.8.
.. Legitimare potest filios naturales, & spurios etiam quòad successionem, num.120. pag. 101. Ratio, num.121.
Nec tenetur tempore legitimationis aliquem audire, vel citare, nu.123. Ratio, n.125. An sit citanda proles legitima.si existat, nu.126. vers. Quod etiam,pag. 102.
Si fiat legitimatio ad filij instantiã, nùm sint citandi Agnati,n,127.
.. Licentiam concedere nequit, ædificandi in loco publico, nu.83.p.147.
Et in circuitu meniorum Ciuitatis Neapolis, & suburbijs, neque per spatium cannarum centum,n,86.cum seq. Et ità practicatum, nu.88.
Neque ædificandi in littore maris, nu.91. Nisi aliter dictaret consuetudo, n.92.
Et quid pro refectione domus,n.93.
.. Mandare potest, vt partes, ad inuicem paciscentes, se obligent de non offendendo, nulla interueniente cautione, num. 40. pag.96. Maximè inter Nobiles,& Magnates,nu.41. Et à qua persona capi debeat hæc obligatio,nu.42.
.. Mandata sui Prædecessoris seruare debet, nec illa reuocare,nu.31.pag.149. Ratio, nu.32.cum seq.
Maximam supra milites habet authoritatem, tanquam Capitaneus generalis, n.194.p.107.& n 1.pag.109.
Militibus ab intestato decedentibus succedit,nu.7.p.109. Sed hodie succedit Hospitale Sancti Iacobi Hispanorum, n.8.
Militum causarum cognitio ad Porregem spectat, & dicitur Dux belli,n.3.p.113.
Noua ædificia in Regno construere nequit absque Regis permissu,nu.41.p.144.
Nec naues, & triremes in Regno construere,nu.42.p.145.
.. Regni nostri, & cuiusuis iurisdictionis nostri Monarchæ officium habet Præsidis, & Proconsulis Prouinciæ,n.1.p.94. & n.3.p.393.
Potestatem habet Capitanei Generalis in milites,& prouinciales,ac Præfecti prætorij, nu.4.
Tribus nominibus decoratur, nu.5.
Regem repræsentat, eiusque vice fungitur, nu.6.cum seq.
Suprema Regis *potestas tribuitur:& alter Ego constituitur,n.8.& n.9.p.95.*
Similis illi debetur reuerentia, quæ debetur Regi,*n.10.*
Potest gerere omnia, quæ gerit Rex,*nu.11.*
Eius potestas non cessat morte Regis, *n.12.*

Limi-

Digitized by Google

Elencus Locupletiſſimus

Limita præſente Rege, *nu.* 14.

.. *Officiales ſupranumerarios conſtituere nequit, n.*18.*p.*86.

.. *Officia vacatura poſt aduentum ſucceſſoris prouidere non poteſt, n.*68. *p.*146.

.. *Ordinare non valet, vt ſupерſedeatur in exequendo ſententias Sac. Conſilÿ, donec cognitum fecerit de meritis cauſæ reclamationis, n.*19.*p.*42.

.. *Ordinare poteſt, vt pœna mortis, qua viget contra inſignes malefactores, puniantur etiam eorum receptatores, nu.* 181. *p.*106. *Et ità obſeruatum, n.*182. *cum ſeq.*

.. *Ordinare ſolus poteſt ea, quæ attinent ad gubernium Tribunalium, n.*201.*p.*107. *Et quid in negotÿs concernentibus iuſtitiam, nu.*202.

*An impedire poſſit prouiſiones, à Collaterali Conſilio expeditas, n.*203.*p.*108.

.. *Ordinare poteſt, vt merces corruptæ proÿciantur, n.*112. *p* 527.

.. *Ordinare poteſt, vt ſcandalorum authores à Ciuitate exulent, n.*53. *& n.*56.*p.*97. *Contr. nu.*54.

.. *Ordinare poteſt, vt quis capiatur, & carceretur, antequã de crimine conſtet, n* 57.

.. *Plenitudinem habet ſupremarum poteſtatum in hoc* Regno, *nu.*64. *p.*98.

Eamque an habeat Prorex in Regno *Siciliæ, nu.*65.

.. *Priuilegia concedere valet, n.*148.*p.*103.

*Maximè ſi in ſubiecto concurrant merita, nu.*151.

.. *Priuilegia conceſſa reuocare valet ob publicam vtilitatem, nu.*62.

*Et quid ſine cauſa, & ad libitum abſque partis citatione, nu.*63.*p.*98.

.. *Prouiſiones ſtatuere an poſſit abſque Collateralis Conſilÿ ſuffragio, nu.*196.*p.*107.

*An teneatur ſequi votum Regentium, n.*197. *cum ſeq.*

.. *Prouidet ne loca pia à laicis gubernata, & Regiæ iuriſdictioni immediatè ſubiecta, ne ab Epiſcopo viſitentur, n.*94.*p.*99.

.. *Publicis in comitÿs fieri non poſſunt donatiua, abſque Regis permiſſu, nu.*46. *cum ſeq. & n.*49.*p.*145.

.. *Recuſari poteſt, vt ſuſpectus, n.*55.*p.*145.

*Pluries obſeruatum in Regno Siciliæ, n.*56.

*Practicatum in Regno Neapolitano, n.*57.

*Admiſſa Proregis ſuſpictione, an catera Tribunalia ſuſpecta reddantur, nu.*57.

.. *Repræſalias concedere poteſt, n.*209.*p.*108.

*Ratio, n.*210.

.. *Si diſcederet à Regno non conſtituto Locumtenente, , quisnàm Regnum gubernaret, nu.*34.*p* 140.

*Et an Regni Comeſtabulus, n.*40. *Vid. in verb. Collaterale Conſilium.*

*Stipendiarÿs, & penſionarÿs, proviſis in officio, vel gubernio ſuſpendere poteſt prouiſiones, & ſtipendia, donec ſeruitio incumbant, nu.*131.*p.*135.

.. *Subditos confinare poteſt ex ſola ſuſpictione abſque alio proceſſu, nu.*51.*p.*97.

*Maximè homines ſeditioſos, & ſcandaloſos, nu.*52.

*An poſſit ſeditioſum necare propria manu, nu.*61.

*Prorex habitationis cauſa poteſt capere perſonas ab alÿs locis, & transferre in terris deſolatis, nu.*104.*p.*100. *Ratio, n.*105.

*An idem poſſint Barones, nu.*107. *cum ſeq. Et vid. in verb. Baro.*

.. *Tollere non poteſt, neque de plenitudine poteſtatis, ſicut nec ipſe Rex, quæ iuſſit Regia Cancellaria, nu.*20.*p.*143.

.. *Tollere non poteſt recuſationem Iudicis ſuſpecti, n.*52.*p.*145.

.. *Vendere non poteſt Caſtra, vel Terras Regis, aut Regi deuoluta abſque ſpeciali mandato S.M. nu.*96.*p.*148. *Et ſic ſeruatum, n.*97. *Et quid tempore neceſſitatis, nu.*98.

*Nec vendere poteſt iuriſdictionem criminalem alicuius Terræ, nu.*100.

*Nec vnire, vel diuidere Prouincias Regni, nu.*102.

*An poſſit villas, & Caſalia à Ciuitate ſeparare, nu.*104.

*Vel ſingulorum iuriſdictiones, & Ciuitates diuidere, nu.*105.

.. *Vendere non poteſt in Regno bona aliqua, nec illas conducere, nu.*44.*p.*145.

.. *Vendere poteſt bona demanialia Regis abſque ſubhaſtationibus, nu.* 206. *cum ſeq.* *p.*108. *Et ità deciſum, n.*208.

.. *Viſitationi non ſubeſt, n.*152.*p.*103.

.. *Vxorem in Regno ducare non poteſt abſque diſpenſatione Regis, num.*36. *cum ſeq.* *pag.*144.

*Nec filium in matrimonio collocare, n.*38.

Sed filias poteſt in Regno *maritare, n.*39. Ratio, *nu.*40.

.. *Statuere poteſt pretia rebus comeſtibilibus, cui taxæ Clerici ſubÿciuntur, num.*88. *p.*526.

*Viſitatorem in triremibus præfigere ſolet n.*23.

Digitized by Google

n.23.cum seq. p.415.
Proregi competit annonæ regimen, nu.81. cum seq. p.525.

Prothonotarius.

Prothonotarius vocatur in iure Primicerius, & eius officium est magnæ præeminentiæ, n.25.p.48.

Prouentus.

Prouentus nùm veniant appellatione fructuum feudi, nu.90.p.298.

Q

Quasi possessio.

Quasi possessio in materia præcedentiæ vnico actu acquiritur, n.14.pag.54.

Quatragennalis.

Quatragennalis possessio omnem tituli defectum purgat, licet agatur de re, quæ sinè titulo non præscribitur, nisi tempore immemorabili, n.44.p.238.

Quod.

Quod iure dominij acquiri non potest, obtineri in eo valet ius possidendi, præoccupandi, & alios prohibendi, num. 150. pag.459.

R

Receptatores.

Receptatores bannitorum puniri possunt eisdem pœnis, ac banniti, tàm iure communi, quàm Regni, data confessione in tormentis duorum proscriptorum deponentium, etiam de actis diuersis, nu. 70. p.398.

Rectores.

Rectoribus prohibetur vltima die sui regiminis custodes carcerum eligere, vt durent post finitum regimen, n.6. p.5.

Refutatio.

Refutatio feudorum à patre in vita celebrata in beneficium secundogeniti, consentiente primogenito, valet sine assensu Domini, n.188.p.229. Et ità decisum, n.189. Explicatur decisio in contrarium, nu. 190.

Legitimæ super feudo an requirat assensum Regis, nu.168.p.227.

Si fiat secundogenitis, vel illis, qui immediatè non succedunt, valet, si consensum habeat primogeniti, vel immediatè successoris, nec requirit Regis assensum, nu.141. pag.224. Contrarium, nu.158. & nu.164.cum seq. pag.226. & n.182. cum seq. p.228.

Si primogenitus noluerit præstare consensum, an possit compelli. Vid. in verb. Primogenitus.

An talis consensus interuenire debeat in ipso refutationis actu, n.142.p.224.

An possit præcedere, vel subsequi, n.143.

An refutatio valeat, si primogenitus consentiat mediante pretio, n.145.p.225.

Vt valeat, tanquam facta proximè successuro, quid exposcat, nu.20.p.158.

Refutationis natura, quæ nàm sit: & an dicatur successio præmatura, n.192.p.230.

Regalia.

Regalia indiuidualem concessionem requirũt, nec sub generali concessione comprehenduntur, nu.105.p.301.

Non possunt in contractum deduci, absque assensu Principis, n.10. & n.13.p.546.

Etiam si in allodium concedantur, n.14.

Et sub pœna nullitatis actus, n.17. p.556.

Et possunt contrahentes alienationem sinè assensu reuocare ad instar feudi, n.18.

Et quid de iure Regni, nu.19.

Semper censenda sunt sub iurisdictione concedentis, n.71.cum seq. p.25.

Eorumque à possessione abstinere debet possessor lite pendente, n.72. p.296.

Regia Camera.

Regiæ Cameræ Tribunal. Vid. in verb. Tribunal.

Regens.

Regens in Supremo Italiæ Senatu in Regno Hispaniarum, si transeat ad Collaterale Consilium Regni Neap. an præcedat alios Regentes, ipso moderniores, etiam Decanum, nu.1.p.69. & n.6. p.70.

De Consilio Italiæ non est de corpore Collat. Cons. & diuersũ munus habet, n.2.p.69.

An sit maior dignitas in Supremo Italiæ Senatu, quam in Collaterali Consilio, nu.3.p.70.

Si ad Collaterale Consilium destinetur, nouo indiget priuilegio, nu.5. & nu.15. pag.71.

Quomodò sedeat, nu.7. & nu.10.

Talis postquam est Electus, possessionem capere, an debeat in Collat. Consilio Neap. nu.8. Et ità obseruatum in persona Domini Regentis Galeota, n.14.

Debentur illi munuscula salis, saccari, & ferri, quemadmodùm alijs Regentibus, nu.9.

Digitized by Google

Et quisnàm inter ipsos præcedat, num.12.
Obseruatum pluries,nu.12.
Magnæ Curiæ Vicariæ dicitur Præfectus Vigilum: & quid sit eius munus,n.40.cum seq. p.59.
Et primo anno prouideri debet regnicola, in altera verò vice ad beneplacitum, nu.29.pag.12.
Regiam Cancellariam, etiam recentior præcedit omnes Consiliarios Status, quamuis antiquiores, n.5. p.37. Ratio,nu.6. cum seq. & n.29. p.39.
Decis.in duplici causa,nu.12. p.38.
Quid seruetur,nu.13.
Quid si totum Collat.Consilium congregetur coram Excell.Domino Proroge, nu. 14.cum seq.
Quid si Consiliarius Status titulo aliquo refulgeat, nu. 16.
Regiam Cancellariam Titulatus sedet ad dexteram, & inter Reg.titul.quis præcedendi ordo attendatur,nu.22. p.39.
Si sit Titulatus exterus Regni, *an sedeat, vt Titulatus Regni,nu.23.*
An Titulatus exterus præcedat alios titulo carentes, ibid. vers.Hinc habes,
An Titulatus Regni *præcedat Titulatos exteros,nu.24. Decisum nu.27.cum seq.*
An præcedant Titulati, si Tribunal petant, vt assistant eorum causæ discussioni, vel vt interueniant pro consanguineis,nu.31.p.40.
Et quid si interueniant in actibus indifferentibus,nu.32.

Regnicola.

Regnicola, *siue naturalis* Regni, *quisnàm dicatur,n.86. p.16.*

Regnum.

Regnum *Neap. & Siciliæ an teneantur donatiua facere* Regi *nostri. Vid. in verb. Neapolitana Ciuitas.*

Releuium.

Releuium haud soluendum est, quando quis feudum habet refutatum per contractũ inter viuos,nu.41.p.195.

Religiosus.

Religiosus Soc. Iesu trium votorum, si è religione migrauerit, & petat feudorum successionem excluso fratre secundogenito, qui bona occupauerit, admittendus est, n.45. p.162.

Repræsaliæ.

Repræsaliæ concessæ contrà Ciues alicuius territorij, exerceri non possunt contrà eosdem Ciues in alieno territorio,nu.104. pag.456.

Resignans,& Resignatio.

Resignans officium in Regia Curia, si pendente acceptatione moriatur, officium dicitur deuolutum in beneficium Curiæ, nu. 100. p.28.
Officium in manu Regis,an possit se pœnitere, antequam Rex acceptet resignationem,n.91.p.27.
Et an Officialis possit cõcedere suum officium pendente acceptatione, tanquam non vacans, ibid. in med.
An resignans habeat amplius regressum, ibid.in fin.
Et quid si resignatio facta sit sub conditione,ibid. & n.93.
Resignatio officij facta à patre, cui, eiusque filio erat concessum, vt vno mortuo,penès superstitem remaneret, an noceat filio, n.94.p.27.

Respub.

Rempub.ad conseruandam ab hostium incursu, possunt imponi pedagia, vectigalia, & milliones,n.50.p.494.

Res.

Res extractæ à Regno contrà douetum, & extrà Regnum interceptæ apud dominium alterius potestatis, an restitui debeant fisco Regni nostri,n.1.p.350.
Statim desinunt esse illius, qui extractionem patrauit, & transeunt in dominiũ Domini vectigalis,n.2.
Vel in dominium fisci,n.2.p.356.
Requiritur secundum aliquos sententia declaratoria facti,n.9.p.351.
Sed fallit in crimine notorio,& manifesto, nu.11.
Extrabẽtes tales res remitti debẽt nostris magistratibus,n.12.Et ità iudicatum,n. 21.p.352.Rescriptum Em.D.Cardin.de Aragona Proregis de anno 1665.n.22. p 353. Decret.Reg.Iunct.n.25.
An cedant commodis arrendamentorum, siue illius,cui datium debetur,n.26.cum seq.p.354. Decret Regia Iuncta,nu.34. pag. 355.
Extractæ à Regno in cuntrabannum, & captæ à Præfecto triremium,an debeant restitui fisco Regis, *num.1. cum seqq. pag 356.*
Resolutio Reg.Iunctæ,nu.19. p.358.
Interceptas euellens à manibus Officialium, mulctari debeat pœnis eisdem,quibus,& prin-

Digitized by Google

principales, nu.1.& 2.p.360. & nu.11. pag. 361
An ligentur pœnis auxiliatorum,n.5.& 6.
..Si fuerit duobus donata, vel vendita, quis nàm præferendus,nu.11.in med p.6.
Quid si in primo contractu addita sit clausula constituti, & precarij,nu.13.
..Singularis feudi, an æquiparetur toti feudo, & nunquid alienari possit, nu.117. cum seq.p.246.
Et an in eius alienatione requiratur Regius assensus,n.119.

Restitutus.

Restitutus *ad dignitatem, non recuperat locum, ab alio medio tempore occupatum, cum precedentia, sed erit tanquam nouissimus,nu.28. p.72.*

Reuocatio.

Reuocatio *alienationis rei feudalis, vel officij vigore Constitutionis* Regni, *Constit. Diuæ memoriæ, non procedit in venditione necessaria, quæ fit per Iudicem, nu.53.p.559.*
Et tàm si fiat per venditorem,quàm emptorem,n.55. & n.68. p.560.
Præcipuè si agatur in Sacro Consilio,n.56.
Nec procedit in pacto de retrouendendo super feudo,vendito à Iudice absque assensu,n.58.
Neque in alienatione rei,feudo reddititia, nu.59.
Neque in feudis planis, & de tabula,n.60.
Neque in excadentijs, per Baronem concessis,nu 61.
Neque in feudis rusticis, siue Actenasijs, vel parum vtilibus,nu.62.
Neque in feudo mixto,idest quaternato secundum quid,nu.63.
Neque in feudo ex pacto, & prouidentia, alienato sine assensu,nu.64.
..Cessat, si facta sit cessio litis, agitatæ super feudo,nu.65.p.560.
Eaque facta,reuocatur contractus ex tunc, nu.69.
..Intercedere an valeat super promissione de emendo, aut vendendo feudo, num.92. pag.563.
Et quid in pacto de non petendo,nu.93.
Reuocatione *facta, emptor tenetur restituere feudum, vel officium cum fructibus, & venditor pretium cum interesse, nu.70. cum seq.*
Sed fit compensatio,nu.74. Et ità decisum, nu.75.
Si emptor promisit, assensum impetrare, & ad eius onus remansit, & indè idem emptor reuocat ex defectu assensus, ad quid teneatur,nu.83.p.561.
..Si sequatur ob dolum venditoris, quia fortè vendidit rem feudalem, vti burgensaticam, ad quid teneatur,nu.84.
..Si concipiatur per emptorem,vel quia iam assensus expeditus in forma Cancellariæ, non fuit registratus in quinternionibus Reg.Cameræ, *vel quia præstitum non fuit iuramentum ligij, homagij, vel quia non fuerunt expeditæ literæ assecurationis vassallorum, ad quid teneatur emptor venditori, nu.88. cum seq.p.562.*
..Factam potest quis reuocare: & quando firmus, & inconcussus permaneat Contractus,nu.101.cum seq.p.563.
..Facultas etiam datur, si nulliter sit impetratus assensus.
Reuocatio *non respuitur, si conditionalis, vel causatiua sit, nu.103. cum seq.*

Reus.

Rei *etiam sponte confessi puniuntur in atrocioribus,n.200. p.410. Sententia Ioseph de Marino,nu.201.*
Reo *in flagranti reperto,an competant defensiones,nu.91. cum seq. pag.382. Distinguitur,n.93. Stylus Reg.Cameræ,n.97. Decretum eiusdem n 98.*
Reus *ad examen duci nequit,nisi indicia præcedant,nu.38 p.377.*
Nec tenetur in hoc casu respondere interrogatorijs factis à Iudice nu.39.
Et quid existente querela partis offensa, concurrentibus adminiculis,n.40.
..Notatus de crimine extractionis, si sit absens, quid hodie seruetur,n.103. p.383.
An & quando pro causa extractionis possit foriudicari,n.106. & n.108.
Expectatur per annum, vt reputetur contumax, & foriudicetur,d.n.108.
Sed in Reg. Iuncta *circulus vnius mensis, nu.109.*
Quando procedatur ad sententiam foriudicationis,& per quem Iudicem sententia legatur, nu. 112. Forma sententiæ, nu.114.
..Pendente termino ad defendendum ponitur ad largam, & quare,n.44. p.377.
Datur illi copia repertorum,n.45. Et quãdo,nu.46.p.378.
Si noluerit habere fisci testes pro repetitis,

Digitized by Google

tenetur fiscus illos repetere, nu.47.
Et quid si testes sint iurati in faciem inquisiti, nu.48. cum seq.
Quando detur reo terminus super repulsa testium examinatorum per fiscum, n.77.
.. Per contumaciam habetur pro confesso. quæ ficta confessio dicitur liquidissima probatio, nu.116. p.385.
.. Quamuis condemnatus sit, potest per viam supplicationis, & recursus implorare officium Proregis, & nullitates proponere aduersus condemnationem, n.53. cum seq. p.396.
.. Torqueri an, & quando possit ex processu informatiuo: Et quæ indicia debeant præcedere, nu.25. cum seq. p.376. Quid de iure Regni, nu.28. cum seq. Decisum per Reg. Iunctam, nu.31.
Coram quo expleri debeat eius examen, seù interrogatio, nu.32.

Rex.

Rex assensum præstare non tenetur, quando feudum deueniret ad Ecclesiam, Monasterium, vel Vniuersitatem, n.13. p.151. Nisi aliquam competentem quantitatem solueret ad beneficium Reg. Curiæ, nu.14.
Vel si adoham quolibet anno, ac releuium solueret singulo quinnennio, nu.15. Et debet hoc specificè declarari in priuilegio assensus, nu.16. p.152.
An habeat iustam causam denegandi assensum, vbi testator feudum prohibuit alienari, nu.201. p.231.
.. Beneplacitum suum ad libitum reuocare potest, nec tenetur perquirere causam, n.39. p.251.
.. Castrum Vassalli fortificare potest ipso inuito, & noua fortellitia construere, milites imponere, ipsum custodire, ac auferre, bello imminente, nu.63. pag.117. Ratio, nu.65. Et potest Rex illud facere demoliri, nu.66. p.118. Et ità practicatum, nu.71.
An possit Baronem cogere, vt suis expensis castrum muniat, nu.68.
.. Denegandi assensum habet iustam causam, si carens successore, feudum velit alienare, quamuis concessum sit cum facultate alienandi, vel obligandi, &c. Quid cum clausula, feudi natura in aliquo non mutata, *nu.78. p.167. Ratio, nu.79. & n.82. cum seq. p.168.*
Quid si tempore cõcessionis feudatarius legitimum successorem non habebat, n.86.
.. In petitione assensus certiorari debet de antiqua feudi natura, nu.18. p.176.
.. Mutare solus potest legem inuestituræ, & nouam feudo formam imponere, nu.29. pag.178.
.. Per assensum nihil de nouo videtur concedere, sed tantùm tollere legis prohibitionem, n.89. cum seq. p.169.
Nec remittere videtur ius directi dominij, nu.91.
Nec in solita concedere, n.93.
.. Prohibere potest, ne quis vtatur iure suo, sibi permisso iure Gentium, nu.42. p.429.
.. Reuocat vassallos domaniales, absque quo probet obligatos esse ad seruitia, nu.111. pag.100.
.. Sine consensu Vassalli nec mutare, nec alterare potest naturam inuestituræ, nu.7. pag.175.
.. Subditorum, eorumque bonorum, Dominus est, nu.29. p.492.
.. Succurrere, vt valeat suis indigentijs, particularis exactio imponi potest, num.84. pag.496.
.. Sumptus Ærarij refrenare tenetur, num.4. pag.490.
.. Tenetur ex officio suam gubernare Rempublicam, nu.16.
Eiusque finis est, subditos ab hostibus esse incolumes, nu.18. p.491.

Roma.

Roma Comitatum Capuæ vendidit ob pecuniarum penuriam, n.99. p.148.

S

Sacrum Regium Consilium.

Sacr. Reg. Consil. præcedit Tribunal Reg. Cam. & quarè, nu.1. & 2. p.41.
Quo titulo porrigantur preces huic Senatui, nu.6. pag.eod.
Quisnàm Rex fuit, qui huic Senatui primordium tradidit, in eoque perfuit, n.4. & 5. p.eod.
.. Nemini obuiam vadit, nisi Regi, & Proregi, n.7. p.eod. Et refertur obseruantia tempore Infantis Serenissimæ D. Mariæ de Austria sororis Regis Philippi IV. n.8. pag.eod.
An debeat vnitim, vel diuisim visitare Oratorem Regis extraordinarium, nu.9. pag.42.
An habeat maximam authoritatem etiam extrà

Digitized by Google

extrà Regnum,nu.10. p.eod.
An iudicet reiectis subtilitatibus, & potius veritate inspecta, quam scriptura, nu.11. p. eod.
An nimium innitatur æquitati,nu.13.pag. eod.
An cognitionem habeat omnium causarum inter quascumque personas, & etiam criminalium in gradu appellationis,nu. 14. p.eod.
An habeat coercitionem suorum Officialium, quomodocumque delinquentium,nu.15. p. eod.
An eius sententiæ paratam habeãt exequutionem,nu.17. p.eod. Nec ab eis appellatur, sed tantùm reclamatur ad idem S.C. nu.18.p.eod.
An illius decisiones legem faciãt in Regno, nu.20. p.eod.
An bina decreta huius Senatus constituant ius in Regno n.23. p.eod.
.. Succedebat ab intestato Regijs Consiliarijs sinè hærede decedentibus, n.25.p.eod.
Pragmaticas interpretare valet, quod tãtùm Principi permittitur,n.26. p.43.
Vtitur arbitrio, sicut,& Rex,nu.27. p.eod. Et partes cogere potest ad compromittendum eid.S.C. n.28.p.eod.
.. Reum condemnare potest ad non posita per Actorem,nu.29.p.eod.
An possit causas fiscales dirimere,n.30.cum seq. p.eod.
.. Præcedit Regiam Cameram indifferenter in omnibus negotijs, & functionibus publicis, & priuatis.
Et in die Natiuitatis Domini, & Pascatis S.C. prius ingreditur, & priùs Proregem, salutat, & posteà Reg. Camera, n.50. p.44.
Sacrum Consilium, vid.Iudex in casu.

Salarium.

Salaria Iudicum soluẽda sunt ex Regio Ærario, antè omnes sumptus, & quare, n.9. pag. 123.
.. Continuis Reg. Palatij præstandum, quo fruatur priuilegio,nu.129.p.135.

Saluus Conductus.

Saluus Conductus à Rege datus est, semper seruandus,nu.32.p.468.
Eoque pendente captus est in pristinam libertatem reponendus,n.33.

Saluaguardia.

Saluaguardiæ in beneficium vassallorum Baronis, à quo expediantur,n.144.cũ seq. p.103.

Scipio.

Scipio Rouitus Regens Regiam Cancellariam memoratur, & declaratur,n.11. p.37.

Scripturæ.

Scripturæ à Regia Cancellaria nunquam expediuntur, nisi sint iustæ, & benè formatæ,n.98.p.28.
Scripturæ ordo, vid.in verb.Ordo.

Securitas.

Securitas de non offendendo. Vid. Cautio de non offendendo, & vid. Prorex.

Sedile.

Sedile Montaneæ fuit vnitum cum Sedile Forcellæ, & quarè,n.3. p.505.

Senatores.

Senatores iunioribus ætate præferuntur, si in cæteris sunt æquales,n.25. p.76.
An præponantur iunioribus in electionibus, & suffragijs,nu.26.

Senator adoptatus.

Senator adoptatus à plebeio non perdit Senatoriam dignitatem,nu.21.p.51.

Sententia.

Sententia foriudicationis. Vid. in verb. Foriudicari.
.. Lata contrà principalem exequi potest contrà fideiussorem iudicij, absque nouis actis, & processu,n.128.p.403.
.. Lata contrà stylum nulla est,n.5.p.473.

Sequestrum.

Sequestrum initio causæ,& antè litem contestatam resoluitur in simplicem annotationem, & est iudicij præparatorium, nu.184. cum seq. p.339.

Sericum.

Sericum non reuelantes,vel non soluentes pro ipso dirictus, qua pœna puniantur, nu. 119. pag. 302.
Quanè pœna extrahentes sericum, n.120.

Syndicus.

Syndicus Ciuitatis totam Ciuitatem repræsentat,nu.19.p.481. & nu.88. vers. Ex hac praxi, p.497.
.. Est caput omnium Baronum, & Regnum repræsentat,n.22.
.. Primum Locum occupat post Præfectum Prætorij,nu.20. Et manum leuem in solemnitatibus Regis, Proregisuè aquitantis, nu.21.
In parlamento generali potest tempus cõgregandi statuere, mandata interponere, designare, qui interuenire debeãt,& reluctantes ad suffragium præstandum cogere, nu.24.

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

.. Ordo recensetur in solemni aquitatu Proregis, n.26.

Eius munus conspicuum est, nu. 27. Et ad hoc munus nobiles titulati compelluntur, ibidem.

Species.

Species magis, quam genus attendi debet in pœnis inferendis, n.74.p.537.

Statutum.

Statutum Principis præcedentiæ prohibens, haud valet, n.21.p.35.

.. Laicale bonum publicum, communeque vniuersale laicorum, & Clericorum respiciens, Clericos semper ligat, nu.17. pag. 282.

Si non possit afficere personam, an possit afficere rem, nu.24.

.. Ad euitandum extractiones in rem dirigitur non in personam, n.15. p.361.

Pœnalia si remanerent elusoria, extenditur de persona in personam, n.16.

Stephanus.

Dominus D. Stephanus Carrillo, y Salsedo Regens, commendatur, nu.119.p.402. & nu.62. p.550.

Stipendia.

Stipendia militum, vid.in verb.Militum stipendia.

Subinfeudans, & Subinfeudatio.

Subinfeudans, quanàm sibi retineat, num.28. pag.236.

An tantũ exercitium vtilis dominij trãsfertur in subinfeudatarium, num. 29. pag.237.

An subfeudum in totum separetur à feudo, nu.30.

An retineat ius deuolutionis ob lineam finitam, & felloniam, nu.31.

An retineat possessionem ciuilem, & transfert naturalem, n.33.

Subinfeudatione facta à Barone interstitio 30.annorũ cum præstatione seruitij confirmata, potest de nouo fieri, tanquam solita concedi, quamuis non constet in prima interuenisse assensum, nu.38.cum seq.p.237.

An sufficiat vnica concessio, nu.40.

Substitutio, & Substitutus.

Substitutio sicut non potest fieri super feudo; ità neque super actione ad feudum, nu. 124. p.221.

Substitutione facta in officio, si substituens moriatur, an possit substitutus continuare vsque ad nouam creationem, n.34. p.32.

An data potestate substituendi, tenetur quis certiorare Principem per eligendo substitutum, nu.40. p.32.

Et refertur praxis in Regno Neapolitano, ac decisio in officio Magistri Actorum Regiæ Audientiæ Aprutij concesso Monasterio S.Catharinæ ad Formellum, nu.41. cum seq.

Et quid si reperti fuerunt minus habiles, nu.43. p.eod.

.. De re feudali in testamento, vel contractu ordinata nulla est, nec Prorex valet consentire, nu.1. p.201. & n.2.cum seq. p.202. & de ratione, n.5.

Substitutus in officio, qualis debeat esse, n.28. pag.32.

.. An debeat approbari per Regiam Cameram, nu.29. p.eod.

Substituens, an teneatur de omnibus culpis, & defectibus substituti, nu.30. p.eod. & etiam de delictis, n.44. p.33.

Quid si plures sint hæredes participantes de emolumentis, & vnus administrans delinqueret, an omnes teneantur, n.45. pag.eod.

.. An habeat regressum contrà delinquentem, ibidem.

.. Officio priuatur pro substituti criminibus, nu.9. p.276.

Successio.

Successio Collateralium in feudis per nouas gratias Regno concessas est ampliata vsque ad 4. gradum inclusinè de iure Ciuili, n.100. p.170. Et de ratione, nu. 101. & 102. cum seq. p. 171. Contrarium, n.104. cum seq. Sed respondetur, nu.107.

.. In feudis nouis ex gratijs huic Ciuitati cõcessis, etiam ad fratres vterinos, & consanguineos porrigitur, n.75.p.187.

Successor.

Successor proximus, & immediatus immittendus est in possessionem feudi post mortem feudatarij, nulla alia dispositione valente absque Regis assensu, num. 30. p.178. n.2. & 3. cum seq. p.202.

Supernumerarij.

Supernumerarij Officiales, vid.in verb.Officiales.

.. Canonicus, vid. in verb.Canonicus.

.. Si constituatur in Senatu, eique tradatur possessio, seù quasi, deindè alter eligatur, intrà numerum ordinarium, posteà idem Supernumerarius de numero ordinariorum

Digitized by Google

rum fiat, an consequitur præcedentiam, n.19.p.87.
Quid si supernumerario confertur iurisdicto, & actuale exercitium dignitatis cum salario ordinarij constitutum, an præcedat recentiores, etiam ordinarios, nu.25.
Et de obseruantia, nu.26.

T

Tarugius.

P. *Tarugius de Tarugio Congregationis Oratorij Electus orator ad S. Maiestatem à Ciuitate de anno 1623. & non fuit admissus, & quarè n.94. p.539.*

Tempus.

Tempus datæ prouisionis tribuit præcedentiam, ità vt ille præcedere debeat, qui prius in officio fuerit prouisus, vel alter qui prius possessionem nactus fuit, n.50. cum seq. p.79.
.. Data in gratiosis attenditur, n.53.

Tenuta.

Tenuta morte possessoris non extinguitur, sed ad hæredes transit, n.89.p.215.
.. In quo consistat, nu.90.

Terminus.

Terminus ad promulgandam sententiam for iudicationis est annus, n.109. p.384. & an arctari possit, nu.110. ibid.

Testari.

Testari, vel aliter per actum vltimæ voluntatis, aut substitutionem facere, nemo potest de quantitate, quam in refutatione feudorum cum assensu Regis sibi ad disponendum reseruauit, absque nouo Regis assensu, n.123. p.221. & nu.125. p.222. Contrarium, n.128. & ità decisum, n.130. & 131. p.223.

Testator.

Testator, an possit hæredi prohibere suæ rei alienationem, n.197. p.231.

Testes.

Testes etiam domestici, familiares, & alij inhabiles pro reo ad defensam præualent dicto testium pro fisco, n.33. p.307.
.. Depositio, vel etiam principalis facta coram Actuario Regiæ Iunctæ ex commissione Commissarij ipsius, valet, num.34. pag.377.
.. Examinati aduersus contumacem in processu informatiuo ob vitæ interitum, fidem faciunt absque repetitione, nu. 50. pag.378.
.. Si negauerint suam depositionem, vel dictum, torturæ subijciuntur, nu.52.
Quando fiat confrontatio rei, & testium, nu.54.
.. Nominatio in Criminalibus non admittitur in partibus, nu.56. Nec examinari possunt extrà locum iudicij, ibid.
Nec in articulo Clericatus, n.58. & obseruantia in R. Iunct. refertur, n.59. p.379.
Quid si essent testes senes, vel vuletudinarij, nu.60.
Tenetur pars declarare testes senes, & infirmos, nu.61.
Sic si personæ essent egregiæ, quæ non possunt principaliter ad Curiam accedere, nu.62.
Quid in testibus alterius iurisdictionis, nu.63.
.. Audientia committi potest extrà locum iudicij, à fisco non contradicente, vel ipso instante, nu.64.
Quid seruetur in Regia Iuncta Contrabãnorum in causa carcerati pauperis, qui vires non habet, & testes accedere faciat ad hanc Ciuitatem, n.65.
.. vt repulsetur, nùm satis sit inimicitia præsumpta, vel capitalis requiritur, n.78. & seq. p.380.
.. Ne iurent, nec Papa dispensare potest, n.22. pag.394.
.. Ciuis nùm recipitur in beneficium Vniuersitatis, si agatur de eius commodo, & interesse, vt vniuersi, nu.101. p.517.
Testes, vid. in verb. Commissarius Campaneæ.

Textus.

Textus in l. quoties, C. de rei vend. *an locum habeat in officijs nu.17. & 18. p.6.*
Et quid in concessione facta à Principe, d. nu.18. & 19. p.7.
An obstet clausula, quæ in priuilegio adijcitur præstito tamen prius per partem iuramento, nu.20. p.7.
.. In l. postliminij, §. in pace, ff. de capt. & postlim. dilucidantur, nu.122. cum seq. pag.457.

Thesaurarius.

Thesaurarius generalis Secretarius, & Scriba portionis ex Regnicolis eliguntur, num.23. pag.12.

Thomas.

Dom. D. Thomas Carauita Regius Consiliarius laudatur, nu.44. pag.549.

Titulati.

Titulati, vndè dicti, & quibus fruuntur priuilegijs,

Digitized by Google

uilegij, nu.28. cum seqq. pag.482.
.. Semper alloquuntur cum Prorege capite tecto, nu.33.
.. In ius vocati pro causa criminali capite tecto examinantur, nu 36.
.. Sedent cum Iudicibus, siue Actores sint, siue rei, & etiam in Collaterali Consilio sellam habent, nu.31. & 32.
In pœnis imponendis mitius proceditur cũ titulatis, nn.45. p.483.
.. Non possunt citari, vel carcerari inconsulto Prorege, nu.48. sed absolui possunt co inconsulto, nu.51.
.. Si damnantur ad mortem, in carceribus decapitantur, nu.53.
.. Sunt Consiliarij à latere Regis, n.54.
.. Alloquuntur priusquam alij in audientia Proregis, ordine tamen inter ipsos seruato, & quis sit, n.58. p.483.
.. Præcedunt omnes Officiales, etiam Collateralis Consilij, in cunctis functionibus, quæ per Proregem explentur, num. 61, pag.484.
Sex Titulati conueniunt in parlamento generali, qui celebratur per donatiuo Regi faciendo, nu.64.
Vnus ex eis defert hastam pallij in solemnitate Corporis Christi, & alteram Dominus Prorex, alteram Tribunus Populi, cæteras Nobiles Sedilium, nu.66.
.. Coronam adhibent in suis insignibus, n.78.
.. Vtuntur in domibus serica umbella, nu.79. pag. 485.
.. Possunt arma deferre, nu.80.
Titulati vxor dicitur quoque titulata, n.83.
Eorum filij, quamuis naturales admittuntur ad habitum religionis Hierosolymitanæ, n.85.
Filij familias, qui titulum adipiscuntur suffragium ferunt in Sedilibus, nu.87.
Sinè culpa deuestiri nequeunt feudis, vel titulis, nu.89.
Cum culpa priuari possunt, sed quinque testium attestationibus est comprobanda, n.92. p.485.
Nec pendente tali probatione possunt feudi possessione spoliari, n.93.
.. Feuda titulo decorata ad libitum distrahere nequeunt absque Regio assensu, n.96. pag.486.
Et si alienari contingerit, titulum non amittunt, nec vllam prærogatiuam ex enarratis, n.97.
.. Collocari non debent; nisi super celebri Ciuitate, & in personis de genere, & Prosapia Magnatorum, nu.98.
Titulum ementes, iure, Titulati non sunt, nu.100. secus de consuetudine, n.101.
Titulus est dignitas, quæ Nobilem facit, licet talis non sit, n.102.
Gerens se pro Titulato, cum non sit, pœna arbitraria punitur, n.103.
Si iurisdictionem occupat, pœna Criminis læsæ Maiestatis plectitur, n.104. p.486.
.. Dignitate aliquibus concessa, non excusantur à muneribus, Nobiles respicientibus, nu.133. pag.516.
Nec præcedentiam acquirunt, num.134. & ità obseruatum, nu.135.

Tortura.

Tortura, vid. in verb. Commissarius Campaneæ.
.. Ex processu informatiuo, quando irrogari possit, n.26. p.375.
.. Non tollit reo defensiones, nu.27. ibi.
.. Vt possit dari ex processu informatiuo duo requiruntur, nu. 30. vbi decisio, nu.31. pag.376.

Tractæ.

Qua pœna puniuntur extrahentes bona subiecta dirictibus Tractæ, nu.9. p.565.
Vbi refertur prouisiones Regiæ Cameræ, nu. 10. cum seq. p.566. & n.11. cum seqq. pag.567.
Tractarum ius est de regalibus, nu. 1. p. 311. quo tempore inoleuit, num.2. De quibus mercibus exigatur, num.3. Fuit pro eius exactione determinata tracta, n.4. Quo tempore fuit aucta eius solutio, n.5. Qui nàm ordo præscriptus tempore Ducis de Alcalà, num. 6. Quis ordo modò seruetur, nu. 7. Refertur Ritus Regiæ Cameræ sub tit. de Tractis, n.8. Fuit derogatus per Pragmaticam, nu.13. p.312.
Aliæ prouisiones Regiæ Cameræ referuntur, postea reuocatæ, n.14. quæ aliæ Sanctiones fuerunt promulgatæ prohibentes extractionem victualium recensentur, num.15.
.. Si alicui Regia Curia vendidit, an possit deindè ex superuenienti causa illarum vsus prohibere, nu.16. cum seq. p. 313. declarantur decisiones Regentis Reuertery, nu.24.
.. Concessa præscripto tempore vnius anni, nõ poterit cõcessionarius, qui non fuit extracturus in illo anno, extrahere in alijs annis, nu.30. p.314.

Pra-

Digitized by Google

Rerum, & Verborũm.

Praxis modò vigens ſuper tractarum expeditione in Regia Camera, num. 32. pag.315.

Ius eſt antiquiſſimum, & fuit impoſitum tempore Caroli I. nu.94. p.331.

Tranſactio, & Tranſigere.

Tranſactiones factæ, & faciendæ cum extrahentibus oleum tàm pro pœna ducatorum decem pro quolibet ſtario, quàm pro pœnis corporis afflictiuis, Fiſci commodò cedere debent, & quarè, nu. 124. pag.302.

Et compoſitio, vt rectè in delictis ſortiantur, multa concurrere debent, num. 22. pag.365.

Et prima vt fiat antè ſententiam, nu. 23. pag. 366.

Sed trifariam limitatur, nu.25. Alterum requiſitum, nu.31. Vt delictum non ſit plenè probatum. Vid.in verb. Delictum, & in verb. Crimina.

Ne ſint criminoſi ſoliti delinquere, & ſint perſonæ honeſtæ, vt veriſimiliter ſperetur correctio, nu.38. p.367.

Nunquam ſequi poteſt cum ſolitis delinquere, & in quibus non ſit medicina correctio, nu.39. Et ità practicatum in Regia Iuncta Contrabannorum, n.40.

Fieri quoque permittitur, ſi delinquens eſt ſenex, & aduerſa valetudine vexetur, nu.41. vel ſi ſit minor, n.42. vel ſi delictum per ſimplicitatem, aut ex cauſa factum, nu.43.

Vel ſi tempus diuturnum diſceſſit à die commiſſi delicti, nu.44.

Vel ſi ſit primum, nu.45.

In quibus caſibus tranſactio prorſus excludatur, nu.46. cum ſeq.

Ad tranſactionem nõ admittuntur Officiales, qui in officio deliquerunt, n.56. & 57. pag.369.

Non Merentur crimen aſſaſſinÿ, num.58. Crimen raptus, & oſculi violenti, n.59. Crimen ſodomiæ, etiam Conſulto Prorege, nu. 60. Crimen falſi reiterati, nu. 61. & Complures alÿ, nu.62.

Fieri nequit à Principe, etiam de plenitudine poteſtatis, parte non concordata, nu.60. p.369. Vid.in verb. Gratia.

In quibus caſibus gratia fieri poſſit abſque partis remiſſione. Vid.in verb. Princeps.

Quando non conſtat de delicto, nec adſunt legitima inditia in proceſſu, compoſitio, vel tranſactio fieri nequit, n.77. p.371.

Tranſigere delicta, criminaque condonare ſolius Principis eſt, etiã in preiudicium Iuris tertij, maximè incerti, & ambigui, nu.100. p.300. Contrarium, nu.63. pag. 369.

Tribunal.

Tribunal Regiæ Camerę, quarè fuit conſtitutum à Rege Alphoſo I. nu. 32. cum ſeq. pag. 43.

Vbi olim regebatur, & an ibi præſit Magnus Camerarius Quartus ex Regni Proceribus, nu.34.35. & 36.

Perſonaliter non adſiſtit Magnus Camerarius, ſed eius Locumtenens, nu.36. & hoc ab anno 1441.

An tantùm hoc Tribunal cognoſcat de cauſis fiſcalibus, nu.39. pag.43. & n.40. & 41.

Et vbi fiſcus eſt actor, vel Reus, aut Author laudatus, d.n.41.

An valeant partes conſentire, vt Reg. Camera præter expreſſas de aliqua cauſa cognoſcat, nu.42. p.44.

An habeat animaduerſionem in ſuos ſubditos, nu. 43. & additur praxis in cauſis quorumdam Scribarum, & Rationalium Regiæ Camerę, quæ fuerunt remiſſæ M. C.V. & ab ea ad S.C. appellatum, n.44. pag.44.

An careat etiam iuriſdictione aduerſus illos, qui ipſum Tribunal ladunt, nu.45.

An eius ſententiæ, & ſignificatoriæ executioni demandentur, ſicut ſententiæ S.C. n.46.

Quo die cuiuslibet hebdomadæ petat Collaterale Conſilium, & ad quod, n.47.

An antiquitus à decretis Reg. Camera appellabitur ad M.C.V. n.48.

Tribunalia omnia nùm reddantur ſuſpecta admiſſa ſuſpenſione Proregis, nu.58. & ſeq. p.145.

Campanea fuit introductum à Dño Prorege ad extirpationem exulum, nu.4. p.393.

Præfecturæ triremium iuſſu Regis Philippi II. fuit inſtitutum, nu.7. p.414.

Quas inſtructiones obſeruandas præſcripſit, nu.8. & 43. pag.417.

Plura reguntur in Ædibus Diui Laurentÿ, & quæ, n.49. cum ſeq. p.508.

Triremium.

Triremium Præfectus capiens res extractas à Regno in Contrabannum, an teneatur reſtituere illas fiſco Regni, nec dicitur legitima præda, n.1. p.356.

Digitized by Google

Elencus Locupletissimus

.. *Omni caret iurisdictione in portu Herculis, nu.9.pag.357.*

Capitula notantur Serenissimi Philippi II. obseruanda inter Ducem Classis marititimæ, & Præsidem Prouinciæ, à num.11. vsque ad 17.

Resolutio Regia iuncta,nu.19. p.358.

Consultatio Domino Proregi,nu.20.

Turcæ.

Turcæ si ob metum triremium eos insequentium in Terram fugerunt, & à Ciuibus particularibus loci capiantur, ad quem pertineant, an ad capientes, vel Ducem Classis, aut ad Regium Fiscum, nu.128. cum seq. pag.438. & nu.131. cum seq. p. 439. In fauorem fisci determinatum per Collaterale Consilium, n.141.

Turris.

Turris Mergellina propè Neap. fuit deuastata Imperante Carolo V. & quarè,nu.52. pag.116.

Tutor, & Curator.

Tutor, vel Curator, etsi prohibetur filium suum collocare cum pupilla, vel adulta; filiam tamen suam maritare potest cum pupillo, vel adulto,nu.40.p.144.

V

Vectigal.

Vectigal Dohanæ Menepecudum Apuleæ, quo tempore exigitur,n.156. pag.137.

.. *Concesso in feudum, etiam pœnæ concessæ videntur, nu.108.p.301.*

.. *Fraudato statim res incidit in commissum, nec sententia requiritur, nu 160.p.336.*

Vtrum sub indultu generali comprehendatur.Vid.in verb. Indultus.

Vendentes,Venditio,& Venditor.

Vendentes arma, & ferra, infidelibus pœna mortis plectuntur,nu.26.p.293.

Qua pœna puniantur vendentes Sues aduenis,nu.29.

Vel bona subiecta gabellæ grani vnius pro rotulo,nu.36. Et vtrum comprehendantur mancipia regiarum Triremium, ibid.

Qua pœna puniantur vendentes vinum in domibus particularium,nu.37.

.. *Puluerem,vid.in verb.Ementes.*

Venditio annuorum introituum super fructibus feudi,an & quando censenda sit feudalis,nu.119.p.221. Vid.in verb.Annui redditus.

Venditor pretium, aut eius partem recipiens, vel petens, recedere videtur à rescissione venditionis,nu.36. p.557.

Veneti.

Veneti gulphum Maris Adriatici an acquisierint longissima temporis præscriptione, n.139.cum seq. p.459. Vid.in verb.Mare.

.. *Ciuitas ex quo in mari ædificata, dicitur libera: & quomodò id intelligatur, nu. 161. pag.460.*

Verbum.

Verbum cauere, quid importet. Vid. in verb. Cautio, & in verb. Indultus.

.. *Vacare omnem modum comprehendit vacationis in officio,nu.37. p.8.*

Verborum à proprietate recedendum non est, nu.30.p.327.

Vicarius.

Vicarium sibi constituere quilibet,Ordinarius potest Iure Canonico,n.1. p.30.

Et quid Iure Ciuili, vel municipali, nu.2. & 3.

.. *Generalis Episcopi, vti Vicarius præfertur omnibus Canonicis, etiam antiquioribus; & quid si Canonicali habitu indutus concurrat,nu.5.eum seq.p.64.*

.. *Regis est Dominus Prorex: & quotuplices sint Vicarij,nu.19.p.110.*

Si eius commissio fiat indefinitè, potest omnia facere, quæ potest Rex, nu.25.

Et sic exercere merum, & mixtum Imperium in quascumque personas,nu.26.

Legem condere etiam in tertij præiudiciũ, num.27.

Donare potest etiam immobilia, & liberalitatem Exercere, nu.29.

Feudorum alienationes confirmare, nu.30.

Gabellas imponero,n.31.

Honor illi debetur, qui, & Regi tribuitur, nu.32.

Eisdem priuilegijs gaudet, & prærogatiuis, quibus potitur Rex.*nu.33.*

Omnia potest concludere, & indistinctè agere, quæ potest Rex,*nu.34. p.111.*

In occurrentijs Rex *Vicarium suum consulit,nu.35.*

Sed non potest sibi constituere Vicarium, num.36.

Quæ agere valeat,si eius commissio fiat simpliciter, n.38.cum seq.

.. *Siuè Locumtenens Ducis Classis constitutus à Prorege, an acquirat eandem portionem, eidem Duci competentem de bonis mobi-*

Digitized by Google

mobilibus, bello captis,nu.121,cum seq. pag.437.

Viceprothonotarius.

Viceprothonotarius dicitur Præses Sac. Consilij, ad quem spectat creare Notarios, ac Iudices ad Contractus, habetque potestatem filios naturales legitimandi, nu.26. p.48.

Omnes Regni Notarios *visitat, si instrumenta descripserint in prothocollo, & in eos iurisdictionem habet, n.28.*

Per quem cognoscantur Commissarij, per ipsum deputati si deliquerint,n.29.

Victima.

Victima maior Deo mactari non potest, quam vt iniqui puniantur,nu.6.p.365.

Vincula.

Vincula duo vbi concurrunt, faciunt illum magis honorandum,nu.20.p.76.

Vinum.

Vinum extrahi non potest tàm intra, quàm extra Regnum *sine licentia* Reg. Camera, *nu.18.pag.262.*

An incurratur Excommunicatio, si asportari prohibeatur ad Romanam Curiam, *nu.19.*

Vis.

Vis tempestatis, & latronum incursus ab omni promissione, & obligatione remota censentur,n.7.p.304.

Visitator.

Visitator generalis accedens ad Sacr.Consiliũ, ipsius Præsidem debet præcedere, nu.35. pag.49.

Cætera,vid.in verb Prefectus Classis.

Vniuersitas.

Vniuersitas Iudicem suspectum recusare non valeat.nu.93.cum seq. & nu.99. p.513.

Tanquam corpus fictum, in ea non consideratur interesse odij,vel amoris,n.100.

.. Diuisa per quarterios, vt per se gubernetur, quodlibet quarterium dicitur eadem Ciuitas,nu.105. p.245.

Gesta per totam vniuersitatem tollere non potest maior pars contradicente minore, nu.8.p.471.

Vniuersitates Regni admitti non possunt ad Regium domanium sine Regis assensu, nu.12. p.151.

.. Collectas imponere possunt, vigentibus necessitatibus sine Principis licentia,nu.4. pag. 471. Non autem gabellas tollere impositas cum Principis licentia,nu.9.

.. Congregari nequeunt absque Principis permissu,n.1.p.473.

Neque pro donatiuis faciendis quibusuis personis, etiam magistratibus, nu. 33. pag.477.

Etiam ex causa pia, vel pijs locis absque licentia, in scriptis obtenta per Præsidem Prouincia,nu.34.

.. Ærarium nominantes, earum periculo eligunt,nu.8. p.276.

.. Militibus domum tantùm accommodare tenentur ad hospitandum, non autem alimenta præbere: nec subsistit consuetudo in Contrarium,nu.80. p.131.

Neque sal, vel oleum gratis dare tenentur, nu.81.

Sed benè paleam, & fœnum,n.82.

Si pecunia deficiat, subministrabunt nomine mutui, recuperandam à Regia Curia, num.83.

.. Turres, & Castella adificare non possunt absque licentia Principis,nu.54.p.117.

.. Vnire se nequeunt pro dandis donis, & salarijs constituendis quibusuis personis sine expressa Proregis licentia, nu.140. pag.502.

Voluntas.

Voluntas morte finitur, n.249.

Vsusfructus.

Vsusfructus officij an possit legari per Testatorem,nu.37.p.33.

Et quid in Regno nostro,nu.38.

Vtile,& Vtilitas.

Vtile per inutile non vitiatur, n.1. p.271.


Quid si agatur de materia indiuidua, nu.2.

Vtilitas publica bono priuato præferenda est, nu.24.p.114.

FINIS.

Digitized by Google

Errata	Corrige.
Deſcendemus rub.5.§.2.n.1.pag.41.	Deſcendamus.
Sacra Maieſtate rub.5.§.7.n.17. pag.62.	Sacra Maieſtas.
Dedit Hoſpitalem rub.8.§.1.n.8.pag.109.	Dedit Hoſpitali.
Expectandus rub.12.n.49.pag.145.	Expetendus.
Per feudi valore rub.13.§.6.n.42.pag.207.	Pro feudi valore.
Verum liceat rub.13.§.6.n.122.pag.221.	Vel liceat.
Rex extractas §.10.pag.351.	Res extractas.
Mar §.11.n.9. pag.557.	Mare.
Datur Reo expetenti terminũ §.4.n.77.p.379.	Datur Reo petenti terminus.
Sexto capere poteſt n.101.pag.527.	Sexto cogere poteſt.
Salzed.lib.9. n.17.pag.282.	Salzed.lib.1.
Sperel.dec.13.n.4.par.1. n.20.pag.289.	Sperell.dec.13.n.13.par.1.
Etiam pro vſu proprio n.26.pag.282.	Niſi pro vſu proprio.
Seruentur ordinationes Secularium nu.42.in ſummario pag.279.	Vt ſe conformet cum ordinationibus Secularium.
Reg.Reuert.dec.221. n.34.pag.283.	Reg.Reuert.dec.222.
Epiſc.Sperell.& P.Diana n.11.pag.287.	Doctores mox citandi.
P.Diana de Immun.Eccl.to.1. pag.288. n.64.	P.Diana de Immun.Eccl.to.6.
Dictis n.52.fol.268. adde Reg.Sãfel.dec.407.	
Reg.Sanfel.dec.417. pag.269.n.51.	Reg.Sanfel.dec.407.
Bona pag.499.nu.112.	Bona feudalia.
Contra opinionem Affl.deciſ.230. ſcripſerunt pag.407. nu.168.	Antea ſcripſerunt.



Digitized by Google

CORrigenda in libro, qui inſcribitur *De Officijs, eorumque Regimine, Auctore Dom. Franciſco Rocco Regio Conſiliario*; cum qua correctione apponenda in principio libri permittitur, & non aliter, iuxtà decretum in Congregatione editum coram Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 31. menſis Iulij 1669.

Pagina 15. *nu.* 67. *linea* 8. *dele* decreuerunt, *& repone* conſultauerunt; *Et num.* 75. penſio nihil ſpiritualitatis habet, *intellige* non quòad annexionem, ſed quòad ius temporale diſtinctum ab ipſo beneficio.

Pagina 52. *nu.* 31. *in fine hæc addantur*, quæ tamen Felini doctrina hodiè locum habere nequit, cum aliter ſtatutum reperiatur iure nouo S.C.T. ſeſſ. 13. de refor. c. 6. & 8.

Pagin. 117. *præter hæc verba*, Palatij Ducis Grauinæ in platea Montis Oliueti, cætera *à nu.* 56. *vſque ad nu.* 59. incluſiuè diſpoſitioni Canonicæ expreſsè refragantur.

Pagin. 118. *nu.* 71. 72. vbi de Epiſcopo Termularum, aliter res ſe habuit, ac narratur, & turris vt erat ad modum domus refecta conſpicitur.

Pagin. 281. *nu.* 11. *dele hæc verba*: Quamquam quòad petitionem licentiæ videantur ſtatutis prædictis adſtricti, vt tradunt Epiſcopus Sperell. & Pater Dian. loc. cit. *Et nu.* 12. *poſt*, ſub lethali culpa, *adde*, dummodò approbatum fuerit à Sacris Canonibus; *Et à num.* 13. *vſque ad finem nu.* 16. delenda ſunt omnia, cum apertè Eccleſiaſticæ libertati, & immunitati aduerſentur.

Pagin. 282. *nu.* 17. *poſt*, ſemper ligat, *addendum eſt*, dummodò Sacris Canonibus minimè repugnet, & tunc ex vi tantùm directiua, non coactiua; *Et num.* 18. *lin.* 13. *dele* præcipuè: *Et nu.* 20. *ab illo aduerbio*, Proinde, *vſque ad finem nu.* 21. *dele omnia*; *Et nu.* 22. *lin. vlt.* Ibi, vnde Edictis Principis ſecularis annonæ incolumitati reſpicientibus porrò Clerici obligantur, *adde* ex vi directiua, non coactiua; *Et nu.* 26. *dele*, Proinde tenetur Clericus extrahere cupiens merces vetitas, non dumtaxat licentiam poſtulare, ſed datia ſoluere, *& eodem nu. lin.* 41. *dele*, Etiam ſi pro vſu proprio ipſe extraheret. *Et nu.* 27. *dele*, Quinimò pro bonis patrimonialibus tenetur ſtatuta ſeruare, & datia præſtare æquè, ac laicus.

Pagin. 283. *nu.* 28. intelligas de Clerico, dumtaxat Mercatore, ſeù Negotiatore, qui ratione illicitæ negotiationis tenetur ad ſolutionem Gabellæ, & compellendus erit à Iudice Eccleſiaſtico; *Et nu.* 31. *& 32. lin.* 20. *poſt* Gramat. deciſ. 110. nu. 3. *Adde hæc verba*: Aduerte quod in hoc caſu non lex Ciuilis, & ratio tantùm naturalis, Eccleſiaſticos ligat, qui non à Principe laico, cuius Edictum, vel legem violant, ſed ſolùm à Iudice Eccleſiaſtico puniri poſſunt. *Et n.* 33. *lin.* 29. *dele*, Nec agitur de graui præiudicio; *Et lin.* 31. *dele*, Ideò etiam reſpectu Eccleſiaſtici ſeruari debet; *Et à nu.* 34. *vſque ad nu.* 42. incluſiuè delenda ſunt omnia, cum nulla conſuetudo, vel præſcriptio contrà Eccleſiaſticam libertatem introduci poſſit, quæ vel priuilegij, vel legis, vel tituli vim habeat, ſiue vllum ius tribuit: & hæc quidem omni prorſus carent difficultate ex Bulla Cœnæ Domini, quæ cum quotannis renouetur, aduerſus illam, conſuetudo introduci nequit.

Pagin. 279. *nu.* 42. *in ſummario dele*; S.C. declarauit, & reſcripſit Nuntio Apoſtolico, vt circà extractiones faciendas per Clericos ſeruentur ordinationes ſecularium: contradicit enim expreſsè illius tenori, vt ex lectura.

Pagin. 282. *à nu.* 23. *vſque ad nu.* 25. incluſiuè delenda ſunt omnia.

Pag. 285. *nu.* 42. cautè legas declarationem S. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, quæ ab Auctore ad eius fauorem allegatur, cum re vera contrarium ex ea eliciatur.

Pagina 286. *lin.* 11. *dele*, Obligari Clericos directè ijs legibus, quatenus ciuiles ſunt; *Et nu.* 48. *lin.* 45. ab illis verbis, alia verò ſtatuta, *dele* vſque ad finem eiuſdem numeri 48.

Pagin. 286. *à n.* 49. *vſque ad nu.* 50. incluſiuè, *dele*, cum ex ijs Eccleſiaſticæ derogetur exemptioni, nàm res veniunt acceſſoriè ad perſonam, præſertim vbi agitur de foro, vel iuriſdictione; *Et nu.* 53. *lin.* 33 pro conſuetudine, *Scribe*, abuſu, *Et lin.* 38. *dele*, Quo in caſu idem Sperell. in fin. annuit ſtatuta huiuſmodi laicalia alligare Clericos; *Et à nu.* 54. *vſque ad* 57. incluſiuè dele omnia.

Pagin. 287. *dele* ſimiliter *à nu.* 60. *vſque ad nu.* 61. incluſiuè: Et cautè legas, quæ ſcribuntur *ſub nu.* 62. præcipuè poſt Bullam fel. record. Gregorij XIV. incip. Cum alias nonnulli &c. *Et lin.* 47. dele cautum, *Scribe*, neceſſe: quod autem ſequitur à verbo (quod ſi renuat) *lin.* 50. dele vſque in finem numeri.

Pagin. 288. *lin.* 7. *ſub nu.* 64. allegata declaratio S. Congregationis mandat, vt bona, de quibus ſermo illic habetur à Iudice Eccleſiaſtico, laico Iudici conſignentur: ſecus in terminis, in quibus adducitur ab Auctore, & quod dicitur *ſub nu.* 65. clarè aduerſatur citatæ conſtitutioni Greg. XIV. ac proindè delendum. *Et nu.* 66. *lin.* 39. vbi dicit per Iudices M.C.V.

præ-

Digitized by Google

præcedente consensu Domini Archiepiscopi, ac interuentu eius Vicarij fuerunt ab Ecclesia bona furtiua ablata, *his deletis, substituantur sequentia*: Præuio decreto Curiæ Archiepiscopalis, facto accessu à Domino Vicario Generali, fuerunt ab eo bona furtiua ab Ecclesia ablata &c. *Et quod dicitur n.67.* habeatur, vti placitū Auctoris, à Sacris Canonibus dissonum: *Et nu.68.lin.16.* vbi dicitur, fuerunt serica illa, cum interuentu Domini Vicarij Generalis Neap. sequestrata iussu Domini Regij Consiliarij, &c. *his deletis substituantur sequentia*: Fuerunt serica illa cum interuentu Domini Vicarij Generalis Neap. sequestrata iussu Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ; *Et à nu.70. vsque ad nu.73. inclusiue* dele omnia, nàm præter prohibitionē in corpore iuris, adsunt rescripta S.C. quæ aliter sentientium Doctorum authoritate protinus eneruant, vigetque praxis, & possessio Ecclesiæ.

Pagin.406. nu.154. delenda hæc sunt. Debet Clericus effectus contumax à Iudice laico, soluere mulctam eidem Iudici laico.

Pagin.407. nu.168. deleatur. Quinimò Clericus falsum testificans coram Iudice seculari ab eodem punitur, Clericali priuilegio non suffultus.

Pagin.497. num.93. vbi de Prælatis, & Ecclesiasticis feuda possidentibus, sic habetur. Et si mandata Principis neglexerint, & in Parlamento non venerint; quid erit adhibendum, aut gerendum per potestatem secularem; vide Pereyra, Heuia, Ceuallos, Cened. Azaued. Bouad. Dian. ref. tom. 3. tr. 2. de parlam. Cautè legas, caueasque ab eorum doctrina, quæ expressè libertatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam lædit, & ex ijs nonnulli prohibiti sunt; nec Dian. loc. cit. de hac materia loquitur, sed tom. 1. ref. 23. vbi de Parlamento tantum abest, quod eorundem Doctorum dicto se subscribat, quin è diametro eos nominatim confutat.

Pagin.499. nu.110. lin.14. dele Vel, repone Et, prout loquitur Sanfelic. ab Auctore citatus discept. vnic. de donatiuo tempore belli post tom. 1. decis. in. 39. *Et nu.115. & 116.* delenda sunt omnia.

Pagin.500. nu.20. vbi de Prælatis, & Episcopis circà feuda, intellige omnia iuxtà terminos iuris feudalis non improbati à Sacris Canonibus.

Pagin.515. num.126. & 127. Narratio cautè legenda est, cum repugnet dispositioni S.C.T. sess.22. de ref. cap.8. vbi illæ duntaxat Ecclesiæ ab Ordinarij eximuntur iurisdictione, quæ sub Regum immediata protectione sunt.

Cum supradicta correctione potest permitti, & non aliter iuxtà supradictum decretum. Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini, hac die 2. Augusti 1669.

Abb. Franciscus Antonius Curtius Canonicus Deputatus, & Fisci Patronus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ.

Cum supradicta correctione permittatur, & publicetur, & non aliter.

Metellus Talpa Vic. Genet.

Antonius Casilius Eminentissimi Theologus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

003680208

Digitized by Google